BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXVIII
E
31
NAPOLI

XXVIII
E
31

XXXVIII
C
31

OFFICINA IOANNIS RAVISII TEXTORIS NIVERNENSIS,

NVNC DEMVM POST TOT EDITIONES diligenter emendata, aucta, & in longè commodiorem ordinem redacta.

Cui hac editione acceſſerunt.

Eiuſdem Rauiſij Cornucopiæ libellus, quo continentur loca diuerſis rebus per orbem abundantia.

Item eiuſdem Authoris, non vulgaris eruditionis Epiſtolę nunc recens accuratius caſtigatæ, & propè innumeris mendis abſterſæ.

Ac geminus Index rerum verborumque omnium copioſiſſimus.



VENETIIS, M D C VI.

Apud Petrum Ricciardum.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

TYPOGRAPHVS LECTORIS.

QVoniam apud omnes viros prudentia inſignes (humaniſſime Lector) ſemper te ſtatum audiui, longius præſtantius eſſe, præclarum nomen, quàm plurimarum opus poſſeſſio: idcirco magis mihi curæ fuit, in hac poſtrema editione Rauiſij Textoris Officinæ, vt omni ornatu exculta prodiret, quàm quòd opulentiſſimum ex ea theſaurum conſequi, mihi datum eſſet. Nullos permiſſi ſumptus prætereundos, vt in ſtudioſorum omnium gratiam, hoc opus expurgatiſſimum appareret, ne bonarum litterarum profeſſores, incuriæ, aut auaritiæ nota me inurerent. Emendandi, & caſtigandi operis munus iniunxi, doctiſſimis, & conſummatiſſimis in tali arte viris: qui quantum pro fecerint, non mihi, ſed cæteris iudicandi locum relinquo. Ego ſat ſcio, quales impenſas, quales labores, quæ incommoda ſuſtinuerim, vt emendatiſſimum redderem opus. Hos igitur conatus meos æqui, boniq́ue conſulas, oro, &, (fauentibus ſuperis) a me in dies, meliora, & grauiora expectato: dici enim ſolet, quod veri artifices ſemper in poſterioribus ſe ipſos vincunt. Animi quidem propenſio, ingentiſſima in me eſt, licèt vires per quàm exiguæ. Non minima ex hoc profectò lætitia afficior, quòd niſi quæ debui, ſaltem quæ potui, præſtiti, & (vt in prouerbio eſt) legem impleui. Nemo me igitur aut incuriæ, aut auaritiæ culpa condemnet. Vale.

INCVLPATISSIMO VIRO, SACRARVMQVE LITERARVM PROFESSORI MERITISSIMO.

D. Ioanni Boluaco Niuernenſi, Nauarenſium Grammaticorum Gymnaſiarchæ.

Ioannes Rauiſius Textor Niuernenſis. S. D.

FRequens fuit multis admiratio, vir inculpatiſſime, quòd ego tuus alumnus, & propè dixerim partus, tuis ſemper adiutus obſequiјs, tuaque opera literis innutritus, neque beneficium ſcriptis agnoſcerem, neq; gratiam verbis vllis remetirer. Nec defuerunt, qui ſilentio meo tam diuturnu inflatis etiam buccis & multo iraſcerentur ſtomacho, atq. hoc ipſum vitio verterent, dicerentq. me indignum, de quo quiſquã bene mereri debeat, quum vt cauſabantur, plerǫq; expertes rationis animantes abhorreant ab huiuſmodi nota. Nã & ciconia parentes à quibus uitã accepit, ſenio feſſos nutrit & ſuccollat, & glires ſuis genitorib. dum ſenuerunt eãdem ſuccurrũt pietate, velut meritũ refundentis. Alij item quibus eadẽ placebat ſentẽtia conuicij me inceſſabant, & huiuſmodi verbis alloquebantur: Nę tu es homo egregiè malus Textor, dignuſq. multis plagis & cicatricibus qui magno famæ tuę diſpendio nõ agnoſcis, per quem profeceris. Hic (de te loquebantur) te nutriuit à puero. & (vt inquit Simo Terentianus) fecit ex ſeruo, vt eſſes libertus, & quod habuit ſummum precium, perſoluit tibi. Tu tamen pateris eius memoriã apud te frigeſcere, quem velut numen aliquod terrenum deberes ſuſpicere, & reuereri, cuiuſque effigiem, ſi ſaperes, domi habęres in larario; quũ quicquid es, ſi quid ſaltem es, id totum ſit eius officio, eique vitam cum doctrina referre debeas acceptam. Adde quòd magna eſt ambobus affinitas, eadem vtriq; patri, cuius ille flos eſt, & primum ſpecimen, & in qua tanti ſit ab omnibus, vt inhumanus habeatur, & inciuilis, qui tranſeunti compitatim non aſſurgit. Quanam ergo ratione maculam hanc elues? quonam modo culpam deprecaberis, aut in quam excuſationem reijciẽs delictum ſi ſolus eum relinquas inſalutatum, in quem omnes pleno ore certatim laudę congerunt? His illorum verbis quum aures mihi calerent & circumſonarent, cępit me pudere vitę, & pœnitere negligentię. Parumq; abfuit, quin ipſe mihi pœnam irrogauerim, ſumptoq. de meis Muſis ſupplicio, abortiuas adoleſcentię meę nugas veneris marito deuouerim, vt cum Politano loquar. Vbi tamen diu ſatis in ea pependi cruce, poſt longum tędium & animi ægrorem, diſcuſſis hinc inde rationibus, tandem cognoui nihil eſſe, quod deberem triſtari,

ſtari,

ſtari, vt affici pœnitentia. Quinetiam me multò prudentius egiſſe, quàm ſi quid infra dignitatem tuam antea repoſuiſſem. Præcedentia quidem argumẽta inijciebant mihi pudorem. Contrà verò alia emerſerunt omnino cõtraria, quæ poſtea ſuaſerunt, vt nõ tantum non me pigeret nihil at te ſcripſiſſe, ſed ne in poſterum quidem ſcribere. Conſideraui in primis quàm ſtultè agant, qui ſuis ineptijs illuſtrium virorum maieſtatem contaminant, exemplo illius Chœrili, cuius ſcripta plus multo probari quàm laudis pepererunt Alexãdro. Quantum enim famæ parturiunt doctorum monumenta, tantum dedecoris afferre ſolent pœnitendæ & viles indoctorum nugæ. Itaque ſi quid hactenus tibi nuncupaſſem, plus multo fuliginis, & tenebrarum, quàm lucis induxiſſet tuo nomini. Nam nihil eſt in me, quod tuis laudibus reſpondere valeat. Nihil neque ſcribo, neque loquor, quod ſemitarij, & pagani magiſtelli non nouerint. Nihil niſi triuiali percuſſum moneta dico. Quanam igitur doctrina tibi homini dico omnibus virtutum numeris abſolutiſſimo, ſatisfacere potuiſſem? Quod ſi potuiſſem, adhuc tamen mihi fuerat timendum, ne iraſceris grauate que ferres, & dolenter, ſi te in ora vulgi conijcerem, quum ea ſis natura, vt malis laudum tuarum teſtimonia in præcordijs hominum deliteſcere, quàm lingis verſari. Ego te noui tanquam meos vngues. At ſi quid certi ex tuis moribus potui colligere, & explorare, tu non es ex eorum numero, quibus aures inanibus præconiorum fumis pruriunt, & titillantur. Futiles iſtæ gloriolæ non plus te mouent, quàm lippum pictæ tabulæ, fomenta podagram; Auriculas citharę collecta ſorde dolentes, vt inquit ille. Omnia tibi ſordent, niſi quæ meram olent virtutem Suſpicari poſſes me hoc dicere adulandi ſtudio, niſi tam alienum eſſet mihi aſſentari, quàm tibi aſſentatoribus aurem præbere. Id ego auſim de me prædicare, nec vnquam placuiſſe mihi paraſitos, & blanditores, nec vllam peſtem vnquam acrius refugiſſe me, quàm paraſiti perſonam, nequis fortè ſuſpicetur, a labijs meis diſſentire præcordia. Et tu ipſe cum me ſemper noſti, in primore cuius fronte legatur animus. Quod quamuis hac tempeſtate non vſquequaque ſit vtile, non poſſem tam infucatum illum naturæ rigorem excutere, vel ſi vnco trahendus ad ſcalas gemonias, aut inſuendus culeo cum gallo ſerpente, & ſimia. Vides igitur, vt ad inſtitutum redeam, quæ denuò me mouerint argumenta, vt nihil ad te ſcriberem, at de te. Tandem tamen inuitum me ac recuſantem expugnauit, & tuus in me amor, & mea in te beneuolentia, coegitque epiſtolam hanc liminarem adijcere, quamuis intelligerem titulum hunc, ſi modo laudis eſt titulus, fore tibi moleſtum, & odioſum. Sed velis nolis, oportet vt æqui bonique conſulas. Hoc ego feci, non vt par pari relatum cognoſceres, quum, vt inquit Cicero, ſi vitam pro tua dignitate effunderem, nec minimam quidem tuorum in me meritorum partem videre aſſecutus: ſed vt eorum calumnias declinarem, qui me ſuſpendunt naſo, quòd nullo dum ac ne verborum quidem teſtimonio, exibuerim me gratum. Porrò nominis perpetuitatem magis mihi ex te pollíceor, quàm tibi ex hoc opere meo. Si

a 3 autem

autem percontaris, quale ſit ipſum opus, & quid ego ſentiam, dicam id quod res eſt, ne quis cauilletur fœtus meos mibi blandiri. Illud primum omnium non inficiabor, me omnia fruſtilatim ferè ab autoribus emendicaſſe. Nihil priuato iuri prꝑter laborem tribuo, quem ſi quis improbet, nullam ſpem futuræ laudis mibi relinquo. Et vt occurram cenſorum lituris & ſpongijs, tota hæc officina ſimilis eſt Horatianæ corniculæ, alienis plumis circunquaque veſtitę. Quam licet plerique probent, & in bis Petrus Daneſius, homo plurimæ doctrinę, & eruditionis, non ſum tamen adeò neſciens mei, neque ita pendeo totus ab aliorum iudicio, vt eas laudes velim agnoſcere, quas nec honeſtè poſſum, nec iure debeo. Nolo mibi Suffenus eſſe, aut ſimias imitari, quę ſuos fętus quamlibet deformes pro formoſiſſimis admirantur. Si quid tamen ex multis paleis fructus collegi, te & cæteros lectores rogo, vt excipiatis plauſibiliter. Contrà verò ſi quid per iniuriam mibi non elimatum lapſum eſt, frequenter autem lapſum eſt, partem erroris quæſo condonate meis occupationibus, quibus quum hæc imprimerentur, nulla non bora obruebar, idque adeò, vt vix ocium eſſet ad ſcalpendum caput, aut ad mungendas nares. Nam vt tu ipſe omnium certiſſimè noſti. non poteram aſſiduè praeſſe typis, quum me oporteret totos dies erudiendis iuuenibus impendere. Vixque vt opinor, ſuffeciſſem operi, niſi in emaculandis ut cunque typographorum erraris laborem meum iuuiſſet honeſtiſſimus, maturæque doctrinę adoloſcens Guido Mommiraldus, Lutetianus patricius. Vale homo probatiſſime, & me ama.

IOANNIS RAVISII TEXTORIS
NIVERNENSIS IN SVAM OFFICINAM
AD EXIMIVM, ET LITERATISS. VIRVM,

D. Gaufredum Pompadoreum Petragoricenſem Archidiaconum, vtriuſque Iuris profeſſorem acutiſſimum.

PRÆFATIO.

Omnium qui Latinã linguam ſuis hactenus iuuerũt monumẽtis, neminem propè unum inuenias Gaufrede literatiſſime, qui vbiq; ſuorum operum calumnias Momorum, & obelos poſteritatis effugerit, quique nullibi acceperit vulnus. Hoc docent autorum elegantiſſimi, quorum ſcripta quamuis inculpata, & omnibus eloquẽtiæ calamiſtris decentur compta viderentur: pleriſque tamẽ in locis Ariſtarchorum lituris expuncta ſunt. Hic arguitur vt nimis ieiunus, illius oratio plus cutis quã carnis habere dicitur, alius verbis confragoſis ampullari, alius humi repere; in hoc affectata culpatur obſcuritas, in illo ſtylus nimis languidus & eneruis. In ſumma, nihil reperies quod ſuis dentibus liuor non configat. Et quod omnium moleſtiſſimè fero, non eruditi & frugi homines ſolum hanc prærogatiuam ſibi vendicant, ſed inepti quoque, & qui carent naſo, eandem licentiam iuxtà induunt. Ita, vt venatici canes, & villatici eodem modo ferinam olfacere videantur, velintq; capræ Rhinoceroti naſuto haberi ſimiles. Sunt quinetiam, qui laudi ſibi vertunt cũ egregio hoſte pugnam ſuſcepiſſe, vt aliena virtute (quod propria nequeũt) in opinionẽ vulgi quocunque modo introrepant, ſeq. in populi admirationẽ intrudant vtrunque. Alij cum quid coram idiotis legunt, ne nihil ſcire videantur, audent tamen de Sibyllæ folijs iudicare, ſuaq. cenſuræ cum alijs ſymbolũ ferre. Sed falluntur haud dubiè, & ſuis cruribus aſciã illidũt. Nam plura ipſi accipiunt, quàm inferant vulnera. Iniuſtum enim ab eruditis vnicum ſtigma inſtar multorum eſt, præſtatque ſexcentes ab huiuſmodi latratoribus plagas accipere, quàm à literatis vnam. Quicquid dicitur ab eruditio, æternum eſt, & neſcit finem. Quòd ab inſulſis, euaneſcit tam citò, quam ipſi ſunt vani. Quòd ſi vnquã primis ſeculis fuerit hoc malum, nunc inualeſcit maximè, ita vt vix reperiatur opus, quod vel non ſit mancum ac mutilum, aut ſtolidis iſtorum nebulonum iudicijs planè corruptum. Quod eſt in cauſa, quamobrem Fabij inſtitutiones oratoriæ nobis tenebroſæ videantur, lectoreſque omnes tertio quoque verbo ſuſpenſos retineant? Sola hominum temeritas, qui quum autoris mentem non caperent, omnia inuertere, & rotundis quadrata mutare auſi ſunt, feceruntque oraculum, quod per ſomnium noctu viderant. Qua etiã fere hiſtoriam Plinij naturalem vbique perunxerunt, dum non intellectam detorſerunt in ſuum phantaſma, ne lectorem deſtituiſſe viderentur, ſeque ignoran-

tiæ conuiciſſe. Ego, vt verè dicam, ex alieno periculo mihi timeo, terroremque (vtinam vanum) confingo. Quis enim gregarius miles in dextram aurem ſecurus dormiat, ſi uideat principi ſuo malè eſſe? Quis uellicato Cicerone ſuis auribus non timeat? Quem notato Vergilio, calumniæ metus non terreat? Atque eo magis, quò acrius ſemper in neotericos ſeruiatur. Homines enim huius ſeculi propè omnes conſueuerunt in ſeipſos furere, alter in alterum quadrigas conuicijs onuſtas iaculari, viperis nimirum ſimiles, quæ parentes dicũtur impetere. Vide Apologias, uide occultas Satyras, quæ nunc euentilantur, & excuduntur. Quotuſquiſque noſtri temporis habetur in precio, qui tot Archilochus non habeat, quot præcones? Paucis abhinc annis Seruius de Latina lingua bene meritus floruit. Iam Beroaldinis annotationibus uapulauit. Beroaldus item nunc cum fœnore recipit talionem. Omnes enim (qui ſaltem corruptum non habent obfactum) quamuis laborem eius non improbent, ſic tamẽ ſtylum auerſantur, ut ſibi ſuisque liberis eius lectiones interdicant. Nullus Grammaticorum pleniore obſequio poſteritatem demeruit, quam Laurentius Valla. Nemo purius iudicauit. Mancinelli tamen iam paſſus eſt limam, qui & ipſe poſtea limatus eſt. Politiano uiro utriuſque linguæ doctiſſimo, Marullus poeta iam dedit uulnus, idemque lege talionis accepit. Quo anno hæc imprimebantur, neſcio quis ſemidoctus Anglus, auſus eſt in Eraſmum, uirum planè & ſine lenocinio doctum, inſurgere, annotationesque (quas Mercurij cuiuſdam opera Græcanicis referſit laminis) euentilare. Audio & fuiſſe quendam nebulonem, qui Opus doctiſſimi & eruditiſſimi Budæi de Aſſe, dixerit eſſe uelut ocioſum, infrugiferum, ac nemini utile, & non magni referre, cognoſcere quæ ſint partes aſſis, quàm uariæ ponderum & nummorum ſpecies. Cuius nomen ſi compertum haberem, peius cruce & furca lueret, nec ad commiſerationem me flecteret, etiam ſi fleret ſanguinem. Tene oportuit, nebulo, perperam de tanto Galliæ monſtro iudicare, tantumque uirum putida tua cenſura proſcindere? qui tamen unus inuidioſam Athenis reddit Lutetiam, facitque ut omnes propè cæteræ nationes palmam deſperent eloquentiæ? Hic (ſi literis merces exolueretur) Regi deberet eſſe, quod Archelao fuit Euripides, Ennius Africano, Romano ſenatui Cic. Et te non pudet immundum ex ore tuo ſterquilinium in hunc uomere? nihil de te loqui audeo, Faber modeſtiſſime. Plagæ tuæ mihi excutiunt lachrymas tantumque dolorem afferũt, ut amicis indigeam, qui me perinde ac te conſolentur. Neſcio cui te comparem, niſi Actæoni, quem ut ſui canes laniarunt, ita quoque qui ex tuis uigilijs fructum & commodum ceperunt, qui te præuio & ante ambulone, Philoſophiæ latebras incolumes peruaſcerunt, in te roſtro & dentibus ſæuiunt. Sed ſis bono animo. Aderunt, aderunt qui ulciſcentur, facientque tuos iſtos canes ſuorum pœnitere latratuum. Imò iam affuerunt. Nunquid enim proſpicis pleroſque ex illis (indigni ſunt qui a me nominentur) iam non pluris quam hiſtriones fieri, & ab eruditis haberi uelut indoctos? Indoctos autem? imo & planè barbaros, ipſisque adeò barbaris ineptiores. Luent, luent, & uiui, & mortui, flammaſque

(qui

(quibus ſcripta tua digna dixerunt) ipſi perferent. Impingent (ne dubites) in eruditorum carnificinas, in quibus nullus futurus eſt commiſerationis locus. Iam in Epithetis meis tibi condolueram, neque tamen urgente beneuolentia (quam habeo in literatos genuinam) potui non iterum miſereri, ut docerem, quod prius dixi, nullum eße quantumuis doctum, qui huiuſmodi Libitinarum morſus & radiem declinet. Quis ergo tot eruditis uapulantibus, ſecurum me putet dormire ſomnum? Quis porrectis pedibus nihil timentem quieſcere? quum etiam ſi roſas loquerer, eſſent tamen, quibus meæ roſę olerent urticam. Omnium linguas cohibere uelle, manifeſtaria eſt dementia. Culpam apud omnes deprecari, tam difficile eſt, quàm facile a multis naſo ſuſpendi. Ne multis agam, ſalubrius, mea ſententia, non eſt conſilium, quàm ueniam pręfari, & ſuſcepti Operis cauſam percontaturis dicere. Demum, ſi quis obloquatur, & me aſpergat conuicijs, pili, & aſſis non facere. Primum omnium nemo eſt (ut opinor) neque ex eruditorum turba, neque ex plebeiorum grege, qui manibus, & pedibus non eat in Salluſtij ſententiam, dicentis: Omnibus hominibus (qui ſeſe ſtudent pręſtare cęteris animantibus) ſumma ope enitendum, ne uitam ſilentio tranſeant, ueluti pecora, quæ natura uentri prona, & obedientia finxit: Non enim præter propter uoluptates nati ſumus, & alio uerſum accepimus animam, quàm ut ocio Epimenidis ſomnum indormiamus, & ut Proci Penelopes alijs certantibus, ſoli nihil faciamus niſi numerum. Quid a porcis differemus, ſi multos menſes ſtertamus inſtar glirium, & puriſſimę aquę ſordidum lutum præferamus? Commodemus aures Catoni, qui dicebat, reddendam eſſe uitę rationem. Sequamur laudabilem Gymnoſophiſtarum conſuetudinem, apud quos impranſi abibant, qui nullum diurnæ operæ fructum afferebant. Aegyptię adhæreamus iuuentuti, cui lege fuit cautum, ne cibo prius ueſceretur, quàm centum & octoginta ſtadia percurriſset. Adijciamus oculos moribus Spartanorum, qui ablegatos a ſe pueros non prius domum redire permittebant, quàm parentibus honori, & patriæ utilitati eße poſſent. Fuit, fuit primis ſęculis tantum uirtutis ſtudium, ut ſummam in labore felicitatem reponerent. Qua cauſa Menander dicebat. Deum otioſis non adeſſę: Epicharmus bonos laborem ſequi, timidos nihil unquam aſſequi. Heraclides quoque Lycius unum librum laboris laudibus dicauit, quo aiebat, nihil in rebus humanis magis frugiferum geri poſſe. Quibus perſuaſus argumentis, aliquem ex dactylotheca mea carbunculum in linguæ Latinæ gazophylatium conferre uolui, quòd hominem ſic oporteat uiuere, ut ſe aliquando uixiße doceat poſteros. Qua enim per maximum Iouem opera rectius ingenium exercerem? Nonne pręſtat hoc ipſum facere, quàm plebeculam ad medullas corrodere cum cauſidicis, homines impunè occidere cum medicis, mercatorum inſtar lucro immori, & honores aulicorum ritu ambire? Sequi volo Amaſis Aegyptiorum regis edictum laudabile, qui (vt eſt apud Herodotum) ſanxit, vt ſinguli quotannis apud cuiuſque præfecturę pręſidem profiterentur, unde uiuerent. Quod

qui

qui non facerent, illis pœna extremum ſupplicium eſſet. Sed fac meum hoc penſum non eſſe magni momenti. Minorem ſaltem præſtabo culpam, quam qui nihil omnino parturient. Per me non ſtat, quin melius agam. Natura eſt in cauſa, quæ eam mihi dotem non dedit, quam fortunatis ingenijs, quibus in manu eſt, ex tempore (ſi inſperatà declamandi neceſſitas occurrat) eleganter dicere & copioſe. Arguerem me pigritiæ, niſi certo ſcirem me plus olei multo conſumpſiſſe, quam pleroſque alios: qui tamen multis præcurrunt paraſangis, doctrinaque, & eloquentia tantum me præcedunt, ante alios quantum Pegaſus ibat equos. Si quis dicat, iam nobis abundè eſſe volumnium: quorſum tamen propterea cauillari eos attinet, qui multa ſcribunt, & cumulum augent? quum Theophraſtus trecenta librorum volumina ediderit, Chryſippus ſeptingenta, Empedocles tria & quadraginta, Atteius Capito Conſul ſexaginta? Conſtat Seruium Sulpitium centum & octoginta libros de iure ciuili edidiſſe, Galenum de Medicina centum & triginta. Debemus ægrè ferre, theſaurum noſtrum augeri, & ærarium creſcere? Sed admittendi ſunt ſoli maximè eruditi. Cur ita? An qui habent plenam auro crumenam, argenteos quadrantes ab aceruo reijciunt, & minorem reſpuunt monetam? Hoc illis improperandum, qui ſunt uſque ad eò polypoſi, ut olfactu prorſus careant, neque triticum ab auena & lolio poſſint internoſcere. Nõ eſt diem omnium guſtus. Et quod ad huius ſtomachum facit, illi nauſeã parit. Quod hunc excitat, aliũ ſopit. Hinc fit ut alijs placeat breuitas, alij luxuriantem uerbis, & ſententijs malint orationem. Præterea ſi nihil unquam recens imprimeretur, periculum eſſet, ne tandem literæ naufragium facerent, & perirent ab radice. Vides enim vel iniuria temporum, uel hominum incuria, opera & uigilias multorum iam perijſſe, quorum omnia plurimi à nobis fiunt, & pleno ore ad cœlum feruntur, atque etiam frequenti omnium uoto deſiderantur. Vbi nunc ſunt Accij, Pacuuij, Aeſchyli, Afranij, Anacreontis, Archilochi, Philetæ, Ariſtophanis poetarum, & aliorum plus quingentorum monumenta; Vbi Annales Andronici, Tragœdiæ, Comœdiæ & Satyræ Ennij, Plauti centũ, & triginta fabulæ, Saturnalia, Syluæ, Medea, & Orpheus Lucani? Vbi Manlij Aſtronomica, valgij & Cornelij Galli elegiæ, Licinij Calui Quintilia, Varronis Leucadia & Ceſennia Getulici? Quis habet Laberij & P. Syri mimos, Ceſii Baſſi Lyricos, & Furij Bibaculi Iambos? quis Porcij Licinij, Valerij Aeditui, Cinnæ Domitij Marſi, Pedonis Albinouani Epigrammata? Perierunt magno poſterorum diſpendio, grauiq. iactura. Et quũ legamus, non paucas oratorum centurias olim floruiſſe, unicus propè Cicero, dijs calamitatem noſtram miſerantibus nobis remanſit. Euanuerunt M. Aemilij Lepidi, Spurij & Lucij albinorum, Albucij Sili, Lucinij, Calui, duorum Carbonum, ac totidem Gracchorum orationes, cum Aſinij Pollionis declamationibus. Nec minore damno hiſtoriographorũ opera exciderunt. Q. Curtius, Dion Caſſius, Herodianus; Liuius, Ammianus Marcel. ad nos peruenerunt, ſed fracti, manci, mutili & laceri. Amiſimus bellum Numantium Aſelij Sempronij Ger-

manicum

manicum Aufidij Baſſi. Ex quadraginta libris Polybij quinque tantùm ſuperfuerunt. Quę omnia quanto poſteritatis incommodo, quantaq. ruina perierint, vel cæco appareat. Hanc ergo cladem qualibuſcunque ſubſidijs resarciamus, et quamuis maiores longe ſequamur interuallo, audeamus tamē, Propius ibimus, ſi ad ſumma nitamur, quã ſi præſumpta deſperatione circa ima ſubſtiterimus. Faciamus quod à tribunus militum fieri ſolet, qui cum egregios bellatores amiſerint, copias tamen diſpalatas quibuſcunque poſſunt homunculis inſtaurant, ne omnino uictoria cecidiße uideantur. Creſcet nobis maior gloria, quàm ſi nullam noſtri memoriam poſteris relinquamus. Vide cui probo ſe reddant onnoxios, quibus perpetuę ſunt ſeriæ quiq. compreſſi manibus ſedent, & in ocio contrahunt marcorem. Contrà verò quantum famæ ſibi comparauerint, in quot annos ſuum propagauerint nomē, qui nullũ temporis punctum fructu uacuum permiſerunt fluere. Plinius iunior perire omne tempus arbitrabatur, quod non imperiretur ſtudijs. Apelles nullam diē ducebat ſine linea. Porcius Cato deteſtari ſolebat, ſi qua dies inanis per in curiam effluxiſſet. Qu. Hortenſius orator nullum diem abire ſinebat, quin uel in foro diceret, aut extra forum meditaretur. Tantum erat gloriæ & uirtutis ſtudium apud maiores. Quorum veſtigijs ſi uellemus inſiſtere, magna paſſim foret expectatio. bonas artes iure quodam poſtliminij de ſitu in nitorem redituras. Sed omnia peßum eunt, quia nos gulæ mancipia, & Epicuri de grege porci, nihil aliud ſtudemus, quàm ut paſcamus uentrem, corporum tenus curioſi. Satis eſt, ſi probè ſaginati appareamus populo, poſteritatis nulla cura: quaſi verò nobis tantum nati ſimus, neque patriæ aut amicis quicquam debeamus. Sumus Tygribus maſculis non multum diſſimiles: quibus nulla eſt ſobolis ſuæ curę. Super eſt vt aliquid de Hiſtoria dicamus: quam ideo ſumus aggreſſi, quòd apud Gellium dicat Phauorinus, Viuendum eſſe moribus præteritis, qui cognoſci nequeunt, niſi maiorum intelligatur vita. Intelligi autem non poteſt, niſi per manus relinquatur nepotibus. De cuius vtilitate multis uerbis non eſt dißerendum. hoc omnes tanquam ſuos ungues tenent. Facit in primis, ut dum eorum uitam legimus, qui ſua culpa in diſcrimen aliquod ceciderunt, aliena fruamur inſania, & pedem ab his reuocemus, quæ alijs naufragium attulerunt. Nunquid ſuaue eſt, alieno infortunio ſibi præcauere? In tranſitu fluuiorum qui primi tentant vadum, aleam fortunę periculoſam ſubeunt. Qui à tergo ſequuntur, poſſunt periculum declinare, ſi uelint. Si nihil haberemus de antiquitate, quam viuendi conſuetudinem ſequeremur? Eſſemus vetuſtiſſimis illis Arcadibus ſimiles, quibus quoniam nulla erat rerum experientia, nulla cognitio, belluuino more degebant, ac nudi uagabãtur, Quos qui ad meliorem cultum redegerunt, in deorum in digitamenta relati ſunt. Pręterea nulla eſt ars aut diſciplina, quæ maiorem ſine tędio uoluptatem afferat. Medicinam plerique obducto ſupercilio, contractisq. naribus auerſantur ut immundam & olentem putide; ipſosq. medicos cum nauſea refugiunt, uelut ſcarabeos ſtercori bubulo ſe impenetrantes,

& cum

& cum vulnerariis aliquid habentes commune. qui ſanioſa tractant vlcera, & admotis manibus ipſum pus exprimunt. Vtriuſque iuris & legum ſtudia pleriſque non admodum probantur, quòd lucri magis quam virtutis cauſa appetantur. Theologiam faſtidiunt quamplurimi, vt laborioſam, & nimis tetricam, quòd nihil habeat feſtiuum, nihil marcentem Lectoris ſtomachum irritans. Cuius etiam ſectatores in contemptum & riſum venerunt, quòd mortalium videantur inſolentiſſimi, & neminem præ ſe ducant hominem, ſeq. primos omnium rerum eſſe velint. Contrà verò Hiſtoriam nulli refugiunt: amplectuntur omnes: nulli non lubenter audiunt. Cuius ſcriptores tanto quodam in precio fuerunt, vt ad audiendum Liuium non humiles ſolùm & gregarij homines, ſed clariſſimi quoque principes ab extremis Hiſpaniarum finibus. Romam vſque turmatim uenerint. Ioſepho propter libros de Captiuitate Iudaica ſcriptos Romani ſtatuam erexerunt. Antipater Hieropolitanus Seuero principi, Clitarchus Alexandro, Dexter Theodoſio, Amyntæ Macedonum regi Hellanicus Mityleneus, Eratoſthenes Cyreneus Ptolomæo Euergeti, ob ſcriptas hiſtorias cœperunt familiareſcere. Nec aliam ob cauſam Demetrius Poliorcetes Hieronymum Rhodium magna mercede ſibi domeſticum fecit. Si quis dicat iam eſſe nobis affatim autorum, qui hoc ſcribendi genus ſecuti ſunt: reſpondebo, nullum propterea detrimentum ex copia naſci. Si quem pœniteat meæ lectionis aliò ſe conferat. Nolo quemquam iurare in uerba mea. Inſulſus eſt, & caret naſo, qui nequit eligere, quod eſt ſibi uſui: aut refugere, quod detrimento. At carere potuiſſemus hoc opere, & maximo poſſemus autore. Vna & altera ueſtis poſſunt homini ſufficere: aliæ tamen propterea non reijciuntur. Scripſerant de geſtis Alexandri, Clitarchus, Polycratus, Oneſycritus, Antigenes, Iſtrus Ariſtobolus, Cares, Philippus Calcidenſis, Ptolomæus, Antidites, Philo Thebanus, Antiſthenes, Menechmus Sicyonius, Nymphis Heracleotes, Potamon Mitylenæus, Sotericus Aſites, Arrianus, Plutarchus, Neque tamen probo datum eſt Curtio, quòd eandem retexuerit telam. Vide quot habent præcones Imperatorum uitæ, ut præter alios obſcurioris famæ, Tranquillum, Dionem, Caſſium, Aelium, Spartianum, Iulium, Capitolinum, Aelium, Lampridium, Vulcatium Gallicanum, Trebellium Pollionem, Flauium Vopiſcum, Sextum Aurelium Victorem, Eutropium, Paulum Diaconum, Ammianum Marcellinum, Pomponium Lætum, & noſtra ætate Baptiſtam Egnatium. Qui tamen omnes eundem torſerunt funem, incudem omnes eandem tutuderunt. Vitas quoque Romanorum Pontificum ſcripſere quamplurimi, ut Damaſus, Anaſtaſius, Guido Rauennas, Sigiſbertus monachus, Hugo Florianus. Sicardus præſul Cremonenſis, Gotfredus Viterbienſis, Martinus Carſulanus, Landulfus Cartonenſis canonicus, Sazomenus presbiter, Geruaſius Ricobaldus, Ptolomæus Lutenſis, Antonius præſul Florentinus: poſtremò Platina, Latini omnes: præter Grecos, Euſebium Ceſarienſem, Sazomenum Salaminium, Socratem Conſtantinopolitanum.

politanum, & Zonaram. Quos ſi ſecutus fuero, quis erit obiurgationis locus, quæ mei culpandi ratio? Qui cauſabitur, plura nunquam ſcriptorum, quàm nunc extitiſſe monumenta, ibo inficias. Vnde ergo ſeptingentia voluminum millia ſibi collegiſſet Ptolæmeus Philadelphus? Vnde tria millia Tyrannion grammaticus? Cui etiam opinioni ſi accederem, propterea tamen non faterer mittendum eſſe litteris & labori repudium. Stultè mihi ſuadere videntur, qui aiunt, tantiſper ſupprimenda eſſe opera, dum conceſſerimus fato. Quis meum defuncti opus emaculabit? quis addet aut detrahet vbi poſtulabat locus? Quis inuertet, ſi oporteat: aut in his recantabit, quæ non probabuntur populo? Quis cum laruis luctantium calumnias refellet? Ad hæc palàm eſt, multos eſſe ardeliones, qui quum ſtudio laudis immoriantur, neque tamen aliquid dignum laude parturire valeant, inſtar Horatianæ corniculæ plumas ſuffurantur alienas, vt neſcio quis mihi notus, cuius nomini parco, qui ex aliquot meis qualibuſcunque Dialogis frugem ſibi fecit, laudem præripuit, & alieni laboris ſolus gratiam hauſit. Quod omnium confeſſione tam turpe eſt, quàm iniquum eos metere, qui ſementem non fecerunt. Sed vt hæc omittamus, certam in ſpem vocor, multa in hoc opere culpatum iri, multa fore quæ prodigioſa, aut etiam incredibilia hominum videbuntur indicijs. Quæ ſi recta videantur, non pudebit me cum Steſichoro palmodiam canere, aut certè incudi reddere. Capita plerunque modis de rebus adieci, vt de lenonibus ancillis, abſtemijs, cocis, & multis eius farinæ. Quod ſi quis rideat, & notet carbone, ad cauſæ meæ patrocinium iubebo eos in medium prodire, qui ex minimis itidem rebus ſcribendi argumenta deſumpſerunt. Addidit Antonius librum de ſua ebrietate: Homerus vnũ de laudibus vini, alterum de bello ranarum: Ephren Syrus de vituperatione riſus: Marcion Græcus de raphano. Pythagoras de bulbis: Diocles de rapo, Phanias phyſicus de vrtica. Quod ſi non arguuntur feciſſe, nec ad ſcribendum erit uitio, ſi minimarum rerum quandoque hiſtorias collegero. Nec tamen erratis meis vbique patrocinari & fauere uidear: vnum eſt in quo ipſe culpam agnoſco, quòd Græcas hiſtorias Latiuis, Latinas barbaris, & oratoria poeticis paſſim confudero. Quod à me factum eſt, non inſcitia, ſed laboris magnitudine: cui quum nequirem ſupereſſe, parendum fuit neceſſitati. Iam ſatis lutactum eſt cum maledicis. Nunc ſupereſt, vt ad te noſtra dirigatur oratio: Gaufrede literatiſſime: dicamq. quid me mouerit, hanc operis mei præfationem egregio tuo nomini conſecrare. Hoc fecit illud literarum & virtutis ſtudium, quo à teneris annis totus prurire cœpiſti, & conflagrare, doctosq. omnes genuina quadam beneuolentia proſequi. Exiſtimabam præterea, fore mihi vituperio, ſi non reminiſcerer tuæ beneuolentiæ qua me tyrunculum, & in primis literis collegam tuum ſupra fidem amabas: idque adeò vt cæteros omnes condiſcipulos præ me vno nihili faceres. Vbicumque tibi occurrebam, nunquam ſine riſo me alloquebaris, dextram

(quod

(quod dici ſolet) à tertio uſque iugere mihi porrigebas, magnum & euidens tui candoris, tuaque amicitiæ argumentum. Præterea, Blaſius Madronetus Cecuriacus tuus cliens bonarum literarum auidiſſimus helluo, (vt de Vticenſi Catone ſcribit Cicero) nominis tui præco aſſiduus. non deſiſtebat quotidie me præſente multa de virtutibus tuis, multa de literarum & literatorum amore immodicę prædicare: meiq. amorem in dies tibi creſcere affirmabat iuramento. Quo ductus argumento, docere volui, me non eſſe ex eorum grege, qui beneficium nunquam agnoſcunt, & apud quos interit ſtatim gratia. Quòd famuli tui munus tam ſincera fronte accipies, quàm beneuolo datur animo. Vale homo perpaucorum hominum, clariſſimæque Virtutis, & literaturæ, & ſcribendum in calce huius operis tuo nomini Epigramma expectes aliquantiſper.

HENRICI LABERII NVNCVRIANI
DE MORTE SVI TEXTORIS
QVAERIMONIA.

Ad virum multa eruditione & probitate ſpectabilem D. Ludouicum Miletium, hypodidaſcalum Nauarrienſem meritiſſimum.

Quis mihi neptunus uiolentis ignibus undas
Suggeret? irato quis mihi fręna dabit?
Quæ mihi Pleiades poterunt extinguere flammam,
Quam motus calido pectore ſanguis alit?
Nulla iracundis vacua eſt ſingultibus ora,
Vitaq. placatum non habet iſta diem.
Multoties renouat miſerabilis ira dolorem:
Ira inquam ad luctus ingenioſa meos.
Ter mihi quotidie præſentes poſtulo ſurcas,
Quę uitam ſecum triſtitiamq. ferant,
Ter quæſita die mihi ſunt longa æquora ponti,
Oſſa vbi pennati luſor amoris habet.
Deuoui toties madidis hoc corpus arenis,
Frigida vt amnigenis piſcibus eſca forem.
A Ioue ſceptrigero petij reuolubile ſaxum,
Quod miſer Aeolides per iuga montis agit.
Sed luctus, uideo, nec dij nec vota leuabunt
Sorbebuntq. meas uentus & aura preces:
Ipſe niſi ſatyras, dirumq. exprompſero virus,
Et malè cælicolis, ſideribusq. preces.
Sed fallor, nihil eſt quod ſidera & aſtra laceſſam,
Sunt vertenda aliò carminis arma mei.
Vos igitur muſæ, quibus eſt permiſſa poteſtas.
Laurigera vatum cingere fronde caput:
Et quas ſeruandis commiſit vatibus Orpheus.
Sollicitus veſtri dux q. paterq. chori:
Cur non ſeruaſtis Textorem, dicite Muſæ,
Præcipuum clara Palladis arte ducem?
Non illum Argolici terrebant ora Periclis,
Nec ceſſurus erat Socratis ingenio,
Quis melius dedicit lingua exarmare leones.
Et faciles ſola reddere voce feras?

Quis

Quis potuit melius verbis lenire furentem,
Et dare præcipiti fræna modumq. viro.
Carmina Dircæus caneret dum muſica uates
Et reſonum digitis ſollicitaret ebur:
Ad cithare pulſum mouere cacumina montes.
Atque ſua lentus ſponte ſaliuis aper.
Haud aliter Textor uibras laxante Camęna,
Tardipedi potuit ſubdere calcar equo.
Atque ſoporatos à ſomno pellere glires,
Et bello inſuetas cogere ad arma manus.
Pertigerat Latios Textoris gloria fines,
Erepture tibi Quintiliane togam:
Quum ſubito exarſit miſeros qui regibus æquat.
Parcarum impatiens ſanguineusq. furor.
Textorem noſtræ inuiderunt fata Nauarræ.
Fata, inquam, doctis inuidioſa uiris.
Sed nonne hac cauſa culpam excuſabo Sorores?
Digna eſt compedibus, dignaq. culpa focis.
Si uos integritas fidei non mouerit, atque
Inter nos iunctæ fædus amicitiæ,
Flectere uos hominis potuit doctrina ſepulti,
Et multis probitas diſcutienda modis.
Quodq. magis crucior, vel quod mihi ſuſcitat iras.
Nondum finierat Dia iuuenta iocos.
Nec primum compleat iter reuolubilis ætas,
Quum dedit extremum mors inimica diem.
Ecquid nos igitur ſceleris patraſſe putabo?
Iacturam ne unius creditis eſſe pili?
Si vos ſupplitio Rhadamanti traxerit ira.
Non ſatis ad pœnas tartarus vnus erit.
Sed quoniam nihil hic luctus, nec proficit ira,
Nec motus animos verba cruenta leuant,
Textoris cinerem Muſæ ſeruate: reliquit
Ingenij fœtum Textor, opusq. ſui.
Interea ablatum vobis tutabere uatem,
Milet Aonij prima lucerna gregis.
Si te celſus amor ſtudiorum allexerit vnquam,
Hęc tibi ſeruandi cura parentis erit.
Vos quibus ingenium Textor ſuffecit & artem.
Huic cineri violas, thura facesq. date.
Quando etiam ante oculos verſabitur vmbra ſepulti.
Dicite: Textoris molliter oſſa cubent.

DE DEIS EORVMQ CVLTV.

TITVLVS I.

DIVERSORVM DE DEO OPINIONES.

FVERVNT quidam, qui mundum vniuerſum Deum eſſe affirmarūt, de quibus Origenes in lib. aduerſus Celſum quinto. Stoici primum Deum eſſe mundum, & Platonici ſecundū, ex cæteris Græcis aliqui tertium mundum dixerunt.

Thales Mileſius Deum dixit mētem, qui ex aqua cūcta formauerit, qui nec principium, nec habiturus ſit.

Anaximāder & ipſe Mileſius, ſtellas & aſtra deos eſſe cœleſtes putauit, nihil diuinę menti attribuens, ut ait Auguſtinus. Sed Cicero de Natura deorū ait, eum natiuos deos longiſque interuallis ortētes occidentesque affirmaſſe.

Anaximenes & ipſe Mileſius, infinitū aera dixit, cui omnes cauſas attribuit, et deos ex aere ortos credidit, Auguſtinus & Cicero.

Democritus Abderites, Deū exiſtimauit mentem eſſe igneam, & mundi animā, Cicero & Arnobius.

Pithagoras Deum ita definiuit: Deus eſt animus, qui per uniuerſas mūdi partes, omnemque naturam commeans atque diffuſus, ex quo omnia quæ naſcuntur animalia vitam capiant. Meminit Plutarchus in uita Numæ.

Lyſis & philolaus dixerunt numerum ineffabilem, aut maximi intimiq. numeri ſummitatem Deum eſſe. Origenes.

Archelaus Apollodori Athenienſis, Phyſicus, ex terra omnia facta eſſe dixit, eāq; vniuerſorum principium eſſe voluit. Epiphanius.

Pherecides, eodem autore tradente, dixit terram ante omnia factam eſſe, cui & diuinitatem tribuit.

Heraclius Epheſius deos ex igne credidit, vt Varro & Auguſtinus tradūt. Idē credidit Hippaſus Metapontinus, teſte Simplicio. Anaxagoras Clazomen. homœomerias rerum principia putauit, & diuinum animum ſenſit rerum omniū effectorem, teſte Auguſtino. Alij verò infinitam mentem Deum ſtatuiſſe ſcribunt.

Prodicus Ceus; quatuor elementa deos ſtatuit, item ſolem & lunam. ex his enim vitalem virtutem exiſtere credebat. Epiphanius.

Diogenes Apolloniates aerem dixit rerum eſſe materiam quidem, de qua omnia fierent. Sed aerem ipſum compotem diuinæ rationis, ſine qua nihil ex eo fieri poſſit. Auguſtinus & Simplicius.

Cleanthes Aſſius, Stoicus, æthera eſſe ſummum Deum ſtatuit, ſecūdū pleroſque vt verò Arnobius ait, mentem modò, animum modò, modò æthera, plerumque rationem Deum eſſe diſſeruit.

Straton naturam ſtatuit Deum eſſe, ut idem Arnobius memoriæ prodidit.

Antiſthenes Atheniēſis; multos quidem ait populares deos, vnum tamē naturalem ſummæ totius artificem eſſe.

Chryſippus Cilix, Stoicus, nunc naturalem uim diuina ratione præditam, nūc diuinam neceſſitatem Deum prædicabat.

Zeno Citticus diuinam naturalemque legem Deum eſſe putauit,& ſimul æthera Arnobius.

Xenophanes Colophonius omne quod eſſet infinitum,adiūcta mente Deum eſſe voluit:& vt Theophraſtus ait,vnum,& uniuerſum,omneque Deum eſſe prodidit.Simplicius.

Parmenides Eleates commenticium,quiddam coronę ſimilem , quam στεφάνην appellat,cōtinentem ardorem lucis,orbem qui cingit cęlum, quem Deum uocat Cicero & Simplicius.

Empedocles Agrigētinus, quatuor naturas,ex quibus omnia conſtare cenſet diuinas eſſe voluit quas & naſci & extingui putauit.Cic.de Nat.deor.

Theodorus qui ἄθεος cognominatus eſt, dicebat nugas eſſe qui de deis ſermones habētur,nec eos eſſe:quare oēs ad furta,periuria & rapinas hortabatur, Theodorus & Epiphanius.

Prothagoras Abderita negabat ſeſe omnino habere de deis quid liqueat,ſint,nō ſint,quales ve ſint.

Xenocrates,Chalcedonius deos octo eſſe prodidit : quinque in ſtellis uagis,unū qui ex omnibus ſideribus,ſeptimum ſolem,octauum lunam conſtituit.

Plato Atheniēſis,nec ęthera,nec rationem,aut naturam,ſed vt eſt,Deū appellat, ab eoque mundum hunc perfectum,mirabilemque eſſe fabricatum.

Xenophō Socraticus formā Dei veri negabat videri poſſe,& ideo quæri nō oportere quid aut qualis ſit Arnob.

Ariſton Stoicus Deum in ſua ſubſtantia comprehendi non poſſe affirmabat.

Ariſtoteles vnam mentem mundo præeſſe, & omnium cauſam eſſe ſtatuit.

Speuſippus vim naturalem,animalem,qua omnia regantur,Deum eſſe ſtatuit.Vt Arnob.in.1.ſcribit.

Alcmeon Crotonitates ſoli ac lunæ,reliquisq.ſideribus,animoq.præterea diuinitatē dedit,qui(vt ait Cicero)nō ſenſit ſeſe mortalib. reb. immortalitatē dare.

Ecphantus Syracuſanus,Deum mentem & animam eſſe exiſtimauit:vt Origenes memorię prodidit.

Brachmanæ Indiæ Sapientes,Deum lumen dicebant , non vt ſolem vel ignē,ſed rationem qua occulta myſteria ſapientibus videntur. Vt ait Origenes.

Stoici ut plurimū Deum diuinam ſubſtantiam,intelligibilem & igneā eſſe decreuerunt,forma carentem:ſed tranſmutari in quæcunque uelit,& aſſimilem fieri crediderunt.Quem philoſophi aſtra & cæleſtia omnia quæ mouentur,deos putabant.Lactantius & Cicero.

Heraclides Ponticus tum mūdum tum mentem diuinam eſſe putauit, et mirabilem Dei formam eſſe uoluit:quin & terram & cælum in deos retulit.

Epicurus Atheniēſis ex atomis deos ſuos conſtituit; & eos quidē corporeos putauit,ab hominibus tamen diſcretos, hominum tamen figura.

M.Terentius Varro Deum ait ſe arbitrari animam mundi, ipſumque mundum Deum eſſe.

Cicero Deum ita definit:Deus eſt mens ſoluta quædam,& libera et ſegregata ab omni concretione mortali,omnia ſentiens & mouens.

Origenes ex Epicuri ſentētia, ſempiternos deos & incorruptos ait, ſed nihil prouidere.

DEOS QVI PRIMVM COLVERINT.

Æthiopes, qui antiquiſſimi eſſe feruntur , deos primum ſe coluiſſe affirmabant : quod & Diodoro veriſimile eſſe videtur apud eos alijs deos ſempiternos , alij mortalis & corruptibilis naturę participes eſſe putauere.

Phœnices de deis & rerum principijs miranda tradiderūt,qui Dagonam & Chamum coluerunt magna veneratione.

Atlātides Africæ populi ab ſe deorū genus manaſſe aſſerebant, qui primum Deū

οὐρανὸν

οὐρανὸν,ideſt cœlum apud ſe regnaſſe prædicabant.

Augilæ & ipſi Africę populi,nullos omnino Deos putarunt præter defunctorum manes,a quibus reſponſa petere ſolebant ſepulchris incubantes.

Phrygum item Theologia de eorum origine his non ualde abſimilia aſſerebat.

Perſæ nec ſtatuas nec aras erigebant,deos verò putabãt Cœlum, quem Iouẽ exiſtimabant.Solem colebant,quem Mithran vocabant. Item Lunam, Venerem, Ignem & Tellurem.præterea Ventos & Aquam.

Iudæi,vt Corn.Tac.autor eſt,mente ſola vtrumq; numen intelligebant.

Apud Græcos Cecropem primum omnium Iouẽ appellaſſe,ſimulachra reperiſſe, aras ſtatuiſſe,victimas immolaſſe,Iſidorus memoriæ prodidit.

Germani priſco tempore(vt Tacitus ſcribit)nec deos cohibere parietibus, neque in vllam humani oris ſpeciem aſſimilare,ex magnitudine cœleſtiũ fas arbitrabantur.

DE DEIS SVPERNIS.

Dei ſuperni ſunt,Dæmogorgon,repertus in viſceribus terræ.

Saturnus inuentor falcis:cuius ſeculo ætatem auream floruiſſe dicunt.

Iupiter Saturni filius quem poetæ cœlo preſſe,pulſo parente fingunt, ibique fulminare.

Apollo,qui ꝓpter interfectos Cyclopes,diuinitate priuatus,Admeti regis Theſſalię pauit armenta.Fertur inuentor medicinæ.Triplex eſt eius poteſtas.Vocatur Sol in cœlis,Liber pater in terris,Apollo in inferis Muſis præeſt: armatur arcu, ſagittis & clypeo.Perpetua iuuentus eidẽ tribuitur.Deus eſt poetarum uatũ & augurum Genitus fertur in Delo eodem partu,quo Diana.

Bacchus Iouis filius & Semeles,bis genitus, & fulminata matre natus ex femore Iouis:dictis propterea Ferogemina. Vinũ reperit, vniuerſum orbẽ peragrauit: debellatis Indis,primus omnium triumphauit.Sacrificas habuit & ſacerdotes, quę dicuntur Bacchæ,Menades Tyades & Mimallonides. Perpetuam iuuentutem habere fertur,ut Apollo.

Mercurius deorum nuncius,Deus furum,galero & caduceo ornatus,indutus talaria,Deus facundiæ, Argi centocul interfector.

Mars Deus belli & armorum, apud Thraces natus, frater Bellonæ, cuius miniſtri finguntur Impetus,Diſcordia,Ira,Furor.

Hercules monſtrorum domitor, armatus claua, exuuium leonis indutus, Iouis & Alcmenæ filius,odioſus Iunoni,cuius mandato portenta ſubegit:combuſtus in Oeta propter indutum pallium Neſſi cruore tinctum.

Vulcanus Deus ignis,fulminum fabricator,maritus Veneris.

DEÆ SVPERNÆ.

Cybele vxor Saturni,vecta leonum iugo Deum mater.

Venus,nata maris ſpuma,dea amorẽ,vxor Vulcani, mater cupidinis & Gratiarũ, facibus armata,ceſto incincta.

Themis, quam Deucalion & Pyrrha conſuluerunt ſuper humani generis reparatione.

Iuno Saturni filia,Deum regina maxima cœlicolum coniunx & ſoror Iouis,Dea diuitiarum,quæ nubentibus præeſt & parientibus.

Cæres dea frugum,Saturni,& Opis filia,legum latrix apud Siculos: vnde & legifera vocatur a Marone.

Minerua nata ex Iouis cerebro dea ſapientię,diſciplinarum & morum.

Diana Iouis & Latonę filia,dea virginitatis,quæ in cœlo Luna,in terris Diana,in inferis vocatur Proſerpina.Vnde a triplici poteſtate vocatur Triformis.De hac Catullus ait:Montium domina vt fores, Syluarumq; virentiũ, Saltuumq; recõditorum, Amniumq; ſonantium,Tu Lucina dolentibus,Iuno dicta puerperis, Tu potens triuia & notho es dicta lumine Luna.

DEI INFERNI.

Pluto, Cerberus, Charon, Minos, Æacus Radamanthus.

DEÆ INFERNÆ.

Proſerpina, Megæra, Cimæra, Tiſiphone, Clotho, Lacheſis, Atropos.

DEI MARINI.

Oceanus, Neptunus, Palemon, Pollux, Caſtor, Nereus, Protheus, Phorbas, Melicerta, Glaucus.

De Protheo deo maris, Vergilius libro quarto, Georgic. Eſt in Carpathio Neptuni gurgite vates Ceruleus Protheus. Aliter vocatur Vertumnu. Propertius libro quarto. Quid mirare meas tot in vno corpore formas? Accipe Vertumni ſigna paterna dei.

DEÆ MARINÆ.

Amphitrite, Thetys Doris & Nereides.

DII NEMORVM.

Fauni, Panes, Satyri, Syluani.

DEI SELECTI.

Dij ſelecti dicebantur, quorum maior erat poteſtas. Fuerũt autem viginti numero duodecim mares: Ianus, Iupiter, Saturnus, Genius, Mercurius. Apollo, Mars Vulcanus, Neptunus, Sol, Orcus. Liber pater, Octo fœminæ: Tellus, Ceres, Lucina, Iuno, Diana, Minerua, Venus, Veſta.

DE DEIS DIVERSIS.

Aſſyrij deo quem ſummum habebant & venerabantur, Adad nomen dederunt. Quæ dictio ſignificat vnum. Subiungunt eidem Atergatim deam: his autem duobus omnem rerum poteſtatem tribuebant.

Achilles in Epyro olim vt deus colebatur, autor Plutarchus.

Aeolus habitus eſt ventorum deus. Vnde Iuno apud Vergil. ſic eum alloquitur: Aeole, namq; tibi diuum pater, atq; hominum rex. Et mulcere dedit fluctus, & tollere ventos. Deus æris vocabatur Aeſculanus.

Agonius deus dicebatur, qui rebus agendis præerat.

Gallis Romam aduentantibus, audita eſt nocto vox quædam, quæ eius rei magiſtratus monebat. Ex eo tẽpore Aius deus à Romanis cœpit honorari. De hoc meminit Cic. lib. 1. de diuini. Budæus lib. 4. de Aſſe Nempe, inquit, quòd Aios ille locutius, arcanum nihil eſſe finit eorum, quæ in aula geruntur.

Alcinous rex phæacum, fingitur deus hortorum, quòd hortos & pomaria diligentiſſime curauerit Statius: Quid fifera Alcinoi laudẽ pomaria? Verg. li. 2. Georg. Pomaq; & Alcinoi ſyluę.

Anaitis dea colebatur a Lydis, eiusq; miniſterio nobilitate præſtãtes puellas dedicabant, quæ inibi corporis pudicitia in vulgus data, velut anguſtiores factæ, mox viris nubunt.

Anculi & Anculæ putabantur dij & deæ ancillarum. Angerona dea à Romanis culta eſt, quũ tota ciuitas angina laboraret. Sacra eius dicebãtur Angeronalia. Simulachrũ fingebat digito labris admoto. Plin. lib. 2. Nanque diua Angerona cui ſacrificatur ad diem XII. Calen. Ianuarias, ore obligatio obſignotosq;, ſimulachrum habet.

Ariſteus deus mellis. Vnde Ouid. lib. 1. Faſt. Flebat Ariſteus, quòd apes cum ſtirpe necatas. Viderat incœptos deſtituiſſe fauos.

Arungus fuit deus, qui mala a frugibus auertebar, vt Robigius autor Gel.

Atergatis dea colebatur à Syrijs. Strabo: Trans Euphratẽ eſt Bambyce, quam Edeſſam & Hierapolim vocant, in quà Atergatim Syriam deam colunt.

Bona dea colebatur a Romanis mulierib. Ab ei[9] ſacrificijs arcebant mares. Tibu. li. 1. Sacra Bonę marib. nõ adeũda deę. Ea fuit Dryas Fauni filia vel vxor, q̃ uirilẽ aſpectũ adeò refugiſſe ferũ, vt nunq̃ ꝑſpecta ſit in publico. Maximo opprobrio

datum

datum eſt P. Clodio, ꝙ eius ceremonias violaſſet, adulterata Pompeia Q. Pompei filia, & Sylle nepte. De hac Iuuenalis: Nota bonæ ſecreta deæ.

Bubona dea bonum & armentorum.

Carna dicebatur dea cardiuis. Oui. li. 5. Fa. Prima dies tibi Carna datur dea Cardinis hæc eſt, Numine clauſa aperit, claudit aperta ſuo. Hãc deam veteres vitalibus humanis pręeſſe opinabãtur, petebãtq. ab ea, vt iecinora, corda, & alia q̃ ſunt intrinſecus uiſcera, ſalua conſeruarentur. Huic templum dicauit Brutus.

Caſtor & Pollux inter numina maris ponuntur. Plin. lib. 2. Et ob id Polluci & Caſtori id numen aſſignant, eosque in mari deos inuocant. Catu. Iam prece Pollucis Iam Caſtoris Implorata, Tale fuit nobis Mallius auxilium.

Conſum appellarunt deum conſiliorum, cuius aram ſub terra inuẽtam fuiſſe dicunt. Eius feſta vocabantur Conſualia: autor Plautus in Romulo.

Deuerram deam venerabantur, vt ſcopis domum poſſent uerrere.

Dice erat dea & præſes iudiciorum, quæ lites & cõtẽtiones dirimebat. Eius miniſtri vocabantur Dicaſtæ, quaſi litiũ diremptores. Simulachrum Apollonij Tyanei ſub Herculis Alexiaci nomine cõſtituiũ adorabat̃ ab Epheſij, teſtis Lactãt.

Eanus deus, qui euntib. præerat, vel deus anni. Cuius imaginem quum Phœnices vellent exprimere draconem finxerunt in orbem redactum, caudamque ſuam deuorantem, vt appareat mundum in ſe reſolui.

Empanda vocabatur dea, quæ rebus patentibus præerat.

Fellenus deus fuit Aquileienſium tutelaris ac præſes.

Feronia fuit nemorum dea. Verg. Et viridi gaudens Feronia luco.

Fidium ſunt qui Iouis filium dicant, a fide. Plaut. per deũ Fidiũ credis iurato mihi. Fuit apud veteres Romanos in honore maximo, adeò vt templa cum ſacrificijs meruerit. Cultus eſt a veteribus in Quirinali iugo Nonis Iun. Oui. in Faſt. Quærebam nonas ſancto Fidio ne referrem.

Flora, dea florum. Ouid. lib. 6. Faſt. Hunc meus impleuit generoſo flore maritus: Atque ait, Arbitrium tu dea floris eris.

Fro & Thor nomina ſunt deorum in hiſtoria Saxonis Grammatici.

Furina ſignificat deam furum. Secundum Ethruſcos tamẽ deam fortium, ad dirimendas lites.

Hebe Iouis filia, Herculis vxor, dicta eſt dea iuuẽtutis. Catullus: Hebe nec longa virginitate foret.

Horchia erat dea Ethruriæ vrbis, cui dicatũ eſt ſanum. Ab ea vicus Horchianus ſumpſit nomen.

Hymenęum Veneris filium, & deum nuptiarum fecerũt. Eius laudes Catullus in Epithalamio Iuliæ & Manlij cumulatiſſimè ſcribit.

Hyppona dea erat equorum quã ſtabularij colebant. Eius ſimulachrũ locabatur in ſtabulis Iuue. Sat. 8. Iurat ſolam Hipponã & facies olida ad pręſepia pictas.

Ianus (quem poetæ bifrõtem faciunt, quod ut opinor, finẽ & principium anni videat, aut quòd præterita ſciuerit, & præuiderit futura) templum hubuit Romę, apertum belli tempore, clauſum uerò dum pax erat.

Iſis uxor Oſyris, & Anubis fuerunt Aegyptiorũ numina: quorũ hunc canina ſpecie reuerebantur Lucanus lib. 8. Nos in tẽpla tuam Romana accepimus, Iſim, Semideosque canes &c.

Lauernam appellarunt deã furum, a qua & Laserniones dicti ſunt fueras. Horat. lib. 1. Epiſt. Pulchra Lauerna Da mihi fallere, da ſanctum iuſtumque videri.

Leucot hoc dicitur dea maris, Latini Matutam vocant. Ouid. Leucothoe Graijs: Matuta vocabere noſtris Propert. libro 2. Quæq. tibi excepi tũ dea Leucothoe.

Libitina habita eſt dea ſepulchrorum & exequiarũ, quã Poplilius inſtituit coli. De hac Hor. lib. 3. Carm. Nõ omnis moriar magnaq. pars mei Vitabit Libitinã.

Limentinus deus præerat liminibus.

Mania fuit dea & mater larium, cui pro familiarium ſoſpitate mactabātur pueri. Verùm Iunius Brutus conſul, hoc ſacrificij genus commutauit. Nam capitibus alij, & papaueris ſupplicari iuſſit.

Meditrina dea erat medicamentorū, a medēdo. Eius ſacra vocātur Meditrinalia.

Mellonia putabatur dea mellis.

Mena credebatur pręeſſe menſtruis mulierum.

Murcea dea, quæ reddebat murcidos homines, & deſidioſos.

Miagrus erat deus muſcarum. aliter vocabatur Myodes, & Achor Plutar.

Nūdina erat dea Romanorū, à nono die nūcupata, qui Luſtricus dicitur. Die Luſtrico pueris imponebātur nomina, marib. nono, fœminis octauo, iniquit Macr.

Ormaſdes fuit Perſarum deus. Plutar.

Oſyris maritus fuit Iſidis, & rex Aegypti, quem à Typhone fratre interfectum Aegyptij in forma bouis coluerum, & frequenter immerſū aquis quæſiuerunt cum luctu, vocaueruntque Apim quæ dictio eorum lingua ſignificat bouem. Tibul. lib. 1. Te canit, atque ſuum pubes miratur Oſyrim; Barbara Memphitem plaudere docta bouem. Primus aratra manu ſolerti fecit Oſyris, Et tenerā ferro ſollicitauit humum. &c.

Palici dij colebātur in Sicilia Horum autem genealogiam Macrobius hunc in modum ſcribit: Iuxta Symetum Siciliæ fluuiū nympha Thalia, cōpreſſu Iouis grauida metu Iunonis optauit, vt terra ſibi dehiſceret. Quod & factū eſt. Sed vbi venit partus maturitas, recluſa terra infantes emerſerunt.

Pan fingitur deus paſtorum. Vergil. in Buc. Pan curat oues, ouiumque magiſtros.

Patultius dicebatur & Cluſius Xenō apud Macrob. teſtis eſt, Ianum in Italia primū dijs ſacra feciſſe, & ritus ſacrorum inſtituiſſe. Simulacrum eius fingebatur, manu dextra trecentorum, & ſiniſtra lxv. numerum continens, ad exprimēdam anni dimēſionē. Varijs autem nominibus eum appellabant, quæ quoniā in Epithetis noſtris iam poſita ſunt, non repetimus.

Pecuniam quoque inter dearum nomina repoſuerunt.

Pomona dea hortorum, & pomorū. Ouid. lib. 14. Rege ſub hoc Pomona fuit, qua nulla Latinas Inter Hamadryades coluit ſolertius hortos, &c.

Portunus deus, qui portubus præerat. aliter vocatur Palemon & Melicerta.

Priapus deus & cuſtos hortorum falcē habuiſſe fingitur, cuius motu aues & furū culos terreret. Colu Inguinibus puero prædoni falce minetur.

Proſa & Poſtuerta deæ fuerūt, ita appellatæ à recti peruerſique partus poteſtate, ac nomine.

Pitho credita eſt dea eloquentiæ: hanc Latini Suadam nominant.

Razenna deus erat Ethruſcorum, qui coniugijs præerat.

Robigodea, & Robigus deus, quos Romani opinabantur à ſegetibus rubiginē auertere. Eorum ſacra vocabantur Robigalia.

Rumiliā veteres dixerunt deam, quæ lactentibus adhuc infantulis præerat. Nā Ruma dicitur mamma. Vnde agni ſubrumi.

Salacia dea dicebatur a cōciliando ſalo. Pacuuius. Hinc ſæuitiā Salaciæ fugimus.

Seiam veteres deā à ſerendo, & Segeſtam à ſegetibus appellabant: Simulacra Romæ habuerunt, ætate Plinij.

Stercutius Fauni filius, ob artem ſtercorandi deus habitus eſt.

Syluanus deus eſt pecoris & aruorū. Vergil. lib. 8. Syluano fama eſt veteres ſacraſſe Pelaſgos, Aruorum pecoriſque deo.

Syluani ruſticorum ſunt numina, vt etiam Fauni & Panes. Plinius lib. 12. Qui & Syluanos Faunoſque & deorum genera ſyluis ac ſua numina tāquam cœlo attributa credimus.

Tethym deā eſſe maris indicat illud Vergilianum libro primo Georgicorum: Teque ſibi generum Tethys emat omnibus vndis.

Thalaſſij

Thalaſſij numẽ, Romani etiam in nuptij inuocabant. Catul. Luſiſti nucibus, lubet iam ſeruire Thalaſſio. Vide Liuium lib. 1. Dec. 1. Plutarchum in Romulo.

Tutanus, & Tutilina dei à tutãdo dicti ſunt. Ennius deos Aeuiternos & Aeuinte gros vocauit, quòd integra eorum ætas atque perfecta ſit. Deos quum dicimus, tã de fęminino genere, quã de maſculino intelligere poſſumus. Ver. de Venere. Deſcendo, ac ducente deo flammã inter & hoſtes Expedior. Vnde & Lunũ deũ pro Luna, veteres dixerunt.

Vacuna dea, quæ præerat ocioſis & vacantibus. huic ſacrificabant agricolæ, quum poſt collectas fruge quieſcebant.

Vallonia putabatur præeſſe vallibus.

Vitula dea quæ iuuenili præerat lętitiæ. Nam veteres Vitulari dicebant: Pro Gau dere. Volupia dea voluptatis credita eſt.

Zamolſis Pytagoræ diſcipulus, cum præceptore ad Aegyptios penetrauit, quorũ ritus & ceremonias quũ ad Getas adduxiſſet, ibidẽ haberi cœpit numinis loco. Inter deos etiam numeratur Aeſculapius deus medicinæ, Genius naturæ, Har pocrates ſilentij, Momus reprehenſionis, Cloacina cloacarum.

Vitunus deus credebatur vitam largiri, Sentinus ſenſum.

DE MVLTITVDINE DEORVM.

Heſiodus memorię prodidit, triginta deorum millia in orbe terrarũ habita fuiſſe. Tertullianus ait, trecentos Ioues, vel, ſi maius, Iupitros a M. Varrone enumera tos. Reperiuntur alij quam plurimi dei, vt Fabulanus, Vagitanus, Pilumnus, Picumnus, Cunina, Leuana, Edulica, Pontina, Statilinus, Statanus, qui pueris pſũt quum iam poſſunt ſtare. Fabulanum & Vigitanum dixerunt, quum fandi & va giẽdi principiũ eſſet. Picumnum & Pilumnũ poſuerunt pro dijs coniugalibus. Cuninam deam infantulorum exiſtẽtium in cunis. Leuanam, cuius ope de ter ra leuarentur. Edulicam, & Potinã, deas eduliorũ & potius. Libentinam deã li bidinum, & præſidem. Poſuerũt etiam Adoneam. Albonam, Volunã, Volunũ, Feſſoniam, ad hominum vſum Pelloniam ad pelendos hoſtes. Agenoteã, Strenum, Stimulam, quod ad aliquid agendum excitarẽt. Numeriam ad numeros. Habuit Febris ędem in palatio. Ad morbos poſuerunt Angeronam, Proſam, Po ſtuertam, Orbonam, Sententiam, quæ dicendis ſententijs præerat. Carmentam ad fata, Camœnas ad cantus. In coniugijs, menſtruis, partu, funeribus deos cõfi xerunt Deuerram, In trecidonem. Domiducum, Domicium. Manturuam, Virgi nenſem, ſubiugum, Pręmam, Partũdam, Populoniam, Menam, Tellumonẽ, Ru ſonam, Neniam. Ad frumenta & ſegetes Tutulinam, Nodinum, Volutinã, Pata lenam, Hoſtilinam, Cloram, Lactucinam, Maturam, Auerruncum, Runciã, Spinenſem propter ſpinas, Fructeſam Propter fructus Rurinã ruri tribuerunt, Col linã collibus, Iungatinum mõtiũ iugis, Forulum foribus, Terminum terminis, Palem paſtoribus, Empandam paganis, Arculũ arculis Fornacẽ fornacibus: vn de facta Fornacalia. Adiecerunt Tanagream, Allocutium, Anteuõrtã, Latundã Monteã, Februm, Larentiam, Mutinum, Alburum Maieſtam, Veniliam, Bonũ euentum, Vetumnum, deum Hetruriæ.

Permiſſum, non fuit in vrbe Roma, deos alios aſſumere, quã quos ſenatus conſultũ iuſſiſſet. Vnde in libris pontificum ita ſcriptũ erat. Separatim nemo ſit. habens deos nouos, ſiue aduenas: niſi publicè aſcitos priuatim colũto. Diuos (qui cœle ſtes ſemper habiti) colunto. Conſtructa a patribus delubra habento.

Veteres Pudicitiam, Concordiam, Mentem, Spem, Honorem, Clementiam, Fidẽ numero, deorum adſcripſerunt. Sed & templum Honori, dicatum eſt: autore Plinio.

Sed & quædam animalia, atq; etiã res aliæ, apud antiquos numinum loco habitæ ſunt. Troglodytæ adorant Teſtudines, autore Plinio Aegyptij Allium & cepas pro deis colunt, & Crocodilũ habent in honore maximo, cui etiam ſacra faciũt

maximè Ombitę Ægypti populi,qui ſacros dies eidem conſtituêrunt,vt Gręci Olympia Ioui.Et ſi contingat liberos ab eo rapi,parentes gaudent,exiſtimātes ſe deo placere,cui eſcam genuerint.Serpentes etiam coluntur a Phęnicibus.In Gadera Hiſpaniæ,vrbe,templa fuerunt Senectuti & Morti conſecrata,Senectuti quòd eā ætatem ut rerum magiſtrā,venerarentur: Morti, vt communi quieti & potuī miſerarum.

Paupertati quoque & fortunæ ſacra conſtituere.

Fluui quoque diuinis quōdam honoribus culti ſunt,habuerunt q; ſimulachra:quędam humana facie,quædam bubula Apud Lacedęmonios Plutarcho teſte,tēpla Timori,Riſui & Morti dicata ſunt Ægyptij Solem & Lunam deos fecerūt Apud eoſdem Feles,Ibis,Aquila,Hercus pro deis habentur. Columbæ colebātur à Syrijs,Anſeres à Romanis, propter ſeruatum Capitolium anſeris clangore. Apud Theſſalos capitale erat, Ciconiam occidiſſe. Qui Syenem incolunt, Pharos piſcis uenerantur.Qui Meotim habitant,Oxyringos piſces habent in honore.

In Ambracia Leænā colebant,vt vindicē libertatis: quòd tyrannū interfeciſſet.

Delphici Lupum quòd ſacrum aurum in tēplo expilatum & defoſſum refodiſſet. Samij Ouem,quòd aurum itidem ſurreptum è templo indicaſſet.Argiui Serpētem.Tenedij prægnantem Vaccam,cui foetæ miniſteria veluti puerperę exhibent. Draco Apud Albam in luco iuxta templum Iunonis Argiuæ colebatus à virginibus,quem certis diebus adibāt,eumque ſuis manib.paſcebant.Aſpides Aegyptij habebant in honore ac delicijs,quas vna cū pueris educabant.Muſtella colebatur à Thebanis.

Medioxumos deos antiqui minores vocauerūt.Plaut.in Ciſtel.Ita medij deęque, ſuperi atque inferri & Medioxū. Idem deos vocat patellarios, qui patellis,& uaſis ſacrificio ac commodis pacabantur. Ouid.Fert miſſos Veſte pura patella cibos.Plautus ipſe.Dij me omnes magni minutique,& patellarij.

Semones eos vocānt,qui habent,quicquid a media regione aeris ad terram patet. Semidei a nobis appellātur. Fulgētius Semones appellat deos, q cęlo digni nō cenſerentur,ob meriti paupertatem. cuiuſmodi ſunt Priaphus,Hippo,Vertūnus.Fuerunt in Italia dii municipales,vt Cruſtuminorum Deluētinus, Narniēſium Viridianus,Aeſculanorum Ancharia,Volcinienſium Nortia.

NYMPHAE DIVERSAE.

Aegeria vxor Numæ,quę colebatur in Aricino lacu,Ouid.Aegeria eſt quę prębet aquas deagrata Camœnis,illa Numæ coniunx,conſiliumque fuit.

Aegle filia Solis & Neeræ.Verg.Timidisque ſuperuenit Aegle, Aegle Nayadum pulcherrima.

Agaue nympha,a nimio ſplendore.Clotho & Galathea.Verg.libr.9.Aen.Quales Nereida Clotho.Et Galatea ſecant ſpumantem pectore pontum.

Cymodocea vna fuit earū Nympharum,in quas mutatæ ſunt naues Aeneæ Verg. li.10.Aeneid.Quarum quæ fandi doctiſſima Cymodocea, Pone ſequens dextra puppim tenet.

Cerceis Nympha,a texendo.

Deiopeia.Verg.li.1.Aeneid.Sunt mihi bis ſeptē præſtanti corpore nymphæ,Quarū q forma pulcherrima, Deiopeiā Conubio iungā ſtabili, propriáque dicabo. Dynamene etiam nomen eſt nymphæ.

Dione Oceani & Thetyos filia,Veneris mater.

Electra Oceani filia,& vxor Atlātis,q filiā habuit eiuſdē nominis matrē Dardani.

Erate Oceani filia.Eudora itidem.

Eurybia quæ ſtellas & luciferum genuit.

Euiymone mater Leucothoes.

Halia nympha marina,vt Heliocopis,& Iantha,Oceani filiæ.

Item

Item Ianira, Iæra, Lata, quæ Iouis furta cum Iuturna patefecit Iunoni.

Lege a ſuauitate cantus.

Meneſtho, Marcia, Latini mater, quæ templum habuit in Minturnenſium litto.

Horatius, Et innantem Maricæ littoribus tenuiſſe Lyrim.

Mintha Plutonis pellex, quum Proſerpina mutauit, in mentham.

Panope, Sagarytis, cum qua ſe miſcuit Atys Phrygius.

Syrinx nympha Arcadiæ, quæ nympharum precibus mutata eſt paluſtres in calamos, quum acrius eam inſequeretur Pan ruſticorũ deus. Mar. li. 9. Sæpe ſub hac latuit ruſtica fronde Dryas. Dumque fugit ſolos nocturnum Pana per Agros. &c.

Teleſto, Thyella, Thyca, Torrebia, ex qua Iupiter ſuſcepit Carium, Lydiæ modulationis inuentorem.

Xantha, Xantho, Vergiliana, Zeuzo, Amathyea, Amphinone, Amphitoe, Amphyto, Calianaſſa, Galianira, Creſcis, Plexaura.

De nymphis filiabus Doridis Propert. lib. 1.

At vos æquoreæ formoſa doride natæ.

Candida felici ſoluite vela choro.

Niſæe & Cymothoe, nomina ſunt nympharum apud eundẽ lib. 12. vbi ait: Et tibi ob inuidiam Nereides increpitarent Candida Niſæe, cærula Cimothoe.

Verg. lib. 4. Georg. Enumerat quaſdam his uerbis.

Drymoque Xanthoque, Ligeaque, Phillodoceque,
Niſoque, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque,
Cydippeque, & flaua Lycorias, altera virgo.
Clioque, & Beroe ſoror, Oceanitides ambæ,
Atque, Ephyre, atque, Opis, atque Aſia Deiopeia,
Et tandem poſitis vel Arethuſa ſagittis.

Inter aquas Clymene cura narrabat inanem Vulcani. Idem li. 6. Aen.

Læua tenent Thethys, & Melyte, Panopæaque virgo, Niſeque, Spioque, Thaliaq. Cymodoceque.

Pholoe nomen eſt Nymphæ apud Statium li. 2. Syluarum.

Pontanus lib. 2. de Stellis quaſdam alias ponit his verbis.

Mox cærulæ Tyro,
Flauaque Laodicæ, Panopæaque, Cymothoeque.
Et Thysbe, & niueo conſpecta Peloris amictu,
Puniceoque ſinu Xantho, exertiſque papillis.
Niſæe, longaque coma ſpectabilis Atte,
Atteque, Opiſque, Orithiaque, Teſpioque,
Et niueis Galatea genis, Arethoſa lacertis.

Idem Atblanda Hyale non lumina torquet A puero.

Reperiuntur & aliarũ nomina, vt Eurynome, Perſa, Plione, Clymene, Melantho, Idothea, Corufice, Glaucis, Liminoria, Amphytoe, Doto, Protho, Pheruſa, Doxa, Nimertis, Dianaſſa, Amathia, Leõthadome, Nenopene, Thero, Lycaſte, Agaperte.

Porrò Nymphę maris vocantur Nereides, & Oceanitides: Fluuiorum, Nayades: Fontium, Napeæ. Nemorum Dryades: Arborum, Amadryades: Montiũ, Oreades: Pratorum, Hymnides Politianus in Ruſtico: Vdachoros agitat Nays, decurrit Oreas Monte ſuo, linquunt faciles iuga celſa Napeæ: Nec latitat ſub frõde Dryas.

GRATIÆ ET CHARITES DEÆ.

Quas vocamus Gratias Latinè, Greci Charites vocant, Heſiodus poſuit Aeglen, Euphroſynen & Thaliam. Homerus vnam ex his Paſytheam vocant. De Euphroſyne. Bap. Pius: Geſtibus Euphroſyne blandus amor oculis. Pingũtur autẽ

facie

ſacie virginum,hilari vultu,ueſtib. lucidis & fluentibus:item vt iuuenes,manibusque complexis ſeipſas inſpicientes. Inducuntur a poetis ſaltantes verno tempore. Vnde Horatius.

Iunctæqnę nymphis Gratiæ decenies.
Alterno terram quatiunt pede.

Angelus Politianus in Ruſt.

In medijs reſoluta comas,nudata papillas.
Ludit,& alterno terram pede Gratia pulſat.

De Paſythea Statius lib.2.Theb.

Non hoc Paſythea blandarum prima ſororum. finguntur Iouis & Eurynomes fuiſſe filiæ,& Veneris prædiſſe quæ.

SIBYLLAE.

Fuerunt primis ſeculis puellę vaticinio ſpiritu afflatæ,& futura pręſagientes,quæ Sibyllas dixerunt. Decem autem ſcribit fuiſſe Varro. Cumana proprio nomine uocatur Amalthea,a Vergilio Deiphobe. Tyburtinam veteres Albuneā appellarunt. Politian. in Nutricia quaſdam enumerat his uerbis.

Quum & ueteres prompſere Sibyllæ,
Carmen Amalthea,& fati Marpeſia diues,
Herophileque Idæa genus,prædoctaque Sabbe.
Demoque,Phygoque,& veri gnara Phaernis.
Et Carmentha parentes,& Manto,& Pythia,longos
Phœmonoe commenta pedes,& filia Glauc.

Deiphobe. Sed hæc fortè nomina ſunt aliarum Phœbadum, Herophile ex Ioue, & Lamia,Neptuni filia genita eſt. Prædixit excidiū Troiæ,& Helenę raptum. Lactantius ſcribit,Amaltheam eandem eſſe cum Herophile,ſeu Damophile. Qui omnium vaticinia volunt cognoſcere,videant Lactantium.

PARCÆ, DEÆ FATALES.

Parcæ ſeu deæ fatales,dicuntur a poetis,Clotho,Lacheſis,Atropos.

Ceſelius Vindex apud Gellium lib.3. ponit alia eorū nomina,vt Nonā, Decimā, Mortam: citatque verſum hunc Liuij poetę antiquiſſimi,Quādo dies aduenit, quam pro fata Morta eſt.

Finguntur autem Dęmogorgonis filiæ: ſecundum Ciceronem;Herebi & Noctis.

Alio nomine vocantur Fata. Seneca: Multi ad fatum venere ſuum, dū fata timēt.

Dicuntur inſuper metiri vitam hominum fuſis,& flaminibus,quę ex ſua colonēt, & deducunt. Vnde & Lanificæ vocantur a poetis: Martial.lib.1. Lanificas nulli tres exorare puellas Contigit,obſeruant quem ſtatuere diem.

Ferūtur eſſe inexorabiles,nulliſque precibus,moueri, vt quā impoſuerunt rebus ſeriem,commutent:aut vitæ exitum prorogent,quem naſcētibus nobis conſtituerunt. Vnde Seneca: Nulli iuſto ceſſare licet, Nulli ſcriptum proferre diem.

Earum autem officia poetæ diſtinguuntur:ut nelint vnā eſſe,quę vita hominis ordiatur,aliam quæ contexat,tertiam quæ filium rumpat,ac finiat. Prima eſt Clotho,quam Statius Ferream vocat,Grandæuam Seneca,Improbam & Sedulam Pōtanus. Secunda eſt Lacheſis Dura Ouidio,Inuidia Martiali,Ferrea Claudiano dicta. Tertia Atropos, de qua Statius lib.4. Theb. Hos ferrea neuerat annos Atropos. Sunt qui numero Parcarum ponant Ilithyam.

SACERDOTES VETERIS LEGIS.

Sacerdotes legis fuerunt Salomon. Hieroboan, Nadab, Behaſa, Hela, Zambri, Achab, Ocazias, Ioram, Heliſeus, Hieu, Ionas, Zacharias, Sellum, Manachen, Phaceias, Ozee, Aaron, Eleazarus, Phinees, Abiud, Acchito, Samuel, Hely, Abiathar, Sadoch, Achimas, Azarias, Vrias, Gonnias, Eleachin, Chelcias, Soreas, Ieſus huius filius, Ioachin, Melchiſedech, Simeon, Iad,Onias,

Sacer-

SACERDOTES DEORVM GENTILIVM.

Appollinis ſacerdotes fuerunt,Pãthus Othrij filius. Ver.lib.2.Aeneidos, Pãthus Othriades arcis Phœbiq; ſacerdos.
Anius rex Verg.lib.3.Aen.Rex Anius,rex idem hominum Phębiq; ſacerdos.
Lycas.Verg.lib.10.Inde.
Lycham ferit exertum iam matre perempta,Et tibi Phœbe ſacrum.
Hemonides.Idem li.10.Nec procul Hemonides Phœbi Triuiæq; ſacerdos.Inſula cui ſacra redimibat tempora uitta.
Phœbades dicuntur Phœbi ſacerdotes.
Cotys rex Thraciæ ſacra quædam inſtituit Baccho,quæ Cotytia dicuntur.
Fęminię Bacchi ſacerdotes dicũtur Thyades,Mænades,Bacchę,Eleides,Mimallonides,Aedonides,Euhyades,Baſſarides,Triaterides.
Thyades,Valerius Flaccus.li.6.Arg.Mox rapuere Deum iamiam quodcunq.paratæ Thyades,infuſis per ſua colla comis.
Menades,Mart.li.11.Ad matrem fuget Pẽtheus,ad Męnades Orpheus.
Bacchæ.Oui.li.6.Faſt.Diſſimulata deam Latias Saturnia Bacchas Inſtimulat.
Eleides.Idem in Epiſt.
Nunc feror.ut Bacchi furijs Eleides actæ.
Mimallonides,Idem lib.1.de Arte.
Ecce Mimallonides ſparſis interga capillis.
Aedonides.Lucanus lib.1.
Aedonis Ogygio decurrit plena Lyæo.
Euphyades Horat.lib.1.Carm.Non ſecus in iugis ex omnis ſtupet Euphyas.
Baſſarides.Sidonius.Rotat.Enthea thyrsũ Baſſaris.Idem,Ire Baſſaridas,uel inſulatos Aran ad thuri cremam rotare myſtas.
Triaterides.Stat.li.4.Theb. Et atra ſacrum recolit Triateris Ophelten.
Cereris Polybetes. Ver.li.6.Aen.Treis Antenoridas,Cereriq. ſacrũ Polybetem,
Fuit & Soſtratus Cereris ſacerdos;autore Cornelio Tacito.
Alphitus,Ouid.lib.5.Metamor. Cererisque ſacerdos Alphitus, albẽti uelatus tẽpora uitta.
Cybeles Choreus.Ver.lib.11.Fortè ſacer Cybelę Choreus,olimque ſacerdos,Inſignis longe Phrygijs fulgebat in armis.
Meliſſa fuit ſacerdos Cybeles,a cuius nomine cęteræ eius deæ ſacerdotes Meliſſæ poſtea dictæ ſunt.
Fuit & Barthabaces Cybeles ſeu Opis ſacerdos.Plut.in Mario:Per ea tẽpora adueniens & Barthabacæ,magnę matris ſacerdos,nũciauit:deã in tẽplo ad ſelo curam,uictoriam prædixiſſe.
Galli quoque ſacerdotes erant Cybeles.
Dianę Tauricæ ſacerdos fuit Iphigenia, Agamemnonis & Clytemneſtræ filia.
Megabyzus ſacerdos erat Dianę Epheſię eunucus,a cuius nomine cęteri dicti sũt Megabyzi Plin.li.15.Pinxit & Megabyzi ſacerdotis Dianæ Epheſię pompani. Idem: Epheſi uerò eſt Megabyzi ſacerdotis Epheſiæ Dianæ ſepulchrum.
Fuit et Myxos Dianæ ſacerdos,immodicus ſui nominis præco & oſtẽtator. Hinc Myxos appellamus huiuſmodi homines uentoſos,qui plus æquo ſibi tribuũt.
Herculis Potitius.Verg.lib.8.Iamq; ſacerdotes primusq.Potitius ibant.
Teron,Sillius lib.2.Iam noua molitus ſtimulato milite Teron,Alcidę templi cuſtos aręque ſacerdos.
Fuit & Pinarius cuſtos ſacrum Herculis,autore Macrobio.
Iunonis Calybe.Verg.li.7.Aen.Fuit Calibe Iunonis annus templique ſacerdos.
Alcynoe.Oui.lib.11.Ante tamen cũctos Iunonis templa coleba, Proq uiro) qui nullus erat)ueniebat ad aras.
Martis ſacerdotes erant Salij,quos in portandis ancilibus ſaltare mos erat.Hi per

vrbem

vrbem cum tripudijs canebant quædã carmina admodum obſcura, quę nec ipſi intelligebant innuunt uerba Fabij.
Hypeccauſtria ſacerdos erat Mineruæ apud Solos.
Plinius lib.34. ait, Lyſimochen fuiſſe mineruæ annis 64.
Neptuni Laocoon Troianus. Verg. li.2. Æn. Laocoon ductus Neptuno ſorte ſacerdos Solennes taurum ingentem mactabat ad aras.
Veneris ſacerdos fuit Mera. Stat. lib.8. Theb. Aegeæ Veneris quos Mera ſacerdos Ediderat prohibente dea.
Sethon rex fuit apud Ægyptios poſt Amyrtæum quẽ Herodotus in Euterpe Vulcani ſacerdotem fuiſſe memorat.
Hierophãtæ erant Athenienſium ſacerdotes, qui cicutæ ſorbitione ſeipſos caſtrabant, quo caſtius in ſuo ſacerdotio durarent ac perſiſterent.
Cor Cetheus & Qu. Sulpitius flamines fuerũt apud Romanos qui ſuo ſacerdotio priuati ſunt: hic. quod inter ſacrificaudum apicem (quem flamines ferebãt) de capite cadere permiſiſſet ille, quod exta victimæ non ritè admouiſſet.
L. Bebius flamen fuit Quirinalis, vt Plautius Hypſeus.
Corij ſacerdos fuit funerarius.
Cinarades & Baſilides nomina ſunt ſacerdotum. apud Cor. Tacitum.

VESTALES QVAEDAM VIRGINES.

Oppia una fuit ex Veſtalibus, quæ cõperta ſtupri, uiua defoſſa eſt. Stroz filius Veſtalis virgo læſi damnata pudoris, Contegor hoc uiuens Oppia ſub tumulo. Linius.22. Duę quoq. fuerunt. Claudię Veſte ceremonijs addictæ. Fuit & Fõteia Veſtalis, ſoror M. Frõteij: qui quum Galliæ exercitat præeſſet, accuſatus eſt pro uinciæ malè adminiſtratæ Marcia itẽ inceſti damnata Minuita propter elegãtẽ corporis cultũ uenit in ſuſpicionẽ libidinis: unde & uiua defoſſa eſt Ploronia conuicta ſtupri, ſibi mortem intulit, metu grauioris ſupplicij. Poſthumiam Veſtalem nimius corporis cultus ſtupri quoque ſuſpectam fecit. Pontificum tamẽ Abſoluta eſt ſententia Liuius lib 4. & 2. & 22.
Stupri damnata eſt Sextilia, vt etiã Tutia Liuius. Thraci Caiæ, ſiue Suffetię ſtatua poſita eſt Plin. Plutarcus in Gracchis ait, Liciniã fuiſſe vnam è veſtalibus. Vbidia Veſtalis fuit quam Meſſalinam miſit ad pacandum Claudiũ maritũ ſuum, quem iratum ſibi intellexerat.

PROPHETAE.

Prophetarũ nomina apud Eccleſiaſticos ſũt, Eſdras ſcriba Hebræus, Neemias Artaxerxis pincerna, Agabus. Item Amos, Aggeus, Achias, Baruch, Delbora, Ezechiel, Eſaias, Helias, Enoch, Symeon, Morſes, Dauid, & alij plerique.
Moſes ſeu Moyſes, Hebræorum dux, vaticinio ſpiritu omnium maximè claruit. Ei dominus in monte Synai gloriã ſuam patefecit. Seruati oues apparuit in rubo ardenti, qui tamen non comburebatur. Deum uidit: quod mortaliũ nemini cõtigit vnquã Decalogi præcepta accepit in tabulis eneis, quæ dedit filijs Iſrael. De Moſe Iuuenalis Tradidit arcano quodcunque uolumine Moſes.
Dauidem Eccleſiaſtici omnes ſacrorum uatum principem fuiſſe fatentur. Idẽ Politianus: An memorem Solymos præluſtria nomina uates, Pſallentemq. Deo regem, qui turbine funde Icta Philiſtęo ſecuit per ora giganti.
Claruit Daniel Spiritu prophetico. Scripſit librũ partitum in decẽ uiſiones. Suſãnam falſo accuſatam liberauit a morte. Floruit ætate Nebuchdonoſor Caldæorum regis, a quo captiuus ductus, & enutritur eſt Datus eſt leonib. in prędã, à quibus tamen euaſit illæſus. Sabellicus: Fatidico iuueni, mirabile dictũ, Sæpius obiecto ſęui perſere leones.

DIVINATIO.

Colophonius Xenophanes diuinationem negauit contra uerò Democritus comprobauit.

Cryſippus

Chryſippus duos libros ſcripſit de Diuinatione, vnum de oraculis, vnum de ſomnijs Diogenes Babylonius vnum, duos Antipater, quinque Poſidonius.

Diſcipulus Antipatri Panætius, dubitauit, an eſſet uis ulla diuinandi. Cic. ait, Diuinationem eſſe earum rerum (quę fortuito putantur) prædictionem atque prę ſenſionem.

Duo ſunt diuinandi genera: alterum artis, vt in extis pecudum & in ſortibus: alterũ naturæ, vt ſomniorum & uaticinationum. Diuinatio coniectura nititur, vltra quam progredi non poteſt.

Porrò diuinationem Græci. Manticen appellant, i. ſcientiam rerum futurarũ. Hãc ſcientiam primi excogitauerunt Aegyptij & Chaldæi ex obſeruatione ſiderũ.

Cilicum & Piſidarum gens, & his finitima Pamphylia, volatibus auium cantibus que declarari res futuras crediderunt.

Apud Perſas magi cõgregabãtur in fano cõmẽtãdi cã, vt augurarẽt ac diuinarẽt.

Arte carent diuinatores, qui non ratione aut coniectura, ſed concitatione quadã animi futura præſentiunt.

Sagire, eſt acute ſentire: hinc Sagaces, qui multa ſcire volunt. Qui ſagit, priuſquã res oblata eſt, præſagire dicitur. Hinc præſagatio diuinatio, quę exarſit acrius, furor appellatur, quum abſtractus a corpore animus diuino inſtinctu concitatur.

Apud Lygureos Thraciæ populos, Antiſtites oracula reddituri, multo prius vinoſe ingurgitabãt: Cõtra vero apud Clarios, futura p̃dicturi aquã prius large hauriebãt. Diuinatio q̃ per aquam fiebat, Hydromantia dicitur. Axinomantia erat diuinatio per ſecurim. Lecanomãtia per peluim, in qua aqua mouebatur a dęmone, & vox tenuis index futuri reddebat. Geomãtia erat illa, quã de pũctis terrę fixis cõflabãt. Pyromã. ia erat, quã de varijs figuris ex flãma glomeratis colligebãt. Capnomãtia erat diuinatio per fumũ. Capyromantia quę de ſpeculis ex diſſultãtib. imaginibus trahebatur. Aeromantia, q̃ fiebat ex ære. Coſchinomãtia ex cribo Cleromãtia ex ſortib. Phyſiognomia ex membrorum natura. Chyromantia ex manibus Batanomantia ex herbis Gaſtromãtia ex amphora vitroſa, quæ a puero ſolebat introſpici Augurium ex auibus. Extiſpicium ab extis.

Cæterum fidem nõ eſſe diuinaculis adhibẽdum, Phauorinus apud Gelliũ arguit. hoc modo. Aut enim (inquit) aduerſa euẽta dicunt, aut proſpera. Si proſpera, et fallunt, miſer fias fruſtra expectãdo: ſi felicia promittunt, eaque ventura ſunt, expectatio te ſpei ſuſpenſum fatigabit, & futurum gaudij fructum ſpes tibi iã deflorauerit. Si aduerſa dicant, & mentiãtur, miſer ſias fruſtra timẽdo: ſi aduerſa, & non mentiantur, iam inde ex animo miſer fies, antequam e fato fias.

VATES.

Vaticinia quæ, explicantur coniectura, aut euentis notata ſunt, artificioſa dicũtur, non naturalia.

Abaris filius cuiuſdam Seuthæ inter Scythas, ſcripſit oracula quæ nuncupata sũt Scythica. vide Cal. cap. 22. lib. 9.

Albigerius Carthaginenſis fuit adeo diuinandi peritus, vt dęmonibus afflantibus reſponderet quicquid egiſſet quiſque, aut omnino cogitaſſet. Quod teſtatur Auguſtinus, qui illis ipſis uaticinijs ſe plerunque ſcribit interfuiſſet.

Apollonius e Tyana ciuitate Græciæ, rerum futurarum præſag js fertur claruiſſe. Præuidit. n. Cilicem quendam Liciuum hominem tertia diem tertium occisũ iri: & cõtigit Aiebat, ſe cũcta facere Deo conſultore, & duce dæmone: ſcireque oĩum linguas & hoĩum cogitationes introſpicere, futura præuidere, & iã pręterita diuinitus cognoſcere. Somnia interpretabatur, & declarabat portẽta damnabat animalũ ſacrificia. Eius vitã compendioſe ſatis deſcribit Volaterranus.

Aruns vates fuit Thuſcus, cuius peritiam in diuinando deſcribit Luca. Hæc propter placuit Thuſcos de more uetuſto Arciri uates, quorum qui maximus æuo Aruns incoluit deſertæ mœnia Lunæ, Fulminis edoctus motus, venaſque

calentes

calentes Fibrarum, & motus errantis aere penna.
Aſtylus Cẽtaurus, Ixionis filius, quum diuinandi peritia clareret, fratres ſuos monuit ne bellum cõtra Lapythas molirentur. Idem prædixit Neſſo vulnus, quod Herculis ſagitta erat acceptus. Ouid. Aſtylus ille etiã metuenti vulnera Neſſo, Ne fuge ad Herculeos, inquit, ſeruaberis arcus.
Aſtyphilus Poſſidoniates, vir vaticinij peritus, qui Cimoni Athenienſi (quo cũ in ſumma familiaritate uiuebat) mortẽ prædixit ex præcedẽtibus prodigiis, autor Plutarchus in Cimone.
Branchum fuerunt Apollinis fuiſſe filium, cui pater diuinãdi artẽ conceſſerit Statius: primoque æqualis honori Branchus. Strabo ait; eum ſacerdotẽ fuiſſe delubri Apollinis Didymei Mirandula in hymnis: Hinc quoq. Branchiaco uatẽ ſtimulauit ab axe Delius, innumeris ſubigens ambagibus orbem.
Carmentis Euãdri mater, erat præſaga, & monitrix rerum futurarum. Prius uocabatur Nicoſtrata uerũ ubi carmimbus dare incœpit reſpõſat Carmentis uocata eſt. Ver. li. 8. Matriſque egere tremenda Carmentis nymphæ monita, & deus autor Apollo. Martianus Capella: Alii quoq. huius generis homines, in diuina diuiſum & præſcientiam procreati, ut Carmentis in Archadia, ab effuſo p vaticina carmine dicta.
Caſſandra Priami filia, quum Apollini copiã ſui corporis promiſiſſet, ab eodẽ uates facta eſt: quum autẽ nõ ſtaret promiſſis, iratus deus fecit, ut eius vaticinijs non adhiberetur fides. Hæc prædixit futura ex Helenæ raptu infortunia Proper. lib. 3. Certa loquar, ſed nulla fides: neque enim Ilia condam. Verax Pergameis Phæbas habenda malis Sola Parim. Phrygiæ fatum componere; ſola Fallacem patriæ ſerpere dixit equum. Ille furor patriæ fuit vtilis, ille parenti, Experta eſt veros irrita lingua deos. Idem lib. 4. & Virg. lib. 2. Aeneidos.
Choreus ſacerdos fuit Cybeles diuinandi peritus. Virg. lib. 11. Aureus ex humeris ſonat arcus, & aurea vati. Caſſida.
Chryſes vates fuit Iunonis, cuius filiam Chryſeidem, quũ Græci rapuiſſent, dea iniuriam vlciſcente, peſtilentia in ſuis caſtris laborarum.
Demophoon fuit vates qui periculum Alexandro imminere prædixit autor Curtius: cuius verba citaſſem, niſi timerem calumnias eorum, qui tantam teſtimoniorum multitudinem, vt nauſeabundam, refugiunt.
Eurycles vates fuit, qui de ſe ſuiſque incõmodis aliquid ſemper diuinabat. Hic per aſſiſtentem dæmonem vera vaticinabatur propterea Euryclitæ dicuntur omnes diuinaculi.
Eurypilus vates fuit Græcus, quem Si non Virgilianus ait Apollinẽ conſuluiſſe ſuper ſimulato Græcorum reditu in patriam, vbi ait. Suſpenſi Eurypilum ſcitatũ oracula Phœbi Mittimus: iſque aditis hæc triſtia dona reportat. Eſt & Eurypilus vates medicine apud Plin. lib. 11. Nat. hiſt.
Elenus Priami filius, vaticinio clarauit, autore Virgilio apud quem Aeneas ſic eũ aloquitur. lib. 3. Aen. His Vatem agredior dictis, ac talia quęro Troiugena interpres diuum, qui numina Phœbi, &c. Ouid. lib. 13. Meta. Quã ſũ Dardanio (quẽ cepi) vate potitus. Cic. lib. 1. de Diu. Quid Afiæ rex Priamus, nonne & Helenũ filium, & Caſſandram filiam diuinantes habebat?
Heleus vates fuit, Polycrati Samiorum tyranno familiaris autor Herodotus.
Hyrtia filia fuit Seſoſtris regis Ægypti, diuinationis perita, quæ futuram patrimonarchiam prædixit.
Idmon Apollinis & Aſteriæ filius, & ex Argonautis vnus, claruit etiam vaticinio. Hunc a ſerpente occiſum ferunt. Sen. in Medea: Idmonem, quamuis bene fata noſſet, Conſcidit ſerpens Libycis arenis.
Labyſſa mulier fuit fatidica in Bohemia, quæ filiam habuit Graco nomine, rerum quoque futurarum peritam. Volat. in Geo.

Lampon

Lampon fuit ſacrificus,& uates oraculorum,ſolitus iurare per anſerem,velut auē anguralem.

Lamus Apollinis fuit filius,qui fatidico ſpiritu magnum apud veteres nomē adepius eſt.

Laocoon vates fuit Troianus,q̧ prædixit Græcos in fatali Sinonis machina delitescere,Troianosque obiurgauit,quod eam in vrbem admiſiſſent. Vergilius li.2. Æn.Autor.

Manto filia Tyreſiæ(à cuius nomine dicta eſt Mantua)fuit etiam fatidica,& rerū futurarū pręſaga. Verg.li.10.ille etiam patrijs agmen ciet Ocnus ab oris Fatidicę Mantus,& Thuſci filius amnis,qui muros Matrisq; dedit tibi Mantua nomen.Ouid.lib.6.Met.& Stat.lib.10.

Martha nomen eſt mulieris fatidicæ,quā in lectica ſtātem honorificè circūduxit Marius,& ſacrificia,ea iubēte,celebrauit.Hanc ſenatus,ꝙ futura obſeruaret,et prædiceret libertate donauit.autor idem Plutar.in Mario.

Milthas nomē eſt vatis,quo in explicandis prodigijs Dion vſus eſt.Plutarchus in Cimone.

Plinius lib.7.ait,maximam fuiſſe diuinitatem Melāpodi apud Græcos.apud Romanos Martio.

Mopſus fuit omnium vatum periti ſſimus,vnus eorū,qui Argonautis futura prædixerunt,Cum hoc in certamē deſcēdit Calchas, victusq.dolore animi in fata cōceſſit,ut iam diximus.Adagium fluxit in vulgus, Mopſo certior:de eo qui citra mendacium futura præuidet,& nunciat.Fuit Mopſus Ampici filius. Oui.li. 10.Seneca in Medea.Val.Flac.li.1.Arg.Fuerūt & alij eiuſdē nominis, vt Mopſus Tyreſię filius:alius etiā,a cuius nomine Attica regio Mopſopia vocata eſt.

Nautes nomen eſt vatis Troiani,apud Ver.lib.5.Æn.qui dum incēſæ ab Iride in Sicilia comburerētur Æneæ naues,docuit hoc ipſum fieri Iunonis odio, vt Latio Troianos auerteret:monuitque Æneam ipſum,vt non ſuccumberet calamitatibus,ſed inuicto perſiſteret animo.

Olenus Calenus nomen eſt vatis apud Plin lib.28. vbi ait : Quum in Tarpeo fodientes de lubro fundamenta,caput humanū inueniſſent, miſſis ob id a ſenatu legatis,Ethruriæ celeberrimus vates Olenus Calenus pręclarū id fortunatūq; cernens,interrogatione in ſuam gentem transferre tentauit.

Ophtoneus fuit Meſſeniorum vates,qui ſemper a natali die luminib. captus priuatim & publicè vaticinia peregit.

Peripoltas,vates fuit ex Theſſalia,qui Ophelten regem ſuosque in Bœotiā populos deducens familiam multis deinde temporibus nobiliſſimā ex ſe reliquit.

Phæmonoe virgo prima delphici Apollinis vates fuiſſe dicitur carmēque Heroicum inueniſſe.Plin.li.10.Phęmonoe Apollinis dicta filia,dētes ei fuiſſe prodidit.Luc.li.5.Phæmonoem errore vagam,curisque vacantē Corripuit, cogitq; fores irrumpere templi,&c.& Statius lib.2.Syl.

Philochorus Atheniēſis fuit vates Aratoſthenis tēpore qui extinctus eſt inſidijs Autigoni Macedoniæ regis,quod veniſſet in ſuſpicionem contractæ cū Ptolemæo rege amicitię.Hic ſcripſit Atthidis lib.17. qui continent res geſtas Atheniēſiū, & reges & magiſtratus uſque ad Antiochum deū. Scripſit etiā libros quatuor de Vaticinio.

Polybius Corinthus,filio Troiam proficiſcenti,& multis alijs mortē prædixit autor Cicero.

Polyxo nomen eſt Pæbadis apud Val.Flac.li.1.Argon.Tunc etiam vates, Phębo dilecta Prolyxo.

Protheum filium Oceani & Tetyos ,poetæ vatem faciunt. Verg.libro.4.Georg. Eſt in Carpathio Neptuni gurgite vates Cæruleus Protheus.

Prylis Mercurj fuit filius,diuinādi apprimè peritus. Hinc adagium, Lesbius Prylis:

lis: in hominem ſagaci coniectura.
Scirus vates fuit Eleuſinius, a cuius nomine Minerua Sciras dicta eſt.
Soſipatra mulier genere Lyda, vxor Ædeſij ſophiſte ſpiritu fatidico, & futurorũ præſago fuiſſe prædicatur: atque etiam à quibuſdã numinibus educata fertur.
Soſtratus vates fuit, qui per furorem multa prædixit Græcis, vt Xerxis aduentũ in Græciam.
Spurina vates Cęſarem monuit, vt idus Martias caueret, Tranquillo teſte: eoque die interfectus eſt imperator, quem cauendum eſſe prædixerat vates.
Amalthea, Marpeſia, Heriphile, nomina Sibylarum, aut aliarum Phœbadũ apud Tibullum li.2. Quicquid Amalthea quicquid Marpeſia dixit, Heriphile Phœbo grataque quod monuit.
Politian. quaſdã Phebades atq; unà viros diuinandi peritos his verbis enumerat: Quin & veteres prompſere Sibyllæ.
Carmen, Amalthea, & fati Marpeſia diues,
Herophileque Idęa genus, prædoctaque Sabbe,
Demoque, Phygoque, & veri gnara Phaennis, Et Carmenta parens, & Manto, & Pythia longos.
Phemonoe commenta pedes, & filia Glauci.
Deiphobe nimium viuax, & Martia fratrum.
Nomina, lymphatusque Bacis, ſubterque Triones.
Natus hyperboreos Ollen, inque Attide terra.
Clarus honore Lichas, Dodoniadesque columbæ.
Symachiam Mart. Capel. ait vnam fuiſſe ex Sibyllis has duas numero ſolũ ponit dicens. Quas non decẽ (vt aſſerunt) ſed duas fuiſſe non neſcis, id eſt, Herophilam Troianã, Marmenſi filiam, & Symachiam Hippotenſis filiã, quæ Erithræa progenita, etiam Cumis vaticinata eſt.
Theano & Euexippe filię cuiuſdam Scedaſi, Spartanis cauẽda oracula præcinuerunt. Poſtea tamen ab adoleſcentib. eiuſdem loci conſtupratę, & in puteũ coniectæ ſunt.
Quod vbi reſciuit pater animi dolore ſeipſum interfecit.
Thraſybulus fuit inter Eleos quiſpiam multis præſagijs nobilitatus, quo etiam titulo ſimulachrum meruit in Olympia.
Trophonius uates fuit quiſpiam, ſpeluncam habitans, in quam qui deſcendebant perpetuo erant agelaſti & triſibiles. Hinc adagiũ natum: In Trophonij antro vaticinatus eſt de homine maxime triſti, & prænimis ſeuero. Mirãdula in hymnis: Phœbeique antrum fundens conſulta Trophoni.
Thyodamas filius fuit Melampodis, diuinandi quoque peritus. Statius libro 8. In ſignem fama, ſanctoque Melampodem cretum Thyodamanta volunt, quo cum ipſe arcana deorũ Partiri & viſas vni ſociare ſolebat Amphiaraus aues tãtęq. haud inuidus arti Caudebat dici ſimilem, iuxtaque ſecundum.
Cælius ſcribit, fuiſſe in patria ſua mulierculam nomine Iacobam, ex cuius vẽtre immundi ſpiritus ac clamati futura prædicerẽt, ac vnum ex his Cincinnatulũ fuiſſe nuncupatum qui & præterita & futura percontãtibus reſpõſa dabat mirifica, Interrogatus tamen de futuris, mentiebatur ſæpenumero.

AVGVRES.

Actius Nauius augur fuit q nouacula cotem præſcidit, ſpectante Tarquinio. Quo factum eſt, ut Tarquinius ipſe in reb. dubijs eo augure ſemper uteretur, et populus de ſuis rebus ad eum deferret.
Amphiaraus Oiclei filius, augur fuit, & vates Gręcus quẽ quum Adraſtus rex in bellum contra Thebas vellet ducere, recuſauit: ac ne cogeretur, ſeſe occuluit, quòd præuideret ibidem ſe periturum. Fraude tamen vxoris Eryphiles (quam monili corruperat Adraſtus) proditus eſt, & inuitus in bellũ tractus, vbi terræ
habitu

habitu abſumptus eſt. Stat. libro primo, & 3. & 7. Thebaid.

Amphilocus rex fuit & augur inter Argiuos. Mirandula in hymnis: Amphilochi aut montius adijt male ſana ne faſtos.

Ariſtander & Cleomantes nomina ſunt diuinaculorũ apud Plutarchũ in Alexã. vbi ait: Quod prodigium conſpicatus Alexander, accitis ariolis Ariſtandro & Cleomanti Spartano aperit.

Aſilas nomen etiam eſt auguris, qui ſuppetias tulit Aeneæ contra Turnum Ver. li. 10. Tertius ille hominum diuumque interpres Aſilas, Cui pecudum fibræ, cæli cui ſidera parẽt, Et linguæ volucrũ, & præſagi fulminis ignes, Mille rapit dẽſos atque horrentibus haſtis.

Calchas augur fuit. Teſtoris fil. qui tẽpore belli Troiani Græcis oracula reddit. Verg. li. 2. Aeneid. Hic Ithacus vatẽ magno Calchãta tumultu Protrahit in medios. Idẽ prædixerat. Grçcos omnes Troia diruta in patriã ſoſpites redituros. Quod ſecus accidit: nã multi apud Caphareũ Euboiæ naufragiũ fecerũt. Quo liquet, veterum vatum præſagia non ſemper vera extitiſſe De Calchãte Ouid. lib. 12. At veri prouidus augur, &c. Idem lib. 2. de Arte. Stat. li. 3. & Cicero. li. 1. de Diuinatione, Ferunt, hũc Calchãtem cũ Amphilocho Amphiaria filio ab expeditione Troianã redeũte, ad Apollini Clarij lucũ diuertiſſe, repertoq; ibidẽ Mopſo, quædã propoſuiſſe. Quç quũ ſoluiſſet, aiũt Calchãtẽ animi ægritudine periiſſe. Qđ ab Heſiode talis memoratꝰ: Mirabor ianè, poteris ſi dicere ſicus: &c.

Pherecyde apud Cçlium ſcrbit, Calchantem ſue oblata interrogaſſe, quot porculos geſtaret? Mopſum uerò reſpondiſſe, Tres, atque ex his unam fçminã. Quem vbi vera locutum patuit, illum çgritudine intabuiſſe.

Callias vates Elæus, qui Amyclis vaticinia reddidit.

Cleander quoque nomen eſt vatis Arcadici, apud eundem Herodotum.

Euenius vates fuit apud Apolliniates, initio paſtor: quo dormiẽte, quum lupi LX. gregem inuaſiſſent, ouesque ad vnã trucidaſſet, re cognita, vocatus eſt in ius, & iudicium ſententia, execæcatus, mox tamen inſitam obtinuit diuinitatem. habuitque filium Deiphonũ, qui ductus à Corinthijs exercitui vaticinabatur. autor Herodotus in Calliope.

Iapys Iaſij filius, nomen auguris, apud eundem. Verg. lib. 12. Iãque aderat Phœbo ante alios dilectus Iapys Iaſides, acri quõdã cui captus amore, Ipſe ſuas artes, ſua munera lætus Apollo Auguriũ citharãque dabat, celeresque ſagittas, &c.

Mæon nomẽ eſt uatis, & auguris apud Statium lib. 2. Theb. decẽtem: ille hæc præuiderat omnia doctus Aeris, & nulla deceptus ab alite Mæon.

Maſſurius & Muuius, nomina ſunt augurum Romanorum, apud Plin. li. 10. cap. 7.

Fuit & Megiſtias patria Acarnanius oriundus à Melampode, clarus uaticinio, Nã proſpectis extis futura prædicabat. Fuit ætate Lonidæ Spartanis. Her. lib. 7.

Melampus filius Amythaonis, medicus fuit, & augur peritiſſimus. Proper. li. 2. Melampodis fama diuinationis artibus nota eſt.

Perialla antiſtes fuit mulierum apud Delphos vaticinantium ætate Cleomenis.

Rhamnetes augur fuit, chariſſimũ Turno. Virg. lib. 9. Rex idem & regi Turno gratiſſimus augur: Sed non augurio potuit depellere peſtem.

Romulus urbẽ auſpicato ipſo optimus augur: condidit, & inde Auguribus reges vſi ſunt: nec ſine auſpicij olim res gerebantur.

Teocritus nomen eſt auguris apud Plutarchum in Pelopida.

Tolũnius nomẽ eſt auguris, qui pro Turno belluit in Æneam. Vergil. lib. 12. Expediuntque manus, primusque Tolunnius augur.

Tyburnum Plin. li. 16. ait fuiſſe Amphiari filium peritum augurij, quo Tyburtes populi originem traxerit multo ante Romam conditam.

Thyreſias rex Thebarum, & augur fuit, qui cõſultus a Ioue, viri maior eſſet in Venere libido, vir one an fœminæ: quum fœminç dixiſſet, ira Iunonis excæcatus eſt.

Quam eius cæcitatem Iupiter vaticinio penſauit alij excæcatum ferunt, q̃ Mineruã in fronte nudam conſpexiſſet, Ouid. lib. 3. Metamorp. At pater omnipotens (neque enim licet irrita cuiquam Facta dei feciſſe Deo) pro lumine adempto Scire futura dedit, pœnãque leuauit honore. Statius libro 2. Thebaid. Longæui vitas opacos Tyreſius vultus, vocemque & vellera nota Induitur.

Terentius Varro in libris Antiquitatum ſcribit, Vectium in augurandi diſciplina nobilem fuiſſe, eumque affirmaſſe, futurum Romani imperij, terminum poſt M C C annos.

Vmbricius apud Suetonium in Galba, nomen eſt auguris: Nã illo die, inquit, ſimul cum diluculo et Galba, præsẽtibus amici ſacrificabat ĩ palatio augur. Vmbritius Cor. Tacitus: Sacrificãti pro edæ Appollinis Galbę, aruſpex Vmbritius triſtia exta, & inſtantes inſidias ac domeſticum hoſtem prædicit.

Lituus clariſſimum erat ĩſigne auguratus, quo Romulus regione direxit, quũ vrbem cõdidit. Erat autem Lituus bacillum leuiter à ſummo inflexum. Tiberius Grac. augurum & aruſpicum diſciplinam comprobauit.

ARVSPICES.

Tages primus oĩum aruſpicij diſciplinã dedit Ethruſcis. Ouid. Met. lib. 6. Indigenæ dixere Tagem, primus Ethruſcam Edocuit gentem caſus aperire futuros.

Apud Gręcos aruſpex fuit Tiſamenus Antiochi filius, q apud Delphos reddebat oracula.

Habuerunt etiam Græci alium aruſpicem Leucadum, Himpomachum nomine.

Tarchon fuit dux & aruſpex in Ethruria, cuius meminit Virg.

Galeotæ vates fuerunt in Sicilia & Attica, à Galeote Apollinis filio. Hos ſciebat conſulere Dionyſius.

Cicero lib. primo de Diuinatione ſcribit. Deiotarum regem fuiſſe peritum auſpicii, ac nihil vnquam geſſiſſe niſi auſpicato.

Saxo Grammaticus ait, Vgerum vatem fuiſſe ætatis incognitę, & ſupra humanum terminum prolixæ.

Paulus Diaconus ait Baudolinum quendam vitæ ſanctitate cõſpicuum prophetico ſpiritu claruiſſe, regnante apud Longobardos Luitprando.

Fuit & eo tpe alter Theoſapius nomine, q pręſago ſpiritu multa prædixit futura.

In Telineſſo Cariæ vrbe, claruit aruſpicum diſciplina.

In Syria Caldæi cognitione aſtrorũ, & ingeniorum ſolertia antecelluerunt.

Ethruria facilè interpretabatur, qui quæque portenta ſibi vellent. Propterea antiqui Romani vrbis princeps filios Ethruriæ populis dabant in diſciplinam.

Phryges, Piſidæ, & Cilices Arabiæ auium ſignificationibus obtẽperabãt: quod & fecerunt Vmbri.

Fortuna, Caſus, Euentus, nihil aliud, quàm quũ aliquid ſic cecidit & euenit, vt vel non cadere ac euenire, aut aliter cadere atque euenire potuerit.

Conſtat, falſa quãdoque auriſpicũ fuiſſe vaticinia & cõſilia. Nã Cæſar quum à ſũmo aruſpice moneretur, ne in Africam ante brumam tranſmitteret, traſmiſit tamẽ. Quod niſi feciſſet, vnum in locum omnes aduerſariorum copiæ cõuenisſẽt.

DEORVM FESTA QVIBVS VOCENTVR NOMINIBVS.

Feſta ſeu ſacrificia Bachi vocãtur Bacchanaglia, Orgia, Trieterica, Nicteleia Liberalia, Dionyſia, & Cotytia, à Cotyde rege Thracum, qui ſacra Baccho inſtituit.

Bone deæ Gynecia: nam Græci eã vacant Gynæciam. autor Plutarcus in Cæſare.

Carnæ deæ Cardinum, Carnia: quæ fiebant Spartæ.

Sacra Cereris vocãt Cerealia, & Theſmophoria, vt Ceres ipſa Theſmophoros. i. legifera. Plin. lib. 24. Quoniã matronæ in Teſmophoriis Athenienſiũ caſtitatẽ cuſtodiẽtes iis foliis cubitus ſibi ſternunt. Plut. ait, Adonia fuiſſe ſacra Cereris.

Fauni Lupercalia, quæ Frebruario menſe fiebant.

Floreæ deæ, Floralia.

Her-

Herculis Nemea ab Argiuis inſtituta, obleonē ab ipſo interfecto in Nemea ſylua.
Ioui Dipolia, ſeu Diaſia, teſte Cælio.
Iunonis Herea, quòd iuno ipſa Herea diceretur Ennius apud Ciceronē lib. 1. de Offic. is: Vos ne uelit an me regnare hera. Vbi per heram nonnulli Fortunā intelligunt.
Laurentiæ Laurentialia.
Mercurii Mercurialia, & Hermæa.
Mineruæ Panathenea. Erāt autem agones Gymnici, quos Theſeus in honorē deæ primus Athenis inſtituit: autore Plutarcho. Erāt etiā Mineruæ Quinquatria, q̄ fiebant quinque diebus poſt atrum diem Ater autem dies erat poſt Idus Oui. Vna dies media eſt, poſt fiūt ſacra Mineruæ, Noīa quę a iunctis quinq. dies hn̄t.
Muſarum Muſæa.
Opis (quæ Cœli & Veſtæ filia, & Saturni uxor dicitur) Opalia.
Palis deæ paſtorum Palida, paſtorū feſta Apud Tibul. lib. 2. Ad madidus Bacche ſua feſta palilia paſtor Concinet.
Priapi phallagogia. Nā phallum antiqui uirile mēbrum appellabant autor Theodoritus Cyrenenſis.
Proſerpinæ Cocytia, a Cocyto infernali fluuio.
Romuli vel Martis Quirinalia.
Saturni Saturnalia, & Choronia: nam Saturnus ipſe Chrono dicitur a Græcis.
Solis Mitriaca, quoniam Perſæ Solem appellant mitram. Apud eos autem fiebāt hæc ſacrificia in antro, educto cornibus boue, quem deo immolabant.
Vertumni ſeu Prothei Vertumnalia.

DE VARIIS CELEBRITATIBVS ac feſtis diebus.

Agonia & Agonalia ludi erant, qui fiebant in honorem dei Agonij, vel in monte, quem illi Agonē vocabant. Agonias etiam veteres dixerunt hoſtias, ab agendo. Ouid. lib. Faſt. Alex. lib. 6. cap. 8.
Aletides ſacrificia Athenienſium erāt, qui pro Icaro & Erigione agebantur. De his Hyginus.
Amburbium, ſeu ambaruale, ſupplicatione erant, quæ fiebāt in ambiendis urbib. Agriſq; luſtrandi. De hoc intellexit Lucan. lib. 1. dicens. Mox iubet & totam pauidus a ciuibus vrbem Ambiri, & feſto purgantes mœnia luſtro Longa per extremos pomœria cingere fines.
Talia erant apud Romanos Vinalia, qualia apud Thebanos Dionyſia.
Anacalypteria apud Græcos dies feſtus fuit Agricolarum, quæ ſubiectis ex agris frugib. ī honorē Cereris & Bacchi celebrabāt, vt Philochorus memoria ꝓdidit.
Anaria ſolēnitas apud Gręcos in honorē Caſtoris & Pollucis facta eſt. Nam Anaces ipſi dicti ſunt: de qua Gyr. Idus in Nauigijs & in Dioſcuri.
Angeronalia Augerę deę erant ſacra, quę ideo fiebāt, vt in rebus gerēdis felicius omnia ſuccederent Auguſt.
Antheſphora feſtiuitas in Proſerpinæ honorem apud Græcos fiebat, quæ a legendis floribus dicta eſt Ouid. Claud.
Anthiſtera Græcorum celebritas in Anthiſterione menſe agebatur, in qua, vt a Latinis in Saturnalibus, ſerui conuiuijs liberalibus excipiebantur.
Apaturia feſtiuitas fuit apud Athenięſes, quæ quatriduo celebrabatur mēſe Aprilis. Eius meminit Xenophon. ī primo Hellenicon. Eraſ. in prouerb. Profectus ad Apaturia redijt Thergelione.
Armiluſtrum ſacrificium erat apud Romanos, in quo armati rem diuinā faciebāt tubiſq; canebant ſacrificantes. Tertulianus in Apologetico.
Aſcolia feſta fuerunt apud Atticos, quib. inter vtres ſaltantes bacchabantur, vnde & ab vtribus nomina ſumpſerunt. Horū meminit Ver. in Geor. & Cyrandus in

quarto de Poetarum hiſtoria.

Boedromia celebritas apud Athenienſes erat, quæ excurſioni cuidã ſimilis erat, quæ & Mẽſi Boedromini nomẽ dedit. Gyraldus in libello de annis & menſib.

Caprotinæ feriæ Nonis Quintil celebrabantur eo die in Latio Iunoni Caprotinę mulieres ſacrificabant, & ſub caprifico faciebant, ipſius arboris lac offerentes. De his Alex. ab Alexãd. lib. 4. cap. 20. Macrob. Plutarch. in Romulo et Camillo, item in Parrallelis.

Carmentalia annis ſingulis in Carmentæ honore à matribus familias XVIII. Cal. Febr. fiebant in quib. aliquid ſcorteum aut ſua morte peremptũ attuliſſe, piaculum erat. Alex. ab Alexand. lib. 6. cap. 8. Ouid. lib. 1. Faſt.

Cerealia erant, feſta in laudẽ & honorem Cereris (quæ frugũ erat de) inſtituta.

Caristia feſta erant, in quibus cognati & conſanguinei conuenire ſolebãt, & inuicem mutua dona dare Ouid. in Faſtis. Hæc autem fiebãt XI. Kalend. Mart. Vide Valer. Max. lib. 2.

Chytri feſtum fuit apud Atheniẽſes percelebre, in quo omne feminũ genus ĩ colla coquere ſolebant, Dionyſio & Mercurio operantes, vt Theopompus ſcribit.

Compitalia, vt Feſtus ait, erant feſta, quæ in compitis agebantur. Varro Laribus compitalia diem attributum ait, vbi vię competunt.

Conſualia ſacrificia fiebant in honorem Conſi, qui habebatur deus conſiliorum, XVII. Kalend. Septemb.

Cotytia feſta barbarica fuerunt, quorum meminit Horatius & Ver. quæ à Cotytto dea denominata ſunt. Vide Gyraldum in Cotytto dea.

Dapſa Genus erat ſacrificij, quod fiebat hyeme ſeuiente.

Diabatria ſacrificia erant, quæ apud Græcus in tranſito aliquo fiebant: de quib. Plutarchus in Lucullo.

Diamaſtigoſis maxima fuit ſollẽnitas apud Lacedęmonios, cuius cũ alij, tum Tertullianus in Apologetico, & in libro ad Martyres meminere. In eo autem ſacro ante arã nobiles adoleſcente quoq; flagellia affigebãtur, aſtãtibus propinquis, Plura leges apud Philoſtratum in vita Tianei Appollonij.

Diaſia Milichij Iouis feſta apud Atheniẽſes fuere, vt Suidas et Lucianus in Charidemo docent: meminit & Ariſtophanes, agebãtur autem, vt Heſichius ſcribit, cum peculiari quadam triſtitia.

Elaphibolia feſta apud Gręcos fiebant menſe Februario, in quibus cerui Dianæ Elaphe boliæ ſacrificabantur. vnde & menſes Elaphebolion dictus eſt.

Emploria celebritas fuit apud Athenienſes, in qua mulieres plexis capillis procedere ſolebant Heſichius.

Encenia feſtũ erat dedicationis apud Gręcos: de quo Gyral. lib. 17. Hiſtor. deorũ.

Epheſtria Thebis feſta fuerunt ob Tireſiam inſtituta, in quibus ipſius ſimulachrũ virilibus veſtimẽtis exuebatur, & muliebribus induebatur, mosq; illis adẽptis iterum virilia imponebant: alludentes ad ipſius Tireſiæ fabulam, de qua poetæ Græci & Latini permulta.

Equiria equitum erant feſta, in quibus equorum curſu certabatur, de quibus Varro & Ouid. qui ait, bis in anno celebrari, 13. Idus Martij, & 18. Apr.

Exititia feſta apud Græcos erant, in quibus primitiæ deis offerebantur, vt Grãmatici tradunt.

Fatreario in nuptijs fiebat farreo libo. Aliter vocabatur Confarreario. At quũ diſſoluebantur nuptiæ Diffareatio.

Faunelia feriæ Nonis Decemb. in Fauni honorem celebrabantur, quarum meminit Horatius in Odis, & Alex. ab Alexand. lib. 3. cap. 18.

Feralia feſta erant, in quibus epulas ad ſepulchra defũctorũ ferebãt de qbus Var.

Fontanalia ſacra erant fontium, quæ fiebant coronatis pueris & fontibus. Varro & Feſtus.

Fornacalia

Fornacalia XII.Kal.Martij celebrabantur,quæ dicta ſunt à Fornace dea, in cuius honorem hæc feſta inſtituta erant.

Forcidia,ut inquit Varro,à fardis bobus dicta ſunt: alij vero à fordis cædēdis appellari putant.Celebrabātur aūt hæc feſta ad XVII.Kalen.Maias. Feſtus, Oui.

Furinalia ſeu Furnalia,deæ Furinę feſta erant.

Gamelia ſolennitas nuptialis erat apud Græcos,in mēſe Gamelione,in quo Iuno Gamelia culta eſt.

Hecatombe ſacrificium erat centū victimarum,vel quia centum Pelopenneſi vrbes id faciebāt.Iuuenalis Saty.12.Exiſtūt qui promittāt Hecatōben. Capitolinus.Elenophoria feſta erāt apud Athenięſes, in quibus myſteria agebātur,quæ appellata ſunt ab Helenis,id eſt ciſtis,quæ vimine contextæ erāt.De his Iulius Pollux lib.vlt.

Hiacinthia feſta in Laconia celebrabantur in Appollinis honorē, ob Hiacynthū puerum ab eo adamatum,cuius fabulam Ouid. in Metamorpho. copioſe exequitur.

Hilaria lætitię erat celebritas,quæ agitur VIII.Kale.April. de quibus Macrobius & Vopiſcus in Aureliano.

Hiacyntina erant quædam ſacra nocturna.

Hypecauſtria, vt ſcribit Plutarchus in quæſt.apud ſolos Mineruę ſacrificātes uocabant,quòd ibi multa ſacra,& myſteria fierent aduertenda mala.

Hyſteria Græcorum ſacra erant,quæ de ſue fiebant.

Inferię ſacra ſunt etiam mortuorum.Sueto.in Caligula:Inferiaſque his annua religione publicè inſtituit.

Gręci Dionyſium colebant,cognomento Lamptera,id eſt faculam:eiuſque feſta vocabant Lampteria.Ferebant enim noctu faces ad templum vini pateris tota vrbe conſtitutis.

Lampadum feſtus dies apud Græcos erat triplex,in honorē Mineruę,Vulcani & Promethei inſtitutus:de quo feſto Suidas.

Laurētalia 10.Cal.Ian.celebrabantur in honorem Laurentiæ: de quibus Cicero ad Brutum.Feſtus & Varro.

Lemuria ſacra erant ſedandis Lemuribus Remi menſe Maio celebrata:vt Oui.et Porphirion tradunt. Alij autem uocant Remuria. Vide Alexandrum ab Alexandro libro 4.cap.10.

Liberalia feſta erāt in honorem Liberi patris inſtituta,quę & Bacchanalia et Dionyſia appellabantur.Item Orgia: quæ tamen non eodem tempore fiebant. Feſtus,& Macrobius.

Lucaria feſta Romani celebrabāt in luco,in quo fugati à Gallis ſeſe occuluerāt. Faſtus,Plutarchus,Tacitus.

Lupercalia erant ſacra inſtituta ab Euandro rege Arcadum in honorē panos, propter Romulum & Remum nutritos à lupa in Auentino monte,vbi fiebāt. Luperci dicebantur miniſtri horum ſacrorum.Statius li.5.Syl.Et tua multū Verbera ſuccincti formidauere Luperci.

Matralia matris Matutę Iunio mēſe peragebātur.In his liba ruſticana ſumebāt: nec ad ea ſacra ancillis accedere licebat. Agebantur autē Calend. Mart.de his Horatius,Ouid.& Acron.Gram.

Meditrinalia ſacra erant,quæ fiebant in honorem Meditrinæ, deæ medicamentorum.Varro & Feſtus.

Megaleſia Magnæ matri Mon.Aprilis agebātur,quod ipſa acerſita ex libris Sibyllinis ab Attalo rege Pergami prope murum Megaleſion in templū eius Deæ, Vnde aduecta Romam Ouid.Varro.

Metagetnia feſtiuitas i honorē Appollinis Metagetnij apud Gręcos celebrabatur ſecundo Gręcorum menſe,de qua Gyraldus lib.17.Hiſtoriæ deor.

Minuſculę feſta,quæ & Munuſcula dicta ſunt à munerib.Idus Iul.celebrabatur.
Monophagorum celebritas fuit apud Ægięſes,quã copioſe deſcribit Plutarchus in quæſtionibus Græcis,& Atheneus.
Munychia erant feſta Palladis,à Munychio Athenarũ portu,vel à Munychio rege quodam eorum autore.
Nephalia Græcorum erant ſacrificia,quæ ſinę uino celebrabantur, vt teſtis eſt Iulius Pollux & Suidas.
Nouẽdium ſeu Neuendiale,ſacrificium erat exequiale, quod fiebat nono die poſt mortem alicuius.Horatius: Nouendiales diſſipate pulueres.
Nudipedalia erant quædam ſacra,quæ ſacerdotes nudis pedibus faciebant Hieroſolymis.
Nyctilea Bacchi ſacrificia,quæ nocturno fiebant tempore.
Oeniſteria Athenienſium fuit celebritas,quam pubeſcentes ephæbi peragebãt,antequam lanuginem comamve attõderent, Herculi vero vini certam mẽſuram inferebant & libabant.Huius meminit Pollux & Heſychius.
Omophagia Græcorum erãt feſta,Bachanalibus haud abſimilia,de quibus Arnobius lib.5.
Opalia deę Opi menſe Decembri fiebant,de quibus Varr. & Macrob.
Ornea ſacra erant Priapi,quem Corinthij Orneum vocabant.Celebrabãt autem hæc feſta Nymphę ad Alebedum prõpe Colophonem.
Oſcophoria Athenienſium fuit celebritas,in qua pueri ingenui pubeſcẽtes eligebantur,qui ferrẽt ὄσχας, id eſt ramos ac palmites cum ſuis racemis in templum Mineruæ Sciriados,Heſychius & Nicandri interpres.
Palilia vel Parilia,Palis deæ era ſolennitas,dies vrbis Romæ natalis,celebrabãtur autẽ xII.Cal.Maij.de his Ful.Sapinus li.1.c.2.de Antiquitatibus vrbis Romę.
Palatua ſacrificium erat quod Romæ fiebat in palatio.
Pammilia celebritas fuit apud Græcos,de qua copioſe Lilius Gyraldus in hiſtoria deor in Oſiri.
Panathena Athenarũ & Mineruæ in primis feſta erant,quæ ſingulis quinque annis celebrabãntur,quæ & Magna Sacra appellabãtur.De his Suidã leges;& Ariſtophanis commẽtatorem.
Panhellenia ſacra totius Gręciæ,Panionia totius Ioniæ erant, de quibus Strabo, Suidas,Arpocration,& alij.
Parentalia ſacra erant funeſta,quæ fiebant ab antiquis in honorem mortuorũ Cuiuſmodi ſunt Anniuerſaria noſtra.
Parentare eſt hoc ſacrificium facere.Cicero in Philip.Vt parentalia cum ſupplicationibus miſcerentur.In parentatione abſumebantur fabę,quod in eis mortuorum animas eſſe dixerint.Blondus.lib.2.
Plynteria feſta erant Cereris apud Gręcos,qui dies inter nefaſtos repoſiti fuerũt Poll.lib.8.In his a Solone permiſſum fuit tria iurare numina, ceſion, Cathanſion.& Hecateſterion,quæ ſunt Iouis cognomina.Xenophon.lib.1.Hellenicon.
Popularia ſacra,quæ ab oĩbus ciuibus fiebant,nec erãt priuatarum familiarũ,ſed oium cõmunia,vt a dijs impetrarentur,quæ ſpectabãt ad cõem populi ſalutẽ.
Populi fugia Mẽſe Iunio a Romanis celebrebãtur,ut docet Macro.& Var.Sũt autem ideo dicta,quod eo die repẽtẽ tumultu fugerit populus in bello Gallorum cum Romanis.
Proterua fuit ſacrificij genus,in quo quicquid ex epulis ſupererat,incendio dabatur,Auſonius:Capripedes agitat quũ lęta proteruia Panas.Albidius adoleſcẽs quum vniuerſum patrimonium decoxiſſet,& ędes unas(quæ ſupererãt)rerum deſperatione dediſſet incẽdio ferunt Catonẽ hoc in eum cauillo vſum fuiſſe, Hic proterniam facit.Facere autem proteruiam,adagiũ eſt in prodigos,qui omnia abſumunt vſque ad aſſem.

Pianepſia

Pyanepſia celebritas apud Athenienſes erat,quæ à pyanis fabis nuncupata eſt,dicata Apollini. hæc vero Panopſia a cæteris Græcis dicebantur, & in Octobri menſe agebantur.Suides.

Quinquatria,quæ & Quinquatrius,Mineruæ dies xv.Kal.April.

Quirinalia feriæ erant in Quirini,ideſt Romuli honorem inſtitutæ,quę agebâtur xii.Cal.Maii.de his Ouid.& Var.

Regifugium vi.Kal.April.ſacrum verò vi.Kal.Iul.celebrabatur in commemorationem regum exactorum Ouid.

Rubigalia dies erât feſti,inſtituti ab antiquis ad amoliêdâ frugum rubiginê.Quales sût noſtro tépore Supplicationes Amburbię,& Ambaruales quę fiût vt fructus terrę agricolarû voto reſpondeât.Plin.li.18. Rubigalia Numa côſtiuit,quę nunc aguntur ad ſeptimum Cal.Maii.quoniâ tûc fere.ſegetes rubigo occupat.

Scænophegia erant tabernaculorum feſta,in quib.Iudęi faciebât tabernacula ad ſimilitudinê eorum,in quibus habitauerant,quum peruagarentur Aegyptum.

Scira celebritas fuit peculiaris Atheniêſem,in qua vmbracula & ſcena fiebât, de qua Gyraldus copioſe in libello de annis & menſibus.

Septimontium feſtum Romanorum fuit inſtitutum, cû ſeptimus collis vrbi eſſet additus,in cuius celebritate in locis ſeptê ſacrû factû fuiſſe teſtis eſt Var.Palatio,Suburra,Velia,Eagutali,Cœlio,Oppio & Ceſpio,quo die per vrbê vehiculis vehi piaculum fuit.Vide Plut.in cauſis Rom.

Terminalia die 21.Feb.celebrabantur,in honorem Termini,qui ſolus loco cedere noluit,cum cæteri dij loco dimouerentur.Liuius.

Thargelia feſtus dies apud Athenienſes fuit,Apollini & Dianæ ſacer,à quo menſis April.denominatus eſt.Vide Gyraldum in libello de annis & Menſibus.

Teœnia apud Athenienſes in Bacchi honorem faciebant,vt notat Heſych.

Theofania celebritas fuit,quæ Delphis agebatur,cuius Herod.lib.1.meminit.

Theoxenia celebritas & ſacrificium apud Gręcos erat,quod omnibus ſimul Deis exhibebatur,vt teſtes ſunt Pollux & Heſychius.

Thyia feſtum erat Baccai apud Elæos.in quo vacuæ hydrię,templo obſerato vinô implebantur noctu.

Trieterica feſta Bacchi erant,quæ Latinè Trienalia dici poſſunt.

Tubiluſtria,quę & Luſtria dicta ſunt,celebritas fuit apud Rom.qua tubę ſacrorû in atrio Saturio expiabantur die 23. Martij,quod ſacrum agnæ fiebat. Var. & Feſt.

Vinalia feſta,duplicia fuere,vt Varro,Plinius & feſtus oſtendunt. Altera vinis deguſtâdis ix.Calend.Martij,cû vina pura eſſe putabantur. Altera quę Ruſtica vinalia dicta ſunt, quæ xii. Cal. Septemb. vel xiiii.teſte Feſto, quo die Veneri ædes dicata fuit.

Vortumnalia a Vortumno dicta ſunt.cuius feriæ(vt ait Varro)menſe Octobri celebrabantur:de quibus Alexander ab Alexandro lib.8.

Vulcanalia in honorem Vulcani celebrabantur menſis Sextilis die xxviii.

DE SACRIFICIIS HVMANO CRVORE FACTIS.

Porre Orgia Orpheus inuenit in Thracia.

Matris deorum ſacra Phrygi quotannis crudeliſſimis certaminibus faciebant.

Rhodij hominem Saturno ſacrificabant.

In Salamone inſula homo Diomedi immolabatur.

Diana Taurica humanis placabatur victimis.

Dioniſio apud Chios homo crudeliter diſcerptus ſacrificabatur.

Lacedominij hominem Marti immolabant.

Phęnices in bello & peſtilentia amiciſſimos homines immolabant Saturno. eidê in Creta ſacrificabantur pueri.

In Laodicea Syriæ virgo immolabatur Palladi.

Arabes ſingulis agnis puerum immolantes ſub ara ſepeliebant.

Græci priuſquam prodirent in bellum, humanas victimas diis offerebant.

Ariſtomenes Meſſenius C.C. homines Ioui ſacrificauit.

Athenienſes bello periti, & victi a Minoe rege Cretæ, propter interfectũ Andro geum eius filium, cogebantur quotannis ſeptem mares, ac totidẽ fœminas in Cretam mittere ſacrificandos.

Scytæ quoſcunque aduenas repererint, Dianæ immolabant.

In Pella Theſſaliæ ciuitate ſingulis annis homo immolabatur Peleo & Chironi.

Galli Eſum, & Teutatem humano cruore placabant.

Lactantij tempore Latialis Iupiter ſanguine colebatur humano.

Carthaginenſes ab Agathocle victi, quum iratum ſibi Saturnum crederent, ducẽ tos ei nobiliſſimos iuuenes immolauerunt. autor Lactan.

DE SACRIFICIIS QVIBVSDAM ALIIS.

Apud Lyndum oppidum Rhodiorum, fiebat ſacrificiũ in honorẽ Herculis, quod probris & conuicijs peragebatur. Hinc adagium natum, Herculi Lyndio ſacrifi care, ideſt ſacris deuotionibus vti.

Ritum ſacrificij, quod fiebat in honorem Cybeles, Ouid. in Faſt. ſic exprimit:

Arduas iamdum reſonat tinitibus Ida,
Tutus vt infanti uagiat ore puer.
Pars clypeos ſudibus galeas pars tundit inanes.
Hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus.
Res latuit, priſciq; manent imitantia facti,
Aera deæ comites, raucaque terga mouent.
Cymbala pro galeis, pro ſcutis tympana pulſant.
Tibia dat Phrygios (vt dedit ante) modos.

Salij ſacerdotes Martis, eidem ſacra faciebant ſalientes.

Victimarum ſuperſtitio emanauit ab Hyperbio Martis filio: vt placet nõnullis, q animal primus occiderit, vt Prometheus occidit bouem.

Apud Delphos nullum reddebatur oraculũ, niſi tota victima ab imo contremuiſ ſet, membris omnibus agitatis.

Phaſelitæ populi ſalſos piſculos dijs immolabant.

Cares verò canem. Hinc Caricam victimam dicuntur immolare, qui viliſſima lar giuntur.

Libabatur etiam vinum, ſed merum.

Prope Aſopum fluuium habitatores ſingulis annis diem vnum ſacrum faciũt Eumendibus quibus prægnantes oues immolant.

Amaſtris Xerxis regis vxor, pro ſalute propria decem defodit viuos homines.

Beroſus prodit, fuiſſe apud Babylonios feſtum Saceas nomine, ſolitum agi quinque diebus, quibus ſerui imperabant dominis.

Coi Iunoni ſacrificantes ſeruos a conuiuio reiiciebant. Apud Romanos ſacrorũ autor fuit Numa, qui inſtituit colere deos fruge, & mola ſalſa ſupplicare.

DE VOCABVLIS, QVIBVSDAM ad religionem ſpectantibus.

Vocabula ad religionem ſpectantia ſunt, Ceremoniæ, ſacrificium. Cõſecratio, Superſtitio, Dedicatio, Piaculum, Iuſiurandum, Hoſtiæ. Mola erat far toſtum, ſale aſperſum. Sacrificare eſt petere; vt detur menia.

Litare eſt propitiare, vel ſacrificium rite facere.

Holocauſtũ ſeu Holocauſtoma, ſacrificium erat, in quo exta victimarũ aris ſuper poſita comburebantur. de quo Ver. Et ſolida imponit taurorum viſcera flãmis, Pingue ſuperq; oleum fundens ardentibus extis. Ioſephus: Quãdo (inquit) tota victima quæ immolatur, incenditur, id ſacrificiũ nomen holocauſtomatis hẽt.

Hoſtia erat victima, quę immolabatur cæſis hoſtibus. Sacrificabatur autẽ Laribus

quorũ ope victi credebãtur hoſtes Ouid. Hoſtib. a domitis hoſtia nomen hēt.
Ianual erat genus libi, quod ſoli Iano immolabatur.
Iuſta ſacrificia erãt, quæ mortuis impendebantur: quæ tamē præcipuè fiebãt his, qui viuentes bene de republica, aut priuatis etiam hominibus, meriti fuerint. Horũ meminit Liuius li. 1. Dec. 1. vbi de Põtificis Max. officio loquitur, & Feneſtella cap. 8. Pomponius Lætus cap. 10. de Romanorũ ſacer. Sic Iuſta Catilinæ facta eſſe legimus apud Ciceronem in oratione pro Lu. Flacco, qui in lib. de Legibus Platonem Iuſta funerum reiēciſſe ait ad religionum interpretes.
Paſtillum autore Feſto, fuit genus libi rotundi, quod dijs offerebatur.
Stata erant certa ac ſtabilita, ſtatutisque diebus fieri ſolita. Cato. Sacra ſtata ſolennia ſancta ſeruaſti.

DEORVM VICTIMÆ.

Aeſculapio Priſci medico, Phebi filio Gallum ſacrificabant: autore Cœlio. Baccho Caper & Aſinus immolabantur: Caper, quòd eius vites roſiſſet. Vergilius li. 2. Georg. Non aliam ob cauſam Baccho caper omnibus aris Cæditur.
Ouid. li. 2. de Ponto: Nec dabit intonſo iugulum caper hoſtia Baccho. Martial. li. 5. Vite nocens roſeas ſtabat moriturus ad aras Hircus, Bacche tuis victima grata focis. De Aſino Plin. li. 24. Ferulę aſinis gratiſſimę ſunt in pabulo: cęteris vero iumẽtis prę ſẽtaneo veneno. Qua de cauſa id animal Libero patri aſſignatur, cui & ferula. Herodotus ait. Porcum etiam fuiſſe immolatum Baccho.
Cereri mactabatur porca, quòd hoc animal eiuſdem fruges violaſſet. Ouid. lib. 1. Faſto. Prima Ceres grauidæ gauiſa eſt ſanguinæ porcæ, Vlta ſuas merita cæde nocentis opes. Nam ſata uere nouo teneris lactentia ſuccis, Eruta ſetigeræ cõperit ore ſuis.
Dianę Cerua immolabatur. Ouid. lib. 1. Faſt. Quę ſemel eſt triplici pro virgine cęſa Dianæ, Nunc quoque pro nulla virgine cerua datur.
Sabæi & Theſſali Canes Dianæ etiam immolabant. Idem Ouid. Exta canum Triuiæ, vidi mactare Sabæos. Et quicunque tuas accolit Hæme niues.
Fauno Capra. Ouid. li. 2. Faſt. Cornipedi Fauno cęſa de more capella, Venit ad exiguas turba vocata dapes.
Herculi Mœnetius Actoris filius Taurum primus ſacrificauit, propter fulmineũ taurum ab ipſo Hercule interfectũ: de quo Seneca in Herc. Oet. Vna eſt Geryõ. ſparſus manu, Taurusque populis horridus centum pauor.
Iſidi Inachi filiæ Anſer. Ouid. lib. 1. Faſtorum: Nec defenſa iuuant Capitolia, quo minus anſer Det iecur in lanceis Inachi lauta tuas.
Maiæ Sus prægnans mactabatur, autore Macrobio lib. 1. Satur. De victimis deorũ vide Ouid. lib. 15. Met.
Mineruæ Capra, quòd caprarum morſus exitialis ſit oliuæ, quam illa amat. Plin. lib. 8. Oliuam lambendo quoque ſterilem faciunt: eaque ex cauſa Mineruę immolatur.
Neptuno Taurus. Stat. li. 5. Achil. Cęruleum regem tauro veneratur auumq; Nerea. Verg. Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo.
Nocti Gallus gallinaceus immolabatur. Ouid. Nocte deæ noctis criſtatus cęditur ales, Quod tepidum vigili prouocatore diem.
Priapo etiam immolabant, aſinũ, quod quũ hic Deus Lotidem nympham dormiẽtem furtim ſtuprare vellet, intempeſtiuo aſini clamore coitu fuiſſet impeditus, eumq; excitata virgo manibus reieciſſet magno omnium (qui aderãt) riſu. Ouid. li. 1. Faſtorum: Cęditur & rigido cuſtodi ruris aſellus: Cauſa pudenda quidem, ſed tamen apta Deo.
Carthaginenſes vſque ad excidium urbis ſuę Ingenuos pueros Saturno sẽper immolarunt, authore Curtio li. 4. de geſtis Alexãdrinis. Quod genus ſacrificij Tauricæ Dianæ factum legimus in Scythia.

Soli

Soli perſæ immolant Equum. Ouid. lib. 1. Faſtorum: placet equo perſis radiis Hiperiona cinctum, Ne detur celeri victima tarda Deo.

DEORVM INSIGNIA.

Fulmen Iouis. Tridens Neptuni, framea, Martis, Herculis claua, Bacchi Thirſus.

LOCA DEIS QVIBVSDAM SACRA.

Æſculapium Apollinis filium colebat Epidaurus vrbs Peloponneſi. Pli. lib. 4. In eo Epidaurum oppidum Aeſculapii delubro celebre. Ab Epidauro dictus eſt Epidaurius Ouid. lib. 15. Aequore placato patris Epidaurius arua Linquit.
Cos ciuitas ſeu inſula eidem ſacra faciebat. Colebatur etiam Pergami. Mart. li. 9. Pergameo poſuit dona ſacrata Deo.
Trica vrbs Theſſaliæ templũ habuit Aeſculapio ſacrũ. Dolopib. & Pindo vicinũ.
Ariſteum mellis Deum colebat Arcadia. Ver. li. 4. Geor. Tempus, & Arcadii memoranda inuenta magiſtri.
Amori loca ſacra fuerunt Colchorum regio, & Idalium nemus Catullus. Sancte pater curis hominum qui gaudia miſces, Quique regis Colchos, quique Idalium frondoſum.
Theſpienſes & Pariani populi in Helleſponto Amorem ſumma veneratione proſequuntur, eiuſque ſacra uocant Erotidia.
Apud Aegyrã vrbe Achæorum, Amor colebatur cum Fortuna, ſub eodem tecto.
Apollini ſequẽtia in primis loca ſacra fuerunt. Parnaſus mons phobicis biuertex, vbi è ſpelunculis reddebantur oracula, teſte Lucano, Ver. in Bucolicis: Nec tantum Phæbo gaudet Parnaſia rupes.
Gryneum nemus ſeu oppidum in Ionia, ſacrum Apollini habuit fanum. Verg. in Buc. His tibi Grynei nemoris dicatur origo, Nec quis ſit lucus quo ſe plus iactet Apollo. Ab hoc nemore Apollo ipſe dicitur Gryneus. Ver. lib. 4. Italiam Lyciæ iuſſere capeſſere ſortes.
Phaſelis mons eſt in Lycia ubi Apollo oracula reddebat. autor Aetnæ: Dexter mihi carminis autor Apollo, Seu tibi Dodone potior, tecumque Phaſellis, Seu te Cynthos habet.
Cynthus mons eſt imminens Delo, vbi Apollo celebre templum habuit, qui propterea Cynthius dicitur. Hor. Intonſum pueri dicite Cynthium.
Delos inſula maris Aegęi, Cycladum una, in qua natus eſt Apollo. Prius Ortygia dicebatur: vnde Apollo Delus, & Ortygius. Ouid. li. 2. de Arte: Et Paros, & Glario Delos amata Deo. Idem lib. 13. Metam. Tib. li. 2. Delos vbi nunc Phebe tua eſt?
Clarus fuit et vna Cycladũ, in qua Apollo colebatur, qui inde Clarius dictus eſt. Val. Flac. Nec Clarij nunc antra Dei quercusque tonantis Arguerem.
Delphi oppidum fuit Phocidis, vbi etiã Apollo colebatur, qui propterea Delphicus vocatur. Seneca: Ambage nexa Delphico mos eſt deo Arcana tegere.
In Patara Lyciæ ciuitate ſex anni menſibus dabantur Apollinis reſponſa.
Tenedos Aegei maris inſula, ſacra fuit etiam Apollinis.
Chryſa Phrigiæ ciuitas, itidẽ & Cilla vrbs ſacrę fuerunt Apollini. Ouid. li. 13. Me Tenedon, Chryſemque & Cillam Apollinis vrbes, Et Syron cepiſſe.
Chriſſa vrbs Phocidis, ſacrum etiam habuit Apollini templum.
Colebatur etiam in Cyrrha oppio Phocidis. Statius lib. 3. Syl. Aut Cyrrhę pater aſpernetur opacę,
Colebatur etiam apud Terapnas vrbem Laconię. Statius lib. 3. Thebarum: Tęnareumque cacumen Apollineasque Therapnas.
Soracte mons eſt in Phaliſcis, quondam Apollini ſacer. Vergilius libro vndecimo Summe Deum ſancti cuſtos Soraſtis Apollo.
Apollo apud Rhodios ĩ tãto honore habit' eſt, ut ibi Coloſsũ habuerit iter ſeptẽ orbis miracula numeratũ. Politian': Cõfera aut vaſtimolẽ Rhodos aurea Phębi.

Hyper-

Hyperborei,ſeptentrionales populi frugum primitias Delon mittebant Apollini quem præcipue colebant,author Plinius.
Acrephnia urbs fuit Phocides.ubi Apollo Acrephnius.
Molloes locus fuit in Lesbo,ubi templum erat Apollinis.
In Eutreſi Phocidis urbe Apollo etiam reddebat oracula.
Tegyra urbs Bœotię ſacra fuit Apollini,a qua Tegyreus dictus eſt.
In Mileto Ioniæ Aſiaticæ urbe,fuit oraculum Apollinis,quæ propterea dictus eſt Mileſius Apuleius: Dei Mileſij uetuſtiſſimum percontatur oraculum.
Bacchus Thebis colebatur,q. propterea & Dircæus appellatur.Hor.li.1. Ca. Vel Baccho Thebas uel Apolline Delphos inſignes.
Naxos una Cycladũ,coluit Bacchũ.Claudianus:Herculis & Bromij ſuſtẽtat gloria Thebas. Plin.lib.4.Nec cedentes Athenis claritate,quę cognominatur Bœotię Thebæ,duorum numinum Liberi,atque Herculis(vt uolunt)patria.
Apud Nyſam urbem Arabyæ ferunt Bacchum a Nymphis educatum fuiſſe.Hinc Bacchus dicitur Niſæus.Stat.lib.4.Theb. Omnipotens Niſæ puer.
Callychoros fluius eſt apud Heracleam Paphlagoniæ, Baccho ſacer, q ab India reuertẽs chorũ ibidẽ cõſtituerit.Valer. Flac.li.5. Argon Pręterit & feſta uulgatum nocte Lyei Callychoron,nec uana fides,his Bracchus in undis Abluit Eoo rotantes ſanguine thyrſos.
Tamaritæ populi Hircanis proximi,Bacchum ab India victorem redeũtẽ hoſpitio ſuſceperunt,eiq. ſacra ſolennia conſtituerunt,actis circũ torcularia choreis quandiu ſpumarent muſto.
Cererem uenerebatur Eleuſis urbs, Atticæ q ibidẽ frugum uſum & agriculturæ dea docuiſſet.Vnde,& Eleſina vocata eſt.Vergil.lib.1.Georgicorum: Tardaq. Eleuſinę matris uoluentia plauſtra.
Colebatur etiam in Ætna monte,Enna & Catana urbibus Sicile,a quib.locis uocatur Ætnea,Ennæa,Catanenſis.Claud. Ætneæ Cereri proles optata uirebat Vnica.Syllius li.1.Nec Cetere Ennęa,Phario nec uicta colono Lactã.De Cerere Catanneſi uel Ennenſi:quarũ alterius tanta fuit religio,ut adire templi eius ſecreta penetralia viris nefas eſſet.
Cybelen deorum matrem colebant ſequẽtia loca.Ida & Dindymus. Phrygię mõtes.Verg.li.10.Alma parens Idæa deũm,cui Dindyma cordi.Hinc Cybele Dindymene.Mart. Non per myſtica ſacra Dindymenes.
In Phrygia Galli Cybeles miniſtri in honorem deæ inter ſe cõcertabant,& digladiabantur,ad effuſionem ſanguinis Demum cruore vbertim manãte, cõcurrebant ad aliquem fluuiũ deæ ſacrum ibidem cultros & plagas loturi. Romani hoc faciebant ad Almonem fluuium,proximum Romę.11.Calen.April.Valer. Flachus lib.8.Argon. Sic ubi Mygdonios planctus ſacer abluit Almo,Lætaq. iã Cybele.
Reate Vmbrię ciuitas Syllius lib.8. Magnæq. Reate dicatum Cœlioclum matri.
Berecynthus mons Phrygiæ,a cuius nomine Berecynthia dicta eſt Cybele. Vergilius li.5.Aeneid. Qualis Berecynthia mater Inueitur curru Phrygias turrita per urbes.
Peſinuncium oppdum Phrygię,a cuius nomine dicta eſt Peſinuntica. Apul.li.11. Inde primigenij Phryges Peſiunticam nominant deum matrem.
Diane ſequentia loca ſacra fuerũt.Parthenius Paphlagonicæ fluuius.Valer.Flac. lib.5.Argon.Et fatis Tiphy negatum Parthenium, ante alios Triuiæ qui creditur amnis.
Cynthus mõs imminens Dello,in quo nata eſt cũ Apoline Hinc uterq. Cynthius appellatur Stat.lib.11.Theb.Illa ſuas Cyntho comites agat.
Ephesus urbs Ioniæ,ſeu Lydiæ, in qua templum habuit magnificum, inter ſeptẽ orbis miracula numeratum.

Bauron

Bauron vrbs. Atticæ, vbi etiam colebatur.

Colebatur & in Auentino & Algido montibus Italiæ. Horatius: Quæque Auentinum tenet, algidumque Quindecim Diana preces virorum Curet.

Colebatur etiam in Delo. Verg. Notior vt iam ſit canibus non Delias noſtris.

Item in tauro Scythiæ mõte. Lucã. li. 1. Et Tarantis Scythiæ non mitior ara Dianę,

Colebatur Faunus in arcadia Oui. li. 2. Faſt. Faunus in Arcadia templa Lycęus habet. Idem. lib. 4. Stabat Menalio ſacra relicta Deo.

Fortunam Antium maritima vrbs Latinorum habuit in honore maximo, cui etiã ſacra fecit, templumque erexit magnificum. Vnde Horat. li. 1. Carm. Odiua, gratum quæ regis Antium.

Rhamnus ſeu Rhamnis, oppidum fuit in Attica, in quo Nemeſis & Fortuna colebantur. Hinc vtraque Rhamnuſia appellatur. Vergil. in Cyri. Haud fallor, quod te potius Rhanuſia fallat.

In Præneſte vrbe Italiæ colebantur Sortes & Fortuna, quę propterea Pręneſtinę vocantur. Prop. lib. 2. Nam quid præneſtis dubias ò Cynthia ſortes, Quid petis Æimænia Thelegoni? Sacriſque dicatum Fortunę Præneſte iugis.

In Orchomeno Bæotiæ vrbe, templum fuit dicatum Gratijs ſeu Charitibus.

Herculi ſacrum fuit Tybur oppidum vicinum Romę: quod inde vocatur Herculeum Martial. li. 1. Tiburim Herculeum migrauit nigra Lycoris.

Bœotiæ Thebæ etiam Herculem coluerunt, qui propterea Thebanus dicitur. Propertius lib. 3. Cymbala Thebano concrepuere deo.

Gadibus quoque (vbi columnas poſuit) templum habuit Hercules; in quo quidẽ tẽplo Iulius Cæſar animaduerſa Alexandri Magni imagine ingemuit, & quaſi pertæſus ignauiam ſuam, quòd nihil dum à ſe memorabile actũ eſſet in ętate, qua iam Alexander orbem terrarũ ſubegiſſet De gadibus Liuius, Annibal Gades profectus, Herculi vota exoluit, Hinc Gades Herculeæ dicuntur.

Tryntha ciuitas Argis vicina, Herculem nutriuit, & vt deum venerata eſt. Vnde & Tyrinthius appellatur. Verg. lib. 7. Aen.

Poſtquam Laurentia victor.
Gerypne extincto Tyrinthius attigit arua.

Iſim Inachi filiam, & deam Aegiptiorum, ſequentia loca habebãt in honore. Paretonium vrbs Aegypti, Pharos, Memphis, & Mareotis pars Aegypti.

Aegyptum ſacrã fuiſſe Iſidi, Prop. docet lib. 2. dicens: An tibi non ſatis eſt fuſcis Aegyptus alumnis? Gopton quoque inſula eſt in Aegypto, ſacra Iſidi.

Iouem Creta inſula, centum vrbibus memorabilis, aluit, atque ſacra fecit: vnde & Cretęus dicitur. Vergilius libro 3. Aen. Creta Iouis magni medio iacet inſula ponto, Mons Idæus vbi, & gentis cunabula noſtræ.

Pyreus portus Atticæ, ſacer erat Ioui, vt etiam Homole mons Theſſaliæ, ſeu Bœotiæ, a cuius nomine Iupiter Homolius dicitur.

Colebatur etiam in Ida, in Latio, in Lybia, ubi erat eius oraculum, in Elide. Vnde Verg. eum vocat Idæum, Lucanus Latialem, Latinum Ouid. & Lybicum. Elæũ Propertius, quoniã in Elide quinto quoque anno celebrabãtur ludi Olympici in eius honorem. Iunonem ſequentia loca coluerunt.

Carthago vrbs Africæ. Ver. li. 1. Aen. Quam Iuno fertur terris magis omnib. vnã Poſthabita coluiſſe Samo: hic illius arma, Hic currus fuit.

Colebať ẽtĩ Proſimna ciuitate. Sta. li. 1. Theb. Hinc celſę Iunonia tẽpla, Proſimnę.

In Samo inſula maris Icarij, habebatur in honore præcipuo: nam & ibidẽ fuerat nutrita. Ouid. li. 8. Etiam Iunonia lęua Parte Samos fuerat.

Argos & Mycenę vrbes Achaiæ, Iunonem, quoque venerabãtur. Hor. li. 1. Carm.

Phaliſci populi Iunonem coluerunt. Ouid. li. 6. Faſt. Adde ſenem Tatium Iunoni colaſque Phaliſcos.

Latona colebatur in Delo, quod Appollinem & Dianã ibidẽ peperiſſet. Ver. li. 3. Georg.

Geor. Cui non dictus Hylas puer, & Latonia Delos.

Loca Marti ſacra ſunt, Thermodon fluuius Scythiæ, & Rodope mons, quoniã fertur natus in Thracia. Claud. Flumina lauerunt puerum Rodopeia Martem.

Colebatur & in tota Thracia, & apud Getas. Vnde Odryſium eum vocat Statius, & Geticum Sythonium Pontanus & Threicium.

Ithynus fuit domicilium Mineruæ in arce Athenienſi. Catull. Vnigenãque ſimul cultricem montis Ithini Pallada.

Pyreus mons Atticæ, ſacer fuit Mineruæ.

Colebatur & in Aracyntho Aetoliæ mõte, a quo Aracynthia dicta eſt. Stat. de Diana & Pallade lib. 2. Theb. Illa ſuas Cyntho comites agat, hæc Aracyntho.

Nea Cycladum una, ſacra fuit etiam Mineruæ, autor Plin. lib. 4. Hiſt. cap. 12.

Præcipua eius dignatio fuit Athenis, vbi & artes inueniſſe fertur, atq. ẽt vrbẽ ipsã cõdidiſſe: hinc Athenæa, Attica, Cecropia & Mopſopia dicitur. Horat. li. 1. Car. Sunt quib. vnum opus eſt, intactæ Palladis urbẽ Carminẽ perpetuo celebrare: Alcomeneum fuit oppidum Bœotiæ cuius cõditor iuſſit ibidem coli Mineruã.

Libethris fons Magneſiæ ſacer fuit Muſis, vt etiã Hippocrene, aquarum nomine dñr Libethides & Hippocrinides Verg. Nymphæ noſter amor Libethrides. Eã ob causã Feſtus Auienus Camœnalem uocat Hippocrenẽ, vbi ait: Lympha camænalem fuit procul Hippocrenem.

Sunt & alia loca ſacra Muſis, vt Sicilia, vnde Sicilides dicũtur a Vergil. Aonia ſeu Beœtia; Helicon, mons Bœotiæ.

Pimpla, locus vicinus Parnaſo. Aganyppe, fons Bœotiæ: Sebethus, fons apud Neapolim: Theſpiæ, oppidum Bæotię: a quibus omnibus locis Epitheta meruerunt. Vidi in Capite de Muſis.

Nemeſis, dea vltionis & indignationis (quæ ſuperbos punit & vaniloquio) tẽplũ habuit in Rhãnuute Aſię oppido, a quo Rhamnuſia dicta eſt, vt Fortuna. Ouid. lib. 3. Met. Dixerat: aſſenſit precibus Rhamnuſia iuſtis.

Neptunus templum habuit in Tænaro Laconiæ promontorio, a quo Tænarius dicitur. Proper. lib. 1. Tænarius facili preſſit amore Deus.

Oncheſtus vrbs Bœotiæ, habuit etiam templum Neptuno ſacrum.

Oſyris Deus colebatur apud Aegyptios. Tibullus lib. 1. Te canit, atque ſuũ pubes miratur Oſyrim Barbara Mephitem plaudere docta bouem.

Plutoni apud Elęos delubrũ ſacrum fuit, ſemper clauſum & obſeruatũ præterquã quòd ſemel tantum quotãnis aperiebatur. Plutonem autem ideo colebãt, Elæi quòd eius præſidium ſenſiſſent contra uim Herculis.

Priapum Lampſacus vrbs Helleſponti coluit. Ouid. lib. 6. Faſt.

Lampaſcos hunc ſoli ſolita eſt mactare Priapo.

Proſerpina Cereris filia colebatur in Sicilia, teſte Plutarcho: vnde & Sicula vocatur a poetis. Seneca: Vidiſti Siculæ regna Proſerpinæ? vbi primam huius dictionis Proſerpina, corrupit, quod eſt inuenturarum.

Colebatur etiam in Enna vrbe Siciliæ. vnde Ennæa quoque dicitur. Luca. li. 6. loquar immenſo terræ ſub pondere, quæ te Contineant Ennæa dapes.

Solem Scythæ vnicum deum putant, cui equum immolauit.

Veneri ſequẽtia loca ſacra ſunt: Amathus inſ. maris Aegæi a qua vocat̃ Amathuſia et amathuſis. Ver. li. 10. Eſt amatus, ẽ celſa mihi paphos atq. citera, Idaliæq, dom⁹.

Colebatur etiã in Cypro inſula, et Papho eiuſdẽ iſulæ vrbe. De Cypro & Mẽphi, Aegypti urbe (vbi ẽt fanũ habuit) Horat. lib. 3. Carm. O quæ beatã diua tenes Cyprũ, & Memphim carẽtem Sithonia niue. A Cypro dicitur Cypria, Cypris, & Cyprigena. Mant. in Faſt. Cyprigenę campos & regna per ardua Phæbi.

De Papho & Gnydo Horat. lib. 3. Carm. Quę Gnydon, Fulgentesque tenes Cycladas & Paphum Stat. li. 1. Sil. Nõ ſecus alma Venus quam ſi Paphon æquore ab alto, Idaliasque domos, Ericinaque templa ſubiret.

A Papho

A Papho Paphia,& Gnydo Gnydia dicitur. Plin.lib 7. Praxiteles marmore nobilitatus eſt, Gnydiaque Venere præcipue Præcedentia exempla docent, Idalium numus & Cyclades & Cythera ſacra fuiſſe Veneri.

Ab Eryce monte Siciliæ, ſibi ſacro, dicta eſt Erycina. Hort.lib.1. Carminam:
Siue tu manus Euricina ridens.

Hypæpa urbs ꝓxima Tmolo ſacra; fuit ēt Veneri. De hac vrbe Ouid. de Arachne.
Oria domo parua, paruis habitabat Hypæpis.

Vulcano Imbros inſula Thraciæ ſacra eſt, quem inde Imbraniū vocāt. Val. Flac.
Proræque acceſſeras Imbros.

Inter Liparam & Theraſiam inſula eſt Teraſia Vulcano ſacra, autor Plin.lib.3.

Præcipuus. Vulcani cultus fuit in Lenno inſia qua Iemnius dictus eſt, vt Lennos ipſa Vulcania. Ouid.li.13. Nec Pæantiadē quod habet Vulcania Lemnos. Ver. li.8. Aen. Hæc pater Aeolijs properat dum Lemnius oris.

De alijs locis, in quibus dij habiti ſunt in honore, Ouid. lib.3. Faſt.

Pallada Cecropidæ, Minoa Creta Dianam,
Vulcanum tellus Hypſipylæa colit.
Iunonem Sparta, Pelopeiadesq; Mycenæ,
Pinigerum Fauni Mænalis ora caput.

Mars Latio venerandus erat, quia præſidet armis: Lactant lib.1. de falſa Religione. Summa veneratione coluerunt Aegyptij Iſidē, Mauri Iuban. Macedones Gabyrum, pœni Vranum, Latini Faunum, Romani Quirinum, Athenæ Mineruam, Samos Iunonem, Paphos Venerem, Lemnos Vulcanum, Naxos Liberum, Apollinem Delphi.

CVRRVS DEOR. QVIBVS.
animalibus trahantur.

Currus Bacchi, Lyncib. et Tygrib. propertius de Ariadna rapta a Baccho: Lyncib. in cælum uecta Ariadna tuis. Ouid. in Epiſt. Phędrę: Inque capiſtratis tygribus alta ſedet, Idem lib. Met. Quem circum tygris ſimulachraque inania lyncū. Idē lib.4. Metam. & lib.1. de Arte. Verg.lib.3. Georg. Quid lynces Bacchi varię?

Cybeles leonibus. Verg.lib.3. Et iunct. currū dominæ ſubire leones. Ouid.lib.10. Dente premunt domito Cybelea frœna leones. Catullus: Vbi iūcta iuga reſoluens Cybele leonibus.

Dianæ ceruis Claud. Dixit, & extemplo frondoſa fertur ab Alpe Trans pelagus, cerui collum ſubire iugales.

Iunonis pauonibus.

Leucothoes deæ marine Delphinis, Ver. in Cyri: Illa etiā magnum iunctis quę piſcibus æquor, Et glaucobi pedum curru metitur equorum Leucothoe.

Lunæ bobus Martis equis.

Neptuni quis. Verg.lib.5. Iungit equos curru genitor, ſpumantiaque addit Frœna feris, manibusque omnes effundit habenas, Sylius lib.3. Extremâque petit Phębæa cubilia Thetyn Fręnatis Neptunus equis.

Oceani Balænæ. Currum Tritonis piſces. De his omnibus Polit. in Ambra.

Biſtonijs Mars inſtat equis. Tu iungis odores.
Phœbe Therapnæos. Getica Mars ſurguras haſta.
Contendis tu Phœbe fides, arcusq; retendis.
Lyncas agit Bromius, pauos Saturnia pictos,
Tardos Luna boues, annoſas Delia ceruas,
Gryphes Hyperboreos Nemeſis, Cytherea columbas,
Fert pedibus pinnas puer Arcas, crine galerum,

Item Ioan. Fanciſcus Mirandula:

Paphios non iungis olores.
Cypria, terribilem non concinit ægida Pallas.

Non

Non uolucres ſequitur ceruos pharetrata Diana.
Nectere olorifſe quos loris aſſueta Lacones.
Non iunctis fertur Iuno ſuper athera pauis.
Dum Samon aut tecta inuiſit Carthaginis alta.
Cynthia nec bobus charum Endymiona fatigat.

Saturni draconibus ſiue ſerpentibus.

Solis equis.

Thetidis Delphinis, quemadmodum & Leucothoes. Tibul. Vecta eſt frænato cęrula piſce Thetys.

Veneris cycnis. Oui. 10. Iunctiſque peraerea cycnis. Carpit iter. Syl. lib. 7. Tũ matris currus niueos agitabat olores. Statius lib. 1. Syl. Thalamique ingreſſa ſuperbum Limen Amiclæos ad fręna citauit olores. Statius lib. 3. Dũ petit, & molles agitat Venus aurea cycnos. Horat. lib. 4. Carm. ad Venerem: Tẽpeſtiuius in domo Pauli purpureis ales oloribus Comeſſabere maximi.

DEORVM AMASII.

Ganymedem in primis fabulãtur poetæ Iouis eſſe amaſium, quẽ ob formam Aquila pedibus in Ida corripuerit, & in cælum euexerit. Vergil. Quẽ præpes ab Ida Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger' vncis. Oui. li. 10. Rex ſuperũ quõdam Phrygij Ganymedis amore Arſit.

Endymionem formoſum paſtorẽ Luna fertur adamaſſe, adeò vt cœlo relicto, in mõtem Lathmium eius oſculandi gratia plerũque deſcenderit. Põtan. ad Stellis. Ouid. li. 3. de Arte. Prop. lib. 2. Nudus & Endymion Phœbi cepiſſe ſororem Dicitur, & uudæ concubuiſſe deæ.

Hylã Thiodamantis filium adamauit Hercules, ſecumque duxit cũ Argonautis. Vbi quum aquas hauriens puer urnæ pondere fuiſſet demerſus, multis clamoribus ab ipſo Hercule conuocatus eſt. Hinc natum adagium Hylam uocare. Val. Flac. lib. 3. Arg. Rurſus Hylam & rurſus Hylam per longa reclamat Auia reſpõſat ſyluę, & uaga certat imago. Prop. lib. 1.

Adamauit etiam Hercules Abderum puerulum, non minori, quam Hylã, affectu.

Hyacinthus Appollinis fuit amaſius. Ouid. lib. 10. Te quoque Amyclide poſuiſſet in æthere Phæbus, Triſtia ponendi tempus ſi fata dediſſent. Plin. 2. Hyacinthũ comitatur fabula duplex, luctum præferens eius, quem Apollo dilexerat.

Adamauit etiam Apollo Bianchum puerum Theſſalum, quem mortuum ſuis tẽplis ſacrum haberi uoluit. Itẽ Daphnem puellam, Penei fluminis filiam, quã fugientem in Laurum conuertit. Mantuanus: Quot ſtuduit verbis Daphnẽ facundus Apollo Flectere.

Ampelos puer ſpecioſus, Baccho adamatus eſt. Oui. lib. 3. Ampelon intõſum Satyro Nymphaque creatum Fertur in Iſmarij Bacchus amaſſe iugis.

Adonis Cinaræ ex Myrrha filius, Veneri fuit chariſſimus. Oui. lib. 1. de Arte: Ne te prætereat Veneri ploratus Adonis. Prop. lib. 2. & Pont. lib. 1. de Stellis.

Cephalus & Tithonus chariſſimi fuerũt Auroræ de Cephalo. Oui. lib. 3. de Arte: Lathmius Endymion non eſt tibi Luna pudori, Nec Cephalus roſeæ pręda pudenda deæ. Propert. lib. 2.

Atys puer Phrygus, Cybeles fuit amaſius Catullus: Tenerũ uidit Atyn prope marmor Pelagi. Facit impetum: ille demẽs fugit in marmora fera. ibi ſemper omne uitæ ſpaciũ famula fuit. Oui. li. 10. Hirſuto vertice pinus Grata deum matri, ſi quidem Cybeleius Atys Exuit hac hominem truncoque induruit illo.

Amauit Hippolytum Diana, cum ob formam, tum ratam in forma a caſtitatem.

Pindari poetę, eiusque carminũ amatorem fuiſſe Pana, fabulantur. autor Plutarchus in Numa Pompilio.

Sytinx quoque Arcadia fuit nympha, quam à Pane deo mirè adamatam ſcribit Ouid.

FILII DEORVM.

& Heroum.

Filij Acherontis: Aſcalaphus, Alecto, Teſiphone, Megæra, Victoria, Styx.

Aeoli: Machareus, Miſenus, Criteus, Salmoneus, Iphiclus, Siſyphus, Cephalus, Athamas, Canace, Alcynoe.

Aetheris: Iupiter primus, Cælius.

Agenoris tertij: Polydorus, Phœnix, Cadmus, Labdacus, Taygeta, Europa.

Amphionis: Archemorus, Antegores, Tantalus, Phadimos, Sipolos, Xemarchus, Epinitos, Alticratia, Pelopea, Cheloris, Cleodoxe, Ogune, Phytia, Nerea.

Apollinis ſecundi: Mopſus, Linus, Philiſtenes, Garamas, Branchus, Philemon, Orpheus, Ariſteus, Nomius, Actous, Argeus, Aeſculapius, Arabs, Lapyta, Eurynome Pſice.

Atlantis: Hyas, Eudora, Ambroſia: Pyrilide, Croni, Phito, Polixo, Thyenes, Electra, Maia, Steropes, Celeno, Taygeta, Acyone, Meropes, Calyplo.

Bacchi: Hymenes, Thyoneus, Theas.

Beli priſci; Danaus, Aegyſthus, agenor.

Cadmi: Semele, Agaue, Autenoe, Ino.

Cælij: Vulcanus primus, Mercurius. 3. Toxius Titanus, Iupiter ſecundus, Oceanus, Ops Tetys magna Venus magna.

Dæmogorgonis: Litigium, Pan, Clotho, Lacheſis, Atropos, Polus, Python, Terra: Herebus.

Fauni, Acys, Eurimedon, Latinus.

Herculis: Oxias, Creōtiades, Tyriomachus, Dychoontes, Ithones, Cromis, Agilis, Ilus, Sardus, Cirnus, Diodorus, Triptolemus, Theſſalus, Auentinus, Telephus, Lydus, Lamirus.

Herebi: Amor, Labor, Metus, Dolus, Morbus, Pallor, Sōnus, Charon, Dies; Aether, Gratia, Inuidētia, Fraus, Pertinacia, Egeſtas, Miſeria, Fames, Querela, Senect⁹, Tenebra, Mors.

Heſperi; Aegle, Heretuſa, Heſperetuſa.

Iouis primi: Apis, Sol, Mercurius, Tritopatreus, Epuleus, Dionyſius, Hercules, Liber pater, Epaphus, Scytha, Minerua, Diana, Proſerpina.

Iouis ſecundi: Apollo, Tityrus, Bacchus, Amphion, Zetus, Calas, Lacedæmon, Tātalus, Hercules, Arcas, Diana, Paſythea, Egiale, Euphroſyne, Minerua.

Iouis tertij: Acheus, Amor, Caſtor, Pollux, Palliſtus: Iarbas, Myrmidō, Xanthus. Lucifer, Orion, Minos, Sarpedo, Rhadamāthus, Archiſius, Tātalus, Dionyſius, Perſeus, Aon, Aeacus, Pylūnus, Mercurios, Vulcanus, Hercules, Aeolus, Venus, Proſerpina, Helena, Clytemneſtra, Mena, nouem Muſæ.

Laomedontis: Lampus, Clition, Ioetaon, Titon, Priapus, Antigona, Heſiona.

Latonæ: Apollo, Diana.

Martis: Cupido, Enomaus, Tereus, Aſcalaphus, Iaſimenus, Parraon, Zeſius, Phlegyas, Euannes, Hiſperius, Etholus, Remus, Romulus, Britona.

Mercurij: Eudorus, Myrtilus, Lares, Euander, Pan.

Mercurij ſecundi: Cupido, Autolius.

Minois: Androcus, Glaucus, Deucalion, Ariadna, Phædra.

Neptuni: Dorus, Amycis, Phorcus, Albiō, Borgion, Thara, Polyphemus, Tilemus, Brones, Steropes, Pygmalion, Naſicheus, Meliō, Acterion, Aon, Meſappus, Buſyris, Pelaſgus, Nauplius, Sicanus, Siculus, Celeno, Aello, Ocypete.

Oedipi: Etheocles, Polynices, Antigona, Iſmena.

Paridis: Daphnis, Ideus.

Pelopis: Atreus, Thyeſtes, Phyſtenes, Lyſidice.

Priami Paris, Hector, Helenus, Caor, Troillus, Deiphobus, Polydorus, Lyacō, Eſacus, Anthyſus, Ilus, Deucer, Dimocoontes, Echemon, Cremenon, Gorgitō, Cebrion,

brion,Phorbas,Doricon,Pammon,Eliphon,Agaton,Hippothons,Aganon,La coőtes,Miſtor,Iphates,Threſtorius,Tymœtes,Polytes,Creuſa,Caſſandra,Ilio na,Laodice,Lycaſte,Medificaſtis,Polyxena.
Promethei:Pandora,Iſis,Deucalion.
Saturni:Pluto Chirō,Fic⁹,Neptun⁹,Iupiter terti⁹,Cromis,Veſta,Ceres Glauca.
Solis:Phaethon Miletus,Phetuſa,Salēpeti,Dirce,Paſiphae,Oeta,Cyrce,Ægina.
Terræ:Tartarus,Taygetes,Antheus,Nox,Fama.
Titani:Hyperion,Briareus,Ceus,Typhon,ſeu Tipheus,Enceladus,Ægeon,Iape tus,Oſtreus,Alous,Palenes,Rumchus,Purpureus,Lycaon,Aurora.
Vlyſſis:Telemachus,Telechonus,Auxonij.
Tantali:Niobe,Pelops.
Vulcani:Erictonius,Cacus,Ceculus, Tullius,Seruilius.

PRODIGIA ET PORTENTA DIVERSA.

Cœlum ſanguinea ſpecie apparuit,quum rex Philippus Græciam inuaſit.
Stellæ circa ſolis orbem viſæ ſunt,Auguſto Cæſare in prima iuuenta vrbē intran te,poſt mortem patris.
Circa Solem arcus apparuit,L.Opimio,& Q.Fabio conſulibus.
Trini Soles apparuerunt,Sp.Poſthumio,& Qu.Minutio conſulibus.
Lunæ trinæ uiſæ ſunt,Cn.Domitio,& L.Annio conſulibus.
Clypeus ardens ab occaſu ad ortum ſcintillans, L.Valerio, & Cn. Mario conſu libus.
Relatum eſt,cœlū lacte pluiſce & ſanguine,M.Acilio,& C.Portio cōſulibus.Itē carne,L.Volumnio,& Seruio Sulpitio conſulibus.Item ferro in Lucanis,paulò antè quàm L.Craſſus à parthis occideretur.
L.Paulo,& C.Marcello conſulibus,lana pluit,& lateribus coctis. Armorum crepi tus & ſonitus turbarum auditi ſunt è Cœlo Cimbricis bellis.
Tertio conſulatu Marij,viſa ſunt ab Amerinis & Tudertib. arma cęleſtia ab ortu & occaſu inter ſe concurrentia,pulſis ad extremum quæ ab occaſu erant.
L.Martio & Sex.Iulio cōſulib.in agro Mutinēſi duo montes inter ſe cōcurrerūt, crepitu maximo aſſultantes,& recedentes,& inter eos flamma fumoque exeū te.Quo concurſu villæ omnes eliſę ſunt.Animalia permulta(quę intra fuerāt) exanimata ſunt.
Tiberio principāte,maximus poſt hominū memoriam terręmotus factus eſt,quo 21.vrbes aſiæ vna nocte proſtratæ ſunt.
Quum Dionyſius iunior ſuo principatu pulſus eſt, accidit prodigium,vt vno die in portu dulceſceret mare.
Inter initia Marſici belli Alcippe mulier peperit elephantum: & quædam ancilla ſerpentem.
Natus eſt Hippocentaurus in Theſſalia, & eodem die mortuus eſt.
Quo anno Sagūtus deleta eſt ab Annibale,puer in eadē vrbe reuerſus eſt in vte rum matris.
Annotatum eſt antiquis prodigijs,canem locutum fuiſſe,& ſerpentē latraſſe,quū pulſus eſt regno Tarquinius.
Bouem quoque locutum fuiſſe,proditur veterum monumentis.
C.Lepidus apud Pliniū teſtis eſt arbores locutas Oliua in totū ambuſta reuixit.
In Bœotia deroſæ a locuſtis ficus germinauere.
Laodiceæ aduentu Xerxis platanus inoleam mutata eſt.
Paulo ante mortē Cæſaris,equorum greges cōperti ſunt pabulo abſtinere,vber timque flere. Pridie verò quàm interficeretur auem regaliolum cum laureo ramulo Pompeianæ curiæ ſe inferentem, volucres varij generis dicerpſeſſt.
Ante mortem Caligulæ ſimulachrū Iouis Olympiæ tātum cachinnū repēte edi dit,ut machinis labefactis opifices diffugerint.

Ante mortem Sergij Galbæ, quum oppidatim victime cederentur, taurus ſecuris ictu conſternatus, rupto vinculo eſſe dũ eius inuaſit, & totum cruore perfudit.

Neronis principatu arborès ſedem mutauerunt.

M. Lepido & Q. Catulo cõſulibus, in villa Gallerij locutus eſt gallus gallinaceus.

Cecinere galli nocte tota, qua Matthæus vicecomes primum ſuſcepit filiũ, unde Galleacco indicum nomen.

Neapolis ſub Nicolao quinto Põtifice Maximo terra tremuit, eoque motu multa hominum milia periere.

Seruio Tullio adhuc puerulo dormienti flamma emicuit circa caput.

Tempore belli, quod Romani gerebãt in Veientes, Albanus lacus ſolitum ſtagni modum exceſſit.

Dũ L. Sylla conſul ſociali bello in agro Nolano immolaret, ſubitò ab una parte aræ prolapſus eſt anguis: quo viſu Poſthumus aruſpex ſuaſit, vt exercitũ in expeditione educeret.

C. Volumnio & ſeruio Sulpitio conſulibus, bos mugito in humanum ſermonẽ cõuerſo, locutus eſt. De his conſule Valerium maximum.

Puer infãs ſemeſtris in foro Boario triumphum proclamauit. Alius cum elephantino capite natus eſt.

Traditur etiã in antiquis prodigijs lapides in agro Piceno pluiſſe. In Gallia lupũ vigili è vagina gladium abſtuliſſe. In Sicilia ſcuta duo ſanguinẽ ſudaſſe: metentibus cruentas ſpicas in corbẽ decidiſſe aquas ſanguine mixtas fluxiſſe: Secundo etiam bello Punico bouem dixiſſe, Caue tibi Roma.

C. Hoſtilio Mancino, in Hiſpaniam ituro, talis vox ſine autore vllo peruenit ad aures Mancine mane.

Quũ T. Gracus conſul in Lucanis ſocrificaſſet, angues duo ex occulto, plapſi, hoſtiæ, quam immoluerat, iecur ademerunt: demum in eaſdẽ latebras ſe retulerunt. Idem quoque ſecundum ſacrificanti accidit.

M. Craſſo in Parthos ituro datum eſt pullum paludamẽtum, quum exeũtibus in prælium album aut purpureum dari ſoleret.

Quũ Põpeius Dirrhachio egreſſum in Cæſarem proficiſceretur, eius ſigna apum examinibus obſcurata ſunt: quo portento Iupiter eũ à bello reuocabat, Sonus tympanorum Pergami abditis delubris editus eſt Palma viridis Trallib. in ęde Victoriæ ſub Cæſaris ſtatua enata eſt.

In exercitu Xerxis aduerſus Græciam cõtracto equæ partu lepus editus eſt, Eidẽ priuſquã Athenas deleret, de inuadendis Lacedęmonijs cogitãti, hoc accidit Infuſum namq; patere eius vinum ter in ſanguinem conuerſum eſt.

Midę puero dormienti, formicæ, in os grana tritici congeſſerunt: vt Platoni mel & fauos apes intulerunt.

Anno quo Ieroſolymas deleuit Veſpaſianus, ſidus in cœlo apparuit gladij figura, vrbi imminens. Apparuerunt & currus varijs cœli regionibus uagantes: viſæ ſunt armatæ acies concertare in nubibus.

Sedente in Ponteficatu Ioanne vndecimo, Genuæ fons ſanguinis prodigioſe fluxit. Paulo poſt vrbs ipſa à Sarracenis capta eſt.

Pripie quam Veneti Liguſtico bello uincerentur, corui diuerſis inter ſe agminibus conflixere, ita vt ſangui ſupernè cadens naues ipſas cruentaret.

Imminente Romanis primo ciuili bello, ignis ex haſtis ſubito emicuit, q uix potuit extingui Tres corui pullos ſuos in uiam productos laniarũt: quod ex laniatu ſuperfuit, retulerunt in nidum. Mures aurum in templo roſerunt. Capta ex his fœmina quinos muſculos in muſcipula enixa eſt, & tres ex illis deuorauit. Tubarum clangor in aere concrepuit.

Triumuiralibus copijs ad Bononiã cõtractis, ſedit aquila ſuper Octauij taberna culũ, duosq. hinc et inde coruos inceſſantes vehemẽter afflixit. Quod vniuerſo

exercitui

exercitui futuram Trium virorum diſcordiam portendebat.

Moyſes (cuius virga ſe in draconem conuerterat, ac demum priorem acceperat formam) rubum vidit incombuſtum.

Daniel quũ Suſis eſſet in Meſopotamia cõcidiſſetq. in faciẽ terræ motu, iuſſus poſtea cæleſti voce ſurgere, ipſumq. cœlũ intueri arietẽ vidit in aere multi cornẽ

Eo die quo virgo Chriſtum peperit, oleũ Romę in tranſtyberina regione erupit, & diem totum perpetuo manauit fluxu. Quo die Chriſtus affixus eſt cruci, ſola ſexta hora diei ad nonam obtenebratus eſt.

Mauricio Imp. (qui Gregorio põtifici erat infeſtiſſimus) apparuit homo ignotus monaſtico habitu cum gladio, quem imperatoris ſtatuæ circunferens prędixit Mauricium gladio periturum, vt accidit.

Dario Babylonem obſidenti vox a muris redita eſt, vrbem ipſam tunc a Perſis captum iri, quum mula pareret. Quo prę ſagio omnes capiendæ vrbis deſperatio iam ceperat, donec Zopyri Perſæ mula enixa eſt.

Anno quo Nero excidit principatu, oleæ & prata in contrarias ſedes tranſire.

Ante paulo quam Auguſt. Imp. factus eſſet, bos in ſuburbano Romę, ad arantẽ locutus eſt, fruſtra ſe vrgeri: non enim frumenta, ſed homines breui de futuros.

Sedente in põtificatu Leone. 7. Sol per aliquot dies veluti ſanguinolentus apparuit. Quod prodigium calamitoſa peſtis ſecuta eſt.

Anno 1157. Chriſtianę ſalutis, figura crucis in luna publice viſa eſt. Imperate Hẽrico 7. & ſedente in pontificatu Clemente V. tres Lunæ ſimul apparuerunt.

Anno ſalutis 1348. Imperante Carlo quarto, ceciderunt e cœlo quædam beſtiolæ, quarum corruptio & fætor peſtem attulerunt.

Anno ſalutis 1356. ſedente Calixto tertio, natus eſt in Sabinis uitulus biceps. Romæ apud Veneris portam cecidit è cœlo ſanguis, Carnes in Liguria.

Imperante Henrico Quarto, mõſtrũ ſuperne bicorpor natũ eſt in agro Britãnico

Imperãte Hẽrico Quĩto, ĩ agro Hemiliano & Flaminio ſãguis pluit Idib. Iunij.

Regnante apud Gallos Ludouico duodecimo, & ſedente pontificatu Iulio ſecõdo mõſtrũ natum eſt Rauennę, habens cornu in capite, vtrinque alas, brachia, nulla, pedem vnum, oculum in genu, vtrunque ſexum, in medio pectore ypſilõ, & crucis effigiem.

Quum Roſcius eſſet in cunabulis noctu lumine appoſito, experrecta nutrix animaduertit puerum dormientem circumplicatum ſerpentis amplexu.

Lacedęmone in Herculis fano arma ſonuerũt, eiuſdemque de Thebis valuę clauſę ſua ſponte ſe aperuerunt, ſcuta ſublime prius fixa humi reperta ſunt.

CONTEMPTORES DEOR.

Glaucus quũ ſacra Veneris contemneret, illa irata e quabus furorem immiſit, quibus vtebatur ad currum, eumque morſu dilacerauerunt.

Aiax Oilei filius, Caſſandrã in templo Mineruæ ſtuprauit: dea facinus vlciſcente, fulminatus eſt in mari, dum euerſo Ilio redire vellet in patriam.

Pentheus Echionis & Agaues fili⁹, dũ ſacra Bacchi deſpicaret, a matre, cæteriſq; Męnadibus interfectus eſt. Propertius: Pẽtheo in triplices funera grata greges.

Lycaon rex Arcadia, quum Ioui pararet inſidias, ad eodem mutatus eſt in lupũ, vt fabulantur Poetæ: Vnde Iupiter apud Ouid. li. 1. Met. ſic loquitur: An ſatis, o ſuperi, tutos fore creditus illos, &c.

Alcitho fuit etiam contemptrix Bacchi. Ouid. li. 4. Met. At non Alcithoe Mineias origa cenſet, &c.

Triſichton Theſſalus, Cereris (quã aſpernabatur) lucũ abſcidit: vlciſcẽte dea ad tantam redactus eſt famen, vt ſua ipſe mẽbra corroſerit Ouid. lib. 8. Met. Pater liuius erat, qui numina diuus Sperneret, & nullos aris adoleret honores. &c.

Prętides filiæ Prœti Argiuorum regis, Iunoni ſe pręferentes, ab eadem mutatę feruntur in vaccas, Alij fabulantur hoc factum, quod Venerem ſpreuiſſent.

Atalanta & Hippomenes Venereo cōcubitu templū Cycles profanarunt. Vterq; demum leones facti ſunt, vlciſcente numine: autor Ouid. lib. 10. Mtam.

Diomedes Tidei filius, Venerē in bello Troiano leſiſſe fertur. Ouid. li. 1. Eleg. Peſſima Titides ſcelerum nonnumenta reliquit, ille deam priamus perculit.

Theopolemus & Hiero fratres, Apollinis fanum expilarunt. Quo facto, pęnam iudicij reformidantes domo profugerunt. autor Cicero in quinta Verrina.

Cyanippus Syracuſanus ſoli Baccho ſacra facere neglexit. Iratus deus, tantam ei ebrietatem immiſit, vt repertam in tenebris filiam ne fando coitu ſtrupauerit.

Contemptor eius numinis Armitus ebrius factus eſt, & Medulinæ filiæ vlciſcēte deo ſe commiſcuit.

Capeneum ſcalarum repertorem (quem poetæ fulminatum fuiſſe dicunt) deorū contemptorem vocat Statius li. 1. Theb. vbi ait: Sed enim ipſe manu pręgreſſus auorum Facta, diu tutò ſuperum contemptor, & æqui impatiens.

Phlegyas rex Laptyharum, & Ixionis pater, templū Delphici Appollinis incedit. Hinc ad inferos detruſus, ibidem grauiſſimè punitur. Verg. li. 6. Aen. Phlegyaſque miſerimus omnes Admonet, & magna teſtatur voce per vmbras. Diſcite iuſtitiam moniti, & non temnere diuos.

Salmoneus Aeoli filius, Iouis fulmina in aere ſimulabat, vt Deus in Elide crederetur, Verg. lib. 6. Aen. Vide & crudeles dantem Salmonea pœnas, Deum flammas Iouis & ſonitus imitatur Olimpi.

Celmis vnus fuit ex Idæis Dactylis, qui matrem deorum Rheam violauit ſtupro.

Diagoras Melius Athenienſium ſacrorum myſteria & ceremonias adeò neglexit, vt per multos auerterit á religione.

Idem arcana myſteria (quæ nō licebat profanis in vulgare) omnibus detexit. Propterea Athenienſes eum in exilium pepulerunt talento propoſito, ſi quis hominem compertum occidiſſet.

Demonax philoſophus Adriani tempore, adduci nunquam potuit, vt ad Eleuſina ſacra ac myſteria accederet. Propterea accuſatus a populo, vt religionis contēptor, factū excuſatur: teſtatus ea ſacra meritò eſſe ſibi ſuſpecta, quæ in occulto fierēt. Nā ſi bona eſſent, dicebat ea manifeſtari oportere: ſi mala debere refugi.

Anaxagoram Clazomenium Athenienſes in vincula coniecerunt, quod ſolē igni tum dixiſſet eſſe lapidem, non Deum: quem tamen illi pro deo habebant.

Inter contemptores Diuū numeratur Mezentius á Vergilio lib. 7. vbi ait: Primus init bellum Tyrrhenis aſper ab oris Contemptor diuum Mezentius. Fuit enim impius in homines ſine deorum reſpectu, inquit Macrobius.

Cambyſes rex Perſarum, tēpla & leges ludibrio habuiſſe fertur. Vbi enim potitus eſt Aegypto, Vulcani templum ingreſſus, riſu & conuicijs inſectari cœpit. Alia etiam ſimulachra per ſummam iocorum licētiam cauillatus exuſſit. Apertis itē conditorijs mortuorum, cadauera introſpicere maximæ duxit voluptati.

Lycurgus rex Thracum, contemptor fuit Bacchi: propterea vlciſcēte numine cruribus ſuis aſciam illiſit, dum vellet amputare vites. Propertius li. 3. Veſanumque noua nequiquā in vite Lycurgū Propterea à poetis Bipennifer & Securiger appellatur, quòd ſecuti ſeipſum offenderit. Ouid. lib. 4. Metam. Penthea tu venerande, ſecurigerumque Lycurgum.

Herodotus ſcribit, Cleopem, Aegypti regem templa omnia obſeruaſſe, ne populus ſacrificaret diis.

Amaſis quotieſcūque accuſabatur furti (erat enim maximus prędo) cauſā deferebat ad deos, velut iniuſte accuſatus hominū querimonia. Cōuictus á Dijs, neq; eorum templa curæ habuit, nec illis ſacrificauit, tanquam malè de eo mererentur, quòd falſa (vt dicebat) oracula redderent. Herod. lib. 3.

Tenthis fuit quiſpiam princeps, qui ad expeditionem Troianā cum Gręcis nauigare volens, dum in Aulidis rupes impegiſſet, indignatus Palladē vulnerauit

haſta,

baſta. Vnde exiſtialimo morbo correptus eſt.
Xerxus rex Perſarũ, notatur impietatis, quòd Neptuno maris deo cõpedes, et Soli tenebras minaretur. Stroza pater: Nec veluti Xerxes, Neptuno uincla mana mur, Claſſibus inſolitum quum patefecit iter. Idẽ Templa Græcia inflãmauit, ꝙ parietib. includerent deos, quibus omnia dederẽt eſſe patẽtia ac libera quorum hic mũdus omnis tẽplum eſſet ac domus autor Cicero lib. 2. de Legibus.
Milites Alexandri, qui Mileſiæ Cereris templum ad prædam irruperant, flamma obiecta, priuati ſunt oculis.
Non erubuit Pyrrhus, Achillius filius, Priamum ſenio cõfectũ ad arã Iouis Ecceị interficere. Ver. lib. 2. Aen. Hoc dicens, altaria ad ipſa trementem Traxit, & in multo lapſantem ſanguine Nati Implicuitque comam læua, dextraq; corruſcũ Extulit, & lateri capulo tenus abdidit enſem.
Pyrrhus quoq. è Sicilia redires, theſauros Locrẽſis Proſerpine, iractos ad eã diẽ, ſpolauit, & ipoſuit claſſi, q̃ poſtera die vicinis deæ littorib. illiſa naufragiũ fecit.
Heroſtratus tẽplum Epheſiæ Dianæ toto orbe nominatiſſimum, & inter ſeptẽ orbis miracula nominatũ, ĩcẽdio dedit, vt immortalitatẽ nominis ſibi cõpararet.
Euarix rex Gothorum, tẽplorũ aditus ſpinis obſerabat et ſepiebat, vt introeundi raritas obliuionẽ religionis induceret. Clericos carceribus includebat. Nullum omittebat tormenti genus, in quo feritatem ſuam non exerceret.
Brẽnus dux Gallorum, Senonum tẽplum Appollinis Delphici cauſa prędę ingreſſus, ira numinis ſe interfecit autor Valerius, & Iuſtinus lib. 2. & 4.
Pub. Clodius Pompeiam, Q. Põpeij filiam, & Syllæ neptem, inter publicas Bonæ deæ ceremonias adulterauit.
Fuluius Flacchus in cẽſura tegulas marmoreas ex Iunonis Lacinię tẽplo detraxit, & inædẽ Fortunæ equeſtris, quã Romę faciebat, trãſtulit. Poſt q̃d factũ negat mẽte cõſtitiſſe. Quin ẽt ꝑ ſũmã animi ęgritudine expirauit, quũ ex duob. filijs in Illyrico militatib. alterũ deceſſiſſe, alterũ grauiter vulneratũ audiſſet.
Pleminius Scipionis legatus, theſaurũ Proſerpinæ apud Locros ſpoliauit: nec de ultio. Nam poſtea in carcere terrimo genere morbi conſumptus eſt.
Leo Armenius Imperator, parta de Bulgaris victoria, diuorum imagines deleri penitus iuſſit: paulo poſt à Michaele Traulo per inſidias iugulatus eſt.
Theophilus quoque imperator poſt Michaelem Traulum, quum ſãctorum imagines itidem odio haberet, multos earum cultores ad mortem cędi iuſſit.
Leo Imperator apud Cõſtãtinopolim ſãctorũ imagines depoſitas incendit: iuſſitq. Romano põtifici, ut idem faceret, ſi imperialẽ gratiã ſi promereri vellet.
Tertius poſt Neronem ſęuijt in Chriſtianos & religionem catholicã Traianus imperator, ſub quo Clemens 3. Põtifex, Simeon Hieroſolymitanus epiſcopus, Ignatius Antiochenus epiſcopus paſſi ſunt.
Imp. quoq; Decius multa Chriſtianorum millia dedit mortij. Quod etiã fecerũt Valer. & Calen. filius. Vnde pater à principe Turcarum Deo volente captiuus abductus, in miſera ſeruitute conſenuit.
Diocletianus per annos 4. eadẽ rabie debaccatus eſt in orthodoxę fidei cultores.
Therõ rex citerioris Hiſpanię, furore correptus tẽplũ Herculis apud Gades expugnare uoluit, & incẽdio dare Iratus Deus fecit, ut eius naues improuiſo igne corriperentur autor Macrobius.
Gẽſericus princeps Vãdalorum quum Carthaginẽ cepiſſet, omneſq. interfectis ciuib. in ius ſuũ vertiſſet, aium ad eccleſiatũ ſpoliationẽ adiecit, quas ſacris ſuis exinãtas, & ſacerdotũ adminiſtratiõe, priuatas, equorũ ſuorũ fecit ſtabula.
Anhanaricus Gothorum rex, multos itidẽ Chriſtianos uarijs tormentorum generib. enecauit. Alios detruncauit gladio: quoſdã in exilium populis, & ibidem fame & ſiti languere ad mortem cogit. Hinc iuſta numinis ira miſerum exhalauit ſpiritum, ſanguinis fluxu toto corpore erumpentis.

Imperante Conſtātino. Manuelis filio, quum Turcæ Conſtantinopolim cepiſſet, nullæ ſcelerū facies defuerūt: nulla dignitatis, ſexus aut ætatis habita eſt rō: ſtupra cędibus, cædes ſtupris additæ. Templa ſanctorū diruta ſunt. Oſſa martyrū canibus & ſuibus obiecta. Redēptor ipſa iterum cruci affixus luto limoq. defor matus eſt. Nullū omiſſū eſt ludribiū ꝙ prius exercuiſſent Iudæi. Princeps tantæ feritatis. Othomanus. vbi ſatis in ſanctorū reliquias & ſimulachra ſęuitū eſt, feritatē, cōuertit in vtriuſq. ſexus homines: quos oēs more porcorum gregatim occidit, præter nōnullas liberali forma fœminas, quas ad maiore libidinis ignominiam referuauit. Hos autem factum eſt in annum ſalutis. 1453.

HÆRETICI NONNVLLI.

Acephali duas in Chriſto negabāt naturas, nullo eius opinionis authore. Vnde et traxerunt nomen.

Adamiani, exemplo Adam nudi, ac ſine ullis ueſtib. degebant, eoq. modo cum fęminis verſabantur: aſſerētes, illud uita melius putandum eſſe, quod ad naturā magis accedere. Crinitius cap. 6. li. 16.

Aetius Sophiſta Anthiochenus, primū Chriſtianus, Arrianorum ſecte poſtmodū adheſit. Vnde Anthiochia pulſus eſt, & Atheos vocatus.

Almerichus hęretichus dicebat, Idęas in mēte diuina creare, & creari, Hūc Innocentius III. cremari iuſſit Lutetiæ. Volaterranes.

Alogij hæretici verbum negabant eſſe Deum, ſpreta Apocalypſi.

Apelles heretichus dicebat, in Chriſto fuiſſe corpus phantaſticū: prophetias nō recipiebat, quòd ſeſe reſcinderent, & implicarent contradictionem.

Apolinaris iunior dicebat animā a Deo Verbo facto nō aſſumptā, aut ſi aſſumpta eſſet, nō habere mētē. Huic proptereа Chriſtianorū cōmerciō inter dictū eſt.

Ammonius Alexādrinus, pręceptor Origenis, fuit à puero Criſtianus Prouectior verò factus, ad philoſophiam ſe conuertit, deſerta fide orthodoxa.

Aquarij fuerunt hæretici quidam, qui ſolam aquā afferebant in calice ſacramēti.

Arrius Alexandrinus, Armodij filius, filiū Deum ab ęterna patris ſubſtātia ſeparabat Ad quam hæreſim refellēdam iuſſu Cōſtātini Imperatoris celebrata eſt ſynodus Nicena, cui interfuerunt Alexāder & Phanutius præſules. Iтē Athanaſius diaconus cum 308. alijs pręſulibus, qui exploſa Arij ſentētia, filium patri conſubſtantialem fecerunt. Arrius in exilium pulſus, magnū nihilominus turbā hominem in ſuam traxit ſententiam ſed non impune. Nā dū in latrina corporis excrementa egereret, animam cum inteſtinis, emiſit. Et Ruffini hiſtoria.

Barbara Sigiſmundi Imperatoris coniūx ſtultas vocabat virgines pro Chriſti nomine paſſas, quòd uoluptatis gaudia non guſtaſſent Dicebat, animas cū corporibus interire, nec futuram aliam vitam poſt hanc quam viuimus.

Baſillides ſcripſit in Euangel. 24. commentatoris, confinxitq; prophetas quoſdā vt Barabā & Barcob, alioſq. barbaris nominib. nuncupatos. Hic inſtar Pythagoræ ſectatore ſuos quinquenio ſilere iuſſit.

Berill⁹ Boſtrenæ urbis Arabiæ præſul dicebat Chriſtū redēptorē ante humanitatē non extitiſſe, nec propriam diuinitatis habere ſubſtantiā, ſed tātū patris in eo habitaſſe. Quem eius errorē ita repreſſit Origenes, ut tandem eū ad meliorem mentem reuocauerit autor Euſebius.

Carpocrates hæreticus Simonis magi ſupſtitiōes imitat⁹ eſt, quas palā tradebat.

Cerdo hęreticus aſſerebat, duo fuiſſe cōtraria principia. Eius aſſeclæ dicti ſunt Cerdoniani.

Cherinthus dicebat; regnum Chriſti poſt reſurrectionem Gieroſolymis futurū, vbi mille annis homines libidini & uoluptatibus indulſiſſent.

Donatus natione Afer, dicebat filium eſſe minorem patre, & ſpiritū ſanctū filio.

Ebion putauit Chriſtum purum eſſe hominem, ſine vlla deitate, perfectū tamē, & omni uirtute cumulatiſſimum. Eius ſectatores vocantur Ebionitæ.

Eluidius

Eluidius Auxentij diſcipulus,fatebatur virginem peperiſſe,verum poſtea cõgreſſam viro,dicebat alios ſuſcepiſſe liberos,fratres Domini. Inſanã eius opinionẽ confutat Hieronymus.

Eudoxius præſul Conſtantinopolitanus,fuit imitator Arrianæ ſectæ,Valẽtis principis ætate.

Ennomius pręſul Cyzicenus diuinitatem negabat in Chriſto.Plurima ſcripſit cõtra fidẽ,& differẽdi leges ſuis ſectatorib.reliquit.Hunc Greg.Nazian. & Greg. Niſſenus præſules ſuis argumentis confutarunt.

Eutyches Conſtãtinopolitanus diſcernebat Chriſtũ a verbo Dei Negabat pręterea Chriſti carnẽ ſimilem eſſe noſtræ duasq; in eo naturas inficiebatur Aiebat ipſum Chriſti corpus è cœlo deſcendiſſe,& in Virginis vterum tanquam Solis radios penetraſſe.In hunc celebrata eſt quarta Synodus.Volateranus.

Euſebius Nicomediẽſis pręſul,ſecutus eſt Arrium, cui & multos peperit aſſeclas.

Fauſtus Arer ſecta fuit Manicheus. Scripſit libros in orthodoxam fidem,quib. abunde reſpondit Auguſt.

Helcheſaitæ quędam de Scripturis refutabant, & quędam rurſum admittebant nouę ac veteres legis teſtimonia Paulũ Apoſtolũ penitus reſpuebant. Librũ quendam circunferebant quem dicebant de cœlo lapſum: cuius verba ſi quis audiſſet,delictorum veniam conſequeretur.

Himero Baptiſtæ apud Iudæos vocati ſunt hæretici, qui ſeipſos & ſua veſtimẽta quotidie abluebant.autor Crin.

Iouinianus nuptias virginitati præferebat,ſecutus opinionem Stoicorũ de virtutum & vitiorum æqualitate.Eius ſcriptis reſpondit Gieron.

Manes hæreticus,imperante Aureliano Romã u venit e Perſide.Hic ponebat duo principia inuicem contraria.Dicebat ſe natum ex virgine,& in mõribus educatum.Ponebat vnicam in Chriſto naturam diuinam. Eius vero humanitatẽ dicebat eſſe phantaſticam:cauſatus,non eſſe veriſimile,Deum pati voluiſſe. Contra vero Paulus pręſul Antiochenus affirmauit,Chriſtũ ſimplicem fuiſſe hominẽ,maximam alioqui prophetam.Vide Euſeb.de hoc Manete. Sectatores eius dicti ſunt Manichæi.

Marcion hæreticus bina principia,binosque deos ponebat:bonũ ſcilicet & malũ.

Meletius præſul in Ægypto Arrianis adhæſit,habuitq; multos aſſeclas,eos maxime qui Petro,pręſuli Alexandrino,aduerſabantur.

Menander magus,genere Samaritanus,ſeruatorẽ ſe vocabat ex Olympo ad hominum ſalutẽ demiſſum. Docebat nullo pacto angelos ab hominibus vinci poſſe quam magice artis diſciplina.Varias paſſim hæreſes diffudit,quarum lolio multorum oculos vitiauit.

Meſſaliani cuiuſdam dæmonis effectum expectabant.quem ſanctum Spiritũ arbitrabantur.Reijciebantur opus Manus,tãquam malignũ. Somnio & ocio indulgebant.Eius ſectæ principes fuerunt Datoſius,Phębas,Dalphidius.Theodorus in hiſtor.Trip.

Montanus Phryx natione,vocabat ſe paracletũ,Multos in ſuam traxit hæreſim,et in his Priſcã & Maxillã:quas eo redegit inſaniæ,vt relictis viris,eũ ſequererur eiuſque iſpiratione ſpiritũ propheticũ habere ſe crederẽt.Sectatores habuit q Cataphyge dñt.His Spiritum ſanctum ſibi,nõ Apoſtolis infuſum prædicabãt.

Monothelitæ duas in Deo voluntates negabant,diuinã.ſ.& humanã : quũ tamen res aliter ſe habeat.Nã Chriſtus multa vt hõ voluit & fecit.Multa itẽ vt Deus. Cõtra hos celebrata eſt ſexta Synodus,Anno ſal.585.Secte huius princeps fuit Sergius præſul Conſtantinopolitanus autor Paulus Diac. de geſtis Longobar.

Nouatus presbyter Rom.ſectam inſtituit.Nouatianorum,qui ſe mũdos & puros appellabant.Hic in tantam lapſus eſt dementiam,vt eos(quibus Eucariſtiã prębebat)prius iurare cogeret,ſe nunquam Cornelium Pontificem ſecututos.

Epiſcopus fuit in parte Aegypti, Nepos nomine, qui dicebat, Sanctos in terris cũ Chriſto millie annis regnaturos in libidine & voluptate.

Neſtorius Germanicus, præſul Conſtantinopolitanus, cœlũ ſuis ſectatoribus promittebat Chriſtum hominem tantũ eſſe prædicabat, duas negando naturas. In hunc celebrata eſt tertia Synodus ſub Theodoſio iuniore.

Nicolaus (a quo Nicolaitarum ſecta orta eſt) legẽ matrimonij refellebat: volebatque promiſcuos eſſe concubitus. Euſebius.

Nyctages vniuerſam noctem ſomno & quieti cõcedebãt: decentes, naturę geniũ violari atque corrumpi, ſi ipſo noctis tempore vigilaretur.

Paulus Symoſatenus homo multæ arrogantiæ, & nullus prope ſapientiæ, pſalmos ſolitos cãtari vetuit. Hisque alios ſuffecit, quos in ſuam ipſe laudem cõſcripſerat. Negabat filiũ Dei de cælo deſcendiſſe, ſed in utero virginis initiũ habuiſſe.

Praxeas Aſiaticus plures negabat perſonas in trinitate: ſed eundẽ patrẽ & creaſſe omnia, & in cruce pependiſſe, ꝙ (vt dicebat) communicata plurib. monarchia autoritatem principatus minauit. Huius argumentis reſpondit Tertul.

Phorinus præſul Smyrnæus, humanam ſolum naturam in Chriſto poſuit, inſtar Ebionitarum.

Pollio Macedonius dicebat, Spiritum ſanctum nihil habere commune cum patre & filio. Fatebatur tamen filium patri ſimilem.

Sabinus præſul Heracleæ, ſecta fuit Arrianus Is chriſtianos omnes (qui in Synodo Niceno ab Arrio deſceerant) idotas vocabat & ignauos, eosque infirmitate ingenij lapſos dicebat.

Sabellius hæreticus, negabat Chriſtum Dei filium, primogenitumque omnis creaturæ: atque ẽt Spiritusſancti auferebat intellectum. ponebat vnicã in trinitate perſonam. Hinc variæ factiones, & malorum germina pollularunt. Eius ſectatores Sabelliani dicuntur. Sunt qui Sabinum & Sabellium eundem faciant.

Simon magus natione Samaritanus, multos artibus magicis, & ope dęmonũ eluſit Romę, imperãte Claudio principe, ita vt numinis loco habitus ſit, & honore ſimulachri decoratus, cũ hanc inſcriptione, SIMONI DEO SANCTO. Eum Samaritani omnes & Deum fatentur. Sunt qui dicant, eum, cum per aera deuolaret, Petri precibus cecidiſſe, eaque ruina miſeram exhalaſſe vitam.

Symmachus vnus ex interpretibus Bibliorum, putauit Chriſtum ex concubitu Ioſeph & Mariæ natum. Quam inſaniam probare voluit ex Euangelio Matthęi.

Templarij hæretici emerſerunt anno poſt imperium Auguſti 1030. Gieroſolymis in tantam ſanctitatis opinionem venerũt, vt breui tẽpore multas diuitias, ac tẽpla ſibi compararerint: a quibus Tẽplarij dicti ſunt, ꝙ frequentes & aſsidui verſarentur in templis. Idem Chriſti ſacris impudẽtiſſime abdicatis in quædã flagitia diuerterunt Conflauerunt. n. ſimulachrũ quoddam miro artificio, cui hominis cutẽ ſuperinduxerunt, collocatis in frõte binis carbunculis, oculorum vice promicantibus. Hoc autem loco numinis reuerebantur. Morientiũ cadauera reſoluta in cineres cæteris dabãt in potum, vt in ea ſecta firmiores eſſent. Natũ ex Tẽplarii virginisque coniugio torrebant igne, ſimul ex humore deliquato ſuum perungebant ſimulachrum. Nefanda maſculorum libidine conflagrabãt Damnati ſunt autem in Viennenſi concilio, & deuoti flammis ſententia Clementis Pont. Max. qui Benedicto ſucceſſit.

Theodorus Coriarius humana tantum naturã tribuebat Chriſto. Fatebatur tamẽ verbũ Dei in eo habitaſſe ob excellẽtem virtutem Mariamque nõ Dei, ſed hominis tantum matrẽ eſſe. In hunc celebrata eſt 5. Synodus, Iuſtiniani principis & Vigilij põtif. tempore, anno ſalutis 540. vbi ſancitum eſt, vt Maria Theotocos, ideſt, Dei mater, vocaretur. Euſ. lib. 5.

Tertullianus patria Carthaginenſis, quum in fide aliquãdiu perſtitiſſet, tar. dẽ clericorum Romanorum contumelijs ad Montani dogma delapſus eſt.

DE

DE MVNDO.

TITVLVS II.

ELEMENTA QVATVOR.

IGNIS, aer, aqua, terra. Summum eſt ignis, vnde ſtellarum collucentium apparent oculi. Proximum Aer, ſeu ſpiritus, qui vitalis eſt, & per cuncta rerum meabilis, & vnicuique cõſertus. Eius ui ſuſpenſa cum quarto elemento Terra libratur in medio ſpacij. Ouid. lib. 1. Faſtorum, de Chao loquens: Lucidus his aer, & quæ tria corpora reſtant, ignis, aqua, & tellus vnus aceruus erãt. Idem li. 15. Met. Quattuor æternus genitalia corpora mundus. Continet, ex illis duo ſunt oneroſa, ſuoque Pondere in inferius tellus atque vnda feruntur. Et totidem grauitate carent, nulloque premente. Alta petunt, aer, atque aere purior ignis. Vergis multo pluribus eorum poteſtatem deſcribit & naturam: vide locum.

VENTI DIVERSI.

Veteres iuxta poſitionem cardinum tantũ quatuor ventos principales a ſingulis cœli partib. flare eredebãt, autore Vegetio. Sed poſterior ætas experimẽto duodecim comprehendit. Ab Oriẽtali cardine oritur Apelioris, i. Subſolanus, cui a dextra iungitur Circius, ſiue Chorus, a ſiniſtra Eurus ſiue Vulturn⁹ Meridianũ cardinem poſſidet Notus, i. Auſter, habetque a dextra Leuconotum, a ſiniſtra Libanotum. Occidẽtalem cardinẽ tenet Zephyrus, Huic a dextra iungitur Lipis, ſiue Africus: a ſiniſtra Iapix, ſiue Fauonius Septentrionalẽ cardinẽ ſortitus eſt Aparetias, ſiue Septẽtrio: cui a dextra hæret Traſias, ſiue Gras: ſiniſtra Boreas, i. Aquilo. Hi ſæpe flant ſinguli, interdum duo: & magnis qñq; tempeſtatib. tres ſimul flare conſueuerunt. Horũ impetu maria, q̃ ſua ſponte tranquilla sũt vndis æſtuantibus ſæuiunt. Horum ẽt flatu pro natura temporum vel locorũ ſerenitas redditur, & rurſus in procellas ſerena mutantur. Hæc præcedentia docẽt tres eſſe ventus vniuſcuiuſque cardinis. Nunc priuatim de quibuſdam loquendũ eſt.

Boreas dicitur a boatu, Latinè vocatur Aquilo. Flatus eſt volenti & ſonori. Nubes diſcutit & ſerenum reddit aerẽ: vnde & Sudificus vocatur, & Nubifugus. Columell. Nec tam nubifugo Borea Latonia Phœbe Purpureo radiat vultu. Homerus apud Gellium. Sudificusq; ſimul Boreas mala plurima voluens. Hieronymus uentum hunc appellat Scopam uiarum, ſeu Scoparium, quòd diſlando per purget, quicquid in ui obiacet.

Vulturnum, q́ inter Eurum & Notum ſit, nonnulli Euronotum vocant.

Caurum Græci Argeſtim vocant. Fauonius Græcè vocatur Zephyrus, a poetis pater florum appellatur, & genitabilis.

Auſtrum aliter Noton vocant, q́ nebuloſus ſit, & humectus, Exitialis eſt hic ventus, & morboſus, potensque ad excitanda fulmina. unde Lucret. lib. 5.

Altitonans Vulturnus, & Auſter fulmine pollens.

Vergilius videtur innuere, uentum Iapiga occidentalem eſſe, quum dicat, Cleopatram è naualı prælio fugientem in Aegyptum uento Iapige ferri. Eſt & ventus nomine Cæcias, nubes attrahens.

Atabulus nomen eſt etiam venti apud Horat. li. 1. Sem. ſcribentem: Incipit ex illo montes Apuliá notos Oſtentare mihi, quos torret Atabulus.

Sunt & alij, qui vocantur Eteſiæ & Prodromi, qui in ortu Caniculæ ſtatis anni tẽporibus ſpirare ſolent. Lucr. Puluerulenta Ceres & Eteſia flabra Aquilonum.

De regionibus quatuor ventorum, qui præcipui dicuntur, ſic ſcribit Manil. libro 4. Aſtron. Totidem venti de partib. iiſdem Erumpunt, ſecumque gerũt per inania bellum.

bellum. Aſper ab axeruit Boreas, fugit Eurus ab ortu, Auſter amat mediũ ſolẽ, Zephyruſque profundum. Ouid. lib. 1. Triſt. Nã modo purpureo vires capit Eurus ab ortu: Nunc Zephyrus ſero veſpere miſſus adeſt. Nunc gelidus ſucca Boreas bacchatur ab arcto: Nunc notus aduerſa prælia fronte gerit.

FONTIVM QVORVNDAM NOMINA.

Acidalus fons eſt in Orcomeno oppido Bęotio, Veneri ſacer, quæ propterea vocatur Acidalia.

Arganippe fons eſt itidem Bœotiæ, ſacer Muſis: quæ inde vocãtur Aganippides. Ouid. lib. 5. Met. Fonte Meduſæo & Hyanthæa Aganippe.

Albunea fons iuxta Tibur. Verg. Lucoſque ſub alta Conſulit Albunea, nemorum quæ maxima ſacro Fonte ſonat.

Arethuſa fons eſt aquæ dulcis, prope Syracuſas, vt Cyane.

Berbinus & Gargaphius nomina ſunt fontium apud Herodotum.

Cabura fons eſt Meſopotamiæ, cuius aqua iucunde olet, vt iam diximus.

Callirhoe fons Athenis propinquus Statius lib. 12. Et quos Callirhoe nouies errãtibus undis Implicat. Caſtaſius fons eſt in radicib. Parnaſi ſacer Muſis qui alio nomine Caballinus dicitur, a caballo, id eſt, equo, cuius ungla excuſſus eſt.

Chryſorrhois fons fuit apud Trœzenios.

Ciſſuſa fons eſt, in quo obſtetrices Bacchũ infãtẽ lauerũt autor Plut. in Lyſãdro.

Eodem teſte Palma & Oliua duo ſunt fontes prope Delon.

Clitotius fons eſt Arcadiæ, qui potus vini tedium afferre dicitur.

Cymothoe fons eſt in Attica, vt etiam Larine.

Cymothoe fons eſt Achaiæ: autore Plinio.

Dirce fons eſt Thebanus in quem Dirce Lyci vxor conuerſa eſt Lucan. lib. 3. Fatidica Cephiſus aqua Cadmeaque Dirce.

Dircenna & Nemeta nomina ſunt fontium apud Martial. li. 1. ſcribentem: Adidũ rigens Dircenna placabit ſitim: Et Nemeta, quæ vincit niues.

Hippocrene fons eſt Bœotiæ, quem poetæ fabulantur equi vngula natũ. Ouidius li. 5. Metam. Fama noui fontis noſtras peruenit ad aures. Dura Meduſæi quem præpetis vngula rupit.

Lymira, Sceletirbe, & Stomacace nomina ſunt fontium apud Plin.

Magia fons Siciliæ in agro Syracuſano.

Margæa nomen eſt fontis apud Plin.

Nigris fons eſt in apud Heſperior Aethiopas: autore Plin.

Salmacis fons eſt in Caria.

Sebetos fons prope Neapolim. Statius li. 1. Syl. Et pulchra tumeat Sebetos alumna.

Telpiſſa nomen eſt fontis frigidiſſimi, cuius aqua Tyreſiam extinxiſſe dicitur.

Zame fons eſt in Africa, ex quo canoras effici voces prodidit Varro.

LACVS, PALVDES ET STAGNA.

Aeticus Apolloniæ: Acheruſia palus eſt Cãpaniæ Acronius lacus eſt Alpinus. Albanus, Albani montis.

Amſanctus Lucaniæ.

Aſconius Bithyniæ.

Auernus lacus eſt Cãpaniæ, Diti ſacer. Bœbeis Theſſaliæ: Candebœa Syriç. Callas Iudææ.

Cocanicus Siciliæ.

Cymius Ethruriæ.

Daſtylitus & Loncanidis nomina ſunt paludum apud Plutarch.

Eptabolus nomen eſt lacus apud Vitruuium.

Fucinus Italiæ. Mart. Fucinus & pigri taceãtur ſtagna Neronis. Geneſareth. apud Cor. Tacitum.

Gygæus Lydiæ.

Lemanus Lacus prope Gebennas,Lucan.li.1. Deſeruere cauo tētoria fixa Lamā no Lerna palus Græciç inter Argos.
Meotis Scythię.
Licomedes Æthiopiæ.
Lucrinus Campaniç.
Mareotis Ægypti:Miris palus fuit Aegypti. Perguſa Siciliç Salapia palus Apuliç Sanaus Aſiæ,qui circūnaſcente abſynthio inficitur. autor Plin. Serbonis palus prope montem Caſium. Sipus palus ad Sipūtem. Diomedis ædificium. Spartha Atropatię ſalicis ferax. Srymphalus. Arcadiæ.
Teſprotiæ Ambratiæ. Thraſimenus lacus agri Peruſini. Syll. Thraſimenus in altos Aſcendat citius colles.
Thesbitis lacus,per quem tranſit Tygris fluuius.
Velinus agri Veſulani.
Zoroanda lacus eſt,quem efficit Tygris fluuius.
FLVVII PRÆCIPVI NOMINIS.
Acis fluuius eſt Siciliç,ex Ætna ſcaturiēs de quo Oui.li.4.Faſt. Præterit & ripas herbifer Aci tuas.
Achelous fluu. Græciç,è Pindo Theſſaliæ mōte ſcaturiens. Ætoliam ab Armenia diuidit.
Albis fluu. Germaniæ Lucan. Fundat ab extrema flauos Aquilone Sueuos albis & indomitum Rheni caput.
Albula fluuius eſt,quem nunc Tiberim dicimus. Verg.lib.8. Amiſit verum uetus Albula nomen.
Almo fluu. Italiæ, in quo ſimulachrum Cybeles aluebatur. Lucan. Et lotā paruo reuocant Almone Cybelem.
Amaſenus Volſcorum fluu. Ver.li.12. Ecce fugæ medio ſummis Amaſenus abundans Spumabat ripis.
Amphryſus fluu. Theſſaliæ,apud quem Apollo diuinitate priuatus pauit armēta Admeti regis. Lucanus: Irrigat Amphryſus famulantis paſcua Phœbi.
Anauros fluuius Theſſaliç,ex Pelio mōte defluens, & nullas ſpirans auras: ut docet ratio nominis. Lucanus: Quique nec humentes nebulas,nec rore madentē Ærea,nec uentos tenues expirat Anauros.
Anio ſeu Anienus fluuius Italiæ,nomē ſumpſit ab Anio rege ibidem ſubmerſo: cadit in Tiberim. Sillius li.12. Ad genitorē Anio labēs ſine murmure Tybrim.
Apadianus fluuius Theſſaliæ velociſſimus. Lucan. Et gurgite rapto Apidanus.
Arar fluuius Galliæ Narbonenſis,defluens in Rhodanum,adeo lēius, vt difficile ſit iudicare,vtram in partem defluat. Sillius lib.15. Quorum ſerpit Arar per rura pigerrimus vndæ. Dicimus etiam Araris in recto caſu Claudian. Quos Araris velox,Rhodanus quos tardior ambit. Noſtro tempore vocatur. Sagona.
Arnus fluuius Thuſciæ in mare Tyrrhenū influēs. Marrullus: Exul. Ethruſci ſtrepere ſonanda Vallibus Arni.
Araxes fluuius Armeniæ,ortum habet à quodam mōte,qui Abon,ſeu Aban dicitur. Lucanus: Armeniumque bibit Romanus Araxem.
Arax fluuius ortum habet in mōtibus Pyrenæis & defluit in mare Tyrrhenū Lucan.lib.1. Mitis Arax Latias gaudet non ferre carinas.
Atheſis flu. Italiæ celeriter fluens,effunditur in Adriaticum mare. Luc.li.1. Siue Pardi ripas,Atheſim ſeu propter amænum.
Aufidus flu. Apuliæ. Horatius. Dicar,quam violens obſtrepit Aufidus.
Bactros fluuius eſt in finib. Scythiæ Aſiaticç,à quo Bactra regio & nomē ſumpſit. Lucanus libro tertio. Errantes Scythiæ populi, quos gurgite Bactros Includit gelido.
Betis fluuius Hiſpaniæ,dedit nomen regioni Beticæ. Stat.lib.2.Syl. Gaio nobilior

Melethe

Melethe Betis. Lucan. lib. ſecundo: Tethymque fugacem. Qui ferit, Heſperius poſt omnia flumina Betis.

Bragada fluuius eſt Africa, apud quem M. Attilius ſerpentem 120. pedũ longitudine baliſtis & tormentis expugnauit: leniter fluit. Vnde Lucan. lib. 4. Qua ſe Bragada lentus agit.

Boryſthenes flu. eſt Thraciæ, multis fontibus copioſus, & concurſu multorũ amnium adoleſcens. Ab eo Thraces vocantur Boryſthenidæ.

Caycus fluuius eſt Myſię, à Teutranta Troiadis parte defluens. Lucan. lib. 3. Et gelido tellus perfuſa Cayco.

Cayſter fluuius Lyciæ, cycnis abundans, Propertius: Si quave olorigeri viſenda eſt ora Cayſtri.

Cephiſus fluuius Bœotiæ ortũ habet in radicibus Parnaſi. In eius ripa fuit olim tẽplum Temedis, ad quo acceſſerunt Deucalidon & Pyrrha deam cõſulturi ſuper humani generis reparatiõe. Vnde ab oraculo illo fluuius vocatur fatidicus, Luc. lib. 3. Bœti colere duces, quos impiger ambit Fatidica Cephiſus aqua.

Chalybs flu. Hiſpaniæ, cuius accolę vocantur Chalybes, qui ferrum effodiunt, & ibidem temperant. Lucan. lib. 4. Non Calybem gentes penitus, &c.

Chalybes flu. ex radicibus Tauri mõtis ſcaturiẽs Syros & Paphlagones interluit, & in Euxinum mare euoluitur.

Cinge fluuius eſt rapaciſſimus, ex Pyrenęis mõtibus in Iberum fluens. Lucanus: Qua Cinga pererrat Gurgite.

Cinyps Lybiæ abundat hircis, qui propterea vocãtur Cinyphij. Claudianus de laudibus Stiliconis: Quos vagus humectat Cinyps.

Clitumnus fluuius, eſt Vmbriæ, cuius aqua pota candidos bones reddit. Prop. li. 3. Hic Anio Tyburne fluis, Clytumnus ab Vmbro Cramite.

Cremera fluuius Italię, apud quam 306. Fabij pugnantes à Veientibus interfecti ſunt.

Cydnus fluuius Ciliciæ, Tarſum vrbem pręterfluit. Nomẽ ſumpſi à cãdido colore, quem Syri Cydnum vocant. Solinus ait, ortum eius eſſe ignotũ. Strabo verò ait, naſci in Tauro. Tibul. lib. 1. Arte Cydne canam, tacitis, qui leniter undis Cęruleus placidis peruada ſerpis aquis.

Danubius fluu. Scythæ, ortum habet in quodam Germaniæ monte. Acceptis 60. amnibus euoluitur in mare. Alio nomine uocatur. Iſter. Horatius. Non qui Profundum Danubium bibunt.

Daunus fluuius Apulię. Horat. Et qua pauper aquę Daunus agreſtium Regnator populorum.

Enipeus Theſſaliæ fluuius, apud quem Cęſar & Põpeius congreſſi ſunt bello, lentus eſt, ſed mixtus Apidnao fit velociſſimus. Lucanus. Nũquam celer, niſi mixtus Enipeus.

Eridanus fluuius eſt nulli amniũ claritate inferior, autore Plinio. Naſcitur in imis radicibus Veſuli mõtis, Mox paruis fontib. adoleſcens, ita demũ augetur alijs amnib. vt ſe per ſeptem oſtia effũdat. Velociſſimus eſt, alio nomine vocatur Padus. Verg. lib. 3. Georg. Et gemina auratus Taurino cornua vultu Eridanus.

Euentus fluuius deſcendens a Thracia, nomen ſumſipt ab Eueno homine ibidẽ ſubmerſo. Calidoniam præterfluit. De hoc Ouidius lib. Met. Venerat Eueni rapidas Ioue natus ad undas.

Euphrates fluuius Meſopotamiæ, ortũ habet in paradiſo terreſtri. Secundũ Strabonem, in Niphate monte Armenię. Celeri curſus Armenios & Cappadoces diſterminat. Nomen interim mutat, pro varietate locorum. Sũt qui opinentur, cum ſuo alueo nonnunquam egredi, & inſtar Nili Meſopotamiam irrigare. Vnde ſumpſit nomen à fertilitate, quæ accolarum lingua vocatur Euphrata.

Eurotas fluuius Lacone, Spartam alluens. Ouid. lib. 2. Metam.

Gallus

Gallus fluuius Lycaoniæ,aqua ſua potos in furorem vertit Ouid.lib.4.Faſt.Inter ait viridem Cybelen,altasq; Celenas Amnis it inſana nomine Galus aqua.

Galeſus fluuius Calabriæ,quinque millibus paſſuum diſtans a Tarento Stat.li.2. Syl.Blanda Therapnæi placeant vineta Galeſi.

Ganges fluuius eſt Indię,cuius origo dubia eſt.Tendit in Oriētē, augetur 19.fluuijs nauigabilibus:demum ſeptem oſtijs erumpit in mare.Tātæ magnitudinis eſt,vt vbi minus occupat latitudinis,octo millia paſſuū contineat:vbi plurimū, centum.Altitudinis nuſquā minus viginti paſſibus reperitur. Hunc Cyrus rex Perſarū in 460.alueos diuiſit,ob amiſſum ibidem equū præcipua bonitate,Lucan.lib.8.Qua rapidus Ganges,& qua Myſęus Idaſpes.

Garumna fluuius a Pyreneis montibus defluens,Celtas ab Aquitanis dirimit. Auſonius:Aequoream liquite propter amice Garumnam.

Hebrus fluuius Traciæ,ortū habet ab Oeagro flumine, a quo vocatur Oeagrius. Verg.lib.4.Georg.Gurgite quum medio portans Oeagrius Hebrus.

Hypanis fluuius Scythiæ,ex magna palude profluens: Prop. Quantum Hypanis Veneto diſſidet Eridano.Hic fluuius fert folliculos quoſdā acinis maiores,q b. quadrupedes erumpunt,quę in pomeridianum tempus uſque viuunt,& volāt: mox declinante ſole marceſcunt,& languent:occidente vero emoriuntur,uita nō vltra vnum diem peracta.

Iberus fluuius vlterioris Hiſpaniæ,nomen impoſuit regioni.Cantabros alluit,& Balearicum ingreditur mare.

Idaſpes fluuius Indorum celebratiſſimus, aurū & gēmas habere dicitur. Statius libro 8.Theb. Ceu modo gemmiferum thyrſo populatus Idaſpem. Parthiam alluit,multas facit inſulas.Nomē ſumpſit ab Idaspe,antiquiſſimo Indorū rege.

Indus maximus eſt fluuius in iugo Caucaſi montis, quod vocatur Paropanyſus aduerſus ſolis ortū effuſus Sandus ab incolis appellatur autore Plin. Vnde viginti recipit amnes,ſed clariſſimos,Idaſpem quatuor alios afferentem, & Cātabrā tres.Per ſe vero nauigabiles,Aceſinū & Hypa ſin.nuſquam latior eſt quinquaginta ſtadijs,aut altior 25.paſſib.In occaſum verſus Oceano infunditur.

Iordanis fluuius in Iudæa eſt,eximię ſuauitatis Oritur ad radices Libiani ex duobus fontibus,Ior & Dam nomine, qui ſimul iuncti, & vuium & fluuij nomen perficiunt.

Imera fluuius Sicilię,in duos alueos diuiditur,quorum alter aquas voluit ſuaues, & optimi ſaporis,tenditque in mare Tyrrhenum alter amarus decurrit in Libycum mare.

Inachus fluuius Argiuorum,nomen ſumpſit ab Inacho rege.De hoc Lucan. li.6. Ne fortior vndis Labitur auectæ pater Iſidis.

Iſara fluuius Rhodano ſe commiſcet.

Iſter,vt iam diximus,alio nomine vocatur Danubius.Propterea a poetis vocatur Binominis, a duobus nominibus.Ouid.li.2.de Ponto:Stat vetus urbs ripæ vicina binominis Iſtri.

Ladon fluuius eſt Archadię,Apollini ſacer.de quo Claud.Plurima Parrhaſius tūc inter corpora Ladon Hæſit.

Liger ſeu Ligeris,fluuius eſt,aquitanos a Celtis dirimens, vt aliqui volunt. Sunt enim qui Galliam Celticam ad Garumnam uſque protēdant. Hic fluuius nauigabilis eſt,multumque abſumit terræ,ſolito nō contētus alueo. Maior eſt eius latitudo quam Sequanæ,ſed minor multo profunditas.

Linceſtus fluuius aquas habet tantæ virtutis,vt inebrient inſtar vini.

Linternus & Lyris,fluuij ſunt Campaniæ.Verg.Et vmbroſę Lyris per regna Maricę Labitur Lyris ex Apenninis montibus:Fregellas alluit, demum labitur in lucum ſacrum,quem Minturnenſes religioſiſſime colunt.

Lycormas

Lycormas flu.eſt Aetoliæ.Seneca. Nec præcipitem volueret amnem Flauus rapido fonte Lycormas.

Marſya fluuius,nomen ſumpſit ab illo tibicinæ, qui in Apolline certare auſus eſt: Commiſcet ſe Mæandro,quo cum Icareo infunditur mari.

Matrona fluuius,Celtas a Belgis dirimit:leniter ſatis effluit: Sequanā ingreditur prope Lutetiam, & vna occidētalem intrat Oceanum Octauo a Parhiſijs milia ri.Septentrionem verſus contingit,& alluit celebre multiq. nominis cœnobiū Gorneium nomine. Vulgares aiunt hunc fluuium eo eſſe fato ſeu periculo, vt quotidie prædam aliquā ſibi corripiat:quod accidit ex vorticoſis foueis & voraginibus,quibus vbique ſcatet.

Meander flu.eſt Phrygiæ,ſeu Mæoniæ, adeo flexuoſus & reciprocus, vt in fontē reuerti videatur.Lydiam diſterminat a Caria.De hoc Ouid.li.9. Non ſecus ac liquidis Phrygius Mæander in vndis.

Melas Bœotię fluuius,Mineruę ſacer.abūdat oliuetis.Potos greges,ſi albi fuerint, nigros reddit:in hoc contrarius & diſſimilis Cephiſo.

Meles fluuius eſt Aſiaticus,Smyrnam alluens.

Metaurus fluuius Vmbriæ, deſcedens in Adriaticum ſinum.

Mintius Venetiarum fluuius,ex Benaco ſcaturiens,delabitur Mantuam.Polit. O ſacris Minti celebrate Muſis.

Moſella fluuius Galliæ Belgicæ.

Nar Sabinorum,ſeu Vmbrorum fluuius aquas habet velut ſulphureas.

Nilus Aegypti fluuius,plurimū trahit limi. quo arua fęcundat incerta eſt eius origo.Vnde Claudianus,Et arcanos:Nili de prendite fontes.Eccleſiaſtici dicunt, eū a paradiſo terreſtri ſcaturire.Varijs in locis mutat noīa.Septem oſtijs infunditur Oceano.Ouid.li.1.Met.Sic vbi deſeruit madidos ſeptēfluus agros Nilus. Arūdines profert,quarū mēbranulę ſimiles sūt papyro. Vnde Ouid.li.15. Perque papiriferi ſepteflua flumina Nili. Crocodilos habet, & Hippotamos. Alueum egreditur,& totam Aegyptum ſtagnantibus vndis alluit.

Numycius fluuius eſt Italiæ,in quo Aeneam ſubmerſum ferunt nonnulli.

Nyphates Medorum ſeu Armeniorum fluuius,cadit ab eiuſdē nominis mōte.Sidonius:Aut vt Tigriferi pharetrata per arua Nyphatis.

Oaxes fluuius Cretę,de quo Vergilius:Pars Scythiā & rapidum Cretę veniemus Oaxem.

Orontes fluuius Syriæ,de quo Ouid.li.2.Met.Arſit, & Euphrates, Babylonius ar ſit Orontes.

Pactolus Lydię,aureas voluens arenas.

Padus Italiæ,qui alio nomine vocatur Erydanus.Poetę fabulātur in hunc cecidiſſe Phaetontem excuſſum polo,vnde & Phaetonteus dicitur.Martial.lib.10. Et Phaetontei qui petis arua Padi.

Peneus fluuius Theſſaliæ,Macedoniam dirimit a Magneſia.In eius ripa poetæ fabulantur Daphnen in laurum fuiſſe conuerſam, quæ propterea uocatur Peneia.

Permeſſus fluuius Bœotiæ,ſacer Muſis,a cuius nomine vocantur Permeſſides.

Phaſis celebratiſſimus eſt Colchorum fluuius. Lucan. Colchorum qui rura facit ditiſſima Phaſis.

Rhenus Belgas diuidit a Germanis, Mirabile eſt, quod de huius natura ſcriptū legitur.Aiunt enim, fluuiū hūc Geltarum infātes intra ſuum ſinū coniectos,ſi polluta matris pudicitia eſſent ſuſcepti,tāquā impuri lecti vindicē rapidis vor ticibus ſuffocare conſueſſe.Quos autem ſenſiſſet legitimo, & impolluto natos matrimonio,in portū placidis aquis extuliſſe. Hoc legitur in quadā Politiani epiſtola ad Iacobum Cardinalem Papienſem.

Rhodanus fluuius velociſſimus, ortum capit in Alpibus: tardū Ararim proxime

Lugdunum ſecum arripit:auctus demũ Iſara & Druētia,duobus oſtijs in Tyrrhenum mare diffuntur.

Rubicon fluuius Italæ,de quo Lucan. Fonte cadit modico, paruiſque impellitur vndis Puniceus Rubicon.

Sarnus & Sebethus fluij ſunt Campaniæ.

Sequana fluuius Galliæ,Celtas dirimit a Belgis,Parhiſiorum Lutetiã alluit,multisq.afficit commoditatibus.Eo enim comportantur ligna,uina,& cætera quæ vrbi conducunt.

Sicoris fluuius Hiſpaniæ,iuxta Ilerdã.Lucanus li.4.Placidis prę̨labitur undis Heſperios inter Sicoris non vltimus amnes.

Simois fluuius Troadis,apud quem Venus ex concubitu Anchiſę genuit Aeneã. Verg.Tunc ille Aeneas,quem Dardanio Anchiſę Alma Venus phrygij genuit Simeontis ad undam?

Sperchius fluuius Theſſaliæ,de quo Ouidius li.1.Met.populifer Sperchius,& irrequietus Enipheus.

Strymon fluuius Thraciæ,à cuius nomine Thraces uocantur Strymonij.

Tagus flauius Hiſpaniæ aurifer.

Tanais fluuius Scythię, ex Riphęhys montibus defluens.

Thermodon fluuius eſt eiuſdẽ regionis, ad cuius ripas Amazones feruntur habitaſſe.Ouid.lib.4.de Ponto.Et tu fœmineę Thermodon cognita turbę.

Timanus Venerorum:de quo Lucanus libro 7.Atq; Antenorei diſpergitur unda Timaui.

Trebia fluuius Italiæ,ex Apēnino in Rhodanum influens,nobilitatus ſecũda Annibalis uictoria,& clade L.Sempronij conſulis.

Tybris,quum prius Albula diceretur, nomen ſumpſit a Tyberno rege ibidẽ ſubmerſo.

Tygris fluuius Armeniæ maioris.

Vfens fluuius Italiæ,ex Alpibus decidit in padum.

Xanthus fluuius Troadis.Ver.Nõ Simois tibi,nec Xanthus,nec Dorica caſtra Defuerint. Hæc ſunt nomina fluuiorum præcipui nominis. Infinitam aliorũ turbam omiſimus de induſtria.

FLVVII AVRIFERI & gemmiferi.

Tagus Hiſpaniæ,Iuuenalis.Quod Tagus & rutila Pactolus uoluit arena.

Herm us Lydię.Stroza filius Quodue metaliferis egerit Hermus aquis.

Idaſpes Indiæ Claudianus Auriferũ uentam poturus Idaſpem.Stat.li.8.Ceu modo gemmiferum Thyrſo populatus Idaſpem.

Pactolus Aſię.Lucan.li.3.Paſſaq; ab auiferis tellus exire metallis Pactolon.Verg. lib.10.Pactolusq; irrigat auro.

Arimaſpus Scythię fluuius,aureas quondam habuit arenas.

Item Padus Italię, Ganges Indię,aurigeus Carmoniæ,Theodorus,Hybernię,Ticinus Gallię,Rhenus Germanię.

De fluuijs quibuſdam auriferis Claud.Nõ Tarteſſiacis illum ſatiaret arenis Tēpeſtas precioſa Tagi,nõ ſtagna rubentis aurea pactoli,totumq. exhauſerit Hermum, Ardebat maiore firi.

FLVVII INFERNALES.

Styx,Lethe,Cocythus,Phlegeton,Acheron.Dei his Syllius lib.13.Late exũdantibus vrit Ripas,ięuus aquis Phlegoton,& turbine anhelo Flammarum reſonans ſaxoſa incēdia torquet.Parte alia torrens Cocytes ſanguinis atri Vorticibus ſurit, & ſpumanti gurgite fertur. At magnis ſemper diuis, regique deorum Iurari dignata palus, picis horrido riuo, Fumiferum uoluit Styx inter ſulphura altmum. Triſtior his Acheron ſanie, craſſoque ueneno Aeſtuat, & gelidam

gelidam eructans cum murmure arenam, Deſcendit nigra lentus per ſtagna palude.

AQVARVM MIRABILIS NATVRA.

Aquę Sinueſſanæ in Campaniæ regione ſterilitatem fœminarum, & uirorũ inſaniam abolere produntur.
In Aenaria inſula calculoſis mederi.
Iuxta Romam Albulæ aquæ vulnerib. medentur, autore Plinio.
Lacus Amphion vtiligines tollit.
Cydnus Ciliciæ amnis podagricis medetur.
Leucogei fontes inter Puteles & Neapolim oculis & vulneribus medentur.
Reatinis paludibus vngulæ iumentorum induratur.
Cerome fons eſt, ex quo bibentes oues nigræ fiunt: ex Mele verò alio fonte, albę. Si ex utroque biberint, fiunt variæ, Teſtis Eudicus apud Plinium.
Crathis fluuius cãdorẽ facit bobus, ac pecoribus Sybaris nigritiã. Sybarim quoque ſi bibant homines, nigriores fient, & criſpo capillo: ſi ex Crathide, fient cãdidi, & porrecta coma.
In Luſis Arcadiæ fonte mures viuunt, & conuerſantur.
Eurithris Aleos amnis pilos gignit in corporibus.
Qui ex Clitorio Arcadię fonte bibunt, vini tædio officiuntur.
Marſię fons in Phrygia ad Celenarum oppidum ſexa egerit, Ex Cyzice fõte potãtes, amorem deponunt.
Grannone fons eſt calidus, qui in vinum additus, triduo calorẽ potionis cuſtodit in vaſis.
Moguntiaci fontes ſunt calidi in Germania, quorum hauſtus triduo feruet.
In Silia Indorum ſtagno nihil innatat, ſed omnia merguntur. Auernus lacus ſuperuolantes aues enecat, & arboribus folia decutit.
In Africę lacu Apuſtdamo, omnia fluitant, & nihil immergitur, ut in Phinthia Siciliæ fonte.
Olachas fluuius eſt in Bithynia. cuius gurgite periuri notantur pati velut flãmã vrentem.
In Cantabria Tamarici fontes habentur in augurio.
Lycus fluuius in Leontinis, tertio die necat, ſi quiſquam biberit.
Coaſpis & Euleij fluuiorum ſuaues adeò ſunt aquæ, vt reges Parthorum ex his bibant.
Cabura fons eſt Meſopotamię, cuius aqua iucunde olet.
Apud Bactros amnis Ochus, & Ixartes deferunt ſalis ramenta. Præcedẽtia hæc ſumpta ſunt ex Plinio.
Clitumnus fluuius eſt Meuaniæ, cuius aqua pota candidos boues reddit. Propertius lib. 2. Qua formoſa ſuo Clitumnus flumina luco.
Integit, & niueos abluit vnda boues.
In Caryſto Euboiæ aquæ feruntur eſſe calidę, quę vocantur Alopię Tib. li. 4. Cretæis ardens aut vnda Caryſtia campis.
Anygri aqua in Peloponneſo admodum feret.
Afrodiſius fluuius ſteriles reddit mulieres.
Axus fluuius eſt Macedonum, cuius aquam ſi biberint greges armentorũ, nigros pariunt fœtus.
Belus Phœnicię fluuius, arenas habet accomodas uitro.
Croconus ſeu Crocaculus, fluuius eſt Brutiorum, in quem ſi quid cõijciatur, lapideo dureſcit cortice.
In Meãdro fluu. naſcitur neſcio quis lapis, qui pectori alligatus, inſaniam parit.
Melas flu. Bœotię, potos greges, ſi albi ſint, nigros facit. Cephiſus uero, ex nigris albos reddit. Caſſinitius flu. Thraciæ, equos aqua ſua potos efferat.

Virgulto

Virgulta in Silarũ fluuiũ Samnitũ demiſſa,lapideſcunt,Sillius lib.8.Nunc Silaris quos nutrit aqꝫ, quo gurgite tradũt Duritiẽ lapidũ merſis innoleſcere ramis.

Pontus fluuius Thraciȩ ardentes habet lapides, qui cõtrariã carbonibus retinẽt naturam.

AVCTARIVM.

Fluuij reciproci ſunt Mæander,& Euripus.de Mæandro Prop.li.2. Atque etiam vt Phrygio fallax Mæãdria cãpo errat,& ipſa ſuas decipit unda vias De Eurip poſtene Euripus vndas flectit inſtabilis vagas, Septẽque curſus flectit,ac toti dẽm refert.Dum laſſa Titan mergat Oceano iuga.

Fluuij ſubeũtes terras,& rurſum emergẽtes,ſũt Lycus in Aſia,Eraſinus in Argolica,Tygris in Meſopotamia.

Fluu.paradiſi terreſtris ſunt quatuor:Ganges,Nylus, Tigris,Euphrates.

Oſtia Nili ſunt Canopicum,Bolbiticum,Scbenniticum,Peluſiacum,Teniticum, Phaniticum,Mendeſicum.

Oſtio Danubij ſunt,Peuſe inſula,Naracuſtoma,Caloſtona,Pſeudoſtomõ,Sthenoſtoma,Boreoſtoma,Ammian.Marcell.

Fluuij amari:Eficius,Ipanis, Lenti, Arar,Arſama,Cæphiſus,Claues,Mintius.

Veloces & rapidi:Araxes Armeniæ,Atheſis,Galliæ, Cinga Hiſpaniȩ,Pad⁹ Galliæ,Rhodanus Galliæ,Fraſinus Nemeȩ,Euphrates Paradiſi, Oaxis Scythiæ,Pitermus Marſorũ.Tibris Hethruſcorum,Vulturnus Cãpaniæ, Tigris Armeniȩ, Rhenus & Danubius Germaniæ Limoſi:Bixa,Nilus,Oaxis,Orcaria,Reci.pci Næander,Euripus,Eliſos,Himãtus.Infames:Aniger,Glanes,Litra,Dulces,Coaſpis,Euleus,Mintius.

MONTES PRÆCIPVI NOMINIS.

Abila,mons eſt Mauritaniȩ,oppoſitus Calpe Hiſpaniȩ:Acãtius:Magneſiæ: Acaton,Ætoliȩ:Actiũ,Epyri,ubi Antonius & Cleopatra ſuperati ſũt ab Auguſto: Acõrius,Magneſiæ:Acrocerarum,mõtes ſunt inter Armeniã & Hiberiam. Horat.Infames ſcopulos Acroceraunia.Acrocorinthus,Pelopõneſi:Aga,maioris Armeniæ:Agolonius,Arcadiæ:Agragas,Siciliæ.Alburnus Luſitaniȩ.Ancoran⁹ Mauritaniæ,Apenninus dicitur totus Alpium globus,Arcynthus mons Ætoliæ Mineruæ ſacer. Ver.Amphion Dyrceus in Actęo Aracyntho. Argæus Cappadociæ:Arpẽdus,Pamphiliæ.Artemiſius,Arcadiæ Aſcræus:Bæotiæ. Atlas Mauritaniæ.athos,Macedoniæ.Aruiſium,Campaniæ:Andriceis,Ciliciæ:Ætna,Siciliæ:Aulon,Calabriæ.

Balbus Africæ,Bebius Campaniæ,Berecynthus Phrygiæ,Brileſus Atticæ.

Caphareus Euboiæ,Calpe Hiſpaniæ,Capitolin⁹ urbis Romȩ,Carina Cretȩ,Carmelus Phȩniciæ,Caſinus Cãpaniæ,Caſſyrus Perſidis,Caſius Syriȩ:Caucaſus Scythiȩ Caulõ Calabriȩ,Chymera,Lyciȩ,Cillene Arcadiȩ,Cynth⁹ Deli. Cythra Phocidis,Cicerõ Bȩotiæ,Citorius Paphlagoniȩ,Clarius Colophoniȩ,Cophantus Bactrianorum,Corax Ætoliȩ, Coricus Ciciliæ, Caphareus Euboiæ.

Dardanus Apuliæ,Dyndimus Phrygiæ,Dodoaa Caoniæ, Dyrrhachium Epyri.

Ebron Palæſtinȩ,Ephraim Iudææ,Elcome Macedoniæ,Erymãtus Arcadiæ,Erix Siciliæ.

Falernus Cãpaniȩ,Ferraria Hiſpaniæ,Gag⁹,minoris Aſiȩ,Gargaus Phrygiȩ,Garganus Apuliæ,Gaurus Campaniæ,Gebenna Auernorum.

Hæmus Theſſaliæ,Hymettus Atticæ,Elicon Bœotiæ.

Ida Phrygiæ,Idalius Cypri,Inarime Prochitȩ inſulȩ,Iſmarus Thraciæ.

Laciniũ Italiȩ,Lathmus Cariæ, Libanus Phȩniciȩ. Lycabeſos Atticȩ,Lybethrus Aetoliæ,Muſis ſacer.Liceus Arcadiȩ,Lelibus Siciliȩ.

Malea Laconiȩ,Marathon Atticæ,Mȩnalus Archadiæ,Miſenus Campaniæ.

Neptunus Siciliæ,Niphates Armeniȩ,Nyſa Indiæ.

Oeta Theſſaliȩ,Olympus Macedoniȩ,Oſſa & Othrys Theſſaliæ,

Pachinus Siciliç,Palatin⁹ vrbis Romæ,Pangæus Thraciæ,Parnaſus Phocidis,Parthenius Arcadiç,Pelion Theſſaliç, Pirenæus mõs Hiſpaniam dirimẽs a Gallia Pholoe Theſſaliæ,Pelorus Siciliæ,Pindus Theſſaliæ.

Quirinus vrbis Romç.

Rheticus Germaniç,Riphæi Scythiç,& Rhodope Thraciæ.

Scillaceum Italiç,Sigæum Aſiç.Sipylus mõs inter Lidiam & Phrygiã,Sithõ Thraciæ,Silanius Hyberniç,Somorus Syriæ.

Tabor Galileæ,Taburnus mons in Samnio,Taygetus Laconæ,Tarpeius vrbis Romç,Taurus Scythiæ, Tetricus Sabinorum, Tmolus Ciliciæ Tempe Theſſaliæ. Veſæuus Campaniæ.

MONTES FLAMIFERI.

Ætna,Siciliæ. Stat.li.5.The.Vbi ignifera feſſus ſuſpirat ab Ætna Mulciber.Luc. lib.primo;Et ardent ſermilia bella ſub Ætna.

Lypara,quæ eſt una ex Aeoloijs inſulis.Sil. li. 14. Nã Lypare vaſtis ſubter depaſta caminis,Sulphureũ vomit exeſo de uertice fumum:Aſt Aetna eructat tremefactis cautibus ignes.

Acenocauma mons eſt ęternis ardens ignibus:autore Plinio.

Chimçia mõs Lycius.Põtanus.Oraque flammiuoma rutilent afflata Chimeræ.

Horatius:Me nec Chimæræ ſpiritus igneç Diuelet vnquam.

Vesbius ſeu Veſæuus.Val.Flac.li.3.Arg. Vt magis Inarime,magis vt mugitor anhelat Vesbius.Item Bebius,Caymæra,Pachinus,Peon, Tentonia, Cophãtus, Pirenaidis Veſæuus.

MONTES FRIGIDISSIMI.

Argeus,Sython,Riphei,Petra,Crinon,Alpes.

MONTES VINI FERACES.

Cecinus,Caulon,Maſſicus,Parmes,Gauranus,Arniſius,Cæcubus,Surrencinus.

MONTES DEORVM.

Apollinis mõtes ſũt Cynthius & Caſinus:Bacchi Cytherõ et Parnaſſus,Cibeles. Cybelus,Dyndimus,Berecinthius,Gargarus,Azam.Iouis Merops Capitolinus, Palatinus Veneris Erix & Idalius Mineruæ Aracynthus, Mercurij Cylenus, Muſarum Aganippe,Aon,Caſtalius,Helicon,Libethris.Iunonis Acrea, Lacinium,Dianæ Parnaſſus,Cinthus.

SEPTEM MONTES, IN QVIBVS ROMA SITA EST.

Capitolinus ſeu Tarpeius,Auentinus,Palatinus,Cęlius maior,& minor, Exquilinus,Viminalis,& Quirinalis.De his Tibullus libro ſecundo:Carpite nũc tauri de ſeptem montibus herbas,Dũ licet,hic magnæ iam locus vrbis erit. Propertius:Septem vrbs alta iugis, toto quę præſidet orbi. Ver.Septẽq; vna ſibi muro circumdabit arces.

COLVMNÆ HERCVLIS.

Abyla & Calpe montes ſunt in extremis Iberiæ finibus,non procul Gadibus, & Carteia,quos Herculis columnas vocãt.Plin.li.3.Proxima autẽ faucibus vtrinque impoſiti montes coercent clauſtra Abyla Africæ, Europæ Calpe laborũ. Herculis metę.Quã ob cauſam indigenæ columnas eius vocant,creduntque per foſſas excluſa antea admiſiſſe maria, & rerum naturę mutaſſe faciẽ : Syllius : At laudibus olim Terminus Herculeis Calpe.

ARBORES DIVERSÆ.

Abies arborũ pulcherrima eſt, & rectiſſima,quę in tranſuerſum poſtea renititur p õderi,nec prius rumpitur,quã carie deficiat. Pars eius interior eſt enodis,& vocatur ſapinus.Superior nodoſa & durior.Situs eius in mõtib. Expetitur nauigijs & trabibus,& plurimis vitæ operib.De hac Ouidius li. 10. Reſina huic arbori vitium Gignit pilulam, quæ in medicina vim habet vrendi. Folia non amittit, quę habet pectinum modo . Terna edit germina , inter ſquamas, corticem

corticem ſpargit. Semen reddit poſt vergiliarum occaſū. Ramos habet in cœlū tendẽtes, nō in altera pronos Cacuminibus ramorum deciſis moritur, totis verò detruncatis durat. Et ſi īfra ramos præſcidatur, quod ſupereſt viuit. Si verò cacumen tantum auferatur, emoritur tota. Laudatiſſima eſt in Alpibus, Apēnino, Vogeſo monte, Corſica, Bithynia, Ponto, Macedonia, deterior Arcadia: quoniā ibi facile putreſcit Ab etis vmbra ſatis pniciosa eſt. Ab abiete fabri lignarij uocantur Abietarij. Et opus abiegnum, abiete factum. Hinc equus Troianus a Prop. & Polit. vocaē Abiegnus. Stat. li. 6. Thebaidis abietē uocat audacē, ꝙ naues marinis ſe exponāt periculis. Sit aūt ait: Hinc audax abies, & odora ī ulnere pinus.

Acaron arbore eſt breuis & fruticoſa.

Acer ferè eſt amplitudinis tiliæ, arbor operū elegantia & ſubtilitate nobilis. Multa eius genera. Album cādoris præcipui. Alterum criſpo macularum diſcurſu ī Iſtria & Rhetica præcipuum. Vilius Craſſiueniū uocatur. Vide alia diſcrimina

Aceris radix cōtuſa, iecinoris dolorib. utiliſſimè imponitur Germinat paulo ante æquinoctium uernum. Semen reddit meſſibus. Acernæ trabes dicuntur, quę ſunt ex eius ligno.

Adrachne arbor eſt ſyluestris, ſimilis unedoni, fōlio tantum minore, & nūquā decidente, cortice non cabro, ſed qui circumgelatus uideri poſſit, tam triſtis eſt aſpectu. Fertur ſemper frondere.

Aeſculus arbor eſt glādifera, cuius fructu ueſcebātur hoīes ætatis aureæ, ſub Saturno. Sacra eſt Ioui. Huius ramis fiebat corona ciuica. Semē reddit autumno. Tantum radice diſcendit in terra, quantum corpore eminet in aere.

Alburnacum arbore eſt colore nigricante.

Alnus arbor nullum fert fructū, aut ſemē. Prouenit in locis aquoſis. Vnde Sillius lib. 3. Fulminea ſonipes religatus dicitur alno. Pinguis eſt ei umbra, folia craſſiſſima. Vtilis eſt nauigijs Lucanus libro 3. Syluaq. dodones & fluctib. aptior alnus. Stat. lib. 6. Theb. Alnus amica fretiš, nec inhoſpita uitibus ulmus.

Amygdalus arbor eſt fructifera, cuius fructus duro & carnoſo integiē cortice. Prima omnium arborum floret menſe Ianuario. Ante maturitatem facile fructū amittit. Serēda eſt ab occaſu arcturi ad brumam. In hanc arborem poetæ fabulantur mutatum fuiſſe Phyllidem.

Amyris arbor eſt in fructifera, quam ſterilitatem penſat odore fragrantiſſimo.

Apiaſtrum arbor eſt uenenata in Sardinia.

Apina arbor eſt media inter pinum, & piceam, picæ tamen ſimilior: unde etiā Pinus picea uocatur.

Aquifolia arbor eſt ex Ilicis genere, quam Græci Similacē uocant. Bacchas habet ſine ſucco. Folia ei non decidunt, quæ habet aculeata. Germinat uerno tēpore. Sata ī domo aut uilla, uenefica arcet. Flore eius aquam glaciari tardit Pythagoras apud Plinium. Hanc arborem Theophraſtus Crateogo non uocat.

Balſamum arbuſcula eſt aromatica, vni Iudææ conceſſa, viti ſimilior quàm nitro. Ea ſeritur malleolis. Frequens eſt in montibus. Suſtinet ſe abſque vllis adminiculis. Excreſcit in bina cubita. Trima fructifera eſt. Eius ſuccus vocaē Opobalſamum omnib. odoribus anteferēdum. Lignum Xyſobalſamū. Inciditur uitro, lapide, uel oſſeis cultellis Capitur & Balſamum prò arboris ſucco.

Bedeliū arbor eſt nigra, magnitudine oleæ, folio & robore ſimilis caprifici. Naſcitur apud Bactrianos, habet naturam gummi. autor Plin. lib. 12. cap. 9.

Betula arbor eſt eximij cādoris, qua fiūt circult uaſis uinarijs idonei. Gaudet frigidis locis. Bitumen ex ea quondam excoquebant Galliæ. Vtilis eſt cōficiendis ciſtis, & ſportellis, flexibili crate.

Buxus arbor eſt tonſilis, & ſemper uirens, uiſcū producēs & ſemē, quod Cartegō dicitur: Ea fiunt multiforatiles tibiæ. Vnde & pro muſico inſtrumento nōnunquam accipitur. Seneca: Tibi multiforo tibia buxo ſolenne canit. Fiunt &

laudatiſſimi pectines, & vnguentariæ pixides. Plurima reperitur in Pyreneis & Citoro montibus. Commendabilis eſt duritia & pallore. Plin. tria ponit eius genera, Gallicum amplitudine procera. Oleaſtrum grauis odoris, in omni vſu dãnatum. Tertium ſylueſtre, ſemper tonſile. Montes amat. Folia eius ſunt cõcaua, quæ non decidunt. Spiſſiſſima eſt arborum. Nõ fluit in aquis, nec cariem ſentit, nec vetuſtatem.

Camerepes arbor eſt folio lato & molli, peculiaris Cretæ & Siciliæ.

Caprificus appellatur ficus ſylueſtris, erumpens in ſaxis ruptis. Fructus eius numquam matureſcit.

Carpinus arbor eſt nota, quæ alio nomine Acer dicitur. Montes amat. Ex eo quondam fiebant faces nuptiales.

Caſtanea fructum ſignificat & arborem. Fructus teguntur ſpinoſo cortice. Vergil. Stant & iuniperi, & caſtaneæ hirſulæ.

Cedrus arbor procera eſt, nec tamẽ oneroſa. Folia habet cupreſſinis ferè ſimilia, lignum iucundi odoris, & tineis imperuium & infeſtum. Propterea opus dignũ Cedro dicimus, quod laudabile eſt, ab iniuria blattarum & tinearum maximè conſeruandum. Horat. Speramus carmina fingi Poſſe linẽda Cedro, & leui ſeruanda Cupreſſo? Vel quòd eius oleum illitũ res omnes conſeruet a tineis & carie. Duo ſunt minoris Cedri genera: Lyria, & Phoenicia. Differunt folio: nã quę durum, acutũ & ſpinoſum habet, vocatur Oxycedros, ramoſa, ac nodis infeſta: altera odore præſtat. Duo itẽ genera Cedri maioris. Florifera fructum nõ fert, Fructifera non floret. Et in ea antecedentem fructum ſtatim nouus occupat. Semen eius ſimile. Materiæ æternitas, ideoq; ſimulachra deorũ ex ea factitauere. Reſinam fundit ad faciendas pices. Montes amat. Folia non amittit, quę habet capillata. Laudatiſſima eſt in Creta, Africa & Syria. Rimam fiſſuramque nõ capit ſponte.

Ceraſus nomen ſumpſit a Ceraſunti Põti ciuitate. Fructus vocatur Ceraſũ, & interim pro arbore capitur. Ceraſi Romę non fuerunt ante victoriã Mithridaticã Luculli. Is anno 680. Vrbis conditæ aduexit è Ponto. In Aegypto nulla cura potuere gigni. Ceraſorum, teſte Plin. Aproniana maxime rubent, nigerrima ſunt Actia, Cæciliana rotunda. Iulianis gratus ſapor, adeo teneris, vt geſtarum nõ tolerẽt. Principatus Duracinis in Belgica, Luſitanis, & in ripis Rheni Ceraſis ſuccus eſt ſanguineus. Conſtant cute & ſucco, Gaudent aquoſis montibus. Inſerũtur poſt brumam, dempto cortice. Præcoces fiunt, & maturescunt calce radicibus admota. Ceraſus capitur etiã pro fructu. Proper. Hic dulces ceraſos, hic autumnalia poma.

Citrus arbor eſt peculiaris Mauritaniæ, in Atlãte mõte Romanis olim gratiſſima, & maximè expetita ad menſurarum & lectorum vſum. De his intellexit Luc. li. 10. Dentib. hinc niueis ſectos Atlãtide ſylua Impoſuere orbes, quales ad Ceſaris ora. Non capto venere Iuba. Huiuſmodi Citreę menſę fulciebantur eboreis pedibus, vt his verbis liquet. Citrus Mauruſia folium habet arbuſti aut lauri. Arborem hãc Gręci Medicam vocant.

Cornus arbor ramos habet duricie & rigiditate ſimiles cornibus. Propterea vſus eius bellicis haſtis & iaculis dicatus eſt. Vnde & plerunq; accipi ſolet pro telo. Syl. li. 10. Vix prima momordit Tegmina Callaici cornus tremebunda metalli. Ver. li. 10. Volat Itala cornus. Exitialis eſt apibus hęc arbor nã flore eius deguſtato, aluo concita moriuntur. Succus eſt ei ſanguineus. Montes amat, & primo Fauonio germinat. Nullam habet medullam.

Corylus arbor gaudet planis locis. Ea olim fiebant faces nuptiales, vt carpino. Graciles ſunt eius trunci, lata folia, delicati fructus, & ſecundis menſis expetiti. Colurna dicuntur opera, quæ fiunt eius ligno.

Coſtus arbuſcula eſt aromatica, cuius radix fragrat odore pręſtantiſſimo. Stroza

filius:

filius: Accumulansq; roſas & odore germina coſti. Antiqui ſupplicabant thure & coſto.

Cotinum Plinius ait arbuſculam eſſe in Apennino, colore inſignem.

Cupreſſus ſeu Cypariſſus, arbor feralis ſucciſa nō regerminat. Propterea in exequijs adhibita eſt, vt funebre ſignū. Ver. Et ferales ante cupreſſos Conſtituunt. Stat. li. 5. Syl. Hilareſq; hederas plorata cupreſſus Excludit ramis. Plantabatur infuneſtis nobilium domibus, eiuſq; ramis rogorum intexabantur latera. Luc. lib. 3. Et nō plebeios luctus teſtata cupreſſus. Hæc arbor moroſa eſt natu, fructu ſuperuacua, baccis torua folio amara, odore violenta, & ne vmbra quidem grata, Diti ſacra. Naſcitur in Creta. In Enaria tantum ſucciſa regerminat. Picē fundit acerrimam ſapore. Aquas odit. Folia habet carnoſa quę non amittit. Trifera eſt: nam baccæ eius colliguntur menſe Ianuario, Maio, & Septembri. Cariem non ſentit, aut vetuſtatem. Semper n itorem ſeruat Eius ſemen gratiſſimū formicis. Tritum ſeruat a vermiculis, vt folia.

Cynacāthe arbuſcula acinos inſtar vuæ producit Latini Caninam ſentem, & vuā ſpineam nominant.

Cynnamum, ſeu Cynnamomum arbuſcula eſt aromatica, præſtans odore dulcis, & Cinerei coloris, cuius ſuccus ad multas remedia vtilis eſt. Naſcitur ī Aethiopia, India, & Sabæis.

Cyperum habet Aegyptus, ſemine Coriandri, cādido & odorato, quod in oleo coquitur. Hæc arbor eſt ocyſſima. Protinus enim floret, & ſemen profert.

Elatem Plinius ait arborem eſſe ad vnguenta vtilem. Laudatur Hammoniaca maxime, mox Aegyptia, deinde Syriaca duntaxat in ſitientibus locis odorata, pingui lachryma.

Fagus arbor eſt glandifera, cuius glans triangula cute includitur. Folium eius aūt tenue & leuiſſimum eſt, celerrimē flaueſcens, gignēs ſuperne paruulā baccā, viridē, cacumine, aculeatā. Fagi glās murib. gratiſſima eſt, qui propterea vna ꝓue niunt grata eſt ēt glirib. & turdis. Fertilitas eius alternat oīum ferē arborū Glās ſagina amnium dulciſſima eſt, vt qua obſeſſi hoīes durauerint in oppido Chio. Huius arboris cortex in magno vſu eſt agreſtum. Ligni honos pręcipuus fuit in vaſis. Manius Curius iurauit, ſe ex ꝑda nihil attigiſſe, præter guttum faginum, quo ſacrificaret. Verg. Pocula ponam Fagina cælatum, diuini opus Alcimedontis. Vtilis eſt etiam capſis & ſcrinijs, fagus, propter lentorem plicabilem.

Ferulam Plinius aſcribit arborum generi. Ea naſcitur in calidis locis. Nulli fruticum leuitas maior, propter quod facilius faculorū vſum ſenectuti præbet. Eius radix candida. Ea inciſa, lac emanat. In ferula optimē ſeruatur ignis. Procedit in Aegypto.

Ficus arbor breuitate radicum cito ſeneſcit. Laudatur Iudæa rubēs oliuæ magnitudine craſſitudine cubitali, ramoſa materia valida, viridi cortice folio tilię, ſed molli. Hircana dulcior noſtris, & fortior, vt q̄ modios 270. ferat. Calcidica, Lydia, Mamillana, a ſimilitudine mām arū Calliſtrutia ſapore præſtās. Item Africa, Rhodia, & Tiburtina Ficubus omnib. mollis eſt tactus. Maturis frumēta intus, matureſcentibus ſuccus lactis, percoctis mellis. Seneſcunt in arbore. Præſtā tiſſimæ ſunt in Ebuſo inſula. Dulci ſunt ſucco, & lacte in capite, in corpore nō. Item nullus ijs odor. Folia ſunt latiſſima. Fructuum ante maturitatē facile perdunt. Non florent, pomū habent ſupra folia, quæ ſerius naſcuntur. Fertiliores ſunt inferiores parte, quā cacuminib. Vtiles ſunt faciendis ſcutis. Naſcuntur in his vermes, qui vocantur Ceraſtes. His maxime pernicioſa eſt vermiculatio, quam ſentiunt. Laborant & radicibus madidis. Serotinæ fiunt, ſi primæ groſſi (quum magnitudinem fabæ exceſſere) detrahantur.

Fraxinus dicitur fragoſis locis, in quibus naſcitur. Procera eſt, & teres, & pennata folio. Achillis haſta multum notabilitata. Materia eius ad multa eſt vtilis.

Quæ naſcitur in Ida Troadis mõte, adeò ſimilis eſt Citro, vt emẽtes fallat ſub lato cortice. Eius duo ſunt genera. Longa enodis, altera breuis, durior fulciorq; laureis folijs. Ampliſſimam habet Macedonia, quam Bumeliam vocãt. Diuidũtur in ſitu. Campeſtris criſpa eſt, Montana ſpiſſa. Folia fraxini iumentis mortifera ſunt, cæteris ruminantium innocua. Succo expreſſo ad potum contra ſerpẽtes, & impoſita vlcerib. opifera eſt. Tantaq; eſt vis, vt nec matutinas, nec occidẽtes vmbras ſerpens arboris eius attingat, adeò vt ipſam procul fugiat. Si ea frõde gyro claudatur ignis & ſerpens, in ignes potius fugiet, quã in fraxinum. Floret fraxinus priuſquam prodierint ſerpentes, nec ante conditas folia dimittit. Gaudet aquoſis montib. Meſſib. reddit ſemen. Obedientiſſima eſt quocunq; in opere, faciendis haſtis melior Corylo, Cornu leuior, Sorbo lentior. Ouid. lib. 10. Et coryli fragiles, & fraxinus vtilis haſtis.

Hebenus arbor eſt Indiæ, teſte Verg. quam Herodotus Æthiopiæ maluit tribuere. Non fluit in aquis, neq; ſentit cariem, neq; vetuſtatem Meridiano Æthiopiæ cardine ſyluæ hyberno maximè virent. Scobem eius oculis vnicè mederi dicunt, lignoq; ad cotem trito, cum paſſo caliginem diſcutit. Ex aqua vero, & radice albugines oculorum. Cæſa hæc arbor dureſcit in lapidem. Dicimus hoc Hebenum, & hæc Hebenus, teſte Seruio. Ver. li. 2. Georg. Diuiſæ arboribus patriæ, ſola India nigrum Fert Hebenum. Luc. Hebenus Mareotica vaſtos. Non operit poſtes.

Hedera ſemper viret: ſtare non põt ſine adminiculo. Muros amplectitur quadam laſciuia, adeò vt erodat. Viuaciſſima eſt omnium arborum. Eius racemus vocatur Corymbus. Verg. Diffuſos hedera veſtit pallente corymbos. Hæc arbor inimica eſt ſatis omnib. Flos eius ſimilis eſt roſæ ſylueſtri, niſi quod caret odore. Triplicem facit Plin. Candidam, Nigram, & terriam quæ vocatur Helix. Huius arboris folijs olim coronabantur poetæ. Et folia nõ decidunt. Sacra eſt Baccho. Se ipſam propagat. Duplex in folijs color, viridis & flauus. Propterea Sidonius eam bicolorem vocat, vbi ait: Quoties per frondea lora Flectis penniferos hederis bicoloribus armos.

Hyppocriſtes arbor eſt dederacei generis.

Ilex eſt glandifera. In carpentarijs fabricis circa Elim & Lacedæmonem, vbi nõ naſcitur, pro ea vtuntur Subere. Duplex in hoc arborum genere ſexus reperiri fertur. Glans Ilicis breuis & gracilis. Maſculas ilices negant ferre. Huic arbori folia ſunt aculeata, quæ non decidunt. Nullo flore exhilaratur. Nonus in ea fructus cum atumno pendet. Ciuica corona primo fuit ilignea, poſtea magis placuit ex æſculo. Deformatur interim nodis. Lucan. li. 3. Procumbunt orni, nodoſa impellitur ilex.

Iuglans odio diſſidet cum quercu. Iuglandes nuces gemino proteguntur operimento. Optimæ ſunt Perſicæ. Earum cortice tinguntur lanæ, & ruffatur capillus primum prodeuntibus nucleis. Pingueſcunt vetuſtate. Aquas odit iuglans. Interiore parte fertilior eſt. Non facile ſentit cariem. Eius vmbra grauis eſt, & noxia capiti humano, omnibusq; ſatis.

Iuniperus arbor frequens eſt in locis arenoſis. Viret coma perpetua. Cariem nõ ſentit, aut vetuſtatem. Non floret. Eadem eſt iunipero virtus, quæ & cedro. Medulla eius vſque ſolidior eſt, quam Cedrus. Lignum apprimè durum. Vnde Mãtuan. in Quercu Iulia: Addam & Iuniperos, carie impenetrabile robur. Vaſta eſt hæc arbor in Hiſpania, maximisq; baccis. Montes amat; ſpinas habet pro folijs. Flexuoſa eſt, & muricata. Combuſta odorem reddit, & pollutum purgat aerem.

Larix arbor vſtis radicibus non repullulat, Montes amat. Incorrupta ei vis, humori cõtumax. Nec ardet, nec carbonem facit, nec alio modo ignis vi conſumitur, quam lapides. Ei folia ſunt pungentia, quæ nõ decidunt. Florem neſcit. Tetra

edit

edit germina Corticē ſpargit inter ſquamas, Laris & acies arborū ſunt aliiſſimæ, quib ſucciſis, humor diu fluit. Larix neſcit cariem, valide pondus ſuſtinet.

Laurum arborem Græci Daphnem uocant ab eiuſdē nominis puella, quam Apollo adamauit Spectātiſſima eſt in Parnaſo. Côiecta in ignem maximos crepitus edit. Vnde & in maleficijs amatoriis incendi conſueuit tamquam amantium q̄rimonias repræſētā. Verg. in Buc. Daphnis me malus vrit, ego hāc in Daphnide laurum. Credita eſt inſuper aduerſus venena remediū habere. Hinc laureū baculum geſtare dicebantur, qui periculum fœliciter effugiſſent. Arborū ſola non percutitur fulmine. Olim dū incēdebatur, ſi crepuiſſet abūdē, felicitatem portendi opinabantur. Tibullus: Laurus vbi bona ſigna dedit, gaudete coloni. Contra vero, ſi tacita deflagraſſet, inauſpicatiſſimum arbitrabatur omen; Propertius: Et iacet extincto laurus adusta foco. Magorum ſuperſtitio promittit Laurifolia (ſi noctu puluillo ſubijciantur (ueritatem ſomniorum conciliare. Efficacis eſt auxilii in numinū afflatu, & futurarū rerum præſagiis. Claud. de Raptu Proſer. li. 2. Ilex plena fauis, venturi præſcia laurus. Ea olim coronabātur ſacerdotes & diuinaculi. Lauri fructus Daphnidas vocant. Dicabatur olim triūphis. Ouid. lib. 2. Eleg. Ite triumphales circum mea tempora Lauri. Plin. ſcribit, nullum genus Lauri fuiſſe quondam in Corſica. Perpetuò uiret. Sacra eſt Apollini. Portata inter armatos hoſtes, erat iudiciū pacis & quietis, vt Oliua. Stat. lib. 12. Pacifera Lauro crinē vitiisq; decorus. Tiberius prīceps, tonante cœlo ea ſe coronabat contra fulminum motus. Adhibebatur olim purificationib. urbis Pinguis eſt eius ſuccus. Amat loca mōtoſa. Folia nō amittit. Primo Fauonio germinat Inimicum eſt ei frigus. Ignem cū hedera excutit. Folia rubigini ſunt obnoxia, ſi arbor fuerit inter ſegetes ea peſte laborantes. Lauri folio annuum faſtidiū purgant palumbes, graculæ, merulæ, & perdīces.

Lentiſcus arbor trifera eſt. Maſtichen reſinam ſudat inſtar gummi. Baccifera eſt. Plinius citat verba hæc Ciceronis de lentiſco: Iam vero ſemper viridis ſēperq. grauata lentiſcus triplici ſolita eſt grandeſcere fœtu, Terfruges fundens, tria tēpora mōſtrat arandi. Eius ligno fiebant olim dentifricia, & dentiſcalpia. Martialis: Lentiſco melius, ſed ſi tibi frondea cuſpis. Defuerit, dentes penna leuare poteſt. Lentiſcum mandere, Prouerbio dicebatur, qui nimio comendi corporis ſtudio ſuperfluebat. Nam dentium cura olim ut delicatis probro dabatur.

Liguſtrum arbor eſt, cuius ligno aptiſſimæ fiunt teſſeræ. Succus eius neruis, articulis, algoribus: folia veteri vlceri cum ſalis mica, & oris exulcerationi proſunt.

Loton habet Africa Præcipuā Syrtes & Maſamones. Magnitudo eſt huic carbori, quæ pyro. Ligno color niger. Expetitur ad tibiarū cantus, vnde & pro tibia plerumque ſolet accipi. Politianus in Manto. Dant & multiforam modulāda ad carmina Lotō. Eius radice fiebant olim cultelli & capuli Baccas profert. Cariē non ſentit. Florem amittit cuius ſuauitate homines rerum omnium obliuiſci dicuntur. Lotophagi populi nomē inde ſumpſerunt, quod frequens apud illos reperiatur. Aquas amat. Mart. lib. 4. Veteres eam Apollini ſacram fecerunt, quod ante ſolis ortum folia implicet, proſurgente autem explicet paulatim. Eſt & eiuſdem nominis herba.

Malachra arbor eſt magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici. Eius fructū. Bedellium dicunt, quod eſt genus gummi.

Malobathros arbor eſt Syriæ, folio conuoluto, arido colore, ex quo exprimitur oleum ad vnguenta. Sapor eius ſimilis eſt nardo. Hoc vnguentum vrinam cit. Oculorum epiphoris vino expreſſum medetur.

Melia arbor fructum parit ſuauiſſimum.

Meſpili arboris fructus vocatur Meſpiliū. Pallad. Meſpilaq. exarmata pugnacib. horrida mēbris. Eius folia priuſquam decidāt, rubeſcūt. Multas habet radices

altas & inextirpabiles. Nõ fuit hæc arbor in Italia Catonis æuo. Infeſtatur vermiculis ruffis & piloſis.

Morus arborum vltima floret exacto iã frigore. Vnde prudẽtiſſima vocatur a Poetis. Politianus in Ruſtico: Mox vbi iam ſapiens cœpit frondeſcere morus, Ante quidem ſapiens, nunc ambitioſa nec vllum. Quæ pariat pomum, ſed ſerica pẽſa miniſtrat. Fructus eius uocãtur Mora, quæ cũ prius albæ eſſent, cruore Thyſbes & Pyrami rubra facta ſunt. Pontan. Atque in ſanguineam morus poſt uerſa figurã. Fructib. ſuccus in carne vinoſus, trini coloris: candidus primò, mox rubens, maturis niger. Tingunt manus ſucco, maturi ruũt, acerbi minimẽ. Serẽda eſt hæc arbor ab idibus Februarij in æquinoctium. Montes amat. Tardiſſime ſeneſcit, fructibus minimè laborans.

Myrrham arbuſculam aromaticã habet Arabia, altitudine quinum cubitorũ, cortice duro & intorto, guttis eiuſdem nominis ſponte ſtillãtibus. Eius virtus eſt, vt corpora vindicet a putredine.

Myrtus baccas parit optimi ſaporis. Amat littora. Verg. li. 4. Geor. Pallenteſq; hederas & amãtes littora myrtos. Sacra eſt Veneri. Odoratiſſima eſt in Aegypto. Eius oleo ineſt quidam vini ſapor. Nobilitata eſt ouali corona. Creſcit quãdoq; in lucis planis. Anguſta ſunt eius folia, quæ non decidunt. Vita eſt breuiſſima.

Olea, ſiue Oliuæ arbori folia non decidunt. Sacra eſt Mineruæ. Nefas erat olim, eã in profanis uſibus polluere, vt nec propiciandis quidẽ numinibus ex ea altaria accẽderẽtur. Ea coronabãtur equitum turmæ, idibus Iulijs, & minoribus triũphis ouãtes. Fructus cõſtat nucleo, oleo, carne, amurca. Arbor ipſa tardè creſcit. Morſu capræ fertur ſterileſcere. Immunis eſt à carie & uetuſtate. Conuenit inter autores, arborem hanc durare annis ducentis. Inimiciſſ. eſt ei pluuia circa Vergilias. Gaudet cinere & calcarijs fornacib. Fuit olim arborum maxima in Betica, autore Plin. Vermiculatione patitur, & fungum. Rami eius portati olim præſtabãt indicium pacis. Ver. li. 8. Paciferæque manu ramum prætendit oliuæ.

Ornus arbor mõtes amat. Naſcitur in ſaxoſis montib. Procera eſt, & tamẽ infrugifera. Rugoſus & aſper eſt eius cortex.

Pola arbor eſt maior pomo, & ſuauitate præcellentior, cuius fructu (qui Ariena dicitur) ſapientiores Indorum uiuunt. Folium alas auium imitatur, longitudine trium cubitorum, latitudine duum. Arbor ipſa fructum è cortice mittit admirabilem ſucci dulcedine, ut uno quaternos ſatiet.

Paliurus arbor eſt fructuoſa, cui Cyrenaica regio ſuam poſtponit Loton. Eius nucleus nõ ſimul mãditur iucund⁹ per ſe, & uino ſuauio Germanat cõcepto uere.

Palmis abundat Iudæa. Reperiuntur & in Europa, ſed ſteriles. In maritimis Hiſpaniæ fructum ferunt, ſed immitẽ. dulcem in Africa, ſed ſtatim euaneſcentem. Orientales ex his uina conficiunt, & nonnullæ gentes panem. Terra feruida & ſabuloſa habet frugiferam palmã. Gaudet et riguis. Coma eius eſt in cacumine & pomum non inter folia, ſed inter ſuos ramos. Folia cultrato ſunt mucrone lateribus in ſe bifidatis. Huic arbori eſt in ſe uterque ſexus, vt omnibus alijs. Mas in palmite floret, fœmina citra florem germinat tantum, ſpinæ modo. pomum palmæ eſt oblõgum, nõ vt oliuæ orbiculatum. Arbor portat in trimatu. Genera eius 49. nonnulli poſuerunt. Fructui dulcis, eſt ſuccus, nullum lignum. Arbori folia nõ decidunt. Lõgum eſſet, in cõpẽdium quoque redigere, quod de ea multis admodum uerbis ſcripſit Plin. propterea ſatis nobis erit unum adijcere, quod ex Ariſtot. & Plutarch. teſtimonio ſcribit Gell. li. 3. cap. 6. Si ſuper palmæ arbori lignum (inquit) magna põdera imponas, ac tam grauiter urgeas oneresque, ut magnitudo oneris ſuſtineri nequeat, non deorſum palma cedit, nec intra flectitur, ſed aduerſus pondus reſurgit, & ſurſum nititur, recuruaturque. Propterea in certaminibus palmam ſignum eſſe placuit Victoriæ, quoniam ingenium eiuſmodi ligni eſt, vt urgentibus prementibusque non cedat.

Perſicus

Perſicus nomen ſumpſit a Perſide, vnde primũ aduecta eſt. Hæc arbor in Rhodo floret, nec fructum parit.

Picea arbor eſt feralis, & funebri indicio ad fores poni ſolita. Vnde Verg. de tumulo Miſeni loquens ait: Procumbunt piceæ, ſonat icta ſecuribus ilex. Tonſilis eſt & reſinoſa montes amat nõ floret. Eius vmbra ſatis pernicioſa eſt. Cortex eius vſui eſt agreſtibus ad vaſa & corbes. Folia ſunt inſtar pectinum.

Pinus arbor non floret, Folia habet capillata, quę non decidunt. Firmiſſima eſt ad uerſus cariẽ & tineas. Vmbra eius necat germina Sterileſcit, ſi quis cacumẽ auferat, nec tamẽ emoritur. Eius erucæ vocantur Pytocampæ. Exciſa nullã remittit ſobolem, ſed prorſus emoritur. Propterea Crœſus (vt eſt apud Herodotũ in Erato) minabatur ſe extirpaturum Lampſacenos pini in morem.

Pinaſter vocatur ſylueſtris pinus, muri altitudine, & a medio ramoſa, ſicut Pinus in vertice. Copioſam parit reſinam. Folia non amittit. Ea ſunt prætenuia & mucrone aculeata.

Platanus arbor late ſpargit ramos. Sterilis eſt. Nec ad alium vſum olim adamabatur, quã umbrarum, quib. adeò placuit, vt mero infuſo enutriretur. Hinc genialis vocatur a poetis. Stroz. fil. Nec Veneris myrto, aut platanis genialib. vllã Indugeт veniã, Subea celebrabãtur conuiuia. Nam Plin. ſcribit, Liciniũ Mutianũ conſulem ſub vna fuiſſe epulatũ cum 12. comite, & Caium principem ſub alia cum duodecim conuiuis. Poetæ fabulantur, Iouem cum Europa ſub platano cõcubuiſſe. Non eſt alia maior eius cõmendatio, quam ſolem ęſtate arcere, hyeme admittere. Idem Pli. ſcribit, Antãdri Platanũ circũ dolatis ĩ laterib. reuixiſſe & vitæ fuiſſe redditam. Hæc arbor citò germinat. Lata hẽt folia. Iucũda eſt eius vmbra. Erat in vſu apud Romanos in villa aut hortis vrbanis ad vmbras inambulationũ, quę ad ociũ literarum primũ inuẽtę ſunt. Iuuen. Sat. 1. Frõtonis Platani conuulſaq. marmora clamant. Mart. viduam vocat Platanum, velut ſterilẽ. li. 3. vbi ait: Non ocioſis ordinata myrtetis. Viduaq. platano, tonſilique buxeto.

Pomus & Pomum uocabula ſunt generalia. Nam Poma dicimus omnium arborũ fructus, ſiue molles ſiue duros, eſu idoneos. Nuces verò ea tantum vocamus poma quę duro teguntur operimento.

Populi tria ſunt genera teſte Plin. Alba, Nigra & quæ vocantur Lybica, folio minima ac nigerrima. Alba folio bicolor, ſuperne candicans, inferiore parte uiridi. Nigrę folia ſũt circinatę rotũditatis in iuuenta, vetuſtiora fiunt angũloſa. Populorum folijs gratiſſima eſt lanugo. Fluuios amant. Verg. Populus in fluuijs, abies in montibus altis. Sacra eſt Herculi. Pediculus ei tremulus, vmbra nulla. Folia inter ſe trepidãtia cito germinat, nullũ ſemẽ aut fructum parit. Placet vitibus, utilis eſt ſcutis faciendis.

Prunus arbor Pruna pariẽs, quorum diuerſa genera ponit Plinius: ſed omniũ laudatiſſima ſunt Damaſcena. Columella, Armeniisque & cęreolis, prunisque Damaſci Stipantur calathi. Pruna ſylueſtria vbique naſcuntur, Aquoſo ſunt ſucco. Arbor rarò creſcit in montibus.

Pyrus arbor dicta eſt, ꝙ ex lato in acutum feratur, inſtar pyramidis. Cruſtumina pyra cũctis gratiſſima ſunt, proxima Falerna a potu, propter copioſũ ſuccum. Turbinata ſunt figura, quibus eadem proprietas vini, quæ & pomis. Vinoſo ſũt ſucco Folia arboris circinata. Ipſi arbori vita eſt admodum breuis. Fructus facile perdit. Naſcitur quandoque in montoſis locis. Pyri ſylueſtres tardè germinant.

Rhamnus arbuſcula eſt ſpinoſa, gaudens ſaxoſis locis, & petricoſis. Architrenius Nec ſimulat ſparſa criſtatam cuſpide Rhamnum.

Rhododaphnes arboris folia veneno ſunt quadrupedibus homini verò contra ſerpentes præſidio, ruta addita, & è vino pota. Pecus etiam, & capræ, ſi aquam biberint, in qua ea folia maduerint, mori dicuntur. Arborẽ hanc ſũt qui

Nerium

Nerium vocent,ſempiternum frondæ roſæ ſimilitudine,& caulibus fruticoſū.
Ricinus arbor eſt altitudine oleæ,caule ferulaceo,folio vicium,ſemine vnarū gra cilium & pallidatum Frequens eſt in Ægypto.
Ridica arbor eſt,pedamentis apta.
Robur arbor eſt glādifera,quę præter fructum plurima alia gignit,vt quędam veluti mora,quib.fructus ineſt nucleis oliuę ſimilis.Item pilulas nucibus nō abſimiles,intus habētes floculos molles,lucernarum luminibus aptos.Nā ſine oleo flagrant.Gignunt & culices,& quędam alia.Montes amat.Folia habet ſinuoſa. Terna edit germina,& inter ſquamas corticem ſpargit.Carnoſas habet radices quas in profundum agit.Terenidés pa titur.Duriſſima eſt arborum.Non facile, vetuſtatem ſentit, aut cariem.
Salix arbor eſt uiminoſa,& multis perticis ſe ſurrigens.Infructuoſa eſt,& infrugifera,amaro cortice.Verg. Florentē cythiſū & ſalices carperis amatas. Plicatilis eſt,lenta,colore glauco,uētis agibilis,amat littora,& humilia loca Ouid.Amnicolæq; ſimul ſalices,& aquatica lotos Columella aptiſſimo epitheto eam vocat Pertical em,dicēs:Perticalis ferè ſalix eundem agrum quę viminalis deſiderat, melior tamen riguo prouenit,atque ea taleis conſeritur.Quum germinauit,ad vnam perticam ſummittitur.Pampinatur inſtar vineæ, vt in longitudinem potiūs quam ramorum latitudinē euocetur.Sic culta quarto cęditur anno, & vinculis præparatur Abſciſſa cito repullulat.Mutatione loci facile patitur in iuuēta.Semen ociſſime perdit,& ante maturitatē, ob id dicta ab Homero frugiperda.Citò germinat.Longa ſunt eius folia,& non multum lata.Quum flaueſcūt ruunt ſua ſponte.Eius ſemen mulieri ſterilitatis medicamentum eſt.Lentiſſima eſt , & propterea faciēdis ſcutis aptiſſima autore Plinio,breuis ei vita Fructus ante maturitatem abit in araneam.Sed ſi prius colligatur, ſanguinem reijciētibus prodeſt. Varia ſunt ex ea medicamenta. Cinis corticis e ramis prius clauū & callum aqua mixta ſanat. Vitia cutis in facie emendat magis admixto ſucco ſuo,qui triplex eſt.Folia cocta cum cæra trita imponuntur podagricis. Cortice & folijs,in vino decoctis , ſanātur nerui Flos tritus cū folijs furfures purgat in facie.Folia cōtrita & pota intemperātiā libidinis coercent & in totū auferunt vſū,ſępius ſumpta.Alio nomine vocatur Siler Verg. Spōte ſua veniunt,cāpos que & flumina latè Curua tenent,vt molle ſiler, lentæque geniſtæ .
Salſi cortex arbor eſt glandis amaræ,quam nullum animal contingit,pręter ſues.
Sambuco plurima eſt medulla.Ocyſſime floret.Eius interiora mire firma eſſe traduntur,ita vt venabula ex ea pręferātur omnibus.Cōſtat ex cute & oſſibus.Cęditur tempeſtiuè,quū decorticatur.Cortice eſt inextricabili, & carie ſubnaſcente ei,materiaque nigreſcente. Numeratur a Plinio inter eas quę faciendis ſcutis apte ſunt.
Similax arbor hæredę ſimilis ſpinoſa & denſis cauliculata genibus. Fruticoſa ramis.Folio hederaceo,paruo,nō anguloſo flore candido,& lilium olente Fert racemos inſtar labruſcę,colore rubro. Lugubris eſt,ob eiuſdem nominis virginē quæ amore iuuenis.Croci in hūc fruticem mutata eſt.Ea fiunt codicilli. Admota auribus leuem ſonum reddit.
Sorbo folia vniuerſa decidunt.infeſtatur vermiculis ruſſis & piloſis,& ita emoritur Gaudet aquoſis montibus.
Spinus arbor eſt prunifera.Verg Et ſpinos iam pruna ferentes.
Sycomorus dicitur ficus fatua,nomine Mariſca, Habet multitudinē lactis.Fructus non egreditur ex ſummitatibus ramorū,ſed ex ramis ipſis.Grana eius ſunt minora granis ficuum . Nec matureſcunt, niſi radantur inſtrumento ferreo, Frequens eſt apud Rhodum locis frumentarijs.
Suber minima eſt arbor,cuius lignum non ſolū non mergitur aquis, ſed alijs quoque rebus alligatum facit ne mergātur.Hinc adagium,Subere leuior.Vſus eius ancho-

anchoralibus nauiũ, piſcantium tragulis & cadorũ obturamentis,& in hyberno fœminarũ calceatu. Apud nos vtuntur etiam viri. Et folia non decidũt. Non facilè ſentit vetuſtatem aut cariem. Iuuatur detracto cortice, quo tamẽ omnibus fere arboribus exitiale eſt. Lignũ foraminoſũ eſt, & leue, Politianus: Multi forumque replent operoſa examina ſuber.

Taxus ſimilis eſt abieti Bacchas profert venenatas, præcipuè ĩ Hiſpania. Hinc pleriq; Toxicũ dictum arbitrãtur, vt taxicũ, mutata litera. Claudianus: Qualis peſtiferas animare ad crimina taxos Feralis eſt. Ouid. lib. 4. Eſt via decliuis funeſta nubila taxo. Eius fumo necãtur mures. Eſt in Arcadia adeò venenata hęc arbor, vt ſi quis ſub ea dormiat, aut capiat cibum, protinus emoriat. Plin. ait eſſe innoxiã, ſi in ipſam clauus ærius infigatur. Ea paſtæ apes mel conficiunt amariſſimũ. Frequens eſt in Corſica. Verg. Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.

Tæda arbor liquorem, ſeu picem ſtillat, & abundat liquido ſucco. Ea optimæ fiũt faces, quæ propterea Tędæ vocãtur, vt Ceres tædifera, ꝙ in perquirenda Proſerpina tædas inflãmauerit. Ouid. li. 3. Faſt. Quos cum tędifera nunc habet illa dea. Grata erãt flammis, & lumini ſacrorum. Hanc mares duntaxat ferebãt. Montes amat.

Terebinthus arbor ſoliditatem habet in ſpeciem buxi. Reſinam emittit odoratã quæ inde vocatur Terebinthina Maſculã. eſt ſine fructu. Fœminarũ duo ſunt genera. Alteri fructus rubet lentis magnitudine, alteri pallet: Frequẽs eſt & magna in Syria Fruticoſa in Macedonia. Lẽta eius materies, & fidelis ad vetuſtatẽ Lignũ nigri ſplendoris. Flos racemoſus oliuę modo. Denſa folia, quę non decidũt. Fert folliculos emittẽtes quędam animalcula ceu culices, & lentorem reſinoſum, qui cortice erumpit Meſſibus raddit ſemen.

In Tilia mas & fœmina differunt. Materies maris dura, eſt nodoſo ruffior, & odoratior. Cortex craſſior, & detractus inflexibilis. Nec ſemẽ fert aut florẽ, vt fœmina, quæ craſſior arbore materia cãdida precellẽsq; eſt. Succus foliorum & corticis dulcis eſt. Fructus eius nullũ animalium attingit. Inter corticẽ & lignum tenues habet tunicas multiplici membrana, è quibus vincula fiunt, quæ vocãtur tiliæ, quorum tenuiſſimum uocatur Phylira. Horatius: Diſplicẽt nexæ Phylira coronæ. Materies teredinẽ non ſentit. Proceritas ei permodica, verum vtilis. Montes amat Erat quondam apta ſcutis Germinat paulo ante æquinoctiũ. Molliſſi ma eſt & calidiſſima, quia citiſſimè aſcias retũdit. De hac Ver. Nec tilię leues, aut torno raſile buxum.

Vnedo arbor fructũ emittit eiuſdem nominis, ſimilem fragis, ſed inhonorũ; qui vnus tantum mandi poteſt. Vnde inditum arbori nomen. Et folia nõ decidũt. Fruct⁹ ipſe anno matureſcit. Iuba apud Plin. teſtis eſt, eſſe ĩ Arabia vnedones quinquaginta cubitorum altitudine.

Vlmus amica eſt vitibus. Pũtanus: Tecum inter ſalices, ſub amicta vitibus vlmo. Græci duo eius faciunt genera, Montoſam, quæ fit amplior. Campeſtrẽ, quę fruticoſa Gumi profert. Semen eius vocatur Samara. Folia eius ſunt ramuloſa. Citò germinat. Rigorem fortiſſimè ſeruat, ob id cardinibus, aſſamentiſque porta rum vtiliſſima.

ARBORVM GENERA DIVERSA.

De varijs arboribus meminit Vergilius li. 1. Georg. Fulminib. ſalices, craſſiſq; paludib. alni. Naſcũtur ſteriles ſaxoſis mõtib. orni. Littora myrtetis letiſſima: denique apertos Bacchus amat colles, Aquilonẽ & frigora taxi. Itẽ Ouid. lib. 10. Et Statius lib. 6. Theb. Et Claudian. lib. 2. de Raptu.

Porrò arborum ſucci varij ſunt: Vinoſus Poma, Pyro, Myrto: Pinguis, Oliuę, Lauro, Nuci, Iuglãdi, Amygdalis: Dulcis, Vitis, Ficis, Palmis. Aquoſus Prunis. Differũt & colore ſucci: Saguineus Moris, Ceraſis, Cornis, Vuis nigris: albis cãdidus, lacteus in capite, Ficis, in corpore non itẽ. Spumeus Malis, nullus Perſicis

Ferales

Ferales ſunt Picea, Taxus, Crupreſſus.

Veteres eas arbores vocabãt infelices, quæ ſunt in tutela inferum deorũ: vt quæ baccam nigram, nigrosq; fructus ferũt. Cato: Infelices vocat arbores infrugiferas. Plinius: Dãnatas religione, quę neque ſerũtur vnquam, nec fructum ferũt.

Felices vero putãtur Quercus, Æſculos, Ilex, Sapinus, Fagus, Corylus, Sorbus, Ficus, alba, Pyrus, Malus, Vitis, Prunus, Cornus, Lotos.

Arbores, mõtanæ ſũt, Cedrus, Larix, Teda, Abies, Robur, Caſtanea, Tilia, Ilex, Iuniperus, Terebinthus, Populus, Ornus, Cornus, Carpinus.

Montes & valles amant, Abies, Robur, Caſtanea, Tilia, Ilex, Cornus.

Aquoſis montibus gaudent, Acer, Fraxinus, Sorbus, Fagus, Carpinus.

Folia non decidũt Oleæ, Lauro, Palmæ, Myrto, Cupreſſo, Pinis, Hederę, Rododaphanæ, Abieti, Larici, Pinaſtro, Iunipero, Cedro, Terebintho, Rubo, Ilici, Aquifolio, Suberi taxo.

Aquas odore Cupereſſi, Iuglandes, Caſtaneæ, Laburnum.

Cariem & vetuſtatem non ſentiunt Cupreſſus, Cedrus, Habenus, Lotos, Buxus, Taxus, Iuniperus, Oleaſter, & Olea.

Arboretum, Quercetum, Vepretum, Dumetum, Oliuetũ, Pinetum, Senticetum, Carectum, Æſculetũ, Buxetum, Populetum, Salictum, Vepretum, Lauretum, Myrtetum, Meſpiletum, Ornetum, Rhamnetum, vocãtur loca, in quib. creſcũt eiuſmodi nominis arbores.

ARBORES DEORVM & dearum.

Apollinis Laurus, & Lotos. Verg. in Battarum: Laurus item Phębi decus. Apollo apud Oui. li. 1. Meta. Daphnem alloquens: At quoniã coniunx mea non potes eſſe, Arbor eris certe, dixit, mea: ſemper habebũt. Te coma, te citharæ, te noſtrę Laurepharetræ. Veteres quoque Loton Apollini ſacrã fecerunt, quod ante folis emerſum ſua folia implicet, proſurgente autẽ ſenſim ac paulatim explicet.

Bacchi arbor Vitis & etiã Hedera. De uite; autor opuculi de Nuce, Sępe tuas igitur Liber miratꝰ ex vnas, Mirata eſt oleas ſæpe Minerua ſuas. De hedera. Oui. lib. 3. Faſt. Cur hedera hęc cincta eſt; hedera eſt gratiſſima Baccho. Ferula etiam aſſignatur Libero patri: teſte Plinio.

Cybeles arbor Pinus Cybele apud Ver. lib. 9. Pinea ſylua mihi multos dilecta per annos. Ouid. lib. 10. Hirſutaque vertice pinus Grata deum matri.

Herculis populus. Ver. in Bucol. Populus Alcidę gratisſima, vitis Iaccho. Formoſe myrtus Veneri, ſua laurea Phœbo. Plin li. 12. Arborũ genera numinibus ſuis dicata perpetuo ſeruantur, vt Ioui ęſculus, Appollini laurus, Mineruæ olea. Veneri myrtus, Herculi populus.

Iouis Æſculus & Quercu. De Æſculo Ver. li. 2. Georg. Nemorumque Ioui quæ maxima frondet Aeſculus. De quercu Oui. li. 1. Metam. Et quæ deciderant patula Iouis arbore glandes. Idẽ lib. 7. Sacra Iouis quercus de ſemine Dodonæo.

Mineruę Oliua. Verg. lib. 2. Georg. Palladia gaudent ſylua viuacis oliuæ. Oui. li. 6. Metamor. Illic incumbens cum Palladis arbore Palmæ.

Panos Pinus, Propertius li. 1. Fagus & Arcadio pinus amata Deo.

Plutonius Cupreſſus. Plinius li. 16. de ea loquens: Diti ſacra, & ideo funebri ſigno ad domos poſita.

Veneris arbor eſt Myrtus. Ver. lib. 5. de Aenea: Sic fatus, velat Materna tempora myrto Venus apud Statiũ lib. 1. Syl. Maluit & noſtra laurum ſubtexere myrto.

SYLVAE.

Albunea uetus fuit Etruſcorũ ſylua, ad quam populus Romanus cõfugiebat oraculorum gratia.

Prope Ariciam, oppidum Italiæ, fuit nemus Aricium, Dianæ ſacrum. Luc. libr. 6 Parua Myceneæ quantum ſacrata Dianę.

Diſtat

Diſtat ab excelſa nemoralis Aricia Roma.

Arduena ſylua Galliæ, incipiens a Rheno per fines Treuerorum, Eberonum, & Menaprorum 10.millibus paſſuum lõgitudine per mediam Belgicam in Oceanum tendit.

Arſium Plutarchus ait eſſe lucum prope quem Aruns Tarquinij filius & Brutus vna concurrerint bello.

Bacenis ſylua eſt Germaniæ ampliſſima, Cheruſcos a Sueuis dirimens.

Calidonia ſylua eſt Britanniæ, a cuius nomine Britanni ipſi vocãtur calidonij. Lucan.li.6. Cylidonios fallit turbata Britannos.

Carmon lucus eſt in Meſſenia.

Liuius li.8. ab Vrbe cõdita de Ciminia, Ethruriç ſylua, hũc in modum ſcribit: Sylua erat Ciminia, magis tum inuia atque horrenda, quam nuper fuere Germanici ſaltus: nulli ad eam diem ne mercatorum quidem adita. eam intrare haud fere quiſquam audebat.

Clarium nemus Colophoniæ olim ſacrum fuit Apollini.

Coricum erat propinquum Thebis.

Daunia Apuliæ ſylua, nomen accepit a Dauno patre Turni.

Poetarum carminibus laudatiſſima ſyluarum eſt Dodona Chaoniç, quũ propter vſum glandis ibi repertum tum ob ſimulachrum Iouis Dodonæi, & columbas, quæ quercubus inſidentes reddebant oracula.

Grinæum nemus eſt in Ionia Apollini ſacrum, in quo Mopſus & Calchas de diuinandi peritia venerunt in certamen.

Hercinia ſylua eſt Germaniæ, cuius quõdam latitudo habuit iter nouem dierum. Plin. ait, in ſeptentrionali plaga eſſe Hercyniam ſyluam roborum vaſtitate intacta, in qua colles occurſantium inter ſe radicum repercuſſu attollantur.

Hyrcania ſylua mirę vaſtitatis & multiplici belluarum genere referta, nomen dedit regioni eiuſdem nominis.

Ida ſylua eſt Creię, & Phrygię, in qua Paris ſentẽtiam tulit de pulchritudine dearum. De Cretæa Mart.li.4. Conſcia Dictæum qua tulit Ida Iouem.

Idalium nemus eſt Cypri, Veneri ſacrum, quę Idalia propterea dicitur.

Marathonia ſylua fuit in Attica, in qua Theſeus taurum toti regioni formidoloſũ occidit.

Micana ſylua Galliæ.

Nemea ſylua eſt Græciæ, inter Cleonas & Phliuntem oppida, in qua Græci Nemæa a ſacra inſtituerunt in honorem Herculis, ob leonem ibidem interfectũ. Ibidem etiam fiebant agones in memoriam Archemori filij Lycurgi regis, qui negligentia nutricis Hypſipiles fuerat occiſus à ſerpente. De hac Martial. libro 1. Proſtratum Nemees, & uaſta in ville leonem. Nobile & Herculeum fama canebat opus.

Pholoen mons eſt, & ſylua Theſſaliæ.

Parthenium nemus eſt Arcadię, in quo virgines ſolebant exerceri venationibus.

Pelion mons & nemus Theſſaliæ, ortu Chironis illuſtratum. Tegęa ſylua Arcadię Pana Deum ruſticorum numen uenerabatur.

LEGVMINA DIVERSA, & frumenta.

Eruum, Vitia, Cicer, Cicercula, Faba, Lenticula, Lens, Phaſeolus, Piſum, Lupinũ, Faba, Milium, Panicum.

Frumenta ſunt & fruges, Far, Siligo, Triticum, Ador.

Frugum peſtes Lolium, Tribulus, Carduus, Lappa, Rubus, Auena, Paliurus. Virg. Pro molli viola, pro purpureo Narciſſo Carduus & ſpinis ſurgit Paliurus.

FRVTICES DIVERSI.

Cythiſus, Myrica, capparis, chamæmirſine, Erica, Gnaphos, Goſſipion, Helenicum,

Helenitum,laſerpicium,myrſinites,Ophioſtaphyles,Oxymyrſine,Rhododendrus,ſcammonia,tamarix,tithymalus,vlex,amomum, chamelæa,claritoblepharon,cyniſtraton,& elleborine,epīpactis,erix,geniſta,ophcoſtaphyle,phycos,pyroſacline,pytuſa,plocamon,quiſquiliū,rubus,ſaripha,ſcorpio,ſpartū,thymelęa,tragon,lentiſcus,nardus cinnamon,ſcioton,ſiſarum,tragacanthe.

HORTI CELEBRES & memorabiles.

Pheacum regio(cuius rex fuit Alcinous)hortos habuit tanta pomorum varietate nobiles,vt pręmaturis primis, noua ſtatim renaſcerentur, vt diximus in noſtro cornucopiæ.Iuuen.Illa iubebit Poma dari,quorum ſolo paſcaris odore,Qualia perpetuis Phæacum Autumnus habebat.

In hortis Heſperidum Poetæ fabulantur fuiſſe arbores auriferas,quarū cuſtos eſſet inſomnis Draco.

Epicurus primus omnium hortos Athenis inſtituit,quum antea ruri tantum haberentur,nō in vrbibus.Hinc Epicurus hortorum magiſter appellatur Laertius refert,Epicuri ſcholā fuiſſe in horto.Iuuen.Suſpicit exigui lætum plantarib. horti Laudantur etiam horti Adonidis,& penſiles,qui fuerūt in Aſſyria, ſiue illos fecerit rex Cyrus,ſiue Semiramis.

Lucanus hortos habuit cultiſſimos,in quibus ſepultus eſt.

Mecœnas quoque hortos habuit Romę pulcherrimos in Eſquilijs,ad quos ꝓpter amœnitatem loci plerumque diuertebat Octauius.

FLORES ET VIOLÆ, & alij frutices odorati.

Roſa,lilium,calta,bacchar,combretum,lotos,crocus,hyacinthus,abrotonum,amarachus,ſaliunca,poliō,amethyſtus,cyamō,holochryſos,chriſitis,origanum, thymus,conyza,cytemis,narciſſus,amarāthus,epithymon,oenanthe,phrygma,roſmarinus,anethum,acāthus,anemona,cherintha,liguſtrum,vacinium, cōuoluolus,cyanus,cyclaminus,ſiſymbrium,tymbra,ſatureia,caſia,melilotos,lyrium,lichnis.

HERBARVM DIVERSA NOMINA.

Abſinthium,aconitum,ægolethron,alcibiadion,alga,aloe,altercum,amygdalite,anagyris,anchuſa,andrachne,anethum,anthemis,apium,apiaſtrum,aſclepion,aſterium,atractylis,atriplex,aruncus,abrotonum,acāthus,achanō, achemenis,acinos,acopon,acros,acoros,agrios,acta,action,adiāthum,adipſo,ęgilops,ægicore,æthiopis,aparicum,aglaophotis,aizoon,albucum,alcāna, alectorolophos,alypō,alyſma,alyſſon,alopecuros,alſine,altercangenum,althea,alum, amomū,ampelodiſme,amuletum,anabaſis,anagallis, anacampſoretis,anarrhinos,andriala,androſæmum,anemona,anodyton,anthalium,anthericus, anthillis, anthriſcum,anticellium,antirrhinos,aparine,apate,aphrodes,aphrum,apiofiſcas,apronia,aproxis,arachiona,arochos,archezoſtis,arctios,argemone,aros,arſenogonon,Artemiſia,aſaron,aſcalonia,aſyla,aſphodelus,aſplenum, aſſarum, aſter,ateramnum.

Balis,balotis,batis,batrachiō,bechiō,beta,betonica,blachnō,blataria,botrys. brabilla,bryenia,bryon,bromos,brotis,bubemon,buceta,bucolicō,buphthalmos,bupleuron,buſelinum,baccar,barbula,blattaria.

Cacalia,cactos,cacubalum,calla,calligonon,callio,callitrachia,callithrix,chamæciſſos, chamæleuce, canaria, cantabrica, capnos, ęapparis, carduas, caryte[illegible], caſia, catannache, caulis , cemos , centaurion , centunculum , ceratia , cherintha, ceſtros, chalceos,chamæacta, chamæcyſſus, chamedaphne,chamæmilon,chamæmyrſine, chamæpeuce, chamæpitys,chamæſice, chamecypariſſos, chamedris,chamælon,camæpithyos,chamærops,chamæpelos,chenamychon; Chenapodis , chironia , chondrylon , chondris , chryſippeia , chryſocome , chryſothanon,

ſothanon,chyſotheles,cyclaminus,cicorion,cicuta,cinare,cynocophalia,cynogloſſo,cynoides,cynomyais,cynomoriō,cynops,cynoſorchis,cypariſſias,cyperus,circea,circion,cytiſus,clemacleonicion,climenos,cincō,enidos,cochla,colocaſia,combretum,coniza,conſigilis,conſigo,corcorus,cordylis,coricon,corymbia.corymbite,corion,coris,cocyledon,cotonea,crateogenon,crategis,cremon,crepis,crethinos,crocus,cunila,cęreſolium,canabis,carduus,carex,carminothum,carpophyllos,centaurea,chibis,conſolida,corambla.

Dactylos,damaſomos,dendroides,digitellum,dimenum,diopteris,diphonon,diſpron,dodechateum,dolychos,dorypetron,doris,dracunculus,dictamus.

Echite,elaphoboſcum,eulomon,ephedra,ephemeron,ephydros,epictymum,epimedium,epipactis,epipetron,equiſelis,era,erica,erigeron,erineon,eringe,eripphia,eris,eriſimone,eriſichale,eritheles,eruca,eruilia,euphorbia,exedum,emphraſinum.

Farſigium,filix,fænum,fragum.

Gentiana,glaſtum,gnaphalium,galeopodolon,gallion,gelotophylis,geranium,glaucion,glyciſtis.

Hali,haliamon,haliacabū,helenium,heliocallis,heliotropium,heliſcopium,helleborus,hemianos,heptaleuros,heraclion,herma,hermerocalles,heroion,hibiſcum,hyoſcyamus,hioſcyris,hypericon,hypocheris,hypociſthis,hypogeſſos,hipogloſſa,hypopheſton,hippolapathos,hippoſelinum,holcus,holochryſos,holoſteon,hippuris,hyſge.

Iberis,iris,iſchemon,iſoetes,iſopyron,ixine,ixio,intybus.

Lactuca,lada,lago,laſſione,latace,lathyris,lauer,lemoniū,letophylon,lecanthe,leucacata,leucatemum,leucographis,libadion,libanotis,lingulaca,loſos,lapſana,lectipes,leonina,leontopetalon,leocopodium,lilium,linoyttois,linoſtrophon,lithoron,lolium.

Magyderis,malua,marathrum,maſſaris,maſtos,mecon,melanipodiō,melanion,melilotos,melitena,menta,mentaſtrum,meſoleucon,myagros,myoctonon,myophonon,myoſoton,myſinite,myrtis,moly,molibdena,mollon,matrubium,medica,mellealotos,mandragora,muratis,muſcus,myrtopetalum.

Naſturcium,nautea,nepris,neptenthes,nepete,nyctegreton.

Ocymum,oenanthera,oethū,ononis,onopyxos,onopordō,onoſma,orchis,orto,oreoſelinum,oſyris,oralis oplicis,origanum,olerites,olus.

Paliurus,panaces,papauer,parietaria,parthenis,pentaphyllon,perdiciū,perſonata,peruinca,petroſelinum,phleos,pycoſtallaſſion,piperites,plantago,polygalon,polygonaton,polypodion,polytrichon,portulaca,pſeudocaſia,pulegiū,pyrethrum,pæderos,peonia,panax,pancration,pappus,paralitus,pentapetes,peplio,periclymenos,petiliū,phernion,phyllantes,phlox,phonos,picris,piſtana,Polemonia,polychatos,polygonon,polum,polypodion,polytrichō,potamogeton,poterios,pſeudanchuſa,pſyllion,pieris.

Radicula,raphanus,regiaſcopa,rhexia,rhodora,rhus,rhopalos,rubia,ruſcus,ruta.

Saliunca,ſaluia,ſampſucus,ſandix,ſanguinaria,ſardoa,ſaturea,ſatyrion,ſcandulaca,ſcandis,ſcorpiuros,ſedum,ſerpillum,ſyderiō,ſyderitis,ſili,ſilicia,ſinapis,ſiler,ſparton,ſtygmon,ſympherium,ſabina,ſacopenium,ſagapeniū,ſagitta,ſamolum,ſandix,ſarapias,ſaxifragum,ſcylla,ſcythice,ſeraphium,ſeſama,ſicilio;ſice,ſilybū,ſimphion,ſyrum,ſiſarum,ſpartania,ſplenion,ſtachys,ſtaphylinos,ſtomatice,ſtricnon,ſtrumea.

Thapſia,thelictonon,teucria,teuthrion,theligonos,thelypteris,theriſſaga,theſiō,

thlapſe, thymus, tymbra, thyſſelium, tithymalus, triorchis, tragopogon, trichomanes, trifolium, trientalis, tragonia.

Veratrum, Verbena, Verrucaria, vitreolum, vnicaulis, vtrica, vlua.

Xiphion.

Zoophibalmos, Zopyrocheron.

ANIMALIA DIVERSA.

Alces ſimiles ſunt capris figura & pellibus, ſed aliquãto maiores. Crura habẽt ſine nodis & articulis. Propterea in ſomno arboribus adhęrẽt ſtãtes. Quas vt capiant, venatores, arbores ipſas penè totas amputant, ita vt facili impulſu valeãt proſterni. Itaque decidentibus illis, cadunt & alces, ſupinęque nequeunt exurgere. Grandia habẽt ſuperiora labra. Retrogradiũtur in paſcendo, ne in priora, tendentes inuoluantur.

Aper porcus Syluester dẽtatus eſt, & excellit feritate. In morbis medetur ſibi hedera. Solidum aprum Primus Romanorũ in epulis appoſuit P. Seruilius Rullus. Apris marib. non niſi aunicul is apris cubitales ſunt dentiũ flexus gemini ex roſtro. Totidem à fronte ceu vituli cornua exeunt. In Creta & Africa nulli reperiuntur apri. Multi ſunt in Macedonia. Apri cerebrum cum ſanguine laudatur cõtra ſerpẽtes: iecur itẽ inueteratum, & potum cum ruta & vino. Item adeps cum melle & reſina. Aprio grauis eſt ſua vrina, vt niſi egeſta ſit fugæ non ſufficiat, & velut deuinctus opprimatur.

Aſinorum duo ſunt genera: Feri quos Onagros vocant: manſueti, vt noſtrates. Viuunt aſini exiguo pabulo, vt folijs, ſpinis, carduis, ſtramine. Tolerãtiſſimi ſunt plagarum, & penuriæ. Propterea tardius deficiunt, quam vllum aliud armẽtũ. Negligentiã cuſtodis fortiſſimè ſubſtinent. Laborem vt famẽ patiuntur. Rarò afficiũtur morbis: apti ſunt ferẽdis ſarcinis & onerib. Propterea, Columulla meritò ait eos ruri neceſſarios eſſe. Impatientes ſunt frigoris. Hinc Põtus & Scythia, regiones frigidiſſimę, aſinis carent. Tertio menſe coire incipiunt, vbi partus eſt ocyſſimus ſed à trimatu legitimus. Aſinæ ſingulos pariunt, nónunquam etiam gemellos. Pariturӕ lucem fugiunt, & tenebras quærunt, ne ab homine conſpiciantur. Viuunt annos 30. & amplius. Fœmina viuacior eſt mare. Per ignes ad fœtus tendunt, quum tamen interpoſitum riuum cõtingere horreãt. Propterea ſicco tramite eunt ad potum, nec pontes tranſeũt, quorũ trabes diſcuneatq; aquam deorſum oſtentant Ferulas amant, quæ cæteris iumẽtis præſentaneo ſunt veneno. Pediculis carent: ex mortuorum tamen cadaueribus gignuntur ſcarabei. Fœminæ ſi non pepererint, priuſquã dentes amittant, quod ſolet accidere menſe 30. ſterilitas certa. Laborant morbo, quem Malidam vocant. Quod vitium in capite oritur. Aſini Indici armantur cornibus. Aſini iecuri inaſſatũ comitialibus prodeſt, ſi ieiuni comederint. Cinis quoque vngularum, aſininatũ binis cocleatibus potus, comitiales ipſos adiuuat, & eiſdem ſtrumas diſcutit Aſinini lactis potus addito melle, prodeſt dyſẽtericis. Prouocat & nitoram cutis. Propterea ferunt poppeam Neronis vxorẽ eo lacte faciem ſibi perunxiſſe.

Aſpala cum habet Bœotia, unde ſi transferatur, ſtatim perit.

Bos in re pecuaria primã habet autoritatem. Eſt enim ſocius hominũ in ruſtico opere, & Cereris miniſter. Propterea olim cautũ fuit lege, ne qs occideret. Ex eius cadauere naſcũtur apes mellis matres Ætatis quatuor sũt gradus in genere bubulo. Prima eſt vitulorũ, Secũda iuuencorũ, Tertia boũ nouellorũ. Quarta vetulorũ. Vacca ſterilis vocatur Taura, prægnãs Horda. In hoc armento pręcipui ſunt qui ſunt mẽbris piloſis, nigrantibus cornibus, latis frõtibus, oculis, magnis & nigris, auribus cõpreſſis, ſpina leniter remiſſa, apertis naribus, labris ſubnigris ceruicib. craſſis & lõgis a collo, corpore amplo & bene coſtato, latis humeris, bonis clunibus, ad interiorẽ caudæ partem frequẽtibus pilis, ſub criſpis

ſpis

ſpis,cruribus potius minoribus,rectis genulis eminulis,diſtátibus iter ſe, pedibus non latis,neque ingredientibus qui diſplodâtur, nec quorum vngulę diuaricent. Commode paſcũtur boues in nemoribus,vbi virgulta & frõs multa. Macra uacca facilius concipit. Propterea ante admiſſurã non debet impleri cibo, aut potione,mẽſem vnum. Cõtrà verò tauri ante admiſſionem herba, palea & fęno implẽdi ſunt, & à fęminis ſecerendi. Quum taurus uaccam inijt, ex eius deſcenſu cognoſcitur an mas cõceptus ſit,an fęmina. Si quidem ſi mas eſt,abit in dexteriorẽ partẽ:ſi fęmina,in ſiniſteriorem. Non oportet inire fęminas ante bimatum,vt trimæ pariant. Et melior erit fętus, ſi quadrimæ. Idoneum tempus ad cõcipiendum eſt a Delphini exortu vſque ad dies quadraginta. Vaccę mẽſibus decem ſunt pręgnãtes,quas paſci oportet in locis uiridibus & aquoſis. Aeſtiuo tempore infeſtâtur tabanis,& quibuſdã beſtiolis. His frõdem ſubſterni oportet,quo mollius quieſcãt. Aeſtate ducendę bis ad potum,hyeme ſemel. Locus frigidus facit eas macreſcere. Vaccæ probãtur,quę ſunt maximis lateribus,frõtibus latiſſimis, oculis nigris & patentiſſimis,cornibus venuſtis,& nigrãtibus,piloſis auribus,cõpreſſis malis caudis ampliſſimis,vngulis modicis & cruribus. Cãpania boues albos & exiles gignit,Vmbria vaſtos & albos. Etruria & Latiũ compactos,& ad opera fortes. Apęninus & Gallia uegetos,& labori aptiſſimos Aelianus ait. taurũ cornupetã alligato dextro teſticulo cohiberi, Morbi bouin ſunt podagra & ſtruma. Cõcipiunt vno initu,qđ ſi aberrauerint, vigeſimo poſt die fęmina reperit marem. Tauri nõ ſępius quàm bis die ineũt. Boues ſoli animalium retrò ambulantes paſcuntur. Fęminę uiuunt ad annos. 15. Mares ad 20. Robur eius in quimatu,pingueſcũt lauatione calidę aquę. Domittura boũ fieri debet ĩ trimatu:ante,præmatura eſt,poſtea ſera. Fuit hoc animal tãte curę apud Romanos,ut in exilium pulſus ſit,qui bouem occiderat ad comedendũ omaſum. Boues lapillum habent in capite, quem expuũt, ſi necẽ timeãt. Ludos boum cauſa celebratos Bubecios vocabãt. Seruiuis ouiũ & boũ effige æs ſignauit. Fõs eſt in Narbonẽſi prouincia, Orge nomine, in quo herbæ naſcũtur adeò bobus expetitę,vt merſis capitibus eas inquirant. Boues ſe olfactantes,ſeque lambẽtes contra pilum,tempeſtatem pręſaguiunt. Eorũ fimum vtile eſt aluearijs. Scabie ſi inficiãtur,ea ſanatur Corcoro herba. Bupreſtis herba eſt venenum bobus. Nam ea guſtata,diſſiliũt. India boues habet unicornes & tricornes. Habet & atrociſſimos tauros ſylueſtres, maiores agreſtibus, colore fuluos,oculis cæruleis,præſtantes curſu, cornibus mobilibus, quorum tergora ſilices æquant duritiam,& omne reſpuũt vulnus. Bouem primus occidit Prometheus.

Biſontes prolixas habẽt iubas,figuram cerui,medium in frõte inter aures cornu. Reperiuntur in Germania. Mar.li.1. Illi ceſsit atrox Bubalus atque Biſon.

Bonaſi iuba ſunt equina,cętera ſimiles tauro,cornibus ita reflexis,vt pugnę ſint inutilia.

Bubali boues ſunt agreſtes,quos nonnulli Biſontes eſſe putant Martialis disſimiles facit, vt præcedens carmen indicat.

Camelus bina in dorſo habet tubera:vnum in pectore,cui incubat,quum genua reclinantur. Papillas quatuor, caudam aſino ſimilem, genitali,retron, genua ſingula in ſingulis cruribus pedes bifulcos, ut bos dentatus. Sitim quatriduo tolerat. Equos odit. Bibiturus aquam pedibus obturbat. Peruenit ad annos 50. quidam ad centenos. Caſtratis feritas tollitur,& augetur robur. Coituri latebras quęrũt Crura poſteriora gerũt conuerſa. Paſcuntur apud Oriẽtales inter armẽta vbi iumentorũ loco ſeruiunt. Fortiores fiunt coito negato. Cameli cerebrum arefactũ,potumque ex aceto, comitialibus morbis prodeſt. Fel cum melle potum anginę,Cauda arefacta ſoluit aluũ. Fimi cinere cum oleo criſpãtur capilli. Fęminæ uterum ferũt duodecim mẽſibus à trimatu, pariunt verè;

iterumque poſt annum implentur á partu. Dulciſſimum eſt lac camelinum.

Camelopardalis (quam Aethiopes Nabim uocăt) collo eſt equino, pedibus bouinis, camelino capite, maculis rutilum colorem diſtinguentibus. Romæ uiſa eſt circenſibus ludis dictatores Cæſaris.

Canes fideliſſimi ſunt homini, vt multis exēplis doces. Plin. Propterea Athenienſes Canē publicè alendū mandauerūt quod in Æſculapij tēplo cuſtos adhibitus cōpilantem ſacra indicaſſet. Ptoemphanæ canē habēt pro rege, motu eius imperia augurantes. Templum fuit apud Ætnā, quod ſoli cuſtodiebāt canes, caſtè adeuntibus innocui, pollutis vero infeſtiſsimi Beſtiā, & furem prędicāt ſuo latratu. Dominos amant, comitantur, cuſtodiunt, excubāt pro foribus. Nomina ſua & uocem domeſticā agnoſcunt. Itinera quamuis lōga meminere, magno memoriæ argumento. Lacedęmonij hoc animal tēplis omnibus arcebant, quod impurum ſit & pilam coeat. Romani placādis caniculę ardorib. ipſum immolabāt. Generoſi ſunt in primis Laconici, Arcadici, Locrēſes, Iberici, Cretici, Moloſſici, Hircani, Iudici, Elymei, Melynæi paruuli sūt, & dominis ſuis inter delicias Inhumantur apud Moloſſos Annui ſunt eis partus, & ad patiendū annua ætas, Gerūt in utero ſexagenis diebus. Gignūt cæcos, qui quo largiore, aluntur lacte, eo tradius viſum recipiūt. Non tamen vltra viceſſimū primum diem, nec ante ſeptimum. Optimus eſt in fętu, qui nouiſſimus cernere inſpicit. Mares quarto anno gignere incipiunt, fęminæ tertio uſq; in nonum. Poſtquam peperūt, coeunt nō ante ſextum menſem. Sunt quæ 72. diebus uterum ferant, quarum catelli 12. dieb. cęcutiunt, Tenentur libidine diebus ad ſummum. 14. Lac earum craſſum eſt, & craſſius quā cęterorū animalium, pręterquam ſcrofæ, & leporis. Fęminæ cōſidētes metiunt, mares crure petius è lato. Parit canis quinque aut ſex, interdū duodecim. Nec mari nec fęminę permittēda uenus ante annū, quia ſi teneris cōcederet, uires carperet. Quos nolumus eſſe generoſos, eos oportet nō educari alienę nutricis vberibus, quia lac maternum magis prodeſt ad incrementa corporis. In canibus ætati indicium dētes arguūt. Nam iuuenibus albi ſunt & acuti ſenib. nigri & obtuſi. Viuunt annis 14. Mutāt dētes quos caninos dicimus. Canū alij ſunt uenatici, ad feras: alij uillatici, ad armētorū & villarū cuſtodiā. Boni canes debēt eſſe formoſi, magnitudine ampla oculis nigrantib. & raris, naribus congruentibus, labris ſubnigris, acutis dētibus, & labro tectis, capitib. & auriculis magnis, & flaccis, craſſis ceruicib. & collo, inter nodijs articulorū lōgis, crurib. rectis, pedibus magnis, digitis diſceretis, vnguibus duris & curuis, talo fermentato, & molli corporea sūmis fęminibus ſupreſſo ſpina neq. eminula neq. curua, cauda craſſa, latratu graui, hiatu magno colore, albo. Fęminæ debēt eſſe māmoſe, æqualibus papillis. Villatici debēt eſſe neq. mitiſſimi, neq; nimis crudeles, ꝙ hi domeſticos etiam inuadāt, illis facile adulentur fures. Degeneres ſunt, qui caudam ſub aluum reflectūt. infeſtātur tribus morbis, angina, podagra, & rabie. Rabioſi quicquid mordēt, in rabiē uertunt. Rabies in eis cognoſcitur quum potum & eſcam auerſantur, largā ſpumāmq. pituitam naribus, & ore prōficiūt, & torue & ſolito triſtius intuētur in omnes paſſim, ſine latratu irruūt ęque feras, hominesque tam ignores, quam familiares mordēt: aquę metu afficiūtur, ut ea uiſa pili plerunq; inhorreſcāt, & nō unquam ex ea formidine emoriāntur. Quo etiam metu afficiūtur ab ijs demorſi. Eorum autē rabies peſtifera eſt in primis homini, Syrio ārdente. Radix ſylueſtris roſæ (quam Cynorrhodam appellāt) remedio eſt aduerſus eorū morſum. Laborant & ſcabie canes, fiūtq. pulicoſi, & his ſcatent vermibus, quos Plinius Ricinos appellat.

Capræ dicūtur à carpendo teſte Varrone, ꝙ virgulta carpāt, & agreſtibus paſcantur fruticibus. Maleficę ſunt frōdibus & arboribus, oliuæ maximè, quā ſi lambendo cōtingerint depauerintq; ſterileſcere faciunt & enecāt. Amāt dumeta

potius

potius quam ſitum campeſtrem, aſperisque locis & ſylueſtribus optimè paſcũ
tur. Nam nec auerſantur rubos, nec offenduntur uepribus. Cytiſſum maxime
amant, Ocymum vero aſpernantur, quòd inſaniã faciat. Alſioſæ ſunt, & obno-
xiæ frigori. propterea melius ad hybernos exortus ſtabulãtur. Iuber Columel-
la, vt diligens paſtor earum ſtabula quotidie cõuertat, neque permittat ſtercus
aut humorem conſiſteret, lutumve fieri, q̃ cũcta hæc capris ſint inimica. Varro
ait, ſtabulũ caprile lapide aut teſta ſubſterni oportere, quo minus ſit vliginosũ,
& lutulẽtũ. Subſtituẽda itẽ virgulta, ne oblinant: Capris glans nõ eſt ꝑmitten
da, niſi affatim dari poſſit. Nam citra ſatietatẽ data facit, vt abortũ pariãt. Laudã
tur mammoſæ, & abũdantiſſimæ lactis. Debẽt eſſe firmæ, magnæ, corpore leni,
& crebris pilis tecto. Meliore ſunt ſemine, quæ bis pariunt. Deſiſtente autumno
exigunt a grege in cãpo hircos in caprilia. Cõcipiunt Nouẽbri mẽſe. Martio pa
riunt turgentibus virgultis. Reddũt fœtum quarto poſt cõceptum mẽſe. Pariũt
frequenter duos, interdũ quaternos, ſed rarò. Implentur terno & quaterno coi
tu. Viuunt annos octo. Coeunt quãdiu viuunt. Crebrò loca permutãt, ſummęq;
depaſtorum fruticum ſolum cõtingunt, Sterileſcunt nimia pinguedine. Oculis
non lippiunt. Cornibus inter ſe quandoque pugnãt, quibus ſunt cornua. nã nõ
omnibus. Auribus ſpirant, non naribus. Noctu cernunt non minus, quam inter
diu. Propterea caprinum iecur ueſpertinam aciẽ his reſtituit, quos Nyctilopas
vocant. Sẽper febriculoſæ ſunt. Sole in occaſum decliui auerſæ iacẽt, & ſeſe nõ
contuentur. Villus quem habent penſilem in mento, vocatur Aruncus, quod ſi
q̃s vnã earum traxerit, aiunt reliquã ſtupefieri. Guſtato pulegio ad balatum cõ
citãtur. Differunt a capreis, q̃ hę ſylueſtres ſint: illę domeſticæ. In Africa naſcũ
tur agreſtes, equi altitudine. Sunt & in regione Caſpia eadẽ magnitudine, ſine
cornibus colore albo, villis longis & tonſilibus, qui lanis Mileſſis certant. Apud
Mẽdeſios populos capræ coluntur, & caprarij ipſi maximo afficiuntur honore.
Sunt & in parte Africæ tonſiles, ex quorum villis nautæ rudẽtes conficiunt. Ha
bitatores Sardiniæ pellibus caprarum vtuntur pro veſtimentis. Peſtilẽtia quan
doque vexantur. Qua quũ agnoſcuntur correptæ, ijs omnibus ſanguis detrahẽ
dus eſt. Ebulliẽte earum ſanguine, mollitur Adamas, Fel vaſe in terra cõcluſum
congregat ranas, iecur comeſtum prodeſt contra viſus obſcuritatem. Vngula-
rum cinere perunctę ex aceto ſanãtur alopeciæ. Earum corn b. vel pilis accẽſis
fugantur ſerpẽtes. Cinis potus vel illitus prodeſt cõtra ictus. Fimus in aceto de
coctus & illitus contra ictus ſerpentum. Caſeus cum origano ad morſus aliarũ
beſtiarum. Lac cõtra cantharidas remedio eſt. Sanguis decoctus cum medulla,
ſumit contra toxica. Lacte etiam caprino tolluntur lẽdes. Vrina calefacta & in
ſtillata prodeſt auribus. Fel cũ vino ſumitur cõtra cicatrices, albugines, & cali
gines. Caſeus ſiccus ex aceto & melle purgat vlcera. Caprearum ſanguis cum
palma marina pilos detrahit. Lacte caprino perunctę gingiuę faciles dentiones
faciũt. Fel ſacrificatę caprę oculis illitum, vel ſub puluino poſitũ ſomnos allicit.

Caroblectus ſimilis eſt tauro; terribilis aſpectu, ſuperciliis altis & extantibus, ocu
lis ſanguineis, & minoribus paulò, quam ſint bouini, ſemper in terram aſpiciẽ
tibus iuba equina, quam ad certamen erigit. Frendens ore aperto haurit aera.

Cephus pedes poſteriores pedibus humanis & cruribus, priores manib. ſimiles.

Cerui vrgentibus canibus vltro confugiunt ad hominem, viasq; humanis tritas ve
ſtigijs minus cauent, quã ſecretas, & feris opportunas. Concipiunt poſt arcturi
ſidus. Vterum ferunt octonis menſibus. Pariunt interdum geminos. A cõceptu
ſeparãnt ſe. Relicti mares libidine pruriunt. Fodiũt ſcrobes: tũc eorũ roſtra nĩs
greſcunt donec imbribus abluãnt. Fœminæ ante partum pugnãt ſe herba quæ
dicitur Siſelis, ad faciliorem partum. Paſtę redeunt ad fœtus, quos exercẽt cur
ſu, & fugam meditari docent. Ducunt etiam ad prærupta, & ſaltum demõſtrãt.
Mares deſiderio libidinis ſoluti auidè petur pabula, pingues facti redeũt i late

bras. Fugiunt audito canum latratur, mulcentur cantu & fiſtulis. Erectis aurib. acutè audiunt: ijdem depreſſis ſurdeſcũt. Timidiſſimi ſunt, & admodum ſtupidi adeò vt equo aut buccula propius accedẽte iuxta venãtẽ non cernant: aut ſi cernunt, arcum & ſagittas mirentur. Maria tranant gregatim nantes ordine por recto, & capita imponentes præcedentium clunibus, alternatimq; ad terga redeũtes. Natãt in odore terrarum, quas nõ vidẽt. Cornua habẽt mares, quę amittunt omnibus annis ſtatuto veris tempore. Cornibus amiſſis deliteſcũt, vt inermes. His accenſis odore fugãtur ſerpentes, & comitiales morbi deprehẽdũtur. Aetatis indicia arguuntur, in illis ſingulis annis ramos adijciẽtibus vſque ad ſexẽnes. Sunt qui dicant, fœminis, quoq; naſci cornua. Euripides: Ceruã (inquit) cornigeram manibus Achęorũ tradam, quam pro tua mactabunt filia. Et poetæ Ceruã ab Hercule expugnatã, aiunt cornigerã fuiſſe. In ceruis etiã ſenecta dẽtibus declaratur. Tunc.n. aut paucos habent aut nullos, nec in cornibus imis ramos, qui prominent ante fronte iunioribus. Caſtratis neque decidunt cornua, neque naſcũtur. Quãdiu carẽt cornib. noctu procedũt ad pabula: nã ĩterdiu nõ audent, imbellię ſuę & infirmitatis conſcij. Vbi creuerũt, ea ad arborẽ, experiũtur. Si firma viderint in apertũ prodeunt, ſecuriores ſolito. Pugnant cum ſerpẽtibus. Cauernas inueſtigant, nariumque ſpiritu extrahunt renitentes. Propterea aduſto cornu ceruino odor ſerpentes ipſos abigit. Febrem nõ ſentiunt, quin potius huic morbo medẽtur. Centenos excedunt annos. Cornua in locis inaceſſis proiiciũt, ne imbeles inueniatur. Felle carẽt, Vermes habẽt in capite. Eorũ caro manè cõmanducata vitã hominis augere dr̃. Nulli ſunt in Africa cerui. Vulnerati iaculis ſanãt ſe dictamo herba, quã primi mõſtrauere. Extractos cauernis ſerpẽtes mãdũt. In Helleſpõto non cõmeant in alienos fines, & circa Arginuſſam, elatũ nõ excedũt montẽ, in quo fiſſis ſunt auribus. Viciſſim ad alias tranſeunt fœminas, & ad priores redeunt. Pariture ceruæ paſcuntur Siſeli. Quũ ſẽtiũt ſe grauidas, lapillum deuorãt, qui in excremẽtis repertus, aut in vulua partus cuſtodia ad alligatus. Vuluas pilo ceruino ſuffiri prodeſt. Ceruina pellis vocatur Nebris, quoniã nebrus eſt de genere ceruorũ. Ceruorũ ſãguis tenuis eſt & aquoſus Mar. Seruos fugitiuos nuncupauit Ceruos, ab huius animalis celeritate. A cuius timiditate viri ceruini dicuntur homines minus meticuloſi.

Cameleontem habet Africa, ſed frequentiorem India. Crura eius recta ſunt. Latera ventri iunguntur, vt piſcibus & ſpina ſimili modo. Roſtrum habet ſuillo non multum diſſimile. Caudam prælongam, quę in tenuitatem definit, viperinis orbibus ſe implicans. Vnguens aduncos. Motus ei tardus, vt teſtudini. Corpus aſperũ, vt Crocodilo. Oculi in receſſu cauo, tenui diſcrimine prægrãdes & cõcolores corpori, qui nunquam operiuntur: nec pupillæ motu, ſed totius oculi uerſatione circũaſpiciũt. Celſus eſt & hianti sẽper hore. Solus animaliũ nullo alio quam aeris alimẽto nutritur. Colorem mutat oculis, cauda & toto corpore, redditque ſemper quæcunque proximè attigit, præter rubrum & candidũ. Hinc adagium, Chameleonte mutabilior; in uerſipeles & varios homines. Cæterum defuncto pallor eſt, ſanguis in corde & circa oculos tantum. Viſcera eius ſunt ſine ſplente, latet hybernis menſibus.

Crocutam uoces hominum & pecorũ imitantẽ, cui acies perpetua in utraq; oris parte nullis gingiuis, dente continuo, qui ne cõtrario occurſu hebetetur, capſarum modo includitur. Crocutas Plinius ait, omnia dentibus frãgere, protinusq; deuorata uentre conficere. Hyemæ plurime gignuntur in Africa. Mares ſingulis fœminarum gregibus imperitant, grauidas cuſtodiunt, timent enim libidinis æmulos: morſu natos mares caſtrant. Grauidæ latebras petunt, & furtim uolunt parere, gaudentque copia libidinis. De hyena Mant. Eſt in eis pietas crocodili, aſtutia hyenæ.

Cuniculi ex leporum genere ſunt, ſed aliquanto breuiores. Quorum tanta olim fre-

frequentia extitit apud Baleares,inſulas,vt famem populatis meſſib.attulerint Turram excauant,in quam,ſi vrgeant canes, ſe impenetrāt: nec illinc extrudi, aut extrahi poſſunt,niſi coniectis intro Viuerris,animalib. eorum generi infeſtis. Nulli ſunt in Ebuſo.

Damæ timidiſſimi ſunt è genere caprearum.Gregatim incedent,& quandoq. defl liunt in fuga. De his Mar. Dente timetur aper,defendunt cornua ceruum: Imbelles damæ,quid niſi præda ſumus?

Daſypodem Plin.diſtinguit a lepore aliquot in locis,vt lib.8.c.59.vbi ait: Lepus omnium prædæ naſcens,ſolus præter Daſypodem ſuperfętat.Idem li.10. Daſypodes omni menſe pariunt,& ſuperfętant,ſicut lepores, a partu ſtatim implentur. Qua in re Plin.carpit Budæus,dicens,idem eſſe Daſypodem,& Leporem, quod & verbis Ariſtotelis,& multis alijs confirmat argumentis. Plinio patrocinatur Cœlius,facitq. Daſypodem diuerſum a lepore.

Dorcas aliter vocatur Caprea. Martial.Tam diſpar aquilæ columba non eſt, Nec dorcas rigido fugax leoni.Non lippit hoc animal. Noctu cernitur interdiu. In Lycia dorcades non tranſeunt montes Syris vicinos.

Eale fera eſt, magnitudine equi fluuialis cauda elephanti colore nigro vel fuluo, maxillis,apri, cornib. cubito maioribus, ijſdemq; mobilibus,quæ alterna in pugna ſiſtit,variatq. infeſta, aut obliquā.

Elephas animalium maximum eſt,& humanis ſenſib.proximum. Patrium.n.ſermonem intelligit.Reminiſcitur officiorū,q̄ didicit.Ducit̄ gloriæ voluptate. Solem,Lunam,& ſidera venerātur. Regem adorant Elephātes,genua ſubmittūt, coronas porrigunt.Indicis minores ſunt Arabici. Viſi ſuntq̄ per funes inceſſerint.Plin.ſcribit vnum tardioris ingenij in accipiendis(quæ tradebātur)ſępius caſtigatum verberibus,eadem illa meditātem noctu repertum fuiſſe.Apud eūdem Mutian.teſtis eſt,fuiſſe quēdam,qui ductus Græcarum literarū didicerit, atq.hæc ſcripſerit: IPSE HAEC EGO SCRIPSI, ET SPOLIA CELDICA DICAVI. Gentium candore iuuenta in his intelligitur.Homine in deſertis obuio,& oberrante,clementer ſunt,atq. ēt demonſtrant viam. Animaduerſo hominis veſtigio tremiſcūt inſidiarū metu.Subſiſtunt ab olfactu. Circūſpectāt iras proflant,gregatim ingrediuntur.Agmen ducit maximus natu. Cogit ætate p̄ximus Amne tranſituri minimos præmittunt, ne maiorib. alueum atterētibus,creſcat gurgitis altitudo. Surum & Aiax nomina ſunt duorū elephantiū apud Pli.Gaudent phaleris argenteis.Victi vocē victoris fugiūt. Pudore nunq̄ coeunt,niſi in abdito.Mas quinquennis,Fęmina decēnis. Fęmina initur biennio,q̄nis cuiuſq.annis dieb.Adulteria nō nouere. Nulla pp fęminas inter ſe mouent p̄lia. Memoria clarent:vnā aiunt fuiſſe quendam,qui in ſenecta nouerit rectorem ſuæ iuuentutis. Tanta ſunt clementia in aīalia minus valida, vt in grege pecudum occurrentia manu dimoueant,ne quid obterant imprudētes:nec niſi laceſſiti noceant. Infirmos,feſſos,aut vulneratos in mediū agmē recipiunt,& per vices ſubeunt.In Africa foueis capiuntur oberrantes Troglodytæ q̄ venatu elephātum viuunt,arbores eorum itineri p̄pinquas inſcēdūt,inde nouiſſimum agminis ſpeculati extremas in clunes deſiliunt,neruoſq. feriunt ſecuri.Fęminę pauidiores ſunt maſculis.Domātur fame & verberib. Domiti militant,& turres armatorum in hoſtes ferunt.& in Oriente magna ex parte bella conficiunt.Proſternunt acies,& proterūt armatos,Terrent minimo ſuis ſtridore,territiq.retrocedunt,non minore partium ſuarū pernicie.Decē annis(ut nonnullis placet)vterum ferunt.Hinc adagium Citius parient elephāti. Scd̄m Ariſt.bienmo tm̄ ferunt,nec amplius quā ſingulos gignunt. Multi viuunt ann. ducentis.Iuuenta eorū 60.anni incipit.Gaudent amnibus,circa quos vagātur. Frigoris ſunt impatientes,inflationem,& profluuium alui ſentiunt. Terram edidiſſe ijs tabificum eſt,niſi ſæpius mandunt. Deuorant ēt lapides. Truncos ha-

bêt in cibatu gratiſſimo. Palmas proſternunt,& iacenitũ aſſumunt fructũ,mâ duut ore,ſpirant,bibunt & odorantur. Murem odere adeò,vt ſi pabulũ in præ ſepio poſitũ ab eo attingi viderint,faſtidiunt. In potu quandoque hirundines hauriunt,à quibus maxime cruciatur. Ventres habent molles,duriſſimũ in dorſo tergus,muſcarũ tędio afficiuntur. Dentes in tantam magnitudinem excreſcunt nõnullis,vt hoſtium vicē in domicilijs præbeãt,ijsque fiant ſepes & pali in ſtabulis pecorũ. Elephantes habent Africa,Mauritania,Aethyopes,& Troglodytæ: maximos India. Certant cum draconibus.

Equi bimi in vtroque ſexũ concipiunt,ſed pullos generãt debiliores, quã qui trimi. Equa fert vterũ menſes 11. & 12. parit. Col. placet, vt & marib. & fœminis concedatur admiſſura circa equinoctium vernũ: partim vt reuoluto anno eodem tempore pariat, partim etiã ꝙ hoc armẽtum libidinis furijs maceratur, ſi prohibeatur coitu. Fœminæ tãto coeũdi ardore plerunque mouẽtur,vt maſculorũ penuria Venerẽ ſibi figurent, verſæq. ad meridiem hauſto cõcipiunt vento. Quod aiunt fieri in vlteriore Hiſpania. Vnde Verg. li. 3. Georg. Scilicet ante oẽs furor eſt inſignis equarũ, Illas ducit amor trans Gargara, transque ſonantem Aſcanium ſuperãt mõtes & flumina tranant: Continuoq; auidis vbi ſubdita, fiãma medullis, Veres magis, quia uere color redit omnib. illę Ore oẽs verſę in Zephyrum ſtant rupib. altis. Exceptantq. leues auras, ac ſæpe ſine vllis Cõiugijs vtero grauidæ (mirabile dictu) Saxa per & ſcopulos & depreſſa con ualles. Diffugiunt. Plin. ait, hanc rabiẽ mitigari coma tonſa, Apuleius teſticulorum amputatione. Pariunt equæ ſingulos, quandoq. gemellos. Pariturę ſe erigunt, ſtantesq. enituntur: quum tamen cęterę quadrupedes iacentes pariant, Ariſtoteles equis vitã annorum viginti quinq; aſcribit. Plinius, tamen ait, mares ad annos 33. generare, & fęminas gignere ad ann. 40. Ariſtoteles ſentit mares minus viuere ꝙ fęminas quoniam debilitantur coitu. Contra verò Plinius breuiorum facit equarũ vitã. Qui domi aluntur, minus viuunt, ꝙ qui in grege. Fœminæ finẽ creſcendi faciunt poſt annos quinq; mares anno addito. Mares citius perficiũtur in vtero, quam fęminæ. Partu edito, non ſtatim generoſa impletur equa, ſed intermiſſo tempore. Dum peperit, carunculam quandã ex frõte pulli (quã Hippomanes vocãt) deuorat: eoq; deuorato pullum melius amat. Nam ſi alia equa præciperet, partum ad vbera nõ admitteret mater. Eque plerumq; macreſcũt deſiderio pullorum abſentium. Propterea dimittẽdi ſunt in eadẽ paſcua, quib. mater. Tãta eſt in hoc genere charitas, vt amiſſa parẽte reliquæ fætæ educẽt orbum. Fœminæ grauidæ hyberno tempore tecto cõtinẽdæ ſunt nõ anguſto, ne aliæ cõceptum elidãt. Pullus poſtquã genitus eſt, terram ante triduũ ore nõ attingit. Equus dẽtes habet quadraginta. Dum bimus eſt, & ſex mẽſium, medij dẽtes & ſuperiores & inferiores cadũt. Dũ quartũ annũ attingit, deiectis dẽtibus caninis alij naſcũtur. Intra ſextum annum molares cadũt. Oẽs ſeptimo complẽtur. Senectute plus ſolito candeſcunt, quum cæteris animalibus nigreſcant. Plures ſunt dẽtes maribus quam fœminis. Vitæ ſũt breuioris, quibus pauciores: viuaciores, quib. plures. Equi ſuas matres, & filias ſuperueniũt. Sunt tamen exempla, quæ cognatam libidinem eis odioſam eſſe doceant. Equi ducuntur gloriæ cupiditate. nã victores exultant, & victi dolẽt. Camelũ reformidãt, adeò vt nec eius aſpectũ ſuſtinere, nec odorẽ ferre valeãt. Aquã amant turbulẽtam in potu, vt videre eſt: nam priuſquã bibant, limpidã pedib. interturbãt. Quatriduanã ſitim poſſunt tolerare, ſed poſtea auidiſſimè bibũt. Fruge & herba veſcũt, & potu pingueſcũt. Exanimato eorũ corpore naſcũtur veſpæ & crabrones. Fęminæ caput affixũ palo ĩ hortis fugat erucas. Æthiopia pẽnatos equos generat, & cornib. armatos. Fluuiatiles vocãt Hippotami. Qđ ad eorũ bonitatẽ ſpectat, & generosã indolẽ. Varro ꝓbat equũ breui capite nigris oculis, mẽbris non cõfuſis naribus non anguſtis auribus applicatus,

tis,non anguſta iuba,crebra,fuſca,ſubcriſpa,ſubtentibus ſetis implicatā in dexteriorem partē ceruicis,lato pectore & pleno,humeris latis,ventre modico,lumbis deorſum verſū preſſis,ſcapulis latis,ſpina duplici,cauda ampla,cruribus rectis æqualib.introuerſis genib.rotūdis,vngulis duris,toto corpore venoſo.Columella:Cū vero natus eſt pullus,inquit,cōfeſtim licet indolē exiſtimare, ſi hilaris,intrepidus,ſi neque cōſpectu nouæq; rei auditu terretur,ſi ante gregē procurit, ſi laſciuia & alacritate interdū & curſu certaminis æquales exuperat, ſi foſſā ſine cōtractione tranſilit,pōtē flumenq; tranſcēdit.Corporis verò forma conſtabit exiguo capite,nigris oculis,naribus apertis,breuibus auriculis, ceruice molli,lato pectore,grandibus armis & rectis lateribus inflexis,ventre ſubſtricto,teſtib.parib.& exiguis,cauda lōga & ſecta,criſpaque, mollibus & altis cruribus rectiſque,tereti genu paruoque,neque introrſus ſpectāte,rotūdis clunibus,fœminib.toroſis,duris vngulis, cōcauis & rotundis,quib.coronæ mediocres ſuperpoſitę ſint.Sic vniuerſum corpus compoſitum,vt ſit grāde, ſublime, erectum ab aſpectu quoque agile,& ex longo(quantum figura permittit)rotundum.Varij poetarum verſus naturam & indolem generoſi equi exprimentes, citantur a me in Epithetis.Qui videre uolet,habeat ſibi.

Erinacei cibos hyemi præparant,arbores conſcendunt,è quibus excutiunt poma, quæ demum voluptati ſuis infigunt ſpinis,portantque ad cauas arbores,Mutationem Aquilonis in Auſtrum, condentes ſe in cubile, præſagiunt, vbi ſenſere venantē,cōuoluuntur in formam pilæ,ne quid comprehendi poſſit,præter aculeos.In deſperatione verò,vrinam ex ſe reddunt tabificam,tergori ſuo ſpinisque noxiā, propter quod ſe appeti ſētiunt. Vrina exinanita præcipua eſt dos tergorijs. Si uero tergus ipſum ea fuerit aſperſum, ſpinæ fiunt putres & deciduæ. Propterea nunquam niſi in extrema ſpe maleficio illo ſe perfundit. Calidæ aquæ aſperſu reſoluitur pila,in quam ſe conuoluerunt. Apprehenſi altero è poſterioribus pede,ſuſpendio & fame necātur. Si interficeretur aliter, tergori noceretur.Eorum cute expoliuntur veſtes.Nullite reperiuntur in Creta.

Feles antiquitus nō erāt manſuefactæ.Viuebant in agris,inde vrbes & domos repleuere.In genere felium mas ſalaciſſimus eſt,fœmina amātiſſima fœtuum.Tetro odore offenduntur:ideo excrementa ſua terra operiunt,ne ab homine premantur,aut ne prodātur odore.Noctu vident nō minus quā interdiu. Inſidiantur muribus,vocantur à nobis Cati & Catæ. Mant.in Buc. Sicque repugnabāt votis contraria vota.Non ſecus ac muri catus:ille inuadere pernam.Nititur,hic rimas oculis obſeruat acutis.Idem in Nicolao Tolētino feles vocat rectiuagos, vbi ait:Putes vlulate lupos,grunire ſagaces Vulpeculas,grunire ſues,certare canendo Tecti vagos feles.Viuunt ſex annos.

Fibri Pontici teſtes ſibi amputant,propter quos intelligunt ſe à venatoribus urgeri. Hoc animalis genus aliter appellatur Caſtor,horrendi adeò morſus, vt arbores iuxta flumina perindę ac ferro cædat.Hominis parte cōprehenſa,non prius morſu reſoluit, quam fracta concrepuerint oſſa.

Glires genitores ſenio cōfectos alunt inſigni pietate. Seniū finitur hyberna quiete. Conditi enim hi cubant, rurſus æſtate iuueneſcunt,hyemem integram dormiunt.Mart.li.5.Somniculos ille porrigit glires. Apud eundem hoc animal ſic inducitur loquens:Tota mihi dormitur hyems,& pinguior illo Tempore ſum, quo mę nil niſi ſomnus alit.

Hippolaphus animal eſt forma cerui & equi compoſitum,cerui magnitudine,villo & barba hircinis.

Hirci obliquis ſunt oculis,& ad nares reſpicientibus.Sex menſes hybernos ſupra ſiniſtrum latus dicūtur iacere,quum dormiunt.Ab æquinoctio hyberno totidē mēſes ſupra dextrum.Hircorum rabies mitigat,ſi mulceatur barba, Olidi ſunt maximè:vnde & Hircoſos uocamus hoīes graueolētes.Polit.Non olidi cōiunx

hirci. Hirci pro fœmininis pugnam ineunt. Vt tamen placet nonnullis, facilè per-
mittunt fœmellas ſui generis iniri, etiamſi viderint.

Hyena ſexum alternatim mutat, & naturam, nunc mas, nunc fœmina. Vim habet
ſoporiferã, qua actos in prædam canes enecat. Quinetiam ſimulato hominis vo
mitu, eoſdem illectos interficit. Collum eius & iuba continuitate ſpinæ porrigi
tur, flectiq; niſi circũmactu totius corporis nequit. Sermonem humanũ inter pa
ſtorum ſtabula mẽtitur, nomẽq; alicuius ediſcit, quem euocatum foras lacerat.
Sepulchra eruit inquiſitione corporũ. Oculis mille ſunt varietates, oculorumq;
mutationes. Vmbrę eius cõtactu canes obmuteſcunt. Et in veſtigio hæret, quod
cunque animal iter luſtrauerit. Ex Hyenæ coitu Leæna parit.

Hyſtrices aculeatas habent pinnas, quas iaculi modo intorquent. Hinc adagium,
Spinoſior hyſtrice: in homines agreſtes & inamœnos. Calphurnius: Venit & hir
ſutą ſpinoſior hyſtrice barba. Sunt ex Erinaceorum genere, maioribus tamen
aculeis, quibus ora vrgentium canum figunt. Hybernis menſibus ſe condunt.
Partus conceptos hiſtri cum cinis potus continet.

Leo ſuperbũ eſt animal, cuius pręcipua generoſitas arguitur, quum colla & armos
veſtiunt iubæ. Quod contingit conceptis ex leones: nã geniti ex pardis carent
hoc inſigni, vt fœminæ Leo vbi pardi coitũ ſentit in adultera leæna, ſuppliciũ
ſumit & tota vi conſurgit in pœnam. Propterea leæna culpam & odorẽ flumi
ne abluit, aut cõſcia ſceleris, & maſculi metu fugientem adulterum comitatur.
Fœmina primo partu parit quinq. catulos, & per annos ſingulos vno minus ab
vno ſterneſcit. Parit adeo paruos, vt vix poſt ſecundũ menſem ingredi valeant,
quod accidit uerno tẽpore. Naſcũtur apertis oculis. Vrinã mares crure ſublato
reddunt vt canes, coeuntq; auerſi. Rari ſunt in potu, alternis dieb. veſcũtur. Tri
duo quãdoque inediã ferunt. Quũ quid deuorauerũt vẽtri moleſtũ aut pericu
loſũ, iactis in fauces vnguibus euellunt, ne nimia corporis ſarcina frugã impe-
diat, ſi fugiẽdũ ſit. Leo nõ paſcitur cũ leęna, ſeparatim errat. Camelorũ carnes
appetũt. Vrbes fame coacti interdũ adeunt, & in homines ſæuiunt præcipue ſe
nio cõfecti. Tunc enim per corporis imbecillitatẽ, & dentiũ defectionẽ venari
nequeunt. Propterea Africani ſibi timẽtes, captos leones pro potius vrbiũ cru-
ciſugunt, vt cęteros pęnę ſimilis abſterreant metu. Paſti & ſaturi faciles ſunt &
exarmati. Leæna pro catulis dimicans, oculos in terrã defigit, ne venabula expa
ueſcat. Leo caninos tm̃ dẽtes mutat 6. ætatis menſe. Obliquo poſt partũ ingre
diuntur itinere, ne cubile deprehẽdatur. Solida habẽt oſſa, et minime vacua. Do
lis carẽt & ſuſpicione, nec limis intuẽtur oculis, nec eo modo cõſpici volunt. Leo
ſi in venatu videatur erubeſcens dare terga, ſeſe paulatim recipit, ſi multitudi-
ne opprimatur. Remotus ab aſpectu venãtium, fugã propere molitur, turpitudi
nẽ abſconſione purgari exiſtimans. Saliu caret in fuga, quo vtitur, dum quid in
ſectatur. Vulneratus percuſſorẽ obſeruat acutiſſimè, & qui quãtalibet appetit
multitudine. Fugit ĩterdũ demiſſa ĩ crura cauda, vt canũ degeneres Infirmus eſt
parte illũ cõtra ictus, reliquo corpore multas patitur plagas, vimq; ſummã gerit
ĩ pectore. Oculos habet glaucos, ſplẽdeſcẽtes, & cõcauos, nõ valde rotũdos, nec
admodũ proiectos. Quicquid momorderit, aut vnguibus lacerauerit, ater inde
ſanguis & quædã ſanies profluit. Diu viuunt. Nã plerique reperiũtur dẽtibus
defecti præſenio. Hoſtem aggreſſuri caudæ uerbere eccitãt ſibi furorẽ. Modicè
dormiunt. Quieſcentum oculi ſublucent. Dormiẽtib. cauda non mouetur, qua
vigilantũ quoque arguitur animus. Immota.n. index eſt clemẽtiæ & trãquillita
tis: erecta verò, & quaſi pineſcẽs iracundiã arguit. Tria ſunt quibus terrẽtur ma
ximè: Rotarum orbes circumacti curruſq; inanes: Gallinaceorũ criſtę & cãtus.
Omniũ maximè ignes reformidãt. Vidẽtur ex natura ſolis ſubſtãtiã deducere.
Nam impetu & calore cętera pręſtant animalia, vti Sol ſidera. Præterea oculis
ſemper igneis & patẽtibus cernuntur, vt Sol patẽti igneq; oculo terrã cõſpicit.

Hanno

Hanno Carthaginen. primus omnium leonem mâſuefecit: propterea relegatus ꝙ hoc ipſum affectatæ tyrannidis ſpeciem præſſe ferret, aut ꝙ videretur exoraturus quicquid petiuiſſet, qui ignaras ſocietatis humanæ beluas demulceret. Qui ĩ caueis leonum curã gerunt, vocãtur Leontocomi. Nigri ſunt leones in Syria. Eorum adeps cum roſaceo cutẽ in facie cõſeruat a vitijs, & quotidianis febribus medetur. Eo adipe peruncti faciliorem apud reges & populos gratiam dicuntur mereri.

Leontophonus animal eſt odioſum leoni, a quo cum rapitur & exanimatur, urinã ſpargit ipſi leoni exitialem. Reperitur ijſdem in locis, quibus leones.

Lepores dormiunt oculis apertis. Quieſcunt interdiu, noctu uagãtur. Locum natalem amãt. Campeſtres parui ſunt, & valde pernices. Mõtani magnitudine excedunt. Oẽs curſu accliui ſunt velociores, ꝑꝑ priores pedes poſteriorib. breuiores. Excitãt ſe ad fugã aurib. ĩ tergũ declinatis. Flexuoſo curſu canes plerunq; decipiunt. Fœmina enixa ſuos fœtus multis locis diſpertit & abſcõdit accipitres reformidat. In vulpẽ ſi inciderit, euadere curſu cõtẽdit. Vulpes vero dolum opponit celeritati. Nam in medio curſu fingit deſiſtere & quieſcit. Paulo poſt lepore nihil ſibi timẽtẽ inſectatur acrius, & cubile inuadit. Pręterea ferunt leporẽ vltro citroq; cõmeare, vt cõfuſis ueſtigijs cubile deprehẽdi nequeat. Archelaus apud Pli. teſtis eſt, lepori tot eſſe annos ætatis, quos ſunt corporis cauernæ ad excremẽta. Benigna eſt natura & innocua, & oĩum ꝑde naſceus. Solus ꝑter daſypodẽ ſuperfœtat. Illati ĩ Ithacã lepores moriuntur. Pariunt oĩ mẽſe. Circa Briletum & Tharmen, & in Cherroneſo ad Propontidem bina habent iecinora. Veteri ſuperſtitione creditum eſt: eos olim ſeptem diebus formoſos fore, qui leporem eſitaſſent. Vndẽ Mart. Cum leporem mittis, ſꝑ mihi Gellia mãdas, Septem formoſ' Marce dieb. eris. Si verum dicis ſi verum Gellia mãdas, Ediſti nunquam Gellia tu leporem. Lepus ab aurium magnitudine vocatur Lagos.

Leucrocruta fera eſt perniciſſima, aſini magnitudine, crurib. ceruinis, collo, cauda, & pectore leoninis, capite melium, biſulca vngula, ore ad nares uſq; reſciſſo, oſſe perpetuo uicedentium. Imitatur humanas voces. Ea eſt, aut ei ſimilis, quam Crocutam diximus.

Luporum rapax eſt natura & ignobilis. Nã vbi caulas intrauerunt, nõ ſolum interficiunt qđ ſatis eſt ad uẽtrẽ, ſe & totũ gregem, paſſim iugulant. Dñr vocem ad præſens tp̃s adimere ei quẽ priores cõſpexerint. Verg. Lupi Mœrim videre priores. Sæuiores ſunt qui frigida naſcuntur plaga, q̃ in Africa, aut Aegypto. Hĩs ĩ cauda amatorium virus exiguo in vilo, qui tñ nõ idẽ pollet niſi uiuenti fuerit direptus. Coeunt toto anno nõ amplius q̃ dies 12. In ſumma fame veſcunt terra. Graſſantur noctu Aĩalia cornuta inuadunt a tergo. Flumina tranãt ſeriatim, oẽs ꝓcedentiũ caudis mordicus apprehenſis. Sacri ſũt Appollini & Latonę, ꝙ parienti aſtiterint. In Mareotide Aegypti parte piſcatorib. aſſiſtũt more domeſticorũ canum, & partẽ ꝑde ab eiſdem accipiunt alioqui, retia & oẽm apparatũ cõcerperẽt. Pereunt guſtata herba, q̃ ex argumẽto vocat̃ Lycoctonia. Lupis oculi noctu ſplẽdent, & lucẽ iaculant̃. Ferũt, lupi roſtrũ inueteratũ veneficis reſiſtere. Ob id villatũ portis olim ꝑfigebatur. Veſtigia lupi calcata equis afferũt torporem. Excremẽta ſuffuſionib. proſunt, adeps contra lippitudines. Luporum iecur ſimile eſt equinæ vngulę. In Olympo Macedonię mõte, & ĩ Creta iſula nõ ſunt lupi. Nullos ẽt fouet Britãnia. In eodẽ genere ſunt Lupi ceruarij, quibus in fame mandentib. ſi reſpexerint, obliuionem cibi ſurripere aiunt, digreſſosque quærere aliud. Cõgrediuntur cum leonib. Hominẽ a cæteris animalib. oppreſſum ulciſcuntur. Lupus a Græcis dr̃ Lycos. Lycãthropia vocatur melãcholica affectio, qua qui afficiuntur, vocant̃ Lycanthropi, quoniam lupos imitari videãtus. Exiliũt quippe noctu, & inter ſepulchra diuerſantur ad diem vſque. Ferũt lupos in magna armẽta certaturos, uentrem explere terra, ut illa ſarcina factus

onerosior

oneroſior non tam facile excutiatur,ſed reſiſtat fortius.

Lynx eſſe dicitur de genere luporum ceruariorum:Eſt autem vario collo & maculoſo tergore.Verg.li.1.Aen.Succinctã pharetra & maculoſæ tegmine lyncis. Eius vrina vertitur in Lyncurium gemmã duritie calculi. Ouid. E quibus vt memorant,quicquid veſica remiſit.Vertitur in lapides,& congelat aere tecta. Gemma illa in quã glaciatur humor lyncũ,ſimilis eſt calculis & igneo colore. fulgẽs. Lynces acutiſſimo ſunt viſu Mammas hẽnt in pectore ſacrę sũt Bacho.

Mãtachoram habet.India magnitudine leonis,pelle villoſa & purpurea vultu & auribus prope humanis,triplici vtrinque dentiũ ſerie,qui acuti ſunt,& caninis paulo maiores.Oculis itẽ villoſis,& ferè nocturnis,vnguib⁹ leoninis,cauda bifida,aculeis vtrinq. cuſpidata,quos pro telis iaculatur. Veſcitur humano cadauere: Excellit curſu; ꝑpterea Indi catulos eius venãtur, priuſquã aculeati ſint.

Meles ſufflata cute diſtenta,ictus hominum & morſus canum arcent.

Monoceros caput habet cerui pedes elephanti,caudã apri,mugitum grauem,vno cornu nigro media fronte duorum cubitorum eminente. Hæc færa nunquã capitur viua.

Monops reperitur ĩ Mæonia,magnitudine tauri. Fugiens igneum neſcio quid & acutum,exerceat:inqđ ſi inciderint venatores,tabẽ incurrũt,qua facilẽ pereũt.

Mulus gignitur ex aſino & equa.Eximius eſt ferendis oneribus. Mula gignitur ex equo & aſina,animal tarditatis indomitæ.Conceptũ ex equo ſi ſequatur aſini. coitus,abortu perimit, ſed non equus conceptum ex aſino. Fœminę a partu 7. die impleri poſſunt Fatigati mares melius iplenr.Equo & aſina genitos mares antiqui vocabant Hinulos,ſeu Hinuleos.Hora.Vitas hinuleos me ſimilis Cloe. Mulæ non pariunt,niſi prodigioſe : quoniã ex duobus diuerſis generib.genitę ſunt.Theophraſtus apud Pliniũ teſtis eſt,mulas in Cappadocia parere . Mulæ calcitratum inhibet crebrior uini potus.Generantur etiã mulæ ex equa & onagris mãſuefactis,ueloces curſu, eximia duritia pedũ,rugoſo corpore, indomito animo,ſed tamen generoſo.Naſcuntur apud Indos muli ex aſino & equa agreſtibus,Athenienſes mulum emeritum(cuius labore in extruendo tẽplo uſi fuerant) plublicè aluerunt,data lege,ne quis hordeũ appetẽti auerteret. Aiũt Puluerem,in quo mula ſe volutauerit,corpori inſperſũ mitigare ardores amoris.Varro libro ſecũdo de Re ruſtica ait,mulas non ubique ſteriles eſſe quamuis ſint in Italia. Nam Mago & Dionyſius apud eundem teſtes ſunt,mulam & equam cum conceperunt,duodecimo menſe parere.

Mus araneus eſt muris magnitudine,muſtellina ſpecie ore oblõgo, cauda gracili, ordine dentium quadruplici, frequens in Britania Græci Mygalem uocant.

Pontici mures guſto ſunt ſagaciſſimo.Condũtur hyeme,ut alpini,quibus magnitudo media eſt.Pabulum in ſpecus conuehunt.Faſcẽ herbæ mas & fæmina ſupini cauda mordicus apprehenſa detrahũt ad ſpecum.Ideoque illo tẽpore detrito sũt dorſu.Reſident in clunes,binis pedibus gradiũtur,prioribus ut manibus utuntur.

Muribus magna eſt dulcedo furandi.Varia ſunt eorũ genera in Cyrenaica regione. Alii lata fronte,alij acuta,alij pungentibus pilis ex Erinaceorũ genere. Ex Gyaro inſula incolas aliquando fugauerunt,ferumque poſtea roſerunt.Cõdũtur hyeme Murium cinis cum melle inſtillatus,aut cum roſaceo decoctus, aurium dolores ſedat.

Muſimones animalia caprarum inſtar villos ferunt.Reperiuntur in Germania.

Muſtellarũ tria ſunt genera.Gales,Ictis,Meles.Teſticuli muſtellæ mulieri alligati. partus cõtinent.Hoc animal infeſtũ eſt ſerpenti, cui cõgreditur commanducata ruta, quã ſcit eſſe ipſi ſerpenti infenſam & exitiale.Colitur a Thebanis. Timidiſſima eſt muſtella. Gaudet latebris.Melim(de quo iã ſumus locuti) foinam uel foinum dicimus. Calentius.Et laqueo vulpes,& decipe caſſe foinas.

Neades

Neades animalia ſunt in Samo inſula grandi magnitudine, quorum voce abrũpi tur tellus.

Onagri ſunt aſini ſylueſtres, curſu pernices in Mauritania, ſed cito deſiſtẽtes, & anheli à venatorib. capiũtur. Reperiũtur in India agreſtes, equi magnitudine, capite pene rubenti, oculis cæruleis, vno in fronte cornu, magnitudine cubitali, ab radice albo, in cuſpide purpureo, parte media nigro diſcriminata. Talos habẽt, & felle carẽt. Onagri pcipui ſũt in Phrygia & Lycaonia. Pullis eorũ ceu pręſtantib. ſapora Africa gloriatur, quos Laliſiones appellant. Onagrorũ oſſa confracta & decocta proſunt contra venenum leporis marini.

Oricentaurus anticam corporis partem ſimilem habet humanę, poſticã aſininæ albo colore, curſu velociſſimo. Captus amore libertatis mauult inedia perire quam cibum manu raptoris oblatum comeſſe.

Origem perpetuò ſitientem habet Africa. Quod tamen animal liquorẽ habet in veſica magni contra ſitim remedij.

Ortus reperitur circa Erithreum mare, colore vario, magnitudine canis, ore uſq; ad genas albicante inde lineis aureis ad ceruicẽ pertinẽtibus, dorſo plano maculis incurſantibus, aureis pedibus priorib. albis, poſterioribus, nigris, mãmis duabus vnam menſuram implentibus.

Oues quadrupedũ ſunt manſuetiſſimę, In admiſſura ſi fęminas cupiſc, auſtrum obſeruãt: ſi mares, aquilonẽ Oues Arabicę caudã trium cubitorum per humũ volunt. In Chio ſunt minutiſſimæ inopia pabuli, quarum tamẽ lacte caſeus fit laudatiſſimus. Agni ſtatim à partu matrem agnoſcunt, circaq. illã petulca geſti unt laſciuia. Probes oues debent eſſe corpore amplo, molli & denſo villo & vẽ tre piloſo, cruribus humilibus. Omnes infirmo ſunt capite. Viuunt annos decem. Arietes agnas faſtidiunt, ſenectã ouium conſectantur. Generant in vtro que ſexu à bimatu ad nouenos annos. Coeunt à tertio idus Maias ad 13. Cal. Auguſti. Gerunt partus dieb. 150. Arietis ferocia cohibetur cornu iuxta aurẽ terebrato. Dextro texte ꝑligato fęminas generat, læuo mares. Tonitrua ſolitarijs ouib. abortus inferunt. Propterea congregari debẽt, vt coetu iuuentur. Oues tectæ molliores ſunt. Colonicæ in paſcuo elegãtiores. Plin. laudatiſſimas oues & lanas facit Apulas & Italicas. Tertium locum dat Myleſijs. Circa Tarentum et canuſium ſummã quoque nobilitatem habent, & in Aſia Ladiceæ. Oues frequentius, quàm vllum aliud animal infeſtantur ſcabie, quã facit macies, vt ma ciem exiguitas cibi. Huic morbo niſi occurratur, vnica totũ pecus coinquinabit. Nam oues contagione vexantur. Agni ſi laborant morbo, non debent admitti ad matręs. Tõdedarum ouium tempus eſt Iulio. Olim multatio non niſi ouium, boumque impendio dicebatur. Lac ouillum dulcius eſt bubulo, & magis alit. Veruex dicitur, cui inuerſi ſũt vel adẽpti teſticuli. Aries, qui generat. Ferũt arietinis cornib. defoſſis aſparagũ gigni. Laberius poeta uocabat arietas. Reciproci cornes & lanicutes, qđ reciproca habeant cornua, & cutẽ lana opertam. Veruex ſectarius dicitur, qui gregem agnorum præcedens ducit.

Pardus bene olet, quo odore cętere agreſtes ferę inuitatæ, proprius accedũt, quas ille inuolat. In caria & Libya reperiuntur ad modum perlõgi, animo imbelles, ſaltu agiles, pelle adeò dura vt ferro nõ cedat. In prioribus pedib. quinos hẽt digitos, poſteriorib. quaternos. Fęmina frequẽtior eſt Inuẽtu. Ex pardorum genere eſt Bitis, qui ſi à muliere aſpiciatur, eam in morbum adducit.

Pãtheris verſicolores ſunt maculæ, qui color cunctas quadrupedes ſollicitat, ſed oris toruitas deterret. Propterea capite ipſo occultato, pantheræ reliquas feras dulcedine illectas corripiunt. Feruntur habere in armo ſimilẽ lunæ maculam, creſcentem in orbes, & pari modo curuantẽ cornua. Pantheraurm mares ſũt Pardi. Scaurus in ędilitate ſua 150. miſit. Põpeius Magnus 410. Auguſtus 429. Tactis aconito carnib. & guſtalis, necãtur. Vnguiũ mucrones in corporis vagi nas

nas recondũt,ne refringantur & hebetentur. Solæ animalium odoratę ſunt. Earum oculi in vmbris refulgẽt,hebetãtur in ſole,& lõgius quam cæteri nitent. his tantum terrorẽ afferunt Hyenę, vt ne conentur quidẽ reſiſtere: quinetiam aliquid de corio earum habentẽ non appetunt. Et ſi pelles vtriuſque contrariæ ſuſpendantur,aiũt decidere pilos Pantheræ, Pantherarum carnibus viuunt Agriophagi populi. Pantheræ nõ attingũt perunctus iure gallinarum, præcipuè ſi & alium fuerit incoctum.

Phattaga animal Indicũ, ſimile terreſtri crocodilo, magnitudine Melitęi catuli, pelle ſquamoſa & aſpera,qua etiam ferrum hebetatur.

Phyrna animal eſt,à quo ſi quis inſpiciatur,dies aliquot maciem contrahet,& pallorem.

Poephagus eſt in India,equi magnitudinẽ duplo excedẽs,cauda nigrãte & ſpecioſa,mulierib. Indicis ad ornatũ capitis expetita. Animal alioq timidiſſimũ. Nã obuios quoſque refugit pręciſa ſpõte cauda, ob quã ſe appeti ſuſpicatur.

Rhinoceros vnũ habet in nare cornu. Cẽtaurus in elephantum, cornu ad ſaxa limato pręparat ſe pugnæ. In dimicatione aluũ eius maximè petit,vt partẽ molliorem. Par ei longitudo,crura multò breuiora,color buxeus.

Salamandra habet ſpeciem lacerti. Nũquam prouenit,niſi magnis imbrib. a ſerenitate deficiẽs. Ignẽ tactu extinguit veneni ſui frigiditate. Nihil gignit. Nullus eſt in hoc animali ſexus teſte Pli. Si arbori irrepſerit, omnia poma inficit veneno & eos qui ederint,necat,frigida vt nihil aconito diſtãs. Saliua eius ĩ quacũque corporis parte diſperſa, omnẽ toto corpore decutit pilum. Hoc eius venenum extinguitur ab ijs,qui veſcuntur illa. Ranarum marinarum ex aceto & vino decoctarum ſuccus bibitur contra Salamandras.

Scyuri tempeſtatem præuident,obturatiſque (qua ſpiraturus eſt vẽtus) cauernis, ex alia parte fores aperiunt. Caudam habent villoſam pro tegumento.

Simijs figura eſt homini proxima. Imitãtur quicquid ab homine fieri uidẽt. Propterea venatores hac ratione eas plerunq; fallunt. Nam in radicibus arborum (in quas illę repſerũt) aqua ſe perũgunt,demum vaſculum viſco plenum aquę loco reponũt. Quo quum oculos & ora perunxerũt ſimię,facilè capiũtur. Falluntur & alio modo: quũ ſcilicet relictis dedita opera à venatorib. calceis ſeſe impediũt. Triſtes ſunt luna cana: noua lætantur. Fœtus amãt maximè Catulos (quos in domib. peperere) omnibus demonſtrãt,gaudentque tractari,& quandoque amplectẽdo necãt. Ex Simiarum genere ſunt Cercopyteci maximi magnitudine,cauda quinum cubitorum,barba propẽſa,humana coma,alba facie, reliquo corpore nigrantes. Cõfugiũt ad arbores. Verſantur in montibus Indię. Capiuntur eo (quo diximus) modo. Alexandri exercitũ quandoque terruerunt. Item Sphinges villoſę,mammis prominẽtibus, quæ manſueſiũt facilè & feritatis obliuiſcuntur. Callitriches toto fere aſpectu differunt a cæteris. Barbam habent in facie,latam caudam. Viuunt in Aethiopico tãtùm ſolo. Satyri facie ſunt admodum grata. Cynocephali formam habent Simiarũ,humani geſtus æmulj,& puerorũ amatores,quibus etiam mulgenda præbent vbera. Cynoproſopi capite,dẽtibus & pelle ſimiles ſunt canibus,reliqua hominibus, veloces cu. ſu,vnguibus manuũ præacutis. Periti ad aquas cõfugiunt. Propterea captu ſunt difficiles. Cæpus faciem habet Satyro ſimilẽ,cętera inter canem & vrſum. Nanticora & Crotuca ſunt etiam de genere ſimiarum, imitãturque humanum geſtus & ſermones.

Sues bis anno pariunt,vterũ ferunt mẽſibus tribus. Vicenos quandoque enituntur porculos,ſed tam multos educare nequeũt. Inire incipiũt octauo menſe. Admiſſura eſt a Fauonio ad ęquinoctiũ vernũ. Implẽtur vno coitu,mares poſt trimatũ non generãt. Feminæ ſenio confectæ cubantes coeunt. Fœtus comedunt nonnunquam. Viuũt ad annos 15. nõnulli ad vicenos. Aiunt,ſuem exoculatum

latum cito emori. Obnoxij ſunt anginæ & ſtrumæ. Cruor in radice ſetæ dorſo euulſæ, & caput obliquum in inceſſo, indicia ſunt infirmitatis. Prępingues penuriã lactis ſentiunt. Gaudet uoluntati in luto Facilius in dextrum iacent, quã læuum. Veteres exiſtimabant animam eis pro ſale datam, quòd ad eſcam tantum nati ſint. Caſtrãtur quãdoque fęminę. Pingueſcũt adeo, vt Plinius ſcribat, ſoricẽ in corpore cuiuſdam præpinguis nidificaſſe. Bis anno parit. Procus olim ſacer erat Cereri. Et in feriẽdo paris fœdere quõdam mactari ſolebat. Sues mares ſunt ſalaciſſimi, & annicula ætate cõmode progenerant, ac etiam femeſtres implere poſſunt fœminam. Columella ait, fœminam idoneã eſſe, ad edẽdos partus vſque ad annos ſeptẽ: quæ quãto fœcũdior eſt, eo ſeneſcit citius. Caſtrati ſues celerius pingueſcunt. Melius paſcũtur in agris paluſtribus, quã ſitiẽtibus. Gaudet & ſyluis glãdiferis, ac pomiferis. Amant & radiculas aquatilis ſyluæ. Maribus in coitu plurima eſt aſperitas. Tunc inter ſe dimicant indurantes attritu arborum coſtas. Fæminæ in partu aſperiores, In Arabia ſuillum genus nõ viuit. Sues in coitu ſpumam ore fundunt. Verres ſubantis audita voce, niſi admittatur, cibũ non capit in maciem. Fæminæ tantum plerique efferantur, vt hominem lacerent, candida maxima veſte indutum. Quæ rabies mitigatur aſperſo aceto. Fœminæ prægnantes coeunt. Suibus quandoque ſerpentes ſunt in pabulo. Galenus ſuilã carnem cæteris laudabiliorem facit Phoryne dicitur ſuilla pellis. Porrò Veres dicitur porcus non caſtratus.

Talpæ oculis capti, frumẽtum in area populãtur, Græci blanctas vocant. Similes ꝑpe ſunt muribus. Terrã excauant, in qua effodiunt ſibi cubilia, dicente Verg. Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.

Tarandũ animal habet Scythia, dorſo & magnitudine tauri, pelle uerſicolore, quã Scythæ ſcuta cõficiunt, ferro impenetrabilia. Tarandis cornua ſunt ramoſa ũgula bifida, villus magnitudine urſorum. Colorem omnium arborum, fruticum & locorum (in quibus latent) reddunt.

Thoes animal eſt de genere luporum, venatu viuẽs, innocuum homini, habitum, non colorem mutans, hyeme hirtum æſtate nudum.

Tragelaphus naſcitur iuxta Phaſim fluuium Colchorum, ſpecie cerui, barba tantum & armorum uillo diſtans.

Tygris in India & Hircania reperitur, mirandæ, velocitatis animal. Maribus non eſt cura ſobolis: fœminis uerò præcipua. Propterea ſi uenator equo inſidens catulos eius abſtulerit, illa vbi vacuum cubile reſpicit, prædonem mira celeritate proſequitur. Raptor uero audito eius fremitu, unum ex catulis in uiã proijcit. Quẽ quum illa refert ad nidum, priuſquam poſſit regredi, nauem conſcendit prædo. Mox reuerſa Tygris, vbi nullum uindictæ locum ſupereſſe uidet, ſæuit in littore. Lucanus libro quinto. Ocyor & cœli flammis, & tygride fœta Tranſcurrit.

Apud Praſios, Indiæ populos, reperiuntur Tygres duplici leonum magnitudine. Tres dentium ordines habere dicuntur. Item aculeos in cauda, quòs ut ſagittas iaciunt. Tygrim in cauea manſuefactum primus omnium Romæ oſtẽdit Auguſtus. Claudius vero quatuor.

Vri minores ſunt elephantibus, color & figura tauri, mira uelocitate, in feras & homines æquè ſæuiunt Reperiuntur in Germania.

Vrſi coeunt hyemis initio, ambobus cubantibus, complexisq;. Deinde ſeparatim abeunt in latebras, in quib. pariũt triceſimo die & plurimum quinos, ſine oculis & ſine pilo. Vnguens tamen prominent. Hos partus lambẽdo paulatim figurãt. Raro uiſa eſt pariens urſa. Mares 40. diebus latent. Fœmine 4. menſibus. Latebram ſi non habeant, fruticum & ramorum congerie ædificant moli fronde conſtratam, uẽtisque & imbribus impenetrabilem. Primis 14. diebus adeo graui ſomno premuntur, vt ne vulneribus quidem excitari queant, tuncq; ueterno

pingue

pingueſcunt. Ab his diebus priorum pedum ſuctu viuũt. Fœta dies 14. immobilis manet. Sine cibo dies 40. Fœtus ridẽtes pectori admotos fouẽt, eodẽ incubitu, quo uolucres oua. Vere procedũt, ſed pingues mares ad laxanda inteſtina cõ creta Aron herbã deuorãt. Eorum oculi hebetãtur crebro. Inualidiſſimi capite ſunt vrſi. Ideo ſi vrgente vi aliqua præcipitare ſe velint, ipſum manibus operiunt, & inflictis in arena colaphis quãdoque exanimãtur. Suſpẽſi taurorũ cornibus eoſdem pondere fatigant. Sunt ſolertes in maleficia. Non gignũtur in Africa. Vrſa reſupinata ſerpit ad fœtus & latebram, in qua paritura eſt, ne veſtigia venatoribus ſpeluncã prodant. Saturitati occurrit vomitione: quã ſibi excitat commanducatis formicis. Si venatores inſtent, catulos partim dorſo, partim ore rapiens fugit in proximam arborem. Fœmina ſęuior eſt, & fortior mare. Vrſus erectus duobus aliquando pedibus ingreditur. Carnes depaſcitur etiã putres. Vrſi ſunt in Myſia adeo venenati, vt ſolo afflatu canes perimãt. Apud Roxolanos inueniũtur plerique mãſuefacti. Vrſi in lõgiori itinere ſine calceatu faticũt. Viuũt fruge, frõde, vindemia, pomis, apibus, cãcris & formicis. Aiunt, eorũ manus, ideſt, anteriores pedes, eſſe inter eſitãdum prædulces, & inſigni ſuauitate, quòd frequẽter partem hãc agitent, cum apprehenſione, tum inceſſu.

Vulpes vafrum eſt animal, Echinis infeſtum, quos quum aliter propter aculeos nequit ſuperare, reſupinat, & inuerſos in vẽtrem (qui mollis eſt) lancinat, eoque modo interficit. Vexatus ueſparum multitudine impenetrat ſe in concauum locum, extẽnta forinſecus cauda: cui quum ſe implicuerunt ueſpæ, ęgreditur, & ad murum ſiue arborẽ cõfugiens, eas ibidem perfricando excutit, & atterit, mortuasque depaſcitur. Inſidiatur & piſciculis ripam oberans, caudaque in aquã demerſa, cuius villis quũ ſe obuoluerunt, extrahuntur quaſi defoſſi. Vulpes inimici ſunt Miluis. Gallinaceos non attingunt, qui vulpinum iecur comederint. In Thracia amnes gelatos lacusque non niſi ad paſtus ituri redituri que tranſeunt. Nulli reperiuntur in Creta. Odorem redunt graueolentem. Mart. Hic olidam clamoſus ages in retia vulpem. Vrgẽtibus a tergo canibus, caudas ſuas lotio perfundunt, hisque inſectantium propius canũ ora diuerberant: qua moleſtia affecti canes, inſequi deſiſtunt.

ANIMALIA QVORVM MINISTERIO ſuſtentati homines.

Helias propheta cibum accepit a Coruo in torrente, cui nomen Carith.

Ferunt & Iouem educatum fuiſſe a Capra, a cuius nomine dictus eſt Aegiochus. Politanus in Nutricia: Siquidem Cretæa fertur in Ida Capra Iouem puerum ſicdis aluiſſe papillis.

Polyphemus Cyclops nutritus eſt Lupa. Sillius lib. decimoquarto: Aetnęo Polyphemus erat nutritus in antro, Atque inde antiqua nomen feritatis amabat, Vbera præbuerat paruo lupa.

Telephus Herculis filius, ex Auge nympha, repertus eſt inter frutices, quũ adhuc eſſet infans, Cerua paſtum ſuppeditante. Ouid. in Ibin: Nec leuius doleas, quã qui bibit vbera cerua.

Peliam Neptuni & Tyrus filium, nutriuit Equa.

Alexandro Priami filio (cui poſtea Paridi fuit nomen) alimentum ſuggeſſit Vrſa.

Aegyſthum Thyeſtis & Pelopiæ filium educauit Capra, a qua & nomen ſumpſit.

Camillam reginam Volſcorum armentalis Equę mammis & lactæ ferino nutriuit pater Metabus, autore Vergilio.

Penelope ab Icaro & Peribea parentibus in mare proiecta, a Penelopibus auib. nutrimentum ſuſcepit, atque etiam nomen, quum prius Arnea diceretur.

Iato quum tener adhuc infans dormiret in cunis, Apes non parua mellis copiam Dormientis labellis inſtillare viſæ ſunt. Qua in re conſulti prodigiorum interpretes, futurum prædixerũt, vt aliquãdo ex eius lingua melle dulcior flueret oratio

teſtis

ſtis Plutarchus.

Philonomia Victimi & Arcadiæ filia, paſtoris cuiuſdã cõcubitu prægnans facta quum gemellos Paraſium & Lycaſtũ peperiſſet, metu patris ambos abiecit in Erymanthum, vbi in concauam quercum delati Lupam repererunt, quæ abiectis proprijs catulis, eoſdem lactauit. autor Plutarchus.

Midæ Phrygio (quum puer eſſet) dormienti Formicæ in os tritici grana congeſſerunt. Quod ex aruſpicum reſponſo portẽdebat eum mortalium fore ditiſſimũ. autor Cicero, libro primo de Diuinatione.

Cyrus (qui poſtea rex fuit Perſarum) Aſtyagis aui mãdato expoſitus, nutritus eſt a Cane Sidonius: Non Cyrum Aſtyagis loquor nepotem. Nutritum ubere quẽ ferunt canino.

Decreto Semiramis mater, ſpecioſi adoleſcentis coitu prægnans facta, dũ opprobrium timeret, natam mox puellam in deſerta expoſuit ſylua, volucroſa quidẽ & referta multis auibus, quæ Semiramidam ipſam nutriuerunt, dato ex re nomine. Syrorum enim lingua Semiramis auium ſigna.

In ore Steſichori infantis cecinit Luſcinia. autor Plin. lib. 10. cap. 29.

Remum in primis & Romulũ ferũt a Lupa nutritos fuiſſe, quos Amulius auus perdendos expoſuerat. Propertius libro ſecundo: Tu criminis autor Nutritus duro Romule lacte lupæ.

Habidẽ Hiſpaniæ regẽ, Feræ, Canes, Sues, & Cerui, ĩcredibili pauerũt humanitate

Egidio Athenienſi in diſerta ſolitudine degenti, Cerua miniſteriũ prębuit & alimentum.

Paulo primo Anachoretæ, ſolitariam in latebris ferarũ vitam agenti, Coruus quotidie dimidiatam panem afferebat. Quum autẽ eò veniſſet Antonius, vt Paulum ipſum videret, coruus integrum attulit panem, & propter nouum hoſpitẽ cibum duplicauit.

Eraſmo Cãpano epiſcopo (qui Diocletiano imperante floruit) inter vaſtas nemorum ſolitudines Coruus paſtum attulit.

Laxatus è ſpelunca Leo famelicus in Darium martyrem, non ſolũ non ei nocuit, at etiam ab alijs feris eum tutatus eſt, ſub Imperatore Numeriano.

Apes innocuæ ſederunt in ore Ambroſij infantis.

Aues Baſilio epiſcopo in heremo pabulum miniſtrarunt.

Corbiniani epiſcopi Romam euntis, quum Vrſus aſinũ deuoraſſet, deuorati loco ſarcinam vectauit, imperante præſule.

ANIMALIA AB HOMINIBVS manſuefacta.

Pythagoras Vrſam omnibus formidoloſã & conſpicuã feritate, apud ſe de mulctã & exarmatam aluit. Quam dimiſſurus, verbis neſcio quibus, & quodam velut iureiurando adegit, ut nulli cunctarum animaliũ faceret iniuriam. Abiens illa ſe coniecit in latebras ſyluarum, ſummaque fide præſtitit, ĩ quod adiurata receſſerat. Idem boui ſegetes abrodendi quũ verba quædam magica ĩ aurem ſufflaſſet, eumque monuiſſet, ut in ferendo agricolis dãno parceret, aiunt obedientiſſimum bouem à lacerandis frugibus deſtitiſſe. Credat qui volet. Hoc tamen prodit Cælius ex veterum monumentis.

Ferunt, Aiaci Locrenſi manſuetũ Serpẽtem fuiſſe, quo cũ bibebat & verſabatur

Tyrrheo pecoris magiſtro, Ceruus fuit mãſuefactus, & quem Syluia puella pectebat ornabatque violis. Vergilius libro ſeptimo Aeneid. Soror omni Syluia cura Mollibus intexens ornabat cornua ſertis, Pectebatq; ferũ, puroque ĩ fonte lauabat. Ille manum patiens, mẽſeque aſſuetus herili. Errabat ſyluis, rurſusq ad limina nota. Ipſe domum fera: quamuis ſe nocte ferebat. Ouidius libro decimo. Idem ait de Ceruo Cypariſſi, his uerbis: Gratus erat Cypariſſe tibi tu pabula ceruum. Ad noua, &c.

Porus

Porus(quem Alexander debellauit)habuit Elephãtum, qui rectore iubente procumbebat in genua,& ſe ſubmittebat.autor Curtius.

Hanno Carthaginenſis primus omnium Leonem manſuefecit.

Sertorius Ceruam habuit,quam in expeditionibus ſuis habebat ſemper comitẽ, fingens Dianę eſſe numen,à quo res gerendas auſpicaretur.

Agrippina coniunx Claudij Cæſaris,Turdum habuit, imitãtem ſermones hominum,ætate Plinij.

Habebãt & Cęſares iuuenes Sturnũ et Luſcinias,Gręco,Latinoq.ſermõe dociles Tygrim Romæ oſtendit in cauea manſuefactam diuus Auguſtus.

Paulus Leonenſis Draconem manſuefecit.

Philippus apoſtolus Draconi imperauit,vt innocuus abiret in latebras. Quod & fecit Draco,nemini prorſus iniurius.

Seuerus abbas Paſſerem habuit manibus ſuis intrepidè aduolantem,& porrectũ capientem cibum.

Didymus abbas & Anachoreta, Colubros & Serpentes innocuos pedib. conculcabat.

Eadimundi Anglorum regis & martyris abſciſſum caput, Lupus alioqui ſæuiſſimus intactum ſeruauit & illæſum.

Syluestres aues relicto nemore, intrepidæ aduolabant ad Maxentium abbatẽ Pictauienſem,eius manu tritici grana,& fruſtula panis roſtro decerpentes.

Sindrigal Lituaniæ princeps poſt Vitoldũ,Vrſam habuit,quæ omnib. matutinis relicto nemore domum eius accedẽs fores pedibus percutiebat, apertoq.oſtio porrectum capiebat cibum.

Thoas Achaicus Draconem domi diu fouit Cõſiderans demũ quàm periculoſum eſſet ſerpentem alere,ipſum in ſolitudines procul tulit,atque ibidem reliquit. Quo facto rediens,quum incidiſſent in latrones, & in ſtrenuis periculi metu acclamaſſet,audita hominis voce,aduolauit Draco,& aduerſum vim latronũ ſuppetias attulit.

ANIMALIA HOMINVM ministerium implorantia.

Mentor Syracuſanus Leonẽ in Syria repertum quum expaueſceret,timenti protinus ſeſe oppoſuit fera eiusque veſtigia cępit lambere,ſimulis adulãti,donec ille ex pede Leonis(in quo tumorem & vulnus anima aduerterat) ſurculũ ingentem extraxerit,ipſumque Leonem liberauit cruciatu.

Helpis Samius viſo in Africa Leone,pauidus arborem cõſcẽdit. Tum Leo ad arborẽ procũbẽs hiatu miſerationẽ quærebat. Habebat enim ingẽtẽ ſpina pedi infixa,quam quum reuelliſſet Helpis,gratiam retulit,feram venatus agerendo.

Androdus à domino Africam prouinciã adminiſtrante,quotidianis verberib. ad fugã coactus,ſeceſſit in deſerta Libyæ: vbi cũ obuio Leoni ad genua ſua prouoluto ingentẽ ſtirpem è cruento pede reuelliſſet, conceptãq; laniem vulnere intimo expreſſiſſet,ferunt beſtiam in hoſtimentum beneficij Androdo aliquot poſt annis comitẽ adhęſiſſe,& opiniones(quas venenaretur)carnes pręparaſſe. Pertęſus domũ vitæ illius ferinæ Androdus,quũ reliquiſſet antrũ,fatu inauſpicato cõprehenſus eſt à domini ſatellitibus, ferisque adiudicatus. Vbi idem Leo(qui inuenatu captus fuerat) agnitum medicũ ab iniuria reliquarum beſtiarum tutatus eſt.Petentibus propterea cũctis(qui aderant) pęna ſolutus eſt Androdus,eiq; populi ſuffragio donatus leo.Quem quũ tenui loro reuinctum compitatim per urbẽ traheret,ſequentes cum plauſu dixiſſe feruntur. Hic eſt leo hoſpes hominis: Hic eſt homo medicus leonis.

ANIMALIA, QVORVM miniſterio vſi homines.

Expoſitus famelicis Leonibus in prædam Daniel propheta,euaſit incolumis.

Heraclides

Heraclides philoſophus Draconem habuit manſuefactum, eumq. & quieſceti ſolitum adeſſe, & aſſiſtere velut comitem.

Mertes rex Ægypti, Cornicem habuit adeò cicurem & mãſuefactam, vt quoque iuſſiſſet ille, epiſtolas deferret, non ignorans quo tranſuolandum eſſet, aut vbi confidendum.

Cęlius prodit, Cynocephalos in Ægypto literarũ ductus perdidiciſſe, & ſaltatorium numgeſticuloſos motus.

Plinius ſcribit, Pantheram patri cuiuſdam Philenis, affectatoris ſapiẽtię, blãditã fuiſſe, ut delapſos in foueam catulos extraheret ille.

Niciæ venatori in foueam lapſo, Canes multis latratib. dolorem teſtati, ſubſidiũ ferre voluerunt, eumq; apprehenſa mordicus ueſte illinc extrahere.

Fuit & Coruus Romę, qui ſermoni aſſuefactus, omnibus matutinis in roſtra & forũ deuolãs, Tyberiũ, Germanicum, & Druſum Cæſares, nominatim, mox tranſeuntem populum Rom. ſalutabat.

Cecinna Volaterranus equeſtris ordinis, cõprehẽſas Hirundines victorię nũcias amicis emittebat cum literis, quas earum pedibus ferendas alligabat.

Columbę epiſtolas pedibus annexas, obſidione Mutinenſi in caſtra cõſulũ pertulere Decio Bruto mittent.

Habuit Macarius confeſſor in deſertes nemorum locis viciuã cellę ſuę Leænam cuius catulis cecis quum reſtituiſſet viſum, fera obſequi memor, eidem pelles ouium & pecudum (quas venabatur.) afferebat.

Zozymo abbati paruit agreſtis Leo.

Adrian. Imperator geminos Leones inuſitata feritate horribiles, & diuturna frẽdentes inedia, ad concerpendũ raptim Eleutherium epiſcopũ laxari imperauit. Qui tamen non ſolum nõ nocuerunt ſancto, at pedibus eius aduoluti, innocua reclinauerunt capita.

Vrſus laxatus fouea ad inferendam mortẽ Cerbonio epiſcopo, relicta feritate eũ cœpit amplecti & circumlambere.

Eodem modo laxatus in Donatillam virginem Vrſus, poſita feritate ad eius pedes manſuetus decubuit.

Chriſtina virgo Viperis & Aſpidibus (quarum ſimulachra excitabat neſcio quis magus) deuota, euaſit incolumis & illæſa.

Helenus abbas fatigatos ſarcina (quã ferebat) Onagrũ iuſſit accedere, & dorsũ oneri ſubmittere. Paruit fera, & quã lõgè ſancto placuit, onus ipſum peruexit. Idem arepeto Crocodilo flumẽ prætervectus eſt, quum neque põs adeſſet, neque appareret portior.

Liberalis epiſcopus (qui ſub Adriano paſſus eſt) poſt varia tormenta, famelico Leoni deuotus, fera ad eius pedes innocua procumbente, illæſus permanſit.

Diuerſæ quoq; & horrẽdæ feritatis beluæ laxatæ ſunt ad deuorãdum Mammetõ martyrem, quæ tamen ſæuitiæ prioris immemores, ad eius pedes exarmatæ ſe proluerunt.

Pontianus martyr (qui paſſus eſt ſub imperatore Antonio) geminos Leones in ſuam mortem laxatos exarmauit.

Vrſi laxati ad interficiendũ Pontium epm, decubuerũt ad eius pedes innocui.

Reperiuntur & alij ſancti feris & beluis expoſiti, qui tamẽ mortem illam effugerũt, vt, Andronicus Epheſius, albanus, Blandina virgo, Baſilides, Benignus preſbyter, Thelca Dorotheus, Quiriacus, Priſca Pontianus, Prob. Taracus, Flocellus, Germanicus, Venãtius, Martinus, Martina virgo, Mymas, Magnus martyr, Mammes, Theodoſia.

Eutycius Vrſum habuit ſibi obſequioſum, & obedientem.

Mandato Euſtorgij Mediolanenſis epiſcopi, Lupus iugo ſe ſubmiſit, et currum traxit, quo tria magorum corpora aduehebãtur in Italiam. Prius enim comederat

duo iumenta,quibus currus ipſe uoluebatur.

BRVTA ALIAQVE ANIMALIA honorata ſepulchris aut ſtatuis.

Auram Atalantæ canē quum Calidonia ſus peremiſſet, bruto ab indigenis ſepulchrum erectum eſt.

Geryonis canis Gargitios Cerberi frater,ab Hercule ceſus , in Iberia monumētū habuit.

Herodotus lib.2.ſcribit.Feles mortuas magno luctu differi ab Ægyptijs demū ad ſacra tecta deferri,ubi ſalſe ſepeliūtur in vrbe Bubaſti.Canes quoq; in ſua quiſque urbe tumulāt ſacratis in loculis.Vrſo qui ſacri ſūt, & Lupos nō multo vulpib.grādiores eo ſepeliūt loco,vbi iacentes inueniunt.Crocodilum(vbi mortē obijt)ſale conditū ſacris in urnis ſepeliunt,Viuenti gēmas & inaures appēdūt.

Lethargus Hippamonis equus mortuus cum mortuo domino inhumatus eſt.

Marthes rex Ægypti Cornicem habuit impēdio mitem adeoq; cicurem,ut quocūque fuiſſet imperatū literas deferret:ſciens quo tranſuolandum,vbi ſidendum, quieſcendumve foret.Propter quod obſequiū adeo mite,nulliusq.ſtipendii indignum,rex dignā putauit cui erigeretur tumulus.Quod quoniā apud auditores ægre capit fidem,ſi cui videor hoc finxiſſe,videat Cælium lib.13.ca.58. qui ex Græcorum monumentis hoc ipſum aduocat.

Apud Perſas eq,apud Moloſſos canes ſepulchra & exequias meruerūt.Vnde Stat. lib.2.Syl. Gemit inter bella peremptū Parthus equū, fidosq; canes fleuere Moloſſi.Et volucres habuere rogum,ceruusq; Maronis.Item Stroza filius,Sues de more Moloſſa uetuſto,Condit terra canes,cineres nec ledit opertos.

Xanthippus dux Lacedæmoniorū canes familiares ad domeſticos curauit humādos.Vnum præcipue in arce,cui loco Cynotaphium extitit cognomentum, autor Plutarchus.

Agrigenti complurium equorum tumulis ſuperpoſitæ ſunt Piramides.Plin.

Cimō Athenienſis equabus(quibus in Olympico certamine tertium uicerat (ſepulcra erigi prope ſuum monumentum iuſſit.autor Plut.

Ceruus Syluiæ(qui vulnere violatus,cauſa fuit belli inter Troianos & Latinos)roſis & tumulo ornari meruit.

Alexander equum habuit,Bucephalum nomine,qui regio inſtratus ornatu,nullū alium ab Alexādro ſeſſorem admiſit,alios paſſim reiiciens. Propterea rex defūcto duxit exequias,vrbemq; muro circundedit nomine eius.

Romę fuit coruus,qui humano ſermoni aſſuefactus omnibus matutinis euolans in roſtra Tyberium,Germanicum,& Drusū Cæſares nominatum,mox trāſeūtem populum ſalutabat.Quē quum poſtea neſcio quis ira percitus occidiſſet,à populo factum ægre ferente,ſaxis obrutus eſt,funusq; alitis innumeras celebratum exequiis.Plin.lib.4.cap.10.

Cæſaris quoque dictatoris equus neminē alium dorſo recepit.Idē hominis ſimiles pedes habuiſſe fertur,hac effigie locatus ante Veneris genitricis ędem, autor Plin.Statuam eius graphice deſcribit Stat.lib.1.Syluarum.

Equus Auguſti Cæſaris mortuus tumulo honoratus eſt.

Saxo lib.5.Danicarum hiſtoriarū ſcribit,Arſiutum Biornonis filium cum cane & equo fuiſſe humatum.

EQVORVM ET EQVARVM CELEBRIVM NOMINA.

Cyllarus equs fuit Caſtoris.Ver.li.3.Geor. Talis Amiclei domitus Pollucis habenis Syllarus,& quorū Graii meminere poetæ.vbi Pollucē pro Caſtore equorū domitore poſuit poetica licentia:vt,Quas illi Philomela dapes:pro Progne.

Lampon,Panchates,Pelorus, Campaſus nōīa ſunt equorū apud Syll.lib.9.De Lāpone ſcribit hoc modo.Euolat ante oēs,rapidoq.per aera curſu Calaicus Lampon fugit,atq.ingentia tranat.Exultans ſpacia & ventos poſt terga relinquit.

De-

De Pâchate, Sed proximus ibat Aſtur Pâchates, patrium frons alba nitebat Inſigne, & patrio ſpes omnis concolor albo.

De Peloro. Ciniphio rector radiabat fronte Peloro Câphaſus, ipſe aſper, nec qui ceruicis armaret. Applauſe brandos ſonitus clauſumq. cruēto. Spumeus admorſu gauderet mandere ferrum. At docilis fræni, & melior parere Pelorus. Nō vnquam effuſum ſinuabat deuius axem.

De Tago Sillius lib. 1. Iam Tagus auratis agnoſcebatur in armis.

De Gargano ibidem Sillius lib. 4. Theb. Nos Gargane uocāt ſuperi ad maiora, vides ne Quantus erat Chirixus? iam nunc tibi præmia pono.

Pholoe, Iris Thoes, nomina ſunt equarum Admeti apud Stat. lib. 6. Theb. ſcribentem: Nominibusque cient Pholoen. Admetus & Irim, Funalemque Thoen.

Alia equorum nomina, ab Statio ponūtur his verbis. Rapidum Danaetus: augur Aſcheton increpitat, mēritumque vocabula cygnū Audit, & Herculeum Styrion Cromis, Euneon audit Igneus Aethion, tardūque Cydon a laceſſit Hippodamus Phariumque Thoas rogat ire Podarcem.

Herpe nomē eſt equæ matris Pelori. Statius vbi ait, Eductus genitrix effuderat Herbe nobilis.

Idem de Circo. Percuſſus nocib. altis Spectātum Circus, fertur ſublime p auras.

Lamus, Sicoris, Ilerdas, Theron, etiam nomina ſunt equorum apud eundē lib. 16. vbi ait: Tum Lamus & Sicoris, proles bellacis Ilerdæ, Et Theron potator aquæ ſub nomine Lethes.

Mezentius pater Lauſi, equum ſuū, Rhebum nomine, his verbis, alloquitur apud Virg. lib. 10. Rhebe diu (res ſi qua diu mortalib. vlla eſt) Viximus, aut hodie uictor ſpolia illa cruenta, &c.

Aethon fuit equus Pallantis, Euandri filij, quē Verg. libro 11. ait in exequiis domini ſui collacrymaſſe. Poſt bellator equus poſitis inſignib. Aethō It lacrymans, guttisque humectat grandibus ora.

Pegaſus Neptuni & Meduſæ filius, equus fuit alatus, quo Bellerophō expeditionem ſumpſit contra Chimerā. Hic ſaxo in Helicone pedis vngula perfoſſo fōte nomine Hippocrenem aperuiſſe dicitur. Ouid. lib. 1. Faſt. Suſpice, Gorgonei colla uidebis equi: Creditur hic cæſæ grauida ceruice Meduſæ Sāguine reſperſis proſiluiſſe comis: Huic ſupra nubes, & ſubter ſidera lapſo Cœlum pro terra, pro pede penna fuit. Idem lib. 4. Met. & 4. de Ponto.

Arion fuit equus, quem Neptunus dedit Adraſto. Stat. lib. 1. Syl. Hunc, & Adraſtæus viſum extimuiſſet Ariō. Prop. li. 2. Qualis, & Adraſti fuerit vocalis Ariō, Triſtis ad Archemori funera victor equus. Stat. Huius equi virtutem & alacritatem. li. 6. deſcribit hoc modo: Ducitur ante omnes rutilæ manifeſtus Ariō igne iubæ, &c.

Equum Alexandri Bucephalum a capite bouis nominātum, & talentis 12. emptū teſtis eſt Cares apud Gellium: Vbi ornatus erat, armatusq. ad prælium, nullum, alium ſeſſorem, præter dominum, admiſit: Idem in bello Indico ſagittis vndiq; perfoſſus, regē e medijs hoſtibus, licet exāguis, & moribūdus, viuaciſſimo curſu retulit, atq. vbi extra teli iactum portauit, domini iam ſuperſtitis ſecurus ibi dē expirauit. Quod beneficium Alexāder penſauit, oppido in honorē equi cōdito, vt docet Plin. lib. 6. & 8. vbi ait. Propter q̄ rex defuncto ibidem duxit exequias: vrbemq; tumulo circundedit nomine eius. Curt. ad hūc modum ſcribit: Excepti ſunt quidam, inter quos equus regis, Bucephalum vocabant, quē Alexander non eodem (quo cæteras pecudes) animo æſtimabat. Nā ille nec in dorſo inſidere ſuo patiebatur alium, & regem (quum vellet aſcendere) ſponte ſua genua ſubmittens, excipiebat, credebaturq; ſentire, quem veheret.

De Harpyia & Pegaſo. Polit. in Ambra: Quos Zephyro peperit geminos Harpyia Podagre.

Claudianus in ſextum Honorij conſulatum, equos Rhæſi Thracum regis commēdat ſequentibus verſibus.

Graiaq́ retulerat raptos ad caſtra iugales.
Quorum (ſi qua fides augentibus omnia muſis)
Impetus exceſſit Zephyros, candorq́ pruinas.

Aethon apud Hom. lib. 8. Iliad. nomen eſt vnius equorum Hectoris.

Harpyna, & Pſylla equæ fuerunt Oenomai, quibus contendebat curſu in procos filiæ ſuæ Hippodamiæ Hos ſuis verſib. dignatus eſt Lycophron.

Plinius ait, equam Heratidis Theſſali, quamuis prægnantem viciſſe in Olympia.

Plut. in Artaxerxe ſcribit, equum Cyro fuiſſe immitem, & effrenem Paſacē noīe.

Cimon Athenienſis equabus ſuis (quib. ter Olympia vicerat) monumenta erexit.

Equus Tyberij Cæſaris videbatur flammas ore euomere, indicio magnæ alacritatis. Cælius. ca. 26. lib. 8.

Parthenia & Eripha equæ fuerunt Marmacis, vnius ex procis Hippodamiæ, quas Oenomaus puellæ pater iugulauit, & poſtmodum ſepelire iuſſit.

Boriſthenes equus fuit Adriani Imperatoris, quo in venādo propter alacritatem plerunq; vtebatur. Dion. Caſſius ait, Imperatorem mortuo ſepulchrum feciſſe, columnamque erexiſſe cum epigrammate Inciſo.

Iulius Cæſar, aut. Tranquillo, vtebatur equo inſigni, pedib. prope humanis, & in modum digitorum vngulis ſciſſis: quem maxima cura aluit, honorauitq. ſtatua, quod aruſpices eo imperium orbis terræ ſignificari dixiſſent, tum etiam ꝙ nullum alium ſeſſorem reciperet.

Biorno quidam inter Danos clariſſimus, equum habuit pręſtanti corpore, & tāta velocitate prępetem, vt quem cæteri nequirent, indefeſſus obſtrepentem vorticem ſolus ſuperaret.

Artibus Perſarum dux equum habuit, qui primo pugnæ congreſſu in hoſtes laniandos morſu aſſurgebat, calcibuſq. & impulſu longe, lateq. faciebat ſtragem autor Herodotus.

Gellius ſcribit, equum Cn. Seij de genere equorum Diomedis ꝓgenitū, & a Cor. Dolabella centum millib. ſeſtertijs emptum, fuiſſe inuſitata magnitudine: ſed eo tn̄ fato, vt quiſquis eum hēretur, is cum oī domo, ac familia miſere periret. Quod experti ſunt. Marc. Ant. Cor. Dolabella, C. Caſſius, eius poſſeſſores.

Equus Nicomedis regis Bithyniæ, tāto fuit in dominum affectu, vt eo mortuo oblatum recuſauerit cibum, & inedia ſe confecerit.

Equus Antiochi, capto vel mortuo domino, Centaretum quendam è Galathis, alumni ſui victorem, domitis frænis excuſſit, & in terram deiectum pedibus ad mortem proculcauit. Plin. lib. 8. cap. 42.

Equus a Dionyſio Syracuſatum tyranno relictus in ſalebra, & luto, vbi ſe expediuit domini, licet ingrati, veſtigia tamen ſecutus eſt.

Nero equas habuit Hermophroditas ex agro Treuerico, quas carpento ſuo ſubiuges oſtendebat.

Equus Auguſti ſepulchrum a domino meruit.

Scythius primus fuit omnium equorum a Neptuno productus.

Hirpinus nomen eſt equi apud Mar. li. 3. Epig. vt Corithæ nomen equæ apud Iuuen. Sat. 8. De Hirpino Mar. Hirpini veteres qui bene nouit auos. De utroque Iuuen. Sed venalē pecus Corithę poſteritas, & Hirpini, & ſi rara victoria ſedit.

Celebratur Maronis carmine equus Troianus, quē Gręci diuina Palladis arte ędificarunt, acernisq. trabib. cōtexuerunt, Epeo machinæ autore. De hoc Propert. lib. 3. & Luc. lib. 1. Durateum, i. ligneum vocat, vbi ait: Nec clam Durateus Troianis Pergama partu, Inflammaſſet equus nocturno Graiugenarum.

Equi Parthorum hippice herba paſti, famem ſitimque multos dies perferunt: ad quod alluſit. Proper. lib. 4.

EQVI ACHILIS.

De Balio & Xantho Politianus in Ambræ: Balium Xanthumque iugales, Quos Zephyro peperit geminos Harpyia Podarge: Et te captiuo funalem Pegase collo Igneus extimulat. Claudianus. Et flauum Xanthum ſpreuiſſet Achilles. Ver. li. 3. Georg. Martis equi bijuges, & magni currus Achillis.

EQVI MARTIS.

Hi duo numerantur a Seruio inter equos Achillis Poetæ tamẽ Pauorem & Terrorem Martis equos faciunt. vnde Stat. Fræna miniſtrat equus Pauor armiger.

EQVI SOLIS.

De his nominibus Oui. li. 2. Met. ſcribit: Interea volucres Pyrois, Eous, & Æthõ Solis eq. quartusq. Phlegũ hinnitib. auras Flãmiferis implẽt, pedibusq; repagula pulſant. Pyrois Pyroëtis flectitur, vt Simois. Val. Flac. li. 5. Argon. Et formidãtẽ patrios. Pyroëta dolores. Sunt qui dicãt, Xanthũ iter equos Solis numerari, pp dictũ Martialis. Quid cupidũ Titana tenes? iã Xanthus & Æthon Fręna volunt. Thomas Radinus, Equi quatuor, qui aurei licet forẽt, colore ĩñ quiſq. proprio noſcebatur: Pyrois rubẽs, Eous cãdicans. Aethon coruſcãs. Phlegon nigricãs, hinnitib. flãmiferis, elatis narib. auras implebãt, erraticis curſibus uagabãtur incerti. Sabellicus Hic equidem ambiguẽ vergit, qua lucidus Aethon.

EQVI PLVTONIS.

De quatuor primis nominibus Claud. li. 1. de Raptu ſic meminit.

Orneus crudele micans, Aethioniſq; ſagitta
Ocyor, & Stigij ſublimis gloria Nicteus.
Armenti, Diuiſq; nota ſignatus Alaſtor,
Stabant ante fores iuncti, ſanumq; fremebant,
Craſtina venturæ ſpectantes gloria prædæ.

CANVM QVORNDAM NOMINA.

Agrus canis fuit Vlyſſis, qui reuerſum ab expeditione Troiana dominũ poſt annos viginti fertur agnouiſſe.

Atlanta, arcadia venatrix, canem habuit Auram nomine, quam quum interfeciſſet aper Calidonius, ſepulchro ab indigenis ornata eſt.

Chiron canis fuit Codri poetæ pauperimi. Iuuenalis: Et recubans ſub eodẽ marmore Chiron.

Durides canis fuit Lyſimachi, qui accenſo domini rogo iniecit ſe flammæ: auto- re Plinio lib. 8.

Gargitius canis fuit, Cerberi Epyrotici frater, q Geryonis tricorporis ſeruabat armẽta. Hũc Hercules vnà cũ dño interfecit. Incolę mortuo ſepulchrũ erexerũt.

Graucis nomẽ eſt catellæ, qua Arethuſa abſentis mariti deſideriũ ſolabatur. Propert. lib. 4. Graucidos & catulę, vox eſt mihi grata querentis, &c.

Fuit Hippocentaurus canis Xenophontis.

Hylax itidẽ nomẽ eſt canis. Ver. i Bu. Neſcio qd certẽ eſt, et Hylax ĩ limine latrat. Iſſa nomẽ eſt catellæ, quam Publius habuit in delicijs. Martialis: Iſſa eſt paſſere nequior Catuli: Iſſa eſt prior oſculo colũbæ: Iſſa eſt blandior omnib. puellis: Iſſa eſt charior Indicis lapillis: Iſſa eſt delicia catella Publi.

Lælaps canis eſt apud Oui. li. 7. Met. poſcor & ipſe meum cõſenſu Lęlapa magno (Muneris hoc nomen) iandudum vincula pugnat Exuere ipſe ſibi.

Lampurus apud Theocritũ in Daphnide & Menalca, nomẽ eſt canis: apud Hor. Syagrus: apud Ariſtophanem Acalantis.

Lethargus Hippammonis, qui etiã cum mortuo domino tumultas eſt.

Lyciſca nomen eſt canis apud Ver. in Buc. dicentẽ. Excipere inſidijs multũ latrãte Lyciſca. Palladius Sotãnus: Nõ lepus intrepidum timido fugat ore Lyciſcã.

Meta canis fuit Icarij patris Erigones cuius ductu Erigone ipſa cadauer patrijs ab agreſtibus interfecti reperit.

Apud hiſtoricos legitur Perſes, fuiſſe catellus filiæ Aemilij Pauli.

Pilaſter. Pōtanus in Lepidina. Quum canere inciperem, atrox hic dente Pilaſter Latrat, ipſa fuga ſpem, inſidiasq; reliqui.

Scymnus etiam nomen eſt canis, fictum à Baptiſta Pio ſcribēte, Vertagus, aut Gallu nutritus. Scymnus in aruo Præcipiti ſequitur luſtra ferina pede.

Vertagus canis eſt apud Mar. Nō ſibi, ſed domino venatur Vertagus acer, Illę sū leporem qui tibi dente feret.

Vmber. Ver. li. 12. Ac viuidus Vmber Hæret hians. Sed fortaſſe Vmber, vocabulū eſt appellatiuum, pro cane Vmbriæ. Val. Flac. lib. 6. Argon.

Volantes. Stroz. pater: Ille pedum curſu prętans, animoq; volātes Occubuit trucibus peſtis acerba feris.

Oui. li. 4. Met. Actæonis canes enumerat his verbis. Dū dubitat, uidere canes primusq; Melāpus: Inde ruūt alij rapida volocius aura, Pāphagus, & Dorceus &c.

Alia quorundam nomina ponuntur apud Cęliū ex Æſchylo: vt Corax, Harpyia Charon, Lycitas.

Hylax Harpalagus, Lyciſca, Tygrina, Melampus. Falco, Serpēs, Ragonia, Ichthia, Helor, nomina ſunt canum apud Mantuanum lib. 4.

Celebrantur etiam Catenarius & Lucernarius, & canis Attali, qui tanto fuit oris rictu, vt oblatum cibum deglutiret.

Fuit & Ariſtogiton canis Cymachi.

Alcibiades inuſitata magnitudine canem emit 70. minis, quē amputata cāda ſpectante populo ducebat vinctum, vt garrulorū & importunæ loquacitatis hominum linguas ea in re occuparet, ne quid deterius in eius nomē obloquerentur. Plutarch. teſtis.

Biorno quidam inter Danos ſpectatę uirtutis adoleſcens, carnem habuit horrendæ acerbitatis, & formidoloſę, quę ſola plerunque biſſenos viros oppreſſit, & Offoti gigantis inter paſcua tutata eſt armentum.

Canis Pyrhi Epyrotarū regis, in rogum dñi ſe coniecit. De natura canum quoniā plixe & abūde locuti ſumus in Epithetis noſtris, plura loq nūc ſuperſedimus.

Cætera nomina canum, leguntur apud Xenophontem, in lib. de Vent.

VERMES DIVERSI.

Aranem vermis eſt languinoſus, & ſerpentis in modum repens, quo diſſecto inueniri dicuntur intus uermiculi duo, qui ad alligata mulierib. ceruina pelle ante ſolis ortum præſtant ne concipiant. Flores arborum populatur, & ita quandoq. abrodit, vt ſterilescant.

Aſilus aculeū hēt in ore. Latiuſculis qbuſdā beſtiolis (q̄ i fluuiis ſupernatāt) enaſcitur, frequēs propterea iuxta aquas. Oeſtrū aliter ſeu Oeſtrus appellatur. De hoc Ver. li. 3. Geor. Eſt lucos Silari cita illicibusq. virentē. Plurimus alburnū volitans, cui nomen Aſilo, Romanum eſt Oeſtrum graij vertere vocantes, Aſper, acerba ſonās, quo tota exterrita ſyluis. Diffugiūt armēta, fugit mugitib. ęther. Concuſſus. Aſilum quidem Tabanum vocant, alij diuerſum faciunt. Tabanus autem naſcitur ex ligno, in quo plurimus eſt humor.

Aſiortion vermis eſt, cuius morſu genua labefactantur.

Tenebras amant Blattæ, vitain lucemq; fugiūt, in balneis maximè humido vapore prognatæ. Ver. lib. 4. Geor. Lucifugis congeſta cubilia blattis.

Bombix aranearum inſtar ſila ducit tenuiſſima, quibus precioſę admodū veſtes fiunt, quæ vocantur Bombycinæ. Aliter vocatur Bomaylius & Necydalus.

Brucus vermiculus eſt volitans, ſed ſine alis, qui herbas erodit.

Bupreſtis ſimilis eſt ſcarabeo. Fallit inter herbas bouē, vnde meruit nomē, deuoratusque tacto felle ita inflammat, vt rumpat.

Campe genus eſt vermis, arborib. & herbis hortēſib. infeſtiſſimū. Coll. lib. 11. Nec ſolū teneras audēt erodere frondes. Implicitus cōchæ Limax, hirſutaq. Cāpe.

Cantharides vermiculi sũt virides aureis ſparſi maculis,quorum ſuccus inſtar ſt veneni.Ouid.in Ibim: Cantaridum ſuccos dante parente bibas, Hinc adagiũ natum,Myſia cantharis.de homunculo abiectiſſimo.

Cantharolethrus brachia habet,& in cauda ſpiculum.

Centipeda vermis eſt piloſus,multis pedib. arcuatim repens: Eſt & Chryſalis genus vermis.

Ceraſtes vermis vbi tantum eroſit, quantum ad corporis uolutationẽ ſatis eſt,generat alium.

Chryſalis vermiculus duro cortice mouetur ad tactum aranei.

Cicidelæ veſpere lucent per arua. Græci Lampyrides vocant.

Cnypis vermiculus eroſo ligno ſẽper locũ mutare nititur.Hinc adagium, Cnyps in loco ſtare non potens:in homines incoſtantes.

Conuoluolus verbis eruca minor,rodit pubeſcentes vuas.

Coſſi gignuntur ex ligno. His veteres in cibo vſi ſunt.

Crabrones ex putridis equorum carnibus enaſcuntur.

Eruca vermis tenaciter hæret,repit in olerum folia,& abrodit,præſertim braſſicas Oliuã arborẽ turpi facie depaſtam relinquit. Naſcitur tẽpore humido & lẽto.

Galba vermiculus eſt exilis qui naſcitur in æſculis.

Gurgulio vermis eſt frumenti vel fabe.Virg.li.1.Geor. Populantque ingentẽ farris aceruum.Gurgulis,atque inopi metuens formica ſenectæ.

Ips cornua & vites rodit,vt Cips frumẽta,Trips ligna, Sis veſtes,Is vitra, Midas fabam.

Lampyris noctu lucet.Latinè vocatur Noctiluca ſeu Nicedula.

Litta vermiculus naſcitur in lingua canũ,qui ſi catulis eximatur,nec rabidi fiunt nec faſtidium ſentiunt.

Melolanta genus eſt ſcarabei,colore viridi naſcens.

Millepeda nomen ſumpſit a pedum multitudine.

Mylochos eſt de genere blatarum; naſcitur circa molas.

Myrmecion caput habet ſimile formicæ,aluum nigrã guttis albis diſtinctam. Eodem torquet dolore,quo veſpę.

Onyſtus multiplis eſt,fuſci coloris,ſub lapidib. uiuens,aut figulinis vaſis. Tactus arcuat ſeſe,& in formam pilæ contrahit.Aliter dicitur Tylus. Is eſt, qui aliter Multipleda vocatur.

Papiliones vermes ſunt,ex quorum ſtercore enaſcuntur Tineæ. Lucernarũ luminib.aduolant.His contrariũ eſt iecur caprinũ.Cæras depaſcuntur,& relinquũt excrementa,quibus Teredines gignuntur:Eorum aduẽtus veris initiũ indicat.

Petauri generantur ſordibus aridi ſoli.

Phalangiũ ſimile eſt formicæ,ſed maius tamẽ,ruffo capite,reliqua parte corporis nigra,albis inter curſãtibus reſperſũ guttis,acerbius pũgit,ꝙ veſpa. Viuit circa furnos & molas. Ab eo percuſſis ſi alterũ eius generis oſtẽdatur,remediũ affert.

Pyrauſta vermis eſt de ſpecie arneorum,fauis pernicioſus.volitat ad lucernas tantiſper,dum cõbuſtis alis pereat.Hinc adagium,Pyrauſtæ gaudere gaudiũ: de momentanea & breui lætitia.

Pytocampæ venenato ſunt morſu.Naſcuntur in pinu arbore.

Raucæ vermes naſcuntur in racide quercus.

Rhagio ſimilis eſt nigro acino,ore minimo,ſub aluũ breuiſſimis pedibus,tãquam imperfectis. Quos momordit,eodem afficit dolore,quo Scorpius.

Ricini vermiculi ſunt,quibus infeſtantur canes.

Rutili aridam terrã fodiunt,faueſque in modũ ſpongiæ fiſtuloſæ medicato melle coficiunt.

Sanguiſuga vermis eſt aquatilis,cruoris appetens. Aliter vocatur Hirudo. Horat. in Arte. Non miſſura ouem niſi plena cruoris hirudo.

Solifuga genus eſt formicæ venenatæ,lucem refugiens. Vnde inditũ nomen. Huic contrarium eſt cor veſpertilionis.
Tarmes vermiculus carnem exedit. Vitru.li.2.de Architectura. Sed ea quòd habet in ſe plus caloris,procreat & talit tarmitem,ab eoque uitiatur.
Eſt & inter materiarum peſtes Teredo vermis dictus,quod dẽtib. terat & erodat.
Tinea libros & veſtes abrodit. Horatius libro.1. Epiſt. Aut tineas paſces taciturnus inertes.
Tipula ſex habet pedes Tantæ leuitati eſſe dicitur,vt ſuper aquam currens nõ de ſidat Plautus:Neque Tipulæ pondus leuis eſt,quàm fides lenonia.
Triphæ ſimiles sũt culicibus.Sunt & alia pleraque nomina,vt Chryſalis,Cymex, Gollotus,Gryllus,Hipacontinus.
Voluox vermiculus eſt prærodens pubeſcentes vuas. Aliter appellat Cõuoluolus.
Xylophagus albus eſt & obeſus,nigro capite.Naſcitur in carie lignorum,quæ cor rodit.Hunc in Ponto & Phrygia comediſſe,luxuria eſt.

SERPENTVM QVORVNDAM NOMINA.

Aſcontia telli modo ſerpendo ruit.
Ammodites ſerpens eſt concolor arenis,quibus ſe impenetrat.Lucan.li.9 Concolor exuſtis,atque indiſcretus arenis Ammodites.
Germinũ caput habet Amphiſibena,hoc eſt,ad caput & ad caudam,tanquã parũ eſſet uno ore fundi venenũ,inquit.Plin.Capite intrinſecus nitibũdo, ſerpit tractibus orbiculatis.Luc.li.9.Et grauis in geminum ſurgens caput Amphiſibena.
Auget genus eſt ſerpentis,qui Cruciator & Spartarius dicitur.
Demorſis ab Aſpide nullum eſt remedium,præterquã ſi cõfeſtim partes cõtactæ amputẽtur. Vnde natum adagium, Morſus aſpidis,de malo immedicabili. Nã, vt ait Aelianus,eius morſus immedicabilis eſt,præcipuè,ſi de rana guſtarit. Nec ab vllo vincitur,præterquã a muliere,quæ vel aſpectu contractuque ſolo necat. Nicander apud Eraſmũ: Aſpida crudelẽ cuius ſuper omnia morſus Immedicabilis eſt. Aſpis nunquã vagatur ſine cõpare. Qđ ſi cõtigerit alterã interimi, protinus altera perſequitur percuſſorem,in medijs quoque fori turbis agnitũ: Ictus ab hoc ſerpẽte, intra quatuor horas emoritur. Color huic niger,quãdoq. cinereus,interdum fuluus. Bellum gerit internecinũ cũ Ichneumone: cui quoniã ſe imparem videt Ichneumo,multo ſe torgorat luto. Itaque vbi ad certamẽ uenitur,aſpis nihil poteſt arripere morſu,preter loricam terreã: quo fit, vt obliquo capite hoſtẽ ſpeculatus Ichneumõ,eius fauces arripiat, monſtrumq; exanimet. Luc.li.4. Aſpidas,vt Pharias cauda ſolertior hoſtis Ludit, & iratas iucer ta prouocat umbra,&c. Porrò Aegypti reuerentur Aſpidẽ,& in delicijs una cũ pueris educãt,adeò manſuefactam, vt mẽſis aſſiſtat,& una comedat pultẽ farinæ ex melle appoſitam. Eorum reges in diademate aſpidis figurã portant, quod imperij firmitatẽ portendat. Aſpis quos percuſſerit,in mortiferũ ſomnũ redigit unde ſomniculoſa dicitur Luc.li.9. Aſpida ſomniferã tumida ceruice leuauit. Cinna apud Gell. Somniculoſam, vt Pœnus aſpidem Pſyllus. Perrũpit omnes difficultates,permeat ſpacia,nec niſi annib. arcetur,aut præceleri fuga. Hebetes habet oculos,non in fronte,ſed in temporibus. Gini quãdoque Aſpidas quinum cubitorum in libris eſt obſeruatum.
Baſiliſcus in ſolitudinib. Africæ habitat. Cãdida in capite macula,velut diademate quodam,ornatus eſt. Acutiſſimũ habet caput,os rude oculos & colorem ad nigredinem vergentes. Palmũ non excedit, ſolo tamen halitu ſerpentem quam libet magnũ ſuffocat,tanta eſt ueneni acuitate. Eũ ſi quis uel baculo attigerit, paulo poſt moritur. Hunc Plin. Regulum vocat. Sibilo omnes fugat ſerpentes. Nec flexu multiplici,ut reliquæ corpus impellit, ſed celſus & erectus in medio incedens. Necat frutices, rumpit ſaxa non contactus modo, verum & afflatas exurit herbas. Talis uis malo eſt. Huic tamen exitio eſt muſtellarũ vi

rus,

rus,eius cauernis illatum hominem ſi inſpiciat,ſolo intuitu perimit. Luc.lib.9. Sibilaque effundens cunctas terrentia peſtes. Ante venena nocens,late ſibi ſubmouet omne Vulgus,& inuacua regnat Baſiliſcus arena.

Boa ſerpens,in tãtam excreſcit magnitudinẽ,vt in aluo occiſæ repertus ſit infans, imperante Claudio. Alitur primò bubuli lactis ſucco,vnde meruit nomẽ Mant. Turpi Boa flexilis aluo.

Cœcinia parua eſt & gracilis ſerpens,nullius propè veneni.

In Cantharidum genere non reperitur fœmina,Mas in orbem ſinuatus ſe 18.dies fouet, mox fœtus paulatim excludit. Propterea Aegyptij ſtatuis virorẽ fortiũ hoc animal impreſſerũt,ꝙ nulla muliebri mollitia virtꝰ effœminata viris cõueniat.

Cæcilia ſerpens eſt,qui a cęcitate meruit nomen.Colu.li.7. Eſt & magnorum animalium noxium virus:nam & Vipera & Cæcilia ſæpe,quum in paſcuis bos improuide ſuccubuerit,laceſſita onere morſum imprimit.

Cenchris crebras habet maculas in milij ſimilitudinem.Rectè ſerpit.Luc.li.9. Et ſemper recto lapſurus limite cenchris.

Ceraſtis in corpore eminere dicuntur quadrigemina cornicula,quorum motu,reliquo corpore occultato,ſollicitat ad ſe aues.Luc.li.6. Aut viuentis adhuc Libycæ membrana Ceraſtæ.Stat.li.1.Crinalem attolit longo ſtridore ceraſten.

Chelydrus eundo ſeſe conuoluit per terram. Luc. Tractique via fumante Chelydri.Emittit fumum,qua ſerpit.Mant.Clades fumoſa Chelydrus.Pamphilus.O quæ fumiuomos geris Chelydros.

Cherſydros ſerpens tam in aquis,quam in terra moratur.Luc.Natus & ambiguæ coleret,qui Syrtidos arua Cherſydros.

Coluber vmbras nemorum incolit. Bibiturus venenũ prius euomit, ne ipſum cũ aqua exhauriat.Nullũ hominẽ reformidat,audacior inueſtitũ.Colubri in aqua viuẽtis fel habentibus & adipem,.Crocodilus nihil poteſt nocere. Dicimus & colubra in fœmineo.Ouid.in.Ibin.Pectoraq.vnxerunt herebeæ felle colubræ.

Crocodilus quadrupes eſt. Fit ex minimo maximus. Ex ouo enim ad 22.cubitos excreſcit.Quatuor mẽſes hyemales non comedit. Elinguis eſt, vẽtre, dorſo & cauda prælongus,ſquamis prædurus,oſtrearum modo obtectus. Audax in fugiẽtes,in perſequentes timidus.Sexagenis dieb.oua parit ſexagena totidemq; dieb.fouet.Dẽtes habet,& mẽſes viuit eodem fere numero. Inſidiatur his qui aquarũ eũt.Si in potu hirũdines hauſerit,aduerſus ſolẽ in littore dehiſcens extenditur:mox auis.Trochilus,dapis illecebra captus,roſtro oris præ longo hirudinem extrahit:quinetiam dormientem excidat Crocodilum,ſi ab Ichneumone hoſte parati videat inſidias. Hoc animal venerãtur Aegyptij, eique ſacros dies ſtatuerũt.Et ſi cõtingat liberos ab eo rapi,parẽtes lętãtur,tãquã ſe Deo placere exiſtimantes,cui eſcam genuerunt.Cõtra vero Tentyri populi reijciunt,ca prumq; arbore ſuſpendunt,& multis prius affectũ vulneribus poſtmodũ comedunt.Reperitur in Nilo,vnde Plin.Crocodilum,inquit habet Nilus,quadrupes malum.Oua parit humi.Diem in ſicco agit,totam noctẽ in flumine.Oculos habet ſuillos, dentes magnos prominentes atque ferratos.Inferiorẽ maxillam nõ mouet ſed ſuperiorem inferiori admouet.Vngues habet robuſtos,pellemq; circa tergum impenetrabilem.Inter aquas cæcus,ſub die perſpicaciſſimus.

Dipſas minor eſt Vipera quos momordit,inardeſcunt ſiti:quã quum multo potu volunt extinguere,acrius incendunt,& ea paulo poſt emoriuntur.Vnde & nomen traxit.Dipſa enim Græcè dicitur ſitis,& Dipſao ſitio. Duas habet in cauda vigras lineas, corpore reliquo albicante. eius venenis reſiſtunt Lauri folia, cortex & baccæ.De Dipſade Luc.li.9.Stabant in margine ſiccæ Aſpides,in medijs ſitiebant Dipſades vndis.

Draco bellum,& odium genuinum exercet in Elephãtem,eiusq; oculos & iugulũ petit,donec humi concidens Elephas, ſimul & Draconẽ mole corporis occidit

Oculos

Oculos habet æſtimationes gemmarũ. Dẽtes graciliores apro. Criſtati ſunt ma res. Vnde Ouid. lib. 4 Metam. Lubrica perlucent criſtati colla draconis. Ferunt, ludorum reges duos Dracones aluiſſe, alterũ octogenum, alterũ verò non agenum cubitorum magnitudine Epyrotæ Dracones in Apollinis templo venerabãtur, ob interfectum Pythonem. Tranquillus ſcribit, Tiberium Imperatorem habuiſſe Draconem in oblectamentis quem ex conſuetudine manu ſua cibaturus, quum conſumptum à formicis inueniſſet, monitus eſt, vt vim multitudinis timeret. Pli. li. 32. ſcribit, Draconem non habere venena, & primũ eius ſpondylũ, ideſt vertebrã, mulcere aditus poteſtatum, eiusque adipem à venenatis refugi. Aciẽ habet clariſſimã, vnde & ſeruandis theſauris plerunque adhibitu eſt: vt pomis Heſperiadum, & aureo velleri apud Colchos, ſicuti volunt poetæ. Antiqui præterea Æſculapio ſacrum fecere, vt vigilantiſſimum, quod febri maxime conuenit. Aciem habet peracutam. Ferunt, Herode apud Iudæos principãte, puellam iam nubilem, & cõſpicuã forma, adamatã à Dracone, ipſumq; Draconem amatoris inſtar prurientem ad virginis lectum plerũq. acceſſiſſet, & inibi dicubuiſſe. Cuius rei tædio ſimul & horrore percita puella, ſeceſſit longius, & integrum menſem abfuit, vt tã turpi beluæ amoris obliuionẽ induceret. Res tamẽ aliter ſe habuit. Nec enim deſijt quotidie adamaſiæ reditum, vſque eo loci deuolare. Quũ ergo redijſſet exoperata pridem puella, decumbẽtis cruribus ſe implicitu Draco, eamque conuerberauit cauda: molliter tamen & amatorie, vt interim palpo feriunt Zelotypi. Si quis in hoc mihi deroget fidem, ſciat me ipsũ veritatis loca aſſerere nolle, ſed cũ Græcis loqui & ſcribere, quibus mentiri propriũ eſt & genuinum. Porro oculis Draconis inueteratis, & cum melle tritis, inunctos nõ paueſcere ad nocturnas imagines etiã pauidos cordis, ait Plin. Apud eundẽ Xanthus hiſtoriarum autor teſtis eſt, occiſum Draconis catulum reuocatum ad vitam a parente, herba, quã Balin nominat. Dracones habet India tãtæ magnitudinis, vt elephantes (quibuſcum certat) circumflexu facile ambiant, nodiq. nexu perſtringant. Indicis pares habet Aethiopia, vicenum cubitorũ. Apud Aſachæos Aethiopũ populos naſcũtur maximi, qui cratium modo impliciti erectis capitibus velificant ad meliora pabula.

Echidna putatur eadem eſſe, quæ & vipera. Capitur & pro hydra ab hercule occiſa. Ouid. li. 3. Faſt. Sãguine Centauri Leernææ ſanguis. Echidnæ, Mixtus ad auxilium tempora nulla dabat. Capitur & pro quocunque ſerpente. Ouid. li. 9. Met. Pars quoque Lerneæ ſerpens eris vnus Echidnæ.

Enydris ſerpens eſt maſculus & albus. Viuit in aquis. Gaza. Lutritem conuertit.

Hæmorrhois ſerpens eſt, morſu sãguinem elicit. Moratur in petroſis receſſibus, colore partim ſanguineo, partim nigro. Tarde pigreq; ſerpit, nec niſi obliquo itinere. Lucan. li. 9. At non ſtare ſuum miſeris paſſura cruorem, Squamiferos ingens hæmorrhois explicat orbes.

Hydri in aqua viuunt, nulli ſerpentium inferiores veneno. Horum iecur ſeruatũ, aduerſus percuſſos ab ijs auxilium eſt. Poetæ fingunt, Hydram ſerpentem fuiſſe numeroſis capitibus, quarũ quũ vnum ab Hercule demetebatur, mox renaſcebantur gemina. Percuſſis ab Hydro odor grauis excitatur: afficiuntur inſuper obliuione rerum, videnturq; nebulam præ oculis habere, in horrorem ac rabiem agi. Tertia demum die pereunt.

Iaculus arbores ſubit, è quibus vi maxima turbinatus penetrat quodcunque animal obuium fecerit fortuna. Lucan. Et Natrix violator aquæ, iaculiq; volucres.

Ichneumõ naſcitur in Aegypto, aſpidem odit vſque ad bellũ eiusq; oua ſectatur, & inuenta perdit, vt à fœtu ſibi timere deſinat. Martial. li. 7. Delectat Marium ſi perniciosus Ichneumon.

Lacertarum duo ſunt genera. Maiores, quę & virides dicũtur: Minores, quas Calcides vocant. In vtroque genere mas Lacertus dicitur. Verg. Nũc virides etiã occultant

culcant ſpineta lacertos.

Natris ſerpẽs aquas inficit veneno. Lucan. lib.9. Et Natrix violator aquę. Mant. in Alphonſo: Et natrix inimicus aquis.

Mepa ſcorpium ſignificat. Cic. li.5. de Finib. Serpere anguiculos, natare anaticulas, volare merulas, cornibus vti videas boues nepas aculeis, ſuam cuique eſſe naturam.

Pharias dũ ſerpit, ſulcum in terra facit cauda, & ſuper eam fere ambulat. Fuluus eſt colore, oculis velox, ore lato morſu nõ maligno. Propterea veteres Æſculapio ſacrum fecerunt. Pedes habet prope caudam. Luca. lib.9. Et contentus iter cauda ſulcare Pharias.

Porphyrus parmi eſt magnitudine, capite cãdidiſſimo, reliquo corpore purpureo. Innocuus eſt morſu, quia edẽtulus. Inuenitur in vadoſis Indię locis. Captũ in colæ cauda ſuſpendũt, & defluentem ex ore viuentis liquorum excipiunt vaſculis ęreis.

Preſter quẽ momordit extemplo reddit immobilem & alienũ mẽte, & mox pilis defluentib. cũ pruritu ac ventris ſolutione abſumit. Luca. lib.9. Oraque diſtendens auidus ſpumãtia preſter. Idẽ Naſidij à preſtere percuſſi mortẽ hoc modo deſcribit. Naſidium Marſi cuſtodẽ torridus agri. Percuſſit preſter: illi rubor igneus ora Succẽdit, tenditque cutem pereunte figura Miſcẽs cũcta tumor toto tam corpore maior. Humanumque egreſſa modo ſuper omnia mẽbra Efflatur ſanies latẽ tollente veneno. Ipſe latet penitus congeſto corpore merſus, Nec lorica tenet diſtenti corporis æſtum. Mant. Et inflatis preſter qui faucib. æſtum Expuit.

Python a poetis ſerpẽs fuiſſe dicitur natus ex putredine terræ poſt diluuiũ Deucalionis. Hũc Apollo interfecit, & ab interfectu nomine dictus eſt Pythius. De hoc Oui. li.1. Met. Sed te quoque maxime Python Tum genuit, populiſque nouis incognite ſerpens Terror eras, tantũ ſpacij de monte tenebas. Hunc Deus arcitenens, & nunquam talibus armis. Ante, niſi in damis capreiſque fugacib. vſus, Mille grauem telis exhauſta penẽ pharetra. Perdidit effuſo per vulnera nigra veneno.

Salamãdra figuram habet lacerti, nunquã niſi magnis imbribus prouenit, a ſerenitate deficiẽs. Huic tantus rigor, vt ignem tactu extinguat, non alio modo quã glacies. Populos improuidos necare poteſt. Nam ſi arbori irrepſerit, oia poma infidit veneno, & eos qui ederint, necat frigida, nihil aconito diſtãs: Quin imò ſi cõtacto ab eo ligno vel pede cruſta panis incoquatur, idem veneficiũ eſt, vel ſi in puteum cadat. Eius venenum ab ijs extinguitur, qui veſcuntur illa.

Salpinga formam habet tubę, eiusque latebra calcata mortifera eſt. Lucan. lib.9. Quis calcare tuas metuat Salpinga latebras.

Sepa ſpecies eſt lacertæ, quæ in vino pota morſus ſuos ſanat.

Seps modicus eſt ſerpẽs, cuius tamẽ ictu percuſſa putreſcũt mẽbra: nã quicquid momordit, in putredinem reſoluitur. Luc. li.9. Oſſaque diſſoluẽs cum corpore tabificus ſeps. Colorem quem attigit, reddit. Quatuor dentibus armatus eſt.

Serpẽs latet hyberno tempore, æſtiuo prodit Senectutẽ fertur exuere, quòd in anguſto foramine (cui per vim ſe impenetrat) veterem deponat pellẽ. Tibull. Crudeles diui ſerpens nouus exuit annos, Formæ nõ illã fata dedere morã: Viſum longo ſitu amiſſum, feniculo recuperat. Ferũt ſerpẽtẽ baculo ſemel percuſsũ, exanimẽ reddi: ſed ſi iterũ feriatur, reuiuiſcere. Plutarchus ait, Serpẽtes ex hominum cadauerib. medijs medullis gigni, ſicut apes ex bobus gignuntur, ex equis fuci, ex aſinis crabrones. Terra, autore Plinio, Serpentẽ nõ recipit homine percuſſo. Serpẽtũ morſus nõ petit ſerpens. Ferunt ictus ſaliuæ, maxime humani ieiunioris, vt feruentis aquę contactum fugere: quod ſi in fauces penetrauerit, etiã mori. His inimiciſſima eſt muſtella Serpẽtes Pſyllis Marſiſq; populis

non

non nocent. Nunquam in trifolio aſpiciuntur. Habentes Onichilum & Staphilinum herbas non feriunt. Lyſimachiæ herbæ odorē fugiunt. Incluſæ circulo Betonicæ herbæ, nequeunt exire, quin ſeſe interimunt flagellando. Dextri earum oculi adalligati contra epiphoras proſunt, ſi viuæ dimittantur. Aegrè extrahũtur, præterquam lęua manu. In India adoleſcunt ad tantam magnitudinem, vt ſolidos hauriant ceruos taurosque Apud Rhindacum amnem in pōto ſuperuolantes, quamuis altè perniciterque alites hauſtu raptas abſorbent. Earũ frequẽtia nomen fecit Ophiuſæ inſulæ. Populi ſunt Oriẽtales, Candei nomine, qui veſcuntur ſerpentibus. His aduerſantur cancri. Quum ſol eſt in Cancro, torquentur. Oua pariunt. Coeunt amplexu adeò circumuolutæ ſibi, vt vna exiſtimari, biceps poſſit. Cornu ceruini odore fugãtur, & nidore galbani. Vinum appetũt. Nin. ait, viſas eſſe pedibus anſerinis, Hederam amant, & Fraxinum oderũt. De remedijs aduerſus earum morſus, vide Plinium.

Scincos ſimilis eſt Crocodilo, minor Ichneumone: contra venena præcipuum antidotum. Item ad inflamandam uirorum uenerem. Naſcitur in Nilo.

Sciatale tãta præfulget tergi varietate, vt notatum gratia uidẽtes retardet. Et quoniam reptando pigrior eſt, quos aſſequi nequit, miraculo ſui capiat ſtupentes. Pellem exuit hyberno tempore. Luc. Et Scytale ſparſis etiam nunc ſola pruinis Exuuias poſitura ſuas.

Sipedon reptilis eſt, Hæmorrhoide aliquanto velocior. Iter obliquat. Morſu profunde penetrat, plaga mox putreſcente.

Spondilis ſerpens omnes perſequitur radices: autore Plinio.

Stellio ſerpens eſt lacertæ ſimilis, circulis quibuſdam, & velut lucentibus guttis, in modum ſtellarum depictus. Eius morſus hominem ſtupidum facit, rarò tamẽ interficit. Fel in aqua tritum muſtellas congregare dicitur. Rore tamen viuit. Nullũ animal fraudulentius eſt. Vnde crimen Stellionatus, & Stellatura dicuntur.

Viperę foetus enecta matre prodeũt, vt inter piſces Acus. Mas in coitu examinatur, capite in os foeminæ inſerto. preq. voluptate ab ea occiſo. Sola ſerpentiũ Vipera terra conditur: cæteræ arborũ aut ſaxorum cauis. Oua parit vnius coloris, & mollia, vt piſces. Tertia die intra veterũ catulos includit: deinde ſingulos diebus ſingulis parit, viginti ferè numero. Ita cæteri tarditatis impatientes, prętũpunt latera, & matrem enecant. Mãtuanus. Et emoriens in fauſto vipera partu. Viperam ferũt exuſtam, & in cinerem delapſam, mederi ſuo morſui author Lactãt. Apollonius apud Philoſtratũ uiperam eſſe viſam refert, ſerpẽtes quos peperiſſet, lambẽtẽ quaſique expolientem. Legitur in Theophraſti monumentis viperarum morſibus tibicinem ſcitè modulateque adhibitum mederi. Ab ijs demorſos ferunt nemini vulnus ſuum uellem patefacere, niſi quos eadem vi morbi quandoque iactatos compererint, ceu qui non experti, ſunt naturam morbi neſciant. In Phoenicia ſolo Viperarum halitu pernecantur homines. Quo radicum illis ſuccreſcentium potentia creditur fieri.

DE PICIBVS DIVERSIS.

Scripſerunt de Piſciũ natura Oppianus, Ariſtoteles, Plinius, & aliquot alij magnę celebritatis viri qui quoniam acutè adeò & diligẽter negocium hoc attingerũt vt nihil poſteris reliquiſſe videãtur, vacãtis eſſet operæ, multa moliri velle poſt illos, quorum nec vmbram quidem poſſit quiſquam pertingere. Propterea ſatis erit nobis, quædã admodum pauca decerpere, quæ notiora & maiori emolumẽto futura videbũtur. Nã nihil indiſcuſſum relinquere velle, illud eſſet retexere telã Penelopes. Dicamus ergo de piſcibus, quorũ nomina apud autores frequẽtiora ſunt. Piſcis Græce Icthys dicitur, vnde Ichthyophagi populi. Troglodytis vicini, qui veſcuntur piſcibus. Ichthyopolę, piſciũ venditores, qui & Cetarij vocantur: Ichthyopolium forum piſcarium. Capiũtur piſces hamis, naſſis, tragulis excipulis, qui piſcantur hamo, vocantur Hamiotæ, vt faciebat Auguſtus animi

laxandi gratia. Tranquillus ſcribit, Neronem aureo rete piſcari ſolitum.

Piſcium alij teguntur corio & pilis, vt vituli, hippotami: alij corio tantum, vt Delphini: Cortice, vt teſtudines: Silicũ duritia, vt Oſtreæ, cõchæ: Cruſtis, vt locuſtę: Cruſtis & ſpinis, vt Echini: Squamuis, vt Carpio: Aſpera cute, vt Squarina, qualignũ & ebora pollũtur: molli, vt murenæ: alij nulla, vt Polypus. Quę pilo veſtiuntur, animal pariunt. Spirant piſces nam pulmonem habent, aut aliqua pulmonis loco viſcera. Annotata eſt enim in quibuſdam æſtiuo calore anhelatio, & in alijs oſcitatio. Interim quoque dormiunt. Oua pariunt quæ ſquamis integuntur Coeunt plerumque in occurſu paruo contractu, mẽſibus Martio, Aprili, Maio: Autumno pauci, vt Salpa & Sargus. Piſcium alij ſunt plani, vt Rhombi & ſoleæ: aliqui longi, vt Murenæ, conger. Placet Ariſtoteli nullas eſſe piſcibus mammas, nec meatum vllum genitalium perſpicuum, ſed excremẽtorum tantum locum. Partes quoque audiendi, odorandi, ſentiẽdi, nullas eſſe perſpicuas præter oculos. Sunt qui gregatim errant more armẽtorum: volant aliqui, vt accipitres, hirundines, ſæpiæ. Sentiunt hyemem procelloſam, cuius horrore multi limo ſe prouoluunt, alij ſub petris glomeratim cõſequi eſcũt, nonnulli ima petunt, ꝙ ſẽtiant ſumma pelagi tempeſtatibus obnoxias. Redeũte uerò ſerenitate proſiliũt, & libenter littus proſpiciunt. Partu differunt inter ſe. Lupus bis anno parit, Mulus ter: cæteri ſemel, ac diuerſis temporibus. Pregnãtes gaudent aquis dulcibus. In Africa tamen feruntur viuere nonnullli in feruenti palude. Sunt qui colorem mutant nam menæ hyeme candidæ fiunt, æſtate nigriores. Mutat & Phycis reliquo tẽpore cãdida, vere uaria. Amicitias interſe, & inimicitias exercent. Inimici ſunt Delphinus & Balæna, Cæſtres & Lupus, Muræna & Congrus. Sũt & qui docilitatem neſcio quam præ ſe ferunt. Nam in Lymira fonte Lyciæ ter fiſtula euocati veniunt ad augurium, teſte Plinio: Hierapoli Syriæ in lacu Veneris, æditiuorum uocibus parent vocati, exornati auro veniunt adulantes. Scalpũtur, ora hiantia manib. inſerendis præbent. In Stabiano Campanię ad Herculis petram. Melanuri in mari panem abiectum rapiunt, ijdemque ad nullum cibũ (in quo hamus ſit) accedunt.

Acipenſer piſcis eſt, qui ſquamis ad os uerſis contra aquã nando meat. Fuit olim in magna menſarum dignatione, & inuentu rarus, vt docet Cicero libello de Fato, apud quem dicitur Scipioni Numantio acipenſerem eſſe paucorũ hominũ. Quod etiam docuit Plautus ſcribens. Qui mihi in mari Acipenſer latuit, cuius latus in latebras dedam meis dentibus.

Acus piſcis eſt gracilis iuſtum vteri tempus non expectans, ſe abrumpens uterum & matrem interimens. Pariunt enim Aci confracto uentre, multitudine partus exigui precij Græcè dicunt Bellones, De his Mart. lib. 10. Et ſatiũs tenues ducere credis Acos.

Aeluri piſces ſunt, quorum oculi ad vices Lunæ aut ampliores fiunt, aut minores.

Alec piſcis eſt, qui ſola aqua nutritur. Mart. Cui portat gaudens ancilla paropſide rubra Alecem, ſed quam protinus illa voret. Diminutiuum eſt Alecula. Col. li. 9. Datur Cammarius, & riualis Alecula, vel ſi quæ ſunt incrementi patui fluuiorũ animalia. Capitur etiam Alec pro ſalſo liquamine. Mart. li. 3. Capparin & putri cepas alece natantes.

Aloſa piſcis eſt de Clupearum genere, qui alio nomine Chryſſa dicitur. Aloſæ dicuntur eſſe laudatiſſimæ in Tyberi.

Anguillæ piſces ſunt oblongi, volubiles, & ſerpentibus ſimiles, qui piſciũ ſoli exanimes nõ fluitant. Dĩt Anguillæ, ꝙ anguibus ſimiles ſint. Viuunt annis 8. durãt ſine aqua ſenis diebus. Generãtur ſcopulorum attritu, ſine coitu, ſine ouo, nec eſt alia earum procreatio. Frequens habet lacus Benacus: autore Plinio. Veſcuntur limo & edulijs, ſi quis apponat, ſed plurimæ dulci humore viuunt. Gaudẽt aqua ſemper affluente & effluẽte, quæ niſi limpida fuerit, breui intereũt. Æſtiuo

no tempore de lacu in piſcinam tranſlatæ uiuere nequeunt: hyeme vero mutationé loci tolerât facillime. Reperiuntur in Gange tâ inuſitata magnitudine, vt tricenos pedes impleant. Optimę & præpingues capiuntur in Timauo lacu. Reperiuntur ét in limoſis locis prope Syracuſas, tanta multitudine, vt piſcari volêtibus, lata adſit præda. De anguilla Iuuena. Sat. 5. Vos anguilla manet longę cognata colubræ. Ariſtoteles ait anguillam neque marem eſſe, neque fœminam.

Anthia piſcis eſt, frequês apud Chelidonias inſulas. Celeriter capiť, paruo nauigio & concolori veſte, eadêq; hora per aliquot dies cõtinuos piſcator enauigat certo ſpacio, eſcamq; proijcit. Solus hic multos dies ad piſcatores accedit incomitatus. Poſtremo greges innumeros adducit, quos ſi inuolauerit Hamiota, parcit ductori. Præterea Anthiæ quû vnû hamo teneri viderint ſpinis (quas in dorſo ſerratas hñt) lineâ ſecare traduntur, ea quæ teneť extendente vt præcedi poſſit.

Aphyæ piſciculi ſunt, qui ex aqua & pluuia procreantur. Aphya in ignem. Prouerbium eſt de rebus, quæ celeriter intereunt, & abſumuntur, vel quæ ſtatim conficiuntur. Nam Aphya piſcis admotus ignis protinus decoquitur.

Aries piſcis, eſt qui graſſatur vt latro, & gradium nauiû in ſolo ſtantium occultus vmbra expectat, ſi quem nandi voluptas inuitet, raptamque prædam abnatans mergit.

Aſtacus piſcis eſt, qui ſi longius a mari ex portatus dimittatur, ad eundem irrepit locum, vbi captus fuerat.

Attilus piſcis eſt inertia pingueſcens. Frequens eſt in Pado, adeò vt ad mile quandoque libras capti ſint, qui niſi iugis boum extrahi potuerunt.

Aulopa piſcis eſt magnitudine ingêtis Thynni, ceruice firmiſſima, oculis parentibus, atque amplis, dorſo cæruleo, vêtre albente, corpore linea aurei coloris diſcriminato, quæ a vertice ad caudam deſinit.

Auratæ piſces ſunt omnium timidiſſimi, qui in maris reflexu ſub littoraliû arborum radicibus ſe occulunt, ibique frondium agitatione exteriti, facile capiuntur, quadam velut deditione. Eorum viuaria primus inſtituit Sergius Aurata, inde nomen adeptus Martia. Non omnis laudem preciumque Aurata meretur. Hic piſcis nomen accepit ab auri colore. Commendantur Auratæ, quæ ſunt ex Lucrino lacu. Coeunt attritu uentris, & oue concipiunt.

Balæna piſcis eſt omnium maximus, qui partum lacte nutrit: ſpirat non brachijs ſed fiſtula quadam. In fronte gerit ora Fertus ſomma aqua, hebetatur ſenſibus ob corporis molem, ꝓpterea duce indiget, qui prælôgus & albus, & capite procero, anguſta cauda præit, extremaque Balenam contingit, & tanquam temone ad eam regendam vtitur. Sole ardente Balęna interdum exit ad littus, & proſtrata, dormit in arena. Reperiunť Balænæ in mari Indico quaternû iugerû, & elephantis quintuplo maiores. Sunt & prægrandes in mari Britanico. Iuu. Sat. 10. Quantum delphinis Balæna Britanica maior. Balænis infeſtæ ſunt orcæ.

Barbo piſcis eſt, geminam habens barb. m in labro inferiore. Alio nomine uocatur Mulus. Vnde & Cicero in Paradoxis Mulos uocât Barbatulos.

Bocas piſciculus eſt, vocem quandam mugitui ſimilem reddens.

Callionymus piſcis habet multum fellis in dextro latere, in ſiniſtro vero iecur.

Cancri piſces ſunt multipedes, & præpoſtere gradiêtes, vt Galentius in Croacographice deſcribit: Illis dena pedum veſtiga, denaque in arcus Crura recuruâtur, laterumque a margine ludunt Ambiguumque iter eſt &c.

Reperiuntur in Phœnicia littorales câcri tantę velocitatis, vt cõprehêdi nequeât.

Canicula piſcis eſt fœtus ſuos a partu natantes deuorans, vt eos ab omni iniuria tueatur.

Cantharus piſcis eſt Zelotypus, qui pro conſorte ad internecionem cum ſuo genere pugnat.

Carpio piſcis eſt nobis frequens, & in Bœnaco laudabilis.

Cephalus

Cephalus etiã nomen eſt piſcis. Ambroſius: Ille ſinus maris Cephalos alit, lupos
ille, ille ſaxatiles. Sordidi ſunt cephali, ſummo pelago quãdoque vrinãtes ſeſe
abluunt. Oua eorum non attigũtur, vnde, & numeroſi ſunt, Quum adoleuerũt
corripiuntur a cæteris. Marini flumineis præſtant.

Ceſtreus piſcis eſt, qui reliquis mutua deuoratione victitantibus, ſolus ab aliorũ
carnibus abſtinet, ideoq; nõ capitur eſca, ſed in limũ abdit ſe quo ibidem pa-
ſcitur. Vbi verò in metu caput occuluit, arbitratur totũ copus eſſe tutum. Non
nulli ferunt hunc piſcẽ deuorari à Cõgro, vt Congrum à Murena. Theod. Ga-
za Mugilem fecit Latinè.

Cetus piſcis eſt maximus in Atlãtico mare, Ambroſ. Virtute mitigauit mare, Diſ
ciplina Cetos ſtrauit Pli. li. 32. ſcribit, Cetos ſexcentorũ pedum lõgitudinis,
& trecentorum latitudinis intraſſe in flumen Arabię. Sũt enim tãtæ magnitu
dinis, vt ſi aquis ſupernatẽt, inſulæ videãtur. Dicimus ẽt Cete, neutro genere,
& plurali numero. Stat. lib. 1. Achil. Armigeri. Tritones eunt ſcopuloſaq; Cete.

Cetarij dicuntur maiorem piſcium venditores.

Channa piſcis eſt mollis carnis. Hyatulam Gaza conuertit.

Chorace piſcis hinnas habet vtrinque maximas, caudã auri fulgore purpureis diſ
ſectam lineis.

Citharędus piſcis eſt, qui à cauda ad verticẽ lineas habet inſtar neruorũ muſici
inſtrumenti diſtentas, vnde nomen accepit, frequens in mari rubro.

Clupea piſciculus eſt, qui venã quãdã in Syluri faucibus mira cupidine appetẽs
Sylurum ipſum morſu exanimat.

Cochleæ tã aquatiles quã terreſtres exuunt ſe domicilio, binaq; ceu cornua pro
tendũt, contrahuntque. Oculis carent, ideo corniculis prætentant iter.

Concha eſt de genere cancrorũ. Conchę & Oſtrea dicũtur piſces teſtę firmioris.
Et teſtæ ipſe duriores vocãtur Conchæ. Oui. Oſtreaque & conchis tuta fuere
ſuis. Colum. Implicitus conchæ limax, Conchis optimis abundãt Lucrinus, Bi
baga Indiæ inſula, & mare rubrum.

Cõgrus ſeu Cõger etiam genus eſt piſcis, quem inter ſaxatiles ponit Pli. Similis
eſt anguillæ, duriore tamen carne, & ſapore inferior Grillum Nicãder vocauit.

Coracini piſces ſunt Nilo peculiares. Martial. Princeps Niliacis raperis Coracine
macellis, Pelleæ prior eſt gloria nulla gulę. Coracius oculos frequenter mouet.

Cordillæ piſciculi ſunt, de quibus Mart. li. 3. Ne nigram cito raptus in culinam,
Cordillas madida tegas papyro.

Coruus piſcis marinus fuluus eſt, è ſtagno nigricãs, alga veſcit, et bis parit ĩ anno.

Cybium piſcis eſt ita ſciſſus, vt medium pateat ęquè in omnes partes ad ſimilitu
dinem teſſeratum.

Cyprinus piſcis eſt fluuialis palatum habens carnoſum pro lingua.

Dactylus piſcis eſt è genere cõcharum, ab humanorum vnguium ſimilitudine
appellatus. Remoto in tenebris lumine, alio fulgore claret, lucet in ore manden
tium, in manibus in ſolo, & ueſte, decidẽtib. guttis: vt etiã natura illa videatur
eſſe in ſucco, quem habent in corpore.

Delphini piſces ſunt puerulorum amatores. Fœmina mulieris inſtar habet vbera,
quibus copioſo lacte mares paſcit: Parui una gregatim natãt: Parẽtes fœtus co
mitantur etiam adultos. Citò adoleſcunt. Decem annis ſummam proueniunt
magnitudinẽ: agunt vere cõiugia. Pariunt catulo decimo menſe, & æſtiuo tem
pore. Viuunt annis 30. In terrã quãdoq. erumpunt incerta de cauſa, & ſtatim
tellure tacta moriuntur. Linguam habent contra naturam aquatilium, mobilẽ,
breuem & latam, non differentem ſuillæ: Hominem amãt, arte muſica mulcẽ
tur: Pro voce gemitum edunt humano ſimilẽ Dorſum habent repãdum, & ro-
ſtrum ſimum, vnde & Simonis nomine gaudent. Obuiam nauigijs veniũt, allu
dunt etiã, & quãuis plena prætereunt vela: Nullum eſt animal quod celeritate

non

non excellant: Paruos ſemper aliquis grandior natu comitatur, vt cuſtos. Plin. ait, viſos eſſe, qui defunctum portarent, ne laceraretur a beluis. Si quis eorū captus fuerit, cæteri adnatant, ſupplicantum ſpecie captum repoſcētes. Varia sūt apud Plinium exempla de eorum amore in pueros.

Draco marinus caput & oculos habet ad ſimilitudinē terreſtris, reliquū corpus, vt cęteri piſces. Squamas habet præduras, aculeoſq; ſolo tactu venenum relinquentes. Apprehenſus dextra manu renititur: correptus verò læua obſequitur.

Echeneis piſciculus eſt, qui naues quamlibet impetuoſo vento cōcitatas, adhęrēs retinet. Pli. Eſt (inquit) paruus admodū piſcis, petris aſſuetus, Echeneis appellatus. Hoc carinis adhærēte, naues tardius ire credūtur. Inde Latini Remoram vocant, & Remiliginem. Lucan. 6. Non puppim retinēs Euro tēdente rudētes. In medijs Echeneis aquis oculiq; draconū. Fertur hic piſcis fluxum grauidarū vtero ſiſtere, partusq; ad puerperium continere.

Echini piſces habēt pro pedib. ſpinas ingredi eſt his in orbem volui, propterea detritis ſæpe aculeis inueniūtur: Ora habēt in medio corpore in terrā verſa. Oua amara numero quina. Sæuitiam maris præſagiūt, ac propterea correptis ſe muniunt lapillis, & calculū arripiunt, ne fluctibus excutiantur. Oua habent pleni lunijs hyeme. Frequētes ſunt Achini apud miſenum promontorium. Hor. Miſeno oriūtur Echini Captum Echinū ſi concerpſeris in fruſtra, & in mare proceris, paulo poſt partes conuenire ac reuiuiſcere aiunt.

Elops piſcis inter rara, delicias quōdā habitus eſt: alio nomine accipēſer dicitur Pli. commēdat Elopem Rhodium. De Elope ſic ſcribit Æliam. Elopem quidā exiſtimant eſſe quem Homerus piſcem ſacrū appellauit, inuētu rarū, nec niſi in mari Pamphilio, captus trahitur magno acclamatum plauſu.

Encraules piſces ſunt minutiſſimi, albo colore, præda cæterorū, qui turmatim cōglobatimq; adeò feruntur, vt ſcapha aut remis urgentibus diſſociari nequeant.

Exocœtus piſcis eſt in ſiccum ſomni cauſa exiens. Hunc habet Arcadia.

Gerres, piſces ſunt villiſſimi, & ſalſi, ex genere locuſtarum. Mar. li. 3. Teque iuuāt Gerres, & pelle Melandria cana.

Garus piſcis eſt, cuius fel recens, & inueteratum vino aurib. vtiliſſimum eſt: autore. Plinio.

Galeus piſcis eſt, paſtinacam piſcem venenatum proſequitur: autore Plin.

Glanij piſces ſunt, quorum frequētia Glanio Cumarum fluuio nomen impoſuit.

Glaucus piſcis eſt, qui tāta in ſobolē charitate teneri dicitur, vt paruos fętus nūquam deſerat, preſtoq. adſit eis cōtra noxia. In periculis ſolidos deuorat, dein de reuomit. Ariſtoteles eum ponit in genere ſerratorum, & carniuororum.

Gobio piſcis eſt præſtātis ſaporis, & parui nutrimēti. Albus præſtat nigro. Laudatiſſimus olim mēſis adhibebatur. De hoc Iuuenalis Satyra 12. Ne cupias mulū, cum ſit tibi Gobio tātū. Dicimus & Gobius. Mar. In Venetis ſint lauta licet cōuiuia terris. Principium cęnæ Gobius eſſe ſolet. Gobiones arena gaudēt, gregatim degunt: vnde & inter piſces gregales numerantur.

Grues piſces frequentes ſunt in Corinthio pelago, magnitudine pedum 15. Os & ceruicem habent graui aliti ſimilem, & ſquamas inſtar pēnarum eius. Sūt graciles, & prolixæ, ſubſultimq; natant. Fęminę libidinę accēſe maribus blandiūtur, eosque ſalientes patiuntur. Huic genitura in aquas decidente, ex mari velut parente procreantur.

Hyegrophœnix piſcis eſt in mari rubro, magnitudine lacerorum, ore ſemper hiāti, & oculis viridantib. zonis diſtinctus binis: altera a brachijs ad caudā aurea altera argentea medium corpus intercidente, maculis deinde inter cruſtantib. cæruleis.

Hippocampus piſcis eſt, cuius ventrem ſi quis ex aceto & melle hauſerit, contra canis rabioſi morſum auxilium ſentiet.

Hirci

Hiſci piſces ſunt in Cyrenaico & Sardoo mari, oberrantes cũ Delphinis. Mares alba vita frontem habent redimitam. Fęminæ verò ſunt criſtatę, vt galli gallinacei. Rapaciſſimi ſunt, vt qui homines nauigiaq. inuolent. Spiritu graui & vehementi, quo odore veluti inſtrumento ad cæterorum prædã vtuntur. Vitulos marinos inſectantur maximè, quos proflatu, perinde ac iaculo, expugnant.

Iulides piſces ſunt ſaxatiles & morſu venenato.

Labrax piſcis eſt lato oris rictu, qui eſcam totam vnà cum ęre faucib. corripit, atque ob id facile capitur. Prægrandes autem Labraces apud Miletum Aſiæ ciuitatem eſſe dicũtur. Vnde adagium, Labrax Mileſius: in auidum & voracem.

Lagnis piſcis eſt ſobolis amantiſſimus. Nam vbi fęmina enixa eſt, mas curat communes fętus, tutaturq. ab inſidijs, atque etiã hamum deuorat. Similis eſt propè Siluro. Frequens reperitur apud Mæandrum & Lycum Aſiæ, itemq. apud Strymonem Europæ fluuios.

Lampetra piſcis eſt a lambendis petris nomen adeptus.

Leo piſcis regitur concha, Carabo ſimilis, præter quã quòd gracilior eſt. Eius brachia cancris ſimilia ſunt.

Lepus marinus gignitur in limo vna cum Aphyis, quibuſcũ aliquãdo capitur. In magno mari reperitur, omnia ſimilis terreſtri, præter villos, quos aculeatos & erectos habet. Natat in ſumma aqua. Velociſſimus eſt, ac propterea difficilis captu: nec vnquã ad naſſas aut hamos accedit. Si quis eũ attigerit aut manu, aut baculo (dum in morbo eſt) animi defectum incurret.

Locuſtæ piſces ſunt Polypis inimici, & Murenis, qui obliquis cornib. procedunt metu. Gignuntur in limo, ſed diuerſo: in cænoſo Oſtrea, in arenoſo Cõche. Incolæ Caſij montis cõtra terreſtres Locuſtas Iouis auxiliũ implorant Theſſali, Illyrij & Lemnij ab his etiã infeſtantur. Magneſij & Epheſij ordine militari in eas procedũt. In mari Indico locuſtæ aquatiles quaterna implent cubita. Sunt in India ternum pedum longitudinis, crurib. & femoribus ſerrarum vſum prębentes quum inaruerunt.

Loligio piſcis eſt, q. extra aquã ſeſe efferẽs volitat: caput habet inter pedes & ventrem & cruorẽ nigrũ inſtar atramenti. Vnde Horat. Hic nigræ ſuccus loliginis.

Lucerna piſcis eſt, qui lingua ignea per os exerta ſerenis noctib. lucet eodẽ Plinio teſte.

Luſcius piſcis eſt denticulatus, de quo Auſonius: Luſcius obſcuras vlua cęnoq. lacunas Obſider.

Lupus piſcis marinus, dictus eſt à voracitate, & quòd ſolus natet. Lenis eſt & mollis. Cãcros marinos inſectatur maximè. Habet neſcio quẽ lapidẽ in capite. Fluuialis potior eſt marino. Præſtãtiſſimi ſaporis capitur ĩ Tyberi fluuio, iter duos põtes, autore Plin. De hoc Mar. li. 9. Appetitur poſito vilis oliua lupo. Idem: Laneus Euganei lupus excipit ora Timaui, Æquoreo dulces cũ ſale paſtus aquas. Hic piſcis rete circundatus, arenas arat cauda, atque ita cõditus euadit. Quum hæc fit ĩ hamo, tumultuoſo diſcurſu laxat vulnera, donec excidãt ĩſidiæ. Lupus & Mugil mutuo flagrãt odio Plin. ait, Luporum laudatiſſimos eſſe, qui appellãtur Lanarij a candori molliciaq. carnis.

Lutariæ dicũtur teſtudines, quæ in dulci aqua viuunt. Has Gręci Emydas vocãt.

Margari piſces ſunt rotunda ſpecie, qui gregatim natãt, regẽ ſectãtes, more apũ: quo capto, cæteri attoniti capiuntur facillimè, in mari rubro, in locis prominẽtibus ac portuoſis: conduntur q. in dolijs ſalſamentarijs, donec exiccata carne dureſcãt in lapidẽ aurei coloris. Reperiũtur in Indico, & Britãnico oceano. In terra non inueniuntur niſi foſſiles, & adulterini.

Melandria piſcis eſt cęſis quernis aſſulis ſimillima.

Melanuri piſces ſunt omnium timidiſſimi nã tranquillo cęlo & mari ima pelagi petunt, ſeq. petris multa obductos alga condũt. Per brumam verò cum cęteros

G viderit

viderint piſces vndis agitatos,& uentis profundum petere, illi tūc confidentes ſuperiora repetunt,iuxtaq; littus ſpuma tempeſtatis & procellarū operti ferūtur ad ora piſcatorum incogniti. Veſcuntur obuijs quibuſcunq; Ad hamū non accedunt,capiuntur ſagena.

Merula piſcis plurib. fęminis ſui generis congreditur, easq; in receſſu petrarum abditas tanquam in thalamis,ſecum continet Zelotypus eſſe dicitur,puerperiū & mas curat aſſiſtendo,cibumq; fęta adminiſtrando.

Meryx piſcis eſt,qui ruminare dicitur.

Miluago piſcis eſt,quæ quoties cernitur extra aquam volitans, tēpeſtates mutari Trebius Niger apud Plinium autor eſt.

Minutal piſcis eſt maximus,quē Apitius addito loquamine,oleo & vino condiebat. De hoc Mart. Hinc exit varium coquo Minutal.

Mugil piſcis eſt capitoſus,omnium(qui ſquamis integūtur) velociſſimus,adeò vt tranſuerſa nauigia interim ſupernatet. Videtur eius natura,quod abſcōdito in metu capite,totū ſe occultari putet. Coitus tēpore,marem lineæ alligatum & in mare proiectum,fęminæ ſequuntur ad littus,& mares fęminam partus tempore. Bellum habēt mugiles cum lupis. Sciūt eſſe in eſca hamum,inſidiasq. nō ignorant. Auiditas tamen tanta eſt,vt cauda verberando excutiant cibos.

Mullus piſcis ter anno parit Maritimorū voraciſſimus eſt. Alga veſcitur,& humano cadauere. Moriēs apparet verſicolor,cum multiplici ſquamarum rubētium mutatione. Binas libras maximus nō excedit. Geminam habet barbā in labro inferiore. Hinc Barbatuli mulli dicuntur a Cic. li. ad Att. 2. vbi ait,Noſtri autē principes digitos ſe cœlū putant attingere, ſi mulli barbatuli in piſcinis ſint,q ad manū accedant. Volaterr. putat,Mullum eum eſſe,quem hodie Barbum dicimus. De Mullo Mar. lib. 2. Mullum dimidium lupumq; totum. Idem. Spirat in aducto,ſed iam piger æquore mullus Langueſcit:viuum de mare, fortis erit. Feneſt. ait,Mullum accepiſſe nomen a colore molliorū calciamentorū. Cū expirat,verſicolori ſquamarum mutatione niteſcit. Aſinus Celer tēpore Claudij Mullum octo millibus nūmum emit. Mullos ſeptentrionalis gignit Oceanus,& pars Occidentis proxima.

Murena piſcis eſt lōgitudine anguillæ:parit quocunque tēpore, eiusq. oua citiſſimè creſcū. Vocantur a Latinis Plutæ,quòd in ſuperficie aquatu fluant,& ſupernatēt. Quū in ſummis aquis apricātur,ſole torrefactæ,amplius ſe curuare, aut aquis mergere nequeunt. Vnde Mart. Quæ natat in Siculo grādis Murena profundo,Nō valet exuſtā mergere ſole curem. Fuit olim Murena in tātis delicijs,vt nomē Liciniorū familiæ dederit,teſte Varrone,& mortua defleta ſi in piſcina,& alia inaures ab Antonia Druſi meruerit. Principatū optinet i Sicilia vbi præpinguedine in ſūmū pelagus erumpit. Habet etiam Itelicatam vrbs Hiſpanię Tarteſſus nomine,adeò vt iter cibos electiles numerata ſit: autore Gel. Murenis infeſtiſſima eſt ferularum natura,hamum deuorāt,admouentq; dentibus lineas,atque ita erodunt. Licinius Macer. apud Pliniū ait,eas fęminei tātum ſexus eſſe,& concipere è ſerpentibus,& ob id ſibilo à piſcatorib. euocari. Animam habent in cauda,qua percuſſa exanimātur,verū ictu capitis raro. Laudantur inter ſaxatiles. Congruos odio proſequuntur.

Murex eſt piſcis marinus ex genere concharum,qui & Conchyliū dicitur. Plin. Conchylia & purpuras oēs ore atterit. Ex eius humore fit colore purpureus. Vnde & pro purpura ſolet accipi Horat. Thebis Afro murice tinctę veſtiunt lanæ. Frequēs eſt hic piſcis, & nobilis apud Tyrum,vbi vſum purpuræ præbet. Verg. lib. 4. Æneid. Tyrioq; ardebat murice læna. Muricum cinis cum oleo tumores tollit,& mammas cum melle efficaciter ſanat. Latent circa canis ortum tricenis diebus. Congregantur verno tempore purpurarum inſtar,mutuoq. attritu lentorē cuiuſdam ceræ ſaluant. Pariūt vere. De Murice Martial. Sanguine de no-

de noſtro tinctas ingrate lacernas. Induis, & non eſt hoc ſatis, eſca ſumus. Horat. Murice Balano potior. Lucrina peloris.
Mus araneus piſcis eſt, qui viſa orbita currus, ſtatim uti pedicis impeditus, capit.
Mures marini exeunt in terram. Oua pariunt, quæ obruunt terra, ac demũ trigeſ. die refodiunt, & fœtus ad aquas ducunt.
Muſculus piſcis eſt, qui iter Balænæ, oculis eius põdere ſuperciliorũ obtuſis, prænatãs dirigit, oculorũq; vice fũgit, frequẽs eſt hic piſcis in Stymphali Arcadiæ.
Muſtella piſcis eſt murenæ ſimilis, cui ſecundas in delicijs partes nõnulli tribuũt. Sunt qui hirundinem eam vocant, a ſimilitudine paluſtris hirundinis, quæ ſanguinem ſugit.
Myrinum Ariſtoteles ait eſſe murenæ marem, qui generat, ſed tamẽ hoc differre, quod murena, varia & infirma ſit: Myrinus vnicolor, & robuſtus, dentesque extra os habeat.
Myrus piſcis eſt, ſeu ſerpens maximus, cui ſi eruatur oculus, frontique hominis appendatur, ophthalmiam dicitur ſanare, piſci verò renaſci. Ferunt præterea altero eũ capi lumine, qui uiuẽtem non dimiſerit. Plin. & Gaza Oculatam eum vocant. Volater. putat eundem eſſe cum Lampetra.
Mytylus piſcis eſt in arenoſis ſponte proueniens. Nullius eſt saporis, ſed craſſitudĩ ni gingiuarum, ſordidisque vlceribus medetur. Mart. lib. 3. Sumitur inciſo Mytilus ore mihi.
Narica piſcis eſt minutulus, qui a nãdo nomen ſumpſit. Plautus apud Feſtum. Naricam bonam atque Canitam.
Nautilus alius piſcis, dictus quòd nauigantis effigiem habeat, a quibuſdam Pompilus dicitur.
Orca piſcis eſt magnitudinis miræ, infeſtus balænis Plin. ſcribit Orcæ reflatu depreſſum quandoque nauigium fuiſſe, & immerſum in oculis ſuis, quã in Oſtiẽſi portu debellauerit Claudius Imperator.
Orchis piſcis eſt rotundus, & ſine ſquamis, totusque capite conſtans, & omnium duriſſimus: autore Plin.
Orcynus piſcis eſt, qui mira ſagacitate hamum vi deorſum trahit, vt ſeſe illidat petris & abſoluat laqueo, aut laxato vulnere proſiliat.
Orphus piſcis eſt oblongus, anguillæ ſimilis.
Oſtrea ſeu Oſtreæ piſces ſunt operti concha, qui non vulgarẽ in cibis gratiã hñt. Sergius Orata optimum ſaporem Lucrinis adiudicauit, quæ etiam commẽdat. Mart. Ebria Baiano veni modo concha Luchrino. Horat. Nõ me Lucrina iuuerit Conchylia. Omnium oſtrearum, conchyliorum & concharum corpora Lunari poteſtate augeri, & rurſus minui, teſtis eſt Plin.
Oria piſces aurem habent ueniri coniunctam.
Oxyringus os habet prælongum, in modũ roſtri, oculos fulgẽtes, alba ſupercilia, dorſum viridans, pẽnas priores nigras, reliquas albas, caudam prælongam & viridem, quam aurea linea mediã diſcriminat. Colitur Aegyptijs vt Crocodilus.
Paputi piſces integuntur cruſta. More ſerpentium ſenium exuũt, renouata cruſta. Vocantur a Palladio Cancri marini.
Pauo piſcis eſt uarij coloris, rubentibus lineis, e genere ſerratorum ſolitariorum.
Pardalis piſcis eſt ſimilis terreſtri, colore & maculis.
Paſſer planus eſt, nomen traxit a paſſere auicula. Optimis in cibis iudicatur, Paſſer & Rhombus ſitu tantum corporum differunt. Dexter reſupinatus eſt illis, Paſſeri læuus.
Paſtinaca piſcis eſt quandoq; natans, interdum etiam volitans. Roſtrũ habet præacutum & venenatũ, & cui nullũ fere ſit remedium. Paſtinacæ iecur decoctũ, in oleo, pruritum & ſcabiẽ nõ hoium modò, ſed & quadrupedum efficaciſſimè ſedat. Eiuſdẽ radius adalligatus umbilico faciles partus facit. Pinnas nõ habet

Latrocinatur ex occulto tranſeuntes radio, quod telum eſt ei figens. Argumētū magnæ in hoc piſce ſolertiæ eſt, quòd cum ſit piſcium tardiſſimus, Mugilē omnium velociſſimum in ventre habere quandoque reperiatur. Contra suū ictum remedio eſt, cinere ſuo ex aceto illito.

Pectunculus piſcis eſt de genere mollium, extra aquam ſeſe efferens ſagittæ modo Pectunculus Chius inter cibos electiles numeratur a Gel. Laudatiſſimi pectines reperiūtur Mitylenis, teſte Plin. & Tarēti, dicēte Horat. Pectinib. patulis iactat ſe molle Tarentum. Mobiles ſunt pectines, adeo vt plerunque retib. exiliant, & pene putentur volare..

Pediculus piſcis eſt paraſitus Delphini. Eius enim prædam & eſcam ſectatur, quā libenter imperit. propterea pediculi pingues ſunt, & obæſi.

Pelamides appellantur Thynni, quum annū tempus exceſſerunt: morātur in luto. Iuuen. Sat. 7. Quod vocis precium ſuccus Petaſunculus & vas Pelamidū Horū piſcium copiam habent. Alyzones populi: reperiuntur & in anguſtis Byzantij.

Peloris piſcis eſt de genere cōcharum, dictus a Peluro promōtorio, vbi ſcatet. Horat. Murice Baiano potior Lucrina Peloris. Pelorides Plin. teſte emolliunt aluū.

Perna piſcis eſt ex concharum genere, frequens circa Pontias inſulas. Stant autē Pernæ veluti ſuillo crure longo in arena defixę, hiātesque qua limpitudo eſt pedali non minus ſpacio. Cibum venantur, dētes in circuitu marginum habent pectinatim ſpiſſatos. Intus pro ſpondylo grandis caro eſt: autore Plin. li. 32.

Phagrus nomen eſt piſcis anguille ſimilis, & ſaxatilis.

Phari piſces ſunt, quos venerantur, qui Syenem incolunt.

Phocæ piſces ſunt, qui a mugitu boues marini dicuntur. Verg. li. 4. Geor. Et turpes paſcit ſub gurgite phocas. Hic piſcis corio & pilis tegitur, Parit in terra pecudū more; & coit inſtar canum. In ſomno mugit, vnde & vituli meruit nomen. Spirat & dormit in terra.

Pholis piſcis eſt de genere Rhomborum, qui mucore ſuo ſpumaque cubile ſibi ſubſternit.

Phuca piſciculus, ſolus piſcium in alga nidificat.

Phyſalus piſcis eſt colore ſmaragdi, venenatus: qui ſi capiatur, more pilæ, aut veſicæ intumeſcit.

Phyſeter piſcis eſt marinus, inuſitata magnitudine, de quo Rufus in Arati Phænomen. Delphinos virides, & Phyſeteras anhelos. Hos Plinius inter beluas marinas reponit.

Pinna immobilis inhæret ſaxis, cuſtodemque habet Pinnotherem, quo cum priuatur, ſtatim perit. Hic ei dapes ſuggerit, piſceſque in prędam deducit. Pli. ubi de Cāchris loquitur: Pinnotheres, inquit, vocatur minimus ex omni genere, ideoque opportunus iniuriæ. Huic ſolertia inanibus oſtrearum teſtis ſe condere, & cum accreuerit, migrare in capaciores.

Plantaniſtæ roſtrum habēt & caudam Delphini. Reperiuntur in Gāge Indiæ magnitudine 15. cubitorum.

Polypus piſcis eſt de genere mollium, a pedum multitudine nomē adeptus. Fraudulentus eſt, & colorem mutat. Ita petris adhærens plurimos piſces, prædonē non agnoſcentes, caſſibus furtiuæ artis includit: reddit enim colorem petrarū, in quibus delitet. Tanta eſt inſuper voracitas, vt nec a ſuo quidē genere abſtineat. Carabū piſcem expaueſcit, adeo vt coniectus in retia vbi ille fuerit, quādoque captus ſtatim exanimetur. Aeſtiuo tempore uiſi ſunt Polypi exire in agros maritimasque; arbores fructuū auiditate ſcādere. Tanta eſt ſalacitate, vt effœto corpore nulla ſit ei auenatandi, aut prædā affectandi facultas. Fœminę breuior eſt vita, & facilius capitur. Rapaces ſunt eius pedes. Vnde natū prouerbiū de hominibus furacibus apud Plautum in Aſin. Ego noui hos (inquit) Polypos: quicquid attigerunt, tenent. Item aliud, Polypi mentē habes: in hominē, qui morib. eſt verſatilibus,

ſatilibus. Eſt etiam polypus narium morbus. Mart. li. 12. Naſutum uolo, nolo polypoſum.

Pompilus concha munitur, quam conuexam turbato mari narando gerit, ne fluctib. oppleta teſta deprimatur, Tranquillo re ſupinat carinæ modo, acetabulis vtrinq; pro remis utēs, & cartilaginē (q̄ ī medio retinet) pro velis pādēs. Si q̄n metus belluarū inuadentiū ingruit, repleta cōcha ſub undis ſeſe demittēs latitat. Rurſus uitato periculo reſiſtit. Profunda petit, ceu terrā oderit. Adnatat nauib. cū alijs ſuæ ſpeciei, aſſultāſq. circa cōglobat. Eadē eſt fere nautili natura.

Porcum Græci Aſtragoriſcū vocant. Cū capitur, more porcorum grunnit. Appiō apud Plin. maximum piſcium eſſe tradit.

Priſtis piſcis eſt marinus anguſti corporis & longiſſimi. Dicitur autē Priſtis ab vndarum ſectione. Scindunt enim fluctus mirum in modū propter tenuitatem Priſti Græci ſectionē vocāt. Pli. ſcribit Priſtes eſſe ī mari Indico 200. cubitorū.

Pſitta piſcis eſt, quem nonnulli paſſerem dicunt. Ariſt. Torpedo occulit ſeſe & paſtinaca, & atcellus, & rana, & pſitta, & ſquatina.

Pulmones marini in pelago dierum hyemem protendunt. Montiū item ſonitus, nemorumq; murgitus prędicunt. Eorum cineres adalligati profluuia purgant. Pulmonib. ſi confricetur lignum, ardere videtur, adeò vt faculam ita pręluceat.

Purpura (quā aliqui Porphyram vocant) conchyliorum uoraciſſima eſt. Linguam habet prælongam, ſemperq. vibrantem, per quam potitur præda, quam affectatur. Eius cruori maxima dignatio in tingēdis lanis, præcipue ſi lapidis ictu cædatur. Purpurarū quædam augentur inſigni magnitudine, vt quæ ad Sigæū & Lectū Idę promontoria gignuntur. Aliæ paruæ ſunt, vt in Euripo & caria. Marinæ magnæ ſunt & ſcabræ. Capiuntur tēpore uerno, quum fauos extruunt. Flos inde extrahitur ſpecie membranæ cādicantis, qui contritus manū inficit. Purpureæ uiuunt annis ſeptenis. Latent ſicut murices contra canis ortum tricenis diebus. Congregantur uerno tempore, mutuoq. atritu lentorem cuiuſdā ceræ ſaliuant. Succum (quo tinguntur lanæ) euomunt cum vita. Propterea piſcatores uiuas capere contendunt. Capiuntur paruulis rariſque cōchis, textu ueluti naſſis in alto iactis. Ineſt his eſca, quam appetunt purpureæ, porrectiſq. linguis inſtant. At illæ aculeo extimulatæ claudunt ſeſe, comprimuntque mordentes, ita pendentes auiditate ſua purpurę tolluntur.

Rana piſcis eſt notiſſimus, lato uentre, cæruleis uariegatus maculis, Græcè Batrachos dicitur. Ranarum terreſtrium quædam in uepribus tantum uiuunt dicūturque Rubetæ, quibus in terra & in humore uita eſt. Aquatiles coeunt noctu extra aquā, mare fœminam inuitante. Hydrum maximè reformidant, quo accedente, clamore ſe glomerant, & aduerſus eūt turmatim. Earum coaxatio ſolito maior pluuiam portendit. In Seripho inſula mutæ ſunt. Hinc adagium, Rana Seriphia: in elingues. Theophraſtus aquarū eius regionis frigiditati hoc tribuit. Ranæ inſidiatur apibus aquantibus, nec earum ictus ſentiunt. Prima lingua eis cohæret, intima abſoluta a gutture, qua uocē mittunt, Rana, quæ ab augmento piſcatrix dicitur, ſetas habet quaſdam a cilicijs extātes ac prolixas quarum adminiculis natura monſtrante ſtruit inſidias, latitans in limoſis auijsq. locis. Frontem cum ſetis uidendam loco eſcæ piſciculis porrigit. Illi accurrentes, deceptiſq; ac paulatim in actum deducti ab ea rapiuntur. De eius uſu in medicinis, uide Plin. Eodem ferè modo Raia piſciculos agis in præda. Cartilaginē habet pro ſpina: autore Plinio.

Rhombus piſcis eſt planus, in delicij quondam habitus. Laudatiſſimus fuit Rauēnæ. Mar. Quamuis lata gerat patella rhombum, Rhombus latior eſt tamen patella, Commendatur etiam Adrianus. Iuuen. Sat. 4. Eſt etiam Rhombus inſtrumentum incantatorū, quo filia torquebantur, vt apud Mart. libro 9. Quæ nunc Theſſalico lunam deducere Rhombo.

Sagittarius Echini ſpecie,oculos habet ſolidos & prolixos.

Salmo fluuiatilis in Aquitania præfertur marino.Inuenitur in Rhene & Rhod.

Salpa piſcis coqui non poteſt,niſi ferula percutiatur.Reperitur apud Ebuſum.

Sargus Mullum ſemper comitatur,antris inhabitat.Ex animalib. maximè capras ſolicitatur.Prodeſt eius caro contra Preſteris morſum.

Scarus piſcium ſolus natando ueſcitur & ruminat.Hunc piſcim è Carpathio mari primus aduexit.Optatus Helipertius,perfectus claſſis ſub Claudio principe, & inter Oſtiēſē & Cāpaniæ orā diſſeminauit. Fuit quondam in honore menſarum. Ærianus hunc fallaciſſimū piſcem eſſe teſtatur,Venerisq; gratia in prędam agi, fęmina eius generis per littus ducta. De Scaro Oppianus inquit: Hic Scarus ſaxa frequentur,Quin mites inter piſces clamore tremendo intonat,& ſolus pallentes ruminat herbas.Mart.li.5.Hic piſcis incluſus naſſis nō frōte erūpit,nec infeſtis niminibus caput inferit,ſed aduerſus caudæ ictibus crebris laxa fores,atque retrorſum ita erumpit: quem luctatum eius ſi fortè alius Scarus extrinſecus videat,apprehenſa mordicus cauda,nixū iuuat erumpentis. Tranquillus ſcribit, Scarorū recinora fuiſſe in patina Vitelij inter lautiores ciborū primitias,in hac(inquit)Scarorū recinora,phaſianorum, & pauonum cerebella,linguas phænicopterum,murenarum lactes,à Carpathio uſque fretoque Hiſpaniæ per nauarcos ac triremes commiſcuit.Quod autē iecinora Scarorum et viſcera iucūdioris ſint ſaporis,docet Mart.in Xen.vbi ait: Hic ſcarus ęquoreis qui venit abæſus ab vndis,Viſceribus bonus eſt,cætera uile ſapit. Quintilian. ait,Scarum non capi in noſtro mari. At eundē capi in Siculo,docet Petronius Arbiter dicens: Ingenioſa gula eſt,Siculo Scarus æquore merſus. Admēſā viuus perducitur. Habet etiam Scaros Carpathium mare.Vnde Horat. Non me Lucrina iuuerint cōchyla,Magisve Rhōbus aut Scari,Si quis Eos intonata fluctibus Hyemes ad hoc uertat mare,Eois fluctib.dixit propter mare Carpathiū quod eſt in oriente.

Scolopendra, quā Gaza Centipedē uertit,terreſti fere ſimilis eſt. Si quis eam attigerit,excitabitur ei pruritus, perinde ac ſi cōtigiſſet vrcicā. Viſæ ſunt inuſitata magnitudine,capite caudaq. extantibus per undas in modū triremium ferri utentes pro remigio pedib. ſublatis,quos habēt plurimos. Theophraſtus apud Plinium ſcribit.Otretieres populos à Scolopendris delletos.Porrò Scolopendræ hamo deuorato,omnia intranea euomunt,donec hamum egerant,deinde reſorbent.

Scombrus de genere eſt Thynnorum,vnde ſalſamenta fiunt. In aquis ſulphureū pręſe fert colorem: extra aquam vero,quem & cæteri. Ab huius frequentia & multitudine Scōbraria inſula maris Hiſpani metuit nomen.Martia.Heſperius Scōbritem peret oua liquor. Pli.ait, Scombrum laudatiſſimum eſſe in finibus Carthaginis.

Scorpius ſiccioris eſt canis,bis anno parit,alga veſcitur.Varius eſt.Iceſius medicus dixit,ſtagnorum Scorpios nigrātes eſſe,marinos verò fulues.Similitudinē habet cum Scorpena,licet Ariſtoteles diſcrimen ponat.

Sepla venenoſo eſt morſu.Quum videt inſidias patari ſibi,effuſo atramēto (quod habet pro ſanguine)ſeſe abſcondit.Perſ.Nigra quod inſula uaneſcat,ſepia lympha.Sepiarum mares uarij ſunt,& nigriores,couſtantiæq; maioris. Percuſſę tridente fęminę auxiliantur: At fœmina icta mare fugit.Sepiæ atramento tanta uis eſt,vt in lucerna addito Aethiopes uideri,ablato priore lumine,tradat Anaxilaus apud Plin.

Silurus tanta eſt in prolem charitate, vt abſūpta fęmina, mas oua ſeruet, ſæpeq; una capiatur,dum filios captos ſubſequitur. Peculias eſt Nilo,quanquam & in Danubio reperiatur.Ambroſius Captus eſt Silurus,& inutilis præda dectera eſt.Idem.Et Silurum qui minorum piſcium uiſceribus aluum replet.

Simia

Simia piſcis, ore & colore ſimilis eſt terreſtri, dorſo teſtudineo, fuluis circa collū maculis. Pinnas auium modo plandit, volanti ſimilis.

Sola plana eſt lata, numeratur inter cibos lautiores. Lynci impoſita medetur.

Sparulus piſcis ex exiguus & velociſſimus Mart. Res tibi cum Rhombo eſt, at mihi cum Sparulo.

Sphyrena (quam Gaza Malleolum cōuertit) latiorem in naſſis plagam, vnde proſiliat, quærit. Palarum carnoſum habet pro lingua.

Spongiarum triplex eſt genus, Spiſſæ, raræ, aſperæ, omnes ad ſaxa naſcuntur, aut iuxta littus, lutoq; aluntur. Nam captæ limo refertæ omnes cernuntur. Imbecilliores ſunt ſpiſſæ, quam raræ, ꝙ minus altæ adhærent. Spōgiæ molliſſimæ sūt circa Lyciam, in Hælleſponto aſperæ, denſæ circa Maleam. Aluntur etiam conchis & piſcibus. Intellectum ineſſe his apparet: qui vbi auulſoiē ſenſere, cōtractæ multo difficilius extrahuntur. Quod etiam fluctu pulſante faciunt. Viuunt eſca, quia minutæ in his conchæ repertæ sūt. Putreſcūt in apricis locis. Ideoque optimæ ſunt in gurgitibus viuentibus. Fiſtulas habent quaſdam, per quas paſci ēxiſtimantur. Viuunt longo tempore. Peſſimum genus eſt earum, quæ Aplyſiæ vocantur, quia erui non poſſunt.

Squatina de genere planorum, cutem habet rigidam, qua propter aſperitatē ligna & eburnia poliuntur. Numeratur inter Cartilaginea.

Stella inſidiatur conchylijs. Eius natura tanti eſt feruoris, vt omnia cōtacta adurat Paruam intus habet carnem, extra verò eſt duriore callo. Omnem peragit, & cō coquit cibum. Aiunt mala medicamenta nocere non poſſe, Stella marina vulpino ſanguine illita, & affixa limini ſuperiori, aut clauo æreo ianuæ.

Strombi è genere concharum, regem habent, quem ſequunt, quocunque conceſſerit. Hunc capienti aut aſpicienti bonum omen portendi dicunt Apud Bizātios Attica drachma propoſita eſt illum expiſcantibus.

Synodon piſcis eſt ſociabilis. Carne veſcitur, & mollia appetit. Euenit huic & hyatulæ, vt (quum piſces minores inſectantur) venter procidat, quod is ori coniunctus ſit.

Reperiuntur Teſtudines marinæ, & quæ in aquis dulcibus viuunt, quas Lutarias appellamus. Teſtudo oua gignit in terra, quibus arena obrutis ſtatim ad mare redit. Mox diebus ſexaginta peractis, iterum ad oua reuertitur, quæ arena refoſſa vt iā animata comperit, paulatim deducit in pelagus. Reperiuntur in India, quarū connexū ſcaphæ magnitudinē æquat. Et in Taprobane inſula vſum lecti domibus ligneis præbent. Chelenophagi populi teſtudinum ſuperficie caſas integunt, & carne veſcuntur. Troglodytæ cornigeras habent, quarum cornibus natando, remigio ſe adiuuant.

Thymallus piſcis eſt precioſus, de quo Ambroſius: Neque te (inquit) inhonoratū noſtra perſecutione Thymalle dimittam, cui a flore nomen inoleuit, ſeu Ticini uada te fluminis, ſeu amœni Atheſis vmbra nutrierit, flos es. Quid ſpecie tua gratius? quid ſuauitate iucundius? quid odore fragrantius? Quod mella fragrāt, hoc tu corpore tuo ſpiras. Cubitalis eſt eius magnitudo. Medius eſt inter Lupū & Cephalum. Naribus admotus, herbam vnde cognominatur, ſpirat, ad hamū non accedit.

Thynnus piſcis eſt altero captus oculo, quare natando partem (qua videt) terram verſus applicat. Hinc adagium, Thynni more videre: quum quis obliq. aſpicit. Vbi bruma deprehenditur Thynnus, hybernat ibidē: mox vere procedēre, multi vna exeunt in pontum Euximum, ac maiores ſoli præeunt, cæteri gregatim, veluti pecudes, ſubſequuntur, connexis inter ſe corporibus, vt mutua iuuētur vmbra cōtra ſolis æſtus. Strabo ait, Thynnos miræ magnitudinis eſſe in Hiſpania, quos glāde veſci prodit. Mēbratim cæſi ceruice & abdomine cōmēdatur edulio recenti, cætera aſſeruantur ſale. Præcipua (inquit Plin.) magnitudine Thynnos

inuenimus talenta xv. pependiſſe. Eiuſdem caudæ latitudinem duo cubita & palmũ. Thynnorũ captura eſt a Vergiliarum exortu ad Arcturi occaſum. Reliquo tempore latent in gurgitibus imis, niſi tempore aliquo euocati, aut pleniluniis. Pingueſcunt in tantum, vt dehiſcant. Non excedunt biennium. Thynnoſcopos Budæus vocat homines, è littore Thynnos ſpeculari ſolitos, q Latine Thynnarij dicuntur.

Torpedinem ſi quis attigerit, morbo afficietur, a quo illa ſuum nomen traxit. Quo etiam modo piſces in prædam agit. Occultat enim ſe limo, & ſupranatantes ſacie torpere, quos emergens deuorat.

Torſio ſimilis eſt Delphino, præterquam roſtro. Diſtat & triſtitia aſpectus. Abeſt enim illa laſciuia maxime. Tamen roſtris caniculatum maleficentia aſſimilatus. Hunc gignit mare Ponticum.

Trichias nonnulli Sardas vocant. Iſtrum ſubeunter non remeant. Plin. Intrantiũ (inquit) pontum, ſoli non remeant Thrichiæ.

Trigla piſcis eſt, qui a noſtris Mullus & Barbo dicitur.

Triſſæ laudatiſſimæ reperiuntur in Tyberi. Eas hodie vocari Romæ Lacias, Florẽtiæ Cleopias, Neapoli Aloſas, tradit Volaterranus. In Aegypto circa Meroę ſtagnum Triſſas ſtebulibus numeris & melodijs eſcæ vice deceptas expiſcantur.

Tritonem Romæ ſe vidiſſe Pauſanias dicit, colore ranarum paluſtrium, ſquamoſo corpore, brachijs ſub auribus, naſo & ore humanis, dentibus firmis, oculis glaucis, manibus, digitisque ſimilibus cõcharum teſtis, cauda ſub aluum vice pedũ vt Delphini.

Throchus eſt ingens corpore, ceruice & ſpina prominentibus, vt ſupra undas conſpiciatur: Seipſum init. Quare Theodorus Gaza eum Maſculo fœminam vertit.

Trocta piſcis eſt voraciſſimus. Dentes habet cõtinuos Capitus hami lineam præcidit. Stipatus multis ſuæ ſpeciei piſcib. Delphino congreditur, & depugnat.

Vertibulum piſcis dicitur a teſte duriori, adhæret ſuæ teſtæ, qua contegitur: habet duo foramina exigua, quibus humorem recipit & reddit.

Voligo piſcis eſt a volando nominatus. Aliter dicitur Loligo.

Vitulus marinus, qui & Phoca dicitur, animal eſt amphibium tã in aquis quã in terra degens. Fœtus parit in terra, paulatimque ad vndas aſſuefacit, ſed nõ ante duodecimũ diem. Breuiſſimus eſt a partu, poſtea tamen euadit maximus, albus ventre, & dentibus frendens. Ipſe imbellis & animo degener, non tãtum viribus qua vaſtitati corporis fidit. Veſcitur piſcibus & humano cadauere: vnde & piſcatoribus ſtruit inſidias. Pedes habet a ſcapulis manib. ſimiles modo vrſæ, pedesq; poſteriores quinis diſcretos digitis. Nunquam percutitur fulmine. Nullum animal grauiore premitur ſomno. Vnde Mart. Dormitis nimium glires, vituliq; marini. Iuba apud Pliniũ tradit, vitulos marinos terras heminas capere. Miteſcũt interdum. Pilo veſtiuntur. Canum modo cohærent. Nunquam plures geminis pariunt, Educant mãmis fœtum: interficiuntur difficulter, niſi capite eliſo. In ſõno mugiunt. Tenẽt diſciplinã, vocemq; pariter & viſu populũ ſalutãt. Pinnis quibus in mari vtuntur, humi quoque vice pedum ſerpunt. Aiunt dextris eorũ pinnis uim ſoporiferam ineſſe, ſomnosque allicere ſubditas capiti. Eius oculi in mille colores tranſeunt, ſicut hyenæ.

Vrtica adhæret ſaxis. Manum in fame depaſcitur, ut Polypus. Ora in medio corpore cõtinet, & de medio ſaxo quaſi de teſta uiuit, adnatantesque, circa aſſultãtesq; piſciculos corripit. Noctu uagatur, noctuq; mutatur. Veſcitur carne. Vim habet pruritu mordacẽ, vt terreſtris vrtica. Frõdis eſt carnoſæ. Noctu pectines et Echinos perquirit. Dum admotam ſibi manum ſentit, colorem mutat & contrahitur. Tacta verdinem mittit, paulumque, ſi fuerit interualli, abſcõditur. Ora ei in radice eſſe traduntur. Excrementa per ſumma tenui fiſtula reddit.

Vua marina in uino putrefacta, ijs qui inde biberint, tædium uini affert.

Non reperiret finem hac hiſtoria,nec etiam vires & ingenium ſufficerent,ſi ſingu lorum naturas verbis cōſequi vellem.Nam præter fluuiatiles piſces,Plinius po nit 176.genera animalium in mari viuentium. Multos dedita opera omiſimus quorum hæc ſunt nomina,Nereides,Elephanti,Rotæ,Dromones,Cornutę,Gla dij,Serræ,Hippotami,Percæ,Aſelli,Alopeca,Box,Batis,Banchus,Balanus,Vra-noſcopus,Cinędi,Chametrachea,Glyciamerides,Celycia,Pēdactylides,Bales, Echinophoræ,Cucumis,Cynopus,Cynoſdexia,Erythinus,Hippus, Hippurus, Halipleurus,Mena,Merix,Mormylus,Myſtocetus, Ophidio, Oſtria, Phytarus, Tyndarides,Percides,Rhina,Sargus,Scylla,Purus,Scorpena,Sciadeus, Sciena, Smyrus,Scepini,Smarides,Thronus,Thurianus,Theſſa,Tethea,Vrene, Boppy rus , Orphus , Rhacinus, Mormyra , Teragus, Labrus, Epoda, Channe ex ſe-ipſa concipiens,Glaucus æſtate nunquam apparens, Pomphilus ſemper naui-giorum curſus comitans,Chironus in aquis nidificans,& alij prope infinita hu iuſmodi.

DE VOLATILIBVS,
ſiue auibus.

Accipiter auis eſt rapax & prædatoria,dicta ab accipiendis auib.De qua Martial. Prædo fuit uolucrum famulus nunc aucupis idē Decipit,& captas nō ſibi mæret aues.Imbelles uolucres inſectatur,vt colūbas.Aucupatur hæc volucris quadam ſocietate cū homine,maximè circa Amphipolim Thraciæ, vbi homine ex ſyluis,& arundinetis excitant aues,illi ſuperuolantes deprimunt.Captas cū ijs diuidunt aucupe.Iones Cymindin vocant Accipitrum genera 16.ponit Pli.Cu con claudum altero pede, proſperrimi augurij nuptialibus negotijs & rei pen uariæ,Triorchē a numero teſtium,Buteonē Romani vocant.Eſalona Gręci uo-cant,qui ſolus omni tēpore apparet. Varius eſt omnium in præda modus. Alij nō niſi ex terra autē rapiunt.Alij circa arbores volitātē.Alij ſedentē in ſublimi. Aliqui volantem in aperto. Accipitres Maſſilię humi fœtificant,nec alibi naſcū tur.Non comedunt auium corda.Nocturnus accipiter Cymindus vocatur, ra-rus in ſyluis,minus interdiu vidēs.Bellum gerit internecinū cū aquila.Odit hęc volucris & refugit radicem ſylueſtris.Aſparagi. Propterea aiunt,tutas eſſe villa ticas aues,ſi quis eam extrux erit in villa.

Achanthis auis eſt ſtridula,quę paſcitur ſpinis & carduis.Vnde & Carduelis dici tur. Verg.li.3.Georg. Littoraq; Alcyonem reſonant & Achantida dumi.Gaza. Ligutinum interpretatur.

Ædon Græcè,nobis Luſcinia dicitur.Calphurnius:Vocalē ſuperet ſi turpis Ædo na bubo.

Aegocephalus auis eſt,lyene carens.

Aematopodes aues ſunt aquatiles,peculiares Aegypto.

Aeſalus auicula eſt,quę oua corui frangit Ouid.Neſcius aſſumptis Priamus pater Aeſalon alis.

Alauda palmam habet elatam in capite iſtar Galericæ.Vnde & Galerita a Græcis dicitur Corydalus,uocabulo Gallico Ala da.Hanc Plin.& Trāquillus aiunt.Le gioni dediſſe nomen,quæ Alauda vocabatur.De qua Cicero ad Atticum:Antonius,inquit,cū legione Alaudarum ad urbem pergere,pecunias municipijs cō-parare.Alaudarum duo ſunt genera:alterum terreum,criſtatum:alterum grega le,minore corpore,& ſine criſta.

Alcinoes aues ſeptem diebus nidificant ante brumam, & totidem ſequētibus pa riunt.Duplex eſt earum genus:alterum uocale,arundinibus inſidens:alterū mu tū,ampliore corpore.Antiqui eas.Alcedones uocabant.Dies illi ſeptē quib.pa riūt,Alcionides,& Alcedonia uocātur.Ouid.lib.11.Metam.Perq.dies placidos hybeino tēpore ſeptem.Incubat Alcyone pendētibus æquore nidis.Eſt Alcion paulo maior paſſere,colore nigro & cæruleo,qui Cyaneus vocatur.Dū procello

ſũ eſt mare,ſi Alcionum oua obijciantur, inducunt trãquillitatem. Ferũt inſuper eas hac a Ioue gratiam conſecutas,vt in tempore ſolicitudinis ſuæ ſerenos quatuordecim dies in hyeme accipiant. Hinc Propertius tẽpeſtate vexatus eas alloquitur & inuocat,lib.1.Et merito(quoniam potui fuiſſe procellam.) Nunc ego deſertus aliquor Alcyonas. Minores Alcyones canunt in arũdinetis. Collo ſunt gracili & procero. Rarò apparẽt,nec niſi circa ſolſtitia,& in bruma:ĩ aqua oua deponũtur. Parituræ Alcyones nidum inſtar cõchæ ſpinis incredibili duritia ſubtexeunt,deinde ad mare deferentes,vndis imponunt,atque illis ſe cõſtipantes,dum uehuntur,fœtificant. Piſcibus viuunt. Pariunt oua quina.

Alectorides aues roſtro ſunt oblongo,curſu agilis,hominem amant: Capiuntur,inter ſedes hortorum & vinearum.

Aluc auis eſt nocturna,maior gallo gallinaceo.

Anſeres ſtomacho ſunt calidiſſimo;Gaudent herbis riguis,& frigidis. Laurũ, nõ Attingunt. Cor eorum olim fuit laudatiſſimum inter mẽſarũ cupedias. Scipio vel Metellus,aut vt alii malunt, Seſſius,primus docuit iãſeris iecur eſſe optimi ſaporis. Propter quod olim ſeruabatur in corte. Martialis lib.3. Vagatur omnis turba ſordidæ cortis Argutus anſer,gemmeiq; pauones.

Anas iuxta paludes parit,& ſtati a partu aquas petit,aquilã formidat. Huius auis pectus tantum & ceruix gulæ dabatur. Martial. Tota quidem ponatur anas,ſed pectore tantum,Et ceruice ſapit,cætera redde coquo. Volant Anates protinus in ſublime,atque è veſtigio cœlum petũt,etiã ex aqua. Purgant ſe herba ſideritē,quum quid moleſtum comederunt Anates Ponticæ uenenis viuunt.

Anthus aquatilis eſt magnitudne frigillæ.

Apiaſtra auis meruit nomen ab apibus comedendis.

Apodes carent vſu pedũ,ſpecie ſunt hirundinum,nidificant in ſcopulis. Cernuntur toto mari. Circunuolitant naues. Nulla his requies niſi in nido:aut pẽdent, aut iacent.

Aquila alitum regina dicitur,quòd altiſſime volet : ideoque armigerum Iouis eã poetæ vocant. Cõgreditur magnis animalibus,vt ceruo,cuius cornibus inſidet, puluerulentas alas de induſtria cõcutiens,vt viſu & oculis præpeditus decidat in curſu mortuusque fiat præda. Ferunt Aquilæ pennam aliis etiam reb. cõſertam non putreſcere. Pullos ſuos probat ad ſolem,quem ſi ſuſtinere nequeãt,vt degeneres excludit. Opperit nõ ſenio,nec ægritudine,ſed fame. Creſcens eni roſtri ſuperioris adũcitas impedit,nec cibum queat carpere. Quum ſenuit,grauãtur eius pennæ & oculi. Cui rei vt medatur quærit fontem,calorem in ſe colligit,& ſanatur. In fontẽ ter ſe mergit,eoque modo redire fertur ad iuuẽturẽ. Hinc Pſalmographus. Renouabitur,vt aquilæ iuuentus tua. Plutarcus ĩ Mario ſcribit,Aquilam geminos tantum pullos parere. Propterea nonnulli mentiũ aſſerunt Muſeũ,qui ſcripſit, Aquilã tres pullos parere duos ſubſtrahere , & vnũ alere. Aquilarum genera ſex ſunt,teſte Plin. Melenatos,colore nigricãs,minima magnitudine,quæ ſola Aquilarum fœtus ſuos alit,cæteræ fugãt. Cõuerſatur in montibus, Secũdi generis Pigargus,albicãte cauda. Tertij Morphos,cui vita eſt circa lacus,nigerrima eſt aquilarum , prominentiore cauda. Teſtudines frangit a ſublimi iaciendo:qua ſorte perijt Aeſchilus poeta. Quarti Percepturus, uel Pernóctet᾿, morãs placus,ſpecie vulturina,alis minimis, reliquas magnitudine antecellẽs,ſed imbellis & degener,nam ſuccumbit corno. Eadem ieiunæ ſemper auiditatis eſt & querulæ murmurationis. Sola aquilarũ ex anima fert corpora. Cæteræ quũ occidere,cõſidũt. Quitũ genus Halietus,ceruicæ magna,lata cauda,circum mare verſatur. Sextũ Gneſiõ magnitudine media,colore ſub rutilo,rarum aſpectu. Reliquæ aues,quas aquila petit ad præda,gregatim ſæpe numero volant, vt reſperſu pennarum hoſtem excæcent. Nidificat in petris & arboribus. A meridiano tẽpore operatur & volat,prioribus horis ignaua ſedet,

donec

donec impleantur conuentum hominum fora: Eius pēnæ mixtas auiū pennas deuorant. Ex volatilibus nunquam fulmine tangitur. Pugna eſt illi in draconē, qui propterea eius oua confectatur auiditate malefica.

Ardea auis dicitur velut ardua, quòd in ſublimi volet. Verg. Notasq; paludes Deſerit, atque altam ſuperno lac. Ardea nubem. In medijs arenis triſtis imbrē iudicat, & etiam quum altior volat Lucan. lib. 5. Quoq; auſa volare Ardea ſublimis pennę confiſa narrāti. Eius tria sūt genera Pulla natura ſagax & victus prouida, colore paruo. Reliqua duo pu'chra. Ardeam Gaza Erod um vocat.

Argatylis auicula eſt nidum filis lineis intexens aditu anguſto.

Aſiones ca piuntur ſaltatione quadam ridicula, quam ſcopam vocant. Maiores sūt noctuis, colore plumbeo, alis albo ſparſis, duabus pennis a cilijs ad tempora pēdentibus.

Aſterias auis eſt ex Ardearum genere, dicta a colore aſtrorū. Docilis eſt humanæ vocis, frequens in Ægypto.

Attagen ſeu attagena, auis Aſiatica inter cibos electiles quondā numerata eſt, maximè quæ in Ionia naſcitur, autore Gellio. Hinc Attagen Ionicus vocatur. Pli.

Attagen maximè Ionius celebratur, vocalis alias; captus verò obmuteſcens, quōdam exiſtimatus inter raras aues.

Bubo auis eſt feralis, debilis ad volatum, in cauernis locisq; deſertis commorans. Noctu volitat ſolus. Deſerta incolit, deſolataq; & inacceſſa loca. Non habet cātum vocalem, ſed gemitū. Propterea viſus in vrbibus ſuſpicionē affert, & portentum futuri mali. Quum capitolium intraſſet, Sexto Papellio Iſtro, & L. Pediano cōſulibus, vrbs luſtrata eſt. Plumæ sūt ei velut aures. Bubonis pedes vſti cū pulgagine herba auxiliantur contra ſerpentes. Eius cor impoſitum ſiniſtræ māmæ mulieris dormientis efficit, vt omnia ſecreta pronunciet. Aiunt præterea, ferentes ipſum in pugnam fortiores fieri. Item ſanguine pulli bubonis criſpari capillum. Cinis oculorum eius collyrio mixtus, claritatem oculis facere promittitur.

Caladrius auis eſt albi coloris.

Caprimulgi aues sūt maiores paulo merulis, eodē ferè aſpectu, quæ nec interdiu vident nec videntur. Nocturno tempore ſunt furaces. Dicunt autem Caprimulgi, quod ſtabula intrent, caprarumq; vberibus propter ſuccū aduolent. Qua iniuria vber emoritur, & capræ cæcitatem contrahunt.

Caſſita auicula eſt, quæ habitat & nidulatur in ſegetibus. Feſtiuus eſt de ea apologus apud Gell. lib. 2. cap. 29.

Carduelis auicula eſt, capite rubro, alis luteis, albo, nigroq; diſtinctis. Semine carduorum paſcitur, vnde illi inditum nomen. Carduelcs imperata faciūt autore Plin. nec voce tantum, ſed pedibus & ore pro manibus.

Cataractis Iuba apud Plin. teſtis eſt eſſe dentes oculosq; igneo colore, cætero candidas tradens, duobus sēper ducibus vtuntur. Altero, qui ducat agmen: altero verò, qui cogat. Scrobes excauant roſtro, inde crate conſternunt & operiūt terra, quam prius egeſſerunt. In his fœtificant. Binæ ſunt fores omnibus ſcrobib. Orientem ſpectant, quibus eunt in paſcua; occidentem, quibus redeunt. Alnū exoneraturæ ſubuolant ſemper & cōtrario flatu. Eas habet inſula, in qua tumulatus eſt Diomedes. Hinc Diomedæas aues nonnulli vocant, cuius ædē pleno gutture & mādēntibus pennis quotidie perluunt & purificant. Propterea poetę fabulati ſunt, Diomedis ſocios in earum effigies mutatos.

Cęrulea auicula eſt ſaxatilis, colore ſui nominis, & tenui roſtro.

Cenchris auis eſt ex accipitrum genere, quę aliter a tinnitu vocis appellatur Tinnungulus.

Cepphus auis eſt multis operta plumis, exiguo corpore, quæ vociferatur pariens. Hinc adagium, Cepphus parturit: in eos qui magna pollicentur.

Cercos

Cercos auis eſt de genere accipitrum, altero claudicās pede, quā aliter Buteonea dici aiunt.

Certhia ingenio eſt audaci voce clara, nidificat in arboribus.

Chenalopex dicitur ex vulpis & anſeris forma, audax in ſelem & aquilā a quib. infeſtatur. Fœtus iāta charitate complectitur, vt aucupij obuium ſeſe offerat, quo fugæ tempus præbeat ſuis pullis. Frequens olim fuit apud Britānos, & in menſarum delicijs.

Chlorio auis eſt viridis magnitudine turturis, quæ hyberno tēpore nō deliteſcit, ſed æſtiuo per ſolſtitiū apparet, male volat. Docilis eſt & ingenuoſa, tota lutea.

Cicina auis eſt nocturna.

Ciconię lingua carent, nutriuntur a Theſſalis cōtra ſerpentes, quos perimūt. Quonā è loco veniant, aut quo ſe referant, incompertum adhuc eſt. Elonginquo venire non dubium eodē quo Grues modo illas hyemis. has ęſtatis aduenas. Parentes ſenio confectos nutriūt inſigni pietate. Propterea Aelianus ait, eas deorū beneficio in quibuſdā inſulis conuerti in homines. Et Petronius Arbiter ciconiā vocat pietatis cultricem, his verbis: Ciconia etiā grata peregrino hoſpita, pietatis cultrix, gracilipes, choraliſtria, Auis exul hyemis, titulus tepidi tēporis, Nequitiæ nidum in cacabo fecit meo. Imago eius olim ſolebat inſculpi in ſceptris regū quo eorū pietatis iduſtria idicaretur. Veniūt Ciconię è lōginquo eodē modo quo grues. Abituræ cōgregātur ī loco certo, & ſic comitatæ vt nulla ſui generis reliquatur, niſi forte captiua. Ceratturæ inſerpētes Origano herba ſe fouent. In Fidenate agro nidum non faciunt.

Cinclus auicula eſt palmipes, iuxta mare viuens. Aſtuta eſt hæc volucris, & difficilis captu. Capta nihilominus ſubitò miteſcit. Culum continuo mouet, debilis eſt poſteriore corporis parte. Propterea quū non ſit aptus congerendo ſibi nido incubat alieno. Hinc prouerbio, Cinclos dicimus pauperes.

Circanea meruit nomen a circuitu, quem facit volitans.

Ciſſa auicula eſt imitatrix humanæ vocis.

Cliuinam quidam clamatoriam dicunt, Labeo prohibitoriam. Apud Nigidiū Subis, quæ æquilarum oua frangat.

Cloreus auis eſt coruo inimica, cuius oua noctu exquirit, vt ille huius.

Coccyx auis vidulatur ſemper in nidis alienis, maxime palumbiū. Eſt de genere accipitrum, licet adūcos nō habeat vngues. Procedit vere, occultatur ortu caniculæ. Aliter vocatur Cuculus Interficitur a ſuo genere, mutat vocē. Parit ſingula oua, raro bina. Subijcit pullos quòd ſciat ſe inuiſam cunctis auib. ac propterea non fore tutam generi ſuo ſtirpem opinatur, ni fefellerit.

Collurio veſcitur iiſdem cibis, quibus merula, capitur hyemali tempore.

Columbus propter genuinum timorē nidificat in ſummis locis, Fętui plerunq; indulget. Vnde ſacer Veneri eſſe creditur. Patientib. fęminis mares ſubueniūt & oua incubant, qūū illę nequeunt. Bina pariunt oua, primū mas, deinde fœmina. Fidē ſeruant in matrimonio. Mutua ſemper illis ante coitum eſt exoſculatio. Nihil illis fęcundius, quadragenis diebus concipiūt, interuallum tantum ad æquinoctium facientes, Varro ponit duo genera Columborum, Agreſte, qđ in turrib. & columnib. villarum habitat: Domeſticum, domi paſcitur Colūbæ communem ſeruant domum. Nec niſi cælibes & viduę relinquūt, Imperioſos mares, etiam iniquos ferunt. Nam tunc ſuſpicio eſt adulterij, quāuis natura nō ſit. Tunc pleno gutture obmurmurāt, & plerunq; roſtro feriunt. Facta demum cōciliatione ſeſe oſculātur. Aequalis vtriq; ſobolis amor. Hinc fęmina tardius ad pullos intrante oritur interdū caſtigatio. Quū bibunt, colla non reſupinānt. Large bibunt iumētorum modo. Purgāt ſe herba, quæ vocatur Helxine. Viuūt colūbæ annis octonis. Legumina amant, quæ vocantur Craca. Amicæ ſunt pauonibus, aquilis & accipitribus odioſæ.

Com-

Commēdatur fides & caſtitas. Cornicum in matrimonio. Nam extincta cōſorte, alteri viduitas manet impolluta. Propterea antiquitus in cōiugijs vocabatur ad auſpicium concordiæ & pudicitiæ. Noctuæ aduerſantur cornices, inuicēq; oua ſibi ſuffurantur. Inauſpicatæ ſunt garrulitatis. vnde Verg. Sępe ſiniſtra cava prędixit ab ilice cornix. Volantes pullos aliquandiu paſcunt. Inauſpicatiſſimæ ſūt fœtus tempore, qui accidit poſt ſolſtitium. Nucum duritiam ſi roſtro perfringere nequeant, in altum volantes in ſaxa & tegulas iaciunt, iterū ac ſæpius, donec quaſſatam perfringere valeant. Ardeolas amant. Coturnicis cerebrum coctum, & in cibo ſumptū, remedium eſt ad cerebri & capitis dolores. Si cōtra aquā clāgores dederit perfundens ſeſe, pluuiā præſagit. Verg. Tum cornix plena pluuiā vocat improba voce, Et ſola in ſicca ſecum ſpaciatur arena.

Corui media æſtate ſitiunt, in cuius initio Profluuio ventris ſunt obnoxij, propterea tūc abſtinēt ab humore. Eorū oua proſunt atrādis capillis. Tauros inuadūt, & ex omni corpore oculos appetunt maxime. Humanam imitantur vocē. Vnde & in hiſtoris Romanorū legimus fuiſſe coruū, qui Romanū populum nominatim ſalutaret, maxime. Germanicum et Truſum Cęſares. Mart. propterea coruum Saluatorem vocat. In regionibus fæcundis gregatim volāt: ſterilib. bini in cibi & eſcę penuria, parentes ſenio cōfecti pullos cōceperūt. Hinc adag. MALI Corui malum ouum. Cameleontem occidūt, qui ne victoribus noceat, lauro infeſtum virus extinguunt. Cloreum oderunt, cuius oua ſuffurantur. Eſalon quoque auicula eorum oua frangit. Generāt ante ſolſtitium. Aegreſcunt ſexaginis diebus. Pariunt qui nos. Ore coeunt. Inauſpicatum præſagium afferunt, quum glutiunt vocem, velut ſtrangulati. Corui aquatici naturaliter caluent. Corui ſingultu quodam latrantes, & ſe concutientes ſi continuauerint, ventos prę ſagiūt: ſi vero carptim vocem reſorbebunt, ventoſum imbrem.

Carydus uiliſſima eſt auicula, quæ quum nō ſit canora, ſtrepit tamen utcunque inter aues mutas. Hinc adagium natum, Inter indoctos etiam Corydus ſonat.

Coturnix aliter dicitur Ortygometra a ſono vocis. Hinc et Delos Ortygia a coturnicū multitudine. Coturnicib. veneni ſemen gratiſſimus eſt cibus. Propterea damnatæ ſunt menſis, tum etiam propter comitialem morbum, quem ſolæ animalium ſentiunt præter hominem. Ad nos antè ueniūt quā graues. Terreſtres ſunt potius quam ſublimes. Nidulātur in ſegetibus aut gramineis locis. Auſtro nō uolant, aura tamen vehi uolunt propter modicas vires, & pondus corporū. Quum redire uolūt, comitatum ſollicitāt, ne quam rapiat. Accipiter. Eas vulgus nunc appellat Qualeas.

Crex auis eſt pugnax, & ad comparandum victum ingenioſa.

Curruca auicula eſt, quæ alienos pullos nutrit, ſuos eſſe putans. Fouet. n. oua Cuculi. Iuuen. Sat. 6. Tu tibi nunc Curruca places, fletumque labellis Exorbes.

Cycnus auis eſt candida, maior anſere, argutæ vocis, qui imminēte morte dulciſſime, cantat, & velut funus propinquum deplorat. Ouid. Sic vbi fata vocāt, udis abiectus in herbis, Ad uada Mæandri concinit albus olor. Poetæ fabulātur, Cygnum fuiſſe amatore Phaetontis, poſtq; eius ruinam mutatū fuiſſe in hanc volucrem. Mitis eſt, infeſtatur ab aquila, cui tamen fortiſſime reſiſtit. Habitat in locis amœnis circa fluuios. Frequēs eſt, apud Caycū & Cayſtrum, vt docuimus in Cornucopiæ. Pythagoras opinabatur in mortalē eſſe animam cygnis, ac propterea lætari imminēte funere. Sacri ſunt Apollini, ob præſagium ſuis. Mutua carne veſcuntur inter ſe. De is Lucr. lib. 4.

Cynnam uulgus auis Arabica, nidificat in ſurculis Cynami. Eius nidos accolæ, ni ſi ſagittis & plumbatis iaculis diſijcere nequeūt, quod faciunt mercedis gratia.

Cypſelus auis nidum facit ex luto in modum Cyſtellæ. Cypſeli ab alijs vocantur Apodes. Nidificant in ſcopulis.

Drepanis auis eſt ſiue pedibus, rariſſime apparens.

Epops

Epops auicula eſt ſordida & criſtata, quæ aliter a ſono vocatur Vpupa.

Eſalos auis eſt de genere accipitrum, quæ apparet omni tempore: Aliter vocatur Buteo. Infeſta eſt coruo, cuius oua etiam frangit.

Erithacus auis eſt ſolitaria, quæ nunquam ferè in eodem ſaltu niſi vna reperitur. Hãc Gaza Siluiã & Rubeculã interpretatur. De hac ortum eſt adagium, Vnicũ arbuſtum haud alit duos. Erithacos: in eos qui eodem muuere concorditer fũgi nequeunt.

Falco auis eſt rapax & prædatoria, curuatis & adũcis vnguibus, de genere accipitrũ. Varij autẽ generis ſunt Falcones. Eſt quem Britanicum vocãt, aquilæ magnitudine capreolos inuadens. Alium vocãt Gyrofalcum, e gyro & circuitu, quo in minores vtitur, vt eas agat in prædam. Tertium Montanum. Quartum Peregrinum, cuius generis Falcones nidificãt in altis montibus. Quintum Gibboſum, quòd breuitate colli, & alis eminentibus, inſignis gibbo videatur.

Fcedula nomen ſumpſit a ficubus, quibus neſcitur. Martialis: Quum me ficus alat, quum paſcar dulcibus vuis, Cur potius nomen non dedit vua mihi. Formam & colorem mutant ficedulæ. Hoc ſolum nomen habet autumno. Poſtea Melancorhpi vocantur.

Frigilla dicta eſt a frigore, quo cantat & viget: æſtate moratur in locis calidis, hyeme frigidis.

Fulicã auis eſt aquatilis, degens prope ſtagna & lacus. Nomen ſumpſit a furno colore. Paulò maior eſt columba. Pullos aquilæ ante tempus excluſos nutrit. Matutino clãgore tẽpeſtatem præſagit, & cum ludit in littore. Verg. lib. 1. Georg. Quunque marinæ in ſicco, ludunt fulicæ.

Galeritæ pluma habet ſimilitudinem galeri, Vnde & nomen ſumpſit. Ea aſſa, & in cibo ſumpta, coli vicium efficaciſſime ſanatur, autore Plinio.

Galgulus auis eſt, quam ſi inſpexerit affectus morbo comitali, ſanari dicitur: contra verò auis emori. Alitur ligno, frequens eſt in Peloponeſo.

Gallinarum varia ſunt genera Cortales, quæ corte aluntur. Ruſticę ſimiles ſunt fere villaticis, quæ decipiuntur ab aucupe. Numidicæ, varijs ſparſæ plumis, [illegible] vocãtur Melagrides a Melagri tumulo, quas poetæ fabulãtur ex filiabus Oenei (q Melagri fuit filius) mutatas fuiſſe in has volucres. Albertus Magnus ſcribit, Gallinã fuiſſe apud Macedones, quæ duodeuiginti oua fecerit, & ex quolibet eorũ duos ſuſceperit pullos. Aiũt Gallinas nõ poſſe interfici ab aſpide, quo die ciminũ animali fœtidiſſimi comederint. Vıllarib. Gallinis religionem ineſſe, ſcribit Plin. Nã inhorreſcunt edito ouo, ſeſeque excutiunt, & circum purificant aut feſtuca aliqua ſeſe & oua luſtrant. Gallinas ſaginare Deliaci cœpere. Vnde cimannis ante tertium Punicum bellũ lege C. Fannij conſulis interdictum eſt, ne quid uolucrum in cœnis proponeretur, præter Gallinam vnam quę nõ eſſet altilis. Gallinis inimiciſſima eſt pituita, maxime inter meſſis, & vindemiæ tẽpus. Pipire eſt galinarum, & boum mugire.

Gallus nuncius eſt lucis, Latone charus, quod ei parienti aſtiterit. Mortua fœmina oua incubat, gloriam ſẽtit, noſcit ſidera, it cubitum cũ ſole, imperitat ſuo generi, & regnum, in quacunq; domo fuerit, exercet. Certant inter ſe galli ſtudio gloriæ. Canunt in victoria, & ſe principes teſtantur. Victi occulantur, lucemque & hominum aſpectu refugiunt. Gradiuntur alta ceruice, & elatis criſtis. Cœlum crebro aſpiciunt, in ſublime falcatas erigunt caudas, Terrori ſunt Leonib. Vnde Lucret. Quem nequeunt contra rapidi conſtate leones, Inque tueri, ita conti nuo meminere fugat. Nimirum quia ſunt gallorum in corpore quædã Semina, quæ quum ſint oculis immiſſa leonum, Pupillas interfodiunt, acremque dolorẽ Præbet, vt nequeãt contra durare feroces. Pugnaciſſimi galli olim naſcebantur apud Tanagrã, & Rhodũ. Secũdus honor fuit Melicis, & Chalcidicis, teſte Varrone. Nobiles quõdã habiti ſunt in auguriorũ obſeruatione. Victoriam Beotijs

aduerſus Lacedæmonios præſagiuerũt,quũ tota nocte cecinissent. Castrati deſinunt canere. Pergami omnibus annis gallorum,ceu gladiatorum,ſpectaculũ publice edebatur. Plinius ſcribit, Alectorias gemmas repertas fuiſſe in vẽtriculis Gallinaceorũ,criſtallina ſpecie,& magnitudine fabæ. Gallinacei nũ attingũtur vulpibus,qui iecur eius animalis ederint. Acini Liguſti ſanãt Gallinaceorũ pituitas. Sacri ſunt Soli,cui venienti aſſurgũt,quo tum eunt dormitum,vt diximus. Contra ſerpẽtes & miluos pro gallinis dimicãt. Vnicus gallus ſufficit multis gallinis. Huius naturam ſcitè ad modum & ingenioſe deſcribit. Politian. in Ruſtic. dicens: Adde gregẽ cortis,criſtatarumque volucrum,&c. de Gallis itẽ & gallinis,vide Varronem lib. de re Ruſt. cap. 9.

Grauia volucris eſt littoralis colore cinereo,niuificans in petris.

Gloria,quam Gaza Lingulacam, vertit, linguam exerit. Quum peregrinatur,dicitur pœnitentia in volatu propter laborem. Reuerti demũ incomitatam piget,& ſequi. Nec vnquã plus vno die cœpto volatui inſiſtit,& in proximo hoſpitio conſidit. Verũ ĩuenitur alia antecedẽte anno relicta. Simili modo in ſingulos dies inquit Plin.

Graculi coluntur in Lemno propter locuſtas,quarum exitio occurrũt aduerſo volatu. Loquaces ſunt,& obſtreperi. Graculæ annum faſtidiũ lauri folio purgant, Graculi ſerò à pabulis recedẽtes hyemem præſagiunt. Graculus ab Ariſtotele vocantur Coracias,à coruina nigredine,roſtro tamẽ rutilo docilis eſt,& facilè manſueſcens.

Grues æſtate aduenæ æthera tranant trianguli figura,Lapides pedib. librant contra vim ventorũ. Gerunt bellum cum Pygmæis. Ducẽ quem ſequantur eligũt. Habent in extremo agmine diſpoſitos, qui viciſſim acclament, ne qua deeſſe videatur,itẽ qui gregem voce contineant. Ex his nonnullæ excubias agunt nocturnas, lapillum pede ſuſtinentes,qui laſſatis ſomno decidens indiligentiam ſono coarguat. Cæteræ dormiunt,capite ſubteralam condito,alternis pedibus inſiſtentes. de his Luc. lib. 5. Strymona ſic gelidum bruma pellẽte relinquũt. Poturæ te Nile grues,&c. Cæterum grues ſilentio volantes per ſublime ſerenitatẽ præſagiunt. feſtinãtes uero,tempeſtatem. Ferunt eos nullis omnino laboribus de laſſari,qui neruos ex alis & cruribus gruis habeant. Purgãt ſe grues iũco paluſtri. Dicũtur aliter Naupliadæ volucres,& Palamedis aues: quoniã Palamedes Nauplij filius earum ordine tres literas reperiſſe fertur.

Gryphem habet India,quadrupedem volucrem,recuruis vnguib. dorſo nigrum, priori parte purpureũ,alis albicantibus,ore aquilino,igneis oculeis,difficilem captu,niſi rapiatur pullus & inuolucet. Nidificat in altis montib. Congreditur cuius ferè animali,equis infeſtus eſt maximè Aurũ fodit apud Bactrianos ĩ deſertis locis,& propè accedentes abigit,Nidos ex eo ſibi texit. Ad quod diripiẽdum numeroſæ hominũ turmæ ſimul eunt magno ſuo periculo. Superat elephantos & dracones,& omnia animalia prẹter Tygridum quem propter leuitatem nequit arripere.

Harpa auis eſt,bellum gerens cum Triorche.

Herodius auis eſt littor alis,frequens in Diomedæa inſula. Veſcitur cõchis,quas per colorẽ diſcuneatas inuenit. Blanditur Grẹcis aduenis,vt nõnulli volunt.

Hirundines auiculæ ſunt loquaces, & garrulæ, quẹ auerſẹ coeunt,prẹter naturã cæterarum auiũ, Deficiente Luna imbre ſeſe perfundũt,& humi obuoluuntur, donec materiam repererint,quã nidum ſibi ſternant. Quinque numero pariũt, quos magna nutriunt æquitate. Nam portionem ſingulis alternant, & diſtribuunt,habita ætatis ratione. Incipiunt enim à primo ſenſim ex ordine continuantes ad minimũ natu. Si viderint pullos ſuos non ſat molliter iacere, lanã ab ouium dorſo exerant,& iacentibus ſubſternunt. Quinetiam excæcatis herba quadam viſum reſtituunt: Ariſtoteles ait eſſe albas in Samo inſula,

quibus

ſpeciem habent accipitrum,carne tamen abſtinent.

Mergus nidificat in arbore veris initio apud mare. Tēpeſtatem prçuidēs reuolat ex æquore,& ad litus contendit cum clamore, Verg. Iam ſibi tum curuis malè temperat vnda carinis, Quū medio celeres reuolant ex æquore mergi, Clamoremque ferunt ad littora.

Merops auis eſt,quç alio nomine vocatur Apiaſtra,a comedendis apibus.

Meropes contra naturam cæterarum auium retrouolantes feruntur. Rubentibus ſunt crurib. & ore prç longo Genitores ſuos reconditos paſcunt, pallido intus colore pēnarum,ſupernè cyane,priori ſub rutilo. Nidificant in ſpecu ſex pedū de foſſa altitudine.

Merula ſola uolat,& ſolitaria paſcitur. Ex nigra ruffeſcit. Canit æſtate,hyeme balbutit,circa ſolſtitium muta. Bis anno parit Turdum amat.

Miluus auium rapaciſſimus ſectatur etiam cadauera, Ma,'n hoc genere (vt Aelianus putat)non inuenit. Fęmina Auſtro aut Euro ſeſe pandēs concipit,& pullos parit. Inſidiatur pullis galinaceis & anſerinis. Molliter velat Latet hybernis menſib. non tamen ante diſceſſum hirundinum. Plin. ait, Miluos ſolſtitijs affici ci podagra. Flagrant odio coruorū,& vlpium. Eorum iecinora efficaciſſima sūt ad inunctiones omnium viciorum De miluo. Mar. li. 9. Hinc propè sūma rapax miluus in altra volat.

Monedula auis eſt auri & argenti furaciſſima,unde ſecundum aliquos etymū trahit a moneta,quam ſurripit. Ariſtoteles ponit tria eius genera, Graculū Lupū. quæ parua eſt & paraſita: Tertiam palmi pedē,in Lydia & Phrygia frequentē. Condit Monedula ſemina in theſauros cauernarum.

Monticula auis longa cauda,nomen accepit a montibus, in quibus habitat.

Monticula auis,ſemper mouet caudam.

Mocticorax ſeu Nyſticorax nocturnus appellatur coruus. Hæc auis nigra eſt, & ſola clamat:habitatas domos refugit,deſertas amat.

Noctua auis eſt inauſpicata. Architrenius: Diuitib ſupremus honos, prænuncia ſati. Noctua prçcedit. Hçc Pyrrhi contra Argos copias mouentis inſidit haſtæ, & ſiniſtram et portēdit fortunam. Non cernitur in Creta. Noctu videt,canit & volat ſola. Ouid. li. 11. Si quando luce vagantem Noctis autem cernunt. Mart. Capella: An mage noctiut de tibi traditur altis vſus. Odioſa eſt cæteris auibus, in quas aſtuta utitur dimicatione. Nam maiore circundata multitudine,reſupina pedib. repugnat,collectaq; in arctum,roſtro,& unguibus tota tegitur. Ei auxiliatur accipiter fędere quodam naturę,inquit Plin. Nigidius apud Plin. teſtis eſt,noctuas ſexagenis diebus hyemis cubare,& nouem voces habere. Noctuas in imbre garrula tēpeſtatem prçſagit. Contraria eſt apibus,veſpis,crabonib.& ſanguiſugis. Eius cerebrum vel iecur cum oleo infuſum prodeſt auriculis. Frequentes fuerunt Athenis noctuę: hinc factum adagium Noctuas Athenas mittere:in eos,qui potentioribus,& nullarum rerum indigis aliquid mittunt.

Oenanthe auis ſtatos latebrę dies habet. Exoriēte Syrio occultata ab eiuſdem occaſu prodit.

Oenas auis eſt magnitudine columbi,quæ capitur autumno.

Onocratalus auis eſt ſimilis ferè cygno, quæ collum in aqua mergens, ſpiranſq; ſimilem reddit ſonum aſinio ruditui. Quicquid comedit, in fauces congerit, diuque continet. Martial. libro vndecimo, Turpe Rauennatis,guttur. Onocrotali. Onocrotalos habet Gallia ſeptentrionalis Oceano proxima.

Ophiomachus eſt dimicans in ſerpentes,unde accepit nomen.

Otides ſimiles ſunt perdicibus,quæ præ pinguedine corporū,alis attollere ſeſe nequeunt. Quapropter quum uideant ſe canum latratibus obnoxias,deliteſcunt inter frutices.

Otus bubone minor eſt, noctuis maior, auritis plumis eminentib. Aſionē Latinè vocant. Imitatrix alioqui auis, & paraſita, & quodam genere ſaltatrix. Arripit quandoque lapidū ponduſcula, aut guttur arena replet, vt aduerſo uentorum flatu uolet ſtabilita.

Ortygometra eſt, quam dicimus coturnicem, cuius uocem quū ſentiūt aucupes, parari diceſſunt intelligunt.

Palumbi viuunt annos 30. Hyeme muti, uere vocales. Sunt autem ſyluestres columbæ. Nidificant in arborib. & ſepibus. Duo ſunt eorum genera, Vnum quod Vinaginem dicunt, ab vſu Liaruſcę. Alterū, quod Torquatum, a torque quo videntur inſigniti Mar. li. 13. Inguina torquati tradant hebetantq. columbi, Non edat hanc uolucrem qui cupit eſſe ſalax. Quum ad ſenectam venerunt, ſpoliantur vnguib. Pariunt poſt ſolſtitia bis in anno oua terna, nec tamen plus duobus educant. Palumbes incubat fęmina poſt meridiem in matutinū. Cætero mas. Purgant ſe Lauro. Hyeme abeunt.

Paralus auicula gregatim uolans colore cinereo.

Parra auis eſt inauſpicata, quæ oriente Syrio non apparet, donec occidat. De hac Hor. li. 3. Car. Impios Parræ recinentis nomen Ducat.

Paſſeres ſalaciſſimi ſunt, & arguтiſſimi, uita breuiſſ. Mares diutius anno nō niuere argumentū eſt, quia nullus ueris initio apparet. Nigricies quæ eſt in roſtro. ęſtate incipit. Fęminis longior paulò uita. Mart. Et arguto paſſere uernat ager.

Pauo concipit tertio uitæ anno, quo fere varietate colorum induitur. Viuit annos vigintiquinque. Glorioſus eſt, & inuidus. Erecto pēnarum ſtabello ſeipſum miratur. Fimum ſuum reſorbet hominum vtilitati inuidens. Eius caro dura & cōcoctu difficilis. Saminus Pauus (vtrumq. enim dicimus) numerat inter cibos electiles. Ex pādit colores aduerſo maxime ſole, quia ſic fulgētius radiat. Omnes oculos penarum cōtrahit in aceruū. Cauda annuis uicibus amiſſa pudibūdus quærit latebram, donec renaſcatur. Pauonē cibi gratia primus occidit Romæ Hortenſius orator. Ferunt Alexandrum Magnum Pauone primū in India viſo admiratum fuiſſe, & edicto cauiſſe, ne quis tam ſpecioſum animal interficeret. Columbas amant mutuò, Pauones Sacri ſunt Iunoni.

Pelicanus, vbi pullos ſuos necatos uidet à ſerpentib. latus, ſibi fodit roſtro, & educto ſanguine uitā reſtituit mortuis. Hieronymus. Pelicā (inquit) quū ſuos a ſerpente filios occiſos inueniunt, lugent, ſeque & ſua latera percutiūt, & ſanguine excuſſo corpora mortuorū ſic reuiuiſcūt. Volateranus ait Pelicanū eſſe, quē Plin. Plateam vocat. Eſt autem Platea auis aquatilis, conchas deuorans: quas vbi calore ventris concoxit, euomit, vt peſte a diſcuneatas, comedat facilius.

Perdices aues ſunt ſalaciſſimæ. Oua perdunt mares, ne cura incubatus Venerē impediat. Ad aucupes accedunt velut deditionem facturæ, vt pullis tēpus pręſtēt ad fugam: quos ubi ſecuros uident, proripiūt ſeſe, eosq. ſequūtur, & uoce acclamant. Fœmina paritura ſtipulis & multa terra ſe circūualat aduerſus inſidias. Septimo die pullos excludit. Parit oua 15. Sacra eſt Ioui & Latonæ Paphlagoniæ pdices ferūtur eſſe duplici corde, autor Theophraſt. apud Gell. li. 16. Perdices ouis ſtragulum molle puluere contumulant, nec in quo loco peperere, incubat. Et ne cui conuerſatio ſit ſuſpecta, nidos transferūt & pullos. Capto duce totius gregis, ſinguli facile capiūtur, atq. etiā circa conceptū fęminæ, contra aucupem fęmina exeunte, vt rixādo abigat eum. Si contra mares ſteterint fęminæ, aura ab ijs flante, prægnantes fiunt. Hiātes autem exerta lingua per id tempus æſtuant, & ſuperuolantium afflatu concipiunt, interdum uoce tantū maſculi audita. Quod eſt argumentum maximi caloris Venerei. De his maiora multo Plin. Purgant ſeſe lauro. Nullæ reperiuntur in Bœotia.

Phalacro coraces peculiares ſunt Balearibus inſulis.

Phalerides aues ſunt aquatiles in Seleucia Parthorum.

Phaſianæ

Phaſianæ aues,à Phaſi Colchorum fluuio ſumpſerũt nomen.Geminas ex pluma aures ſubmittunt,ſurriguntque. Pediculis infeſtantur,& interrimuntur,quãdoque,niſi ſeſe puluerent. De his Iuuen.Sat.11.Et Scythicæ volucres, & Phęnicopterus ingens Martial.li.13.Argoa primùm ſum deportata carina.

Phœnicem vnum in tota orbe habet Arabia,aquilę magnitudine,auri fulgore circa coliũ cætera purpureũ,cauda cærulea,roſei,pennis diſtincta, facie criſtis ornata,& pulmeo apice caput honeſtãte.Quorũdam eſt opinio neminẽ extitiſſe, qui viderit veſcentẽ.Sacer eſt Soli:viuit annos 660.Seneſcens caſia thuriſq; ſurculis cõſtruit nidum,quem odoribus replet,& ſuper emoritur.Ex oſſibus deinde & medulis naſcitur vermiculus, inde fit pullus, qui priori funeri iuſta redens,totũ nidũ defert in vrbem quãdam Pãchaiæ,Soli ſacram, ibiq; in ara deponit.Plinius ait,allatũ fuiſſe Phœnicem in vrbem Romã,Claudij principis cẽſura,anno vrbi 800 Mart.li.6.alludit ad nidum huius uolucris,dicens:Quod sẽper caſiaq; cynnamoque.Et nido nigri altis ſuperbæ Fragras.De hac Oui.li.15. Vna eſtq.reparet,ſeq.ipſa reſeminet ales.Aſſyrij Phœnica vocãt,nec fruge,nec herbis,ſed thuris lacrymis,& ſucco viuit amomi,&c. Phœnicem Vergilius reparabilem vocat,vbi de animalium ætatibus loquitur,dicens:Alipedem ceruũ coruus ter vincit,at illum Multiplicat nouecies Phænix reparabilis ales. Viuacẽ Ouidius,nobilem Plinius,Pharium Statius,Longæuum Claudianus,Gangeticum Auſonius,Aſſyrium Stroza.

Phænicopterus auis eſt,habens rubras pennas,cuius linguam præcipui ſaporis eſſe docuit Apitius.Mart.lib.3.Nomenq; dedit quæ rubentibus pennis.Idem li.13.Dat mihi penna rubens nomen,ſed lingua guloſis Noſtra ſapit.

Phœnicurus auis eſt rubra cauda.Vocatur Erythacus hyeme.

Phoicus auis eſt harpæ contraria.

Picus auicala eſt aduncis vnguibus,arbores excauans,in quibus pullos educat Sacer eſt Marti,unde & Martius appellatur.Numeratur inter auſpicatas aues. Pica diſſimilis pico.Eodem die commutat uoces.Nidificat in arboribus Parit oua ix.Expreſſior eſt ei loquacitas, quã Pſytaco. Adamat verba quæ loquitur. Nec diſcit tãtũ,ſed diligit.Emoritur victa difficultate verbi.Et niſi ſubinde eadẽ audiat, memoria fallitur Plinius ait, eas facilius diſcere,quæ glande veſcuntur,& qui nos habẽt digitos in pedibus.Nullæ tamen duobus primis vitæ annis.Omnibus lata eſt lingua,quæ ſermonem imitantur humanam. Martial.li.7.Pica ſalutatrix ſi tibi Lauſe placet.

Porphyrio auis eſt roſtro & cruribus prælõgis & rubentibus,quæ auiũ ſola morſu bibit.Omnem cibũ aqua tingit,quem pede ad roſtrum veluti manu affert. Laudatiſſimus eſt in Comagena.

Pſytacos humanæ vocis imitatores habet India.Virides ſunt toto corpore,torque tantum miniato in ceruice.Quæ accipiũt verba,pronunciant. Salutant imperatores.In vino laſciui ſunt,duritiam eãdem habent in capite,quam & in roſtro. Quum loqui diſcunt,ferreo verberantur radio,aliter non ſentiunt ictus;Quum deuolãt,noſtro ſe excipiunt,cui innituntur. Amici ſunt turturib us.Plinius ait, ſyluam eſſe Gagandem,in qua primum uiſi ſunt Pſytaci,de Pſytaco Claud. in Eutropo.Qui neutrũ inuitant precio,traduntq.palato Syderea Iunonis aues,& ſi qua loquendi Gnata,coloratis viridis defertur ab Indis.

Pynge auis rapax,noctu volitat,& venatur more aquilę,cũ qua plerũque dimicat

Pygargus auis eſt de genere aquilarum,albicaute cauda.

Pyralis auis eſt inimica turtur.

Pyrrocteres luteo ſunt roſtro,peculiares alpibus.

Querquedula auis eſt ſemper in aquis natans.Aliter Sanqualia dicitur.

Regaliolus auis eſt de volatu cum aquila diffidens. Vocatur hoc nomine, tanquã rex auium.Vocatur aliter Throchilus.Regaliolum aues diuerſi generis diſcer-

 pſerunt,

pſerunt, pridie quàm Cæſar interficeretur manibus coniuratorum.
Riparia auis nom n ſumpſit a ripis, in quibus habitat.
Ruſtica auis eſt ſimilis perdici, roſtro tamē longiore Mart. Ruſtica ſum perdix, q̄d refert ſi ſapor. Idem, Charior eſt perdix, ſi ſapit illa magis.
Sanqualem auem Maſſurius apud Plin. oſſi fragam dicit eſſe.
Satyria auis eſt, quæ aliter Coruus appellatur.
Spinturnix auis eſt inauſpicata quæ alio nomine vocatur Incendiaria.
Stritomellus auis aliter dicitur Marinus paſſer.
Strix auis eſt noctua & inauſpicata, nomen ſumpſit a ſtridore. li. 6. Quod trepidus bubo, quod ſtrix nocturna quæruntur. Hora. Plumamque nocturnæ ſtrigis. Hæc infantes noctu inuadit Plin. ait, non eſſe fabuloſam. ſtriges vbera infantiū labris immulgere.
Struthius auis eſt grandi corpore & graui. Fœmina uocatur Struthio Hiero. Pēna autem Struthionis ſimilis eſt pennæ herodij & accipitris. Sūt qui eundē eſſe velint cum Struthio camelo. Sunt autem Struthio cameli auiū grandiſſimi. In Africa & Æthiopia altitudinem equitis equo inſidentis vincunt & celeritatem. Pēnas habent: cætero non ſunt volucres, nec a terra tolluntur. Vngulas habent ceruinis ſimiles, quibus dimicant biſulcas, & comprehēdēdis lapidib. utiles, quos in fuga contra ſequētes ingerunt pedibus. Quum colla in fruticibus occultarūt, latere ſeſe exiſtimāt. Eorum qua propter amplitudinem vſum vaſorum præbēt. Naturaliter caluent. Soli autem palpebras habent.
Sturnis proprium eſt cateruatim uolare, & quodam pilę orbe circumagi, omnibus in medium agmen tendētibus. Plin. ſcribit, Cæſares iuuenes ſturnum habuiſſe Græco & Latino ſermone docilē. Hæc auis maculoſa eſt, magnitudine merulæ.
Vulgus Sturnellum uocat, Græcè vocatur Pſarus.
Subis auis eſt, quæ aquilarum oua frangit.
Sylla auis eſt, in cuius ventre reperitur Chlorites gemma herbacei coloris.
Terraneola auis eſt Alādæ prope ſimiles, præterquā q̄ apicē nō habet in vertice.
Tinungulus auis terret accipitres adeo, ut eius vocē reformident. Propterea amatur a columbis.
Trago panades auis maior aquila, cornua habet curuata in temporibus, caput phœniceum, cæteras partes ferruginei coloris. Aliter uocatur Tragopa, ab arietis cornibus, hanc habet Aethiopia.
Throchilus auis Crocodilo amica, & obſequioſa: nam ſanguiſugas linguæ eius adhærentes deuorat. Aliter uocatur Regaliolus.
Truo auis, quæ aliter uocatur Onocrotalus. Cæcilius: proh dij immortales, vnde proceſſit truo.
Turdi in cacuminibus arborū nidificant luto. A coitu decē dieb. oua matureſcūt in vtero. Loquaciſſimi ſunt, ſed peculiaris ſurditas eiſdem aſcribitur. Hinc adagiū, Surdior turdo. Fertur hæc auis p̄cipui eſſe ſaporis. Hor. Ni melius turdo nil vulua pulchrius ampla. Inaſſatus turdus cū Myrti baccis prodeſt Dyſentericis, & vrinę. Turdis color æſtate circū collū varius, hyeme cōcolor. Frequētes i Germania ſunt tpe hyberno. Agrippina vxor Claudij Cæſaris, turdū habuit imitantē ſermones hoīum, ætate Plinij. Turdorū fimus optimus eſt ſtercoradis agris.
Turtures vere occultantur, pennasq; amittunt. Cum bibunt, colla non reſupinant. Octonis viuunt annis. Bis anno pariunt, oua plurimum terna. Pyralim volucrem oderunt, Pſytacis amicæ purgāt ſe herba, quæ vocatur Helxine. Earum fimus albugines extenuat. Turtur erepta compare ſemper gemit, & caſtitatem ſeruat. Verg. Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab vlmo.
Veſpertilio ſola volucrum aīal parit, habetq; pro pēnis membranam. Pullos nutrit lacte vbera admouens: infātes amplectitur, ſecumq; deportat. Vnicā habet coxendicē. Culices amat in cibatu, ſola volucrum dētes habet. Habet ēt māmas.

Vipiones appellantur minores grues.

Vlula auis eſt luctiiona, & funebris, q̃ ab ululatu meruit nomen. Fel eius prodeſt ad albugines, ſuffuſiones & caligines, adeps ad claritatem.

Vpupa auis criſtata, ſemper commoratur in fimo. Colorẽ mutat, criſtam habet plicatilem. Cor eius laudatur in lateris doloribus.

Vultur ſeu Vulturius, auix rapax, tarde uolat propter corporis molem. Cadauera ſectatur, & carne viuit. Aiunt, hanc auẽ concipere ſine maſculorum ſemine, & ſine cõiunctione generare, natosq. ex ijs in multã ætatẽ ꝓcedere ad annũ uſq; centeſimum. Clarẽt odoratu uulteres. Nigri præualẽt. Nidificãt in altis rupib. nidos nemo attigit. Fętus ferè cernũt bini. Vmbritius apud Pli. ait, parere oua 13. Biduo præſentiũt futura cadauera. Fugantur unguẽto. Comedũt ſemẽ Siſeris. Auxilio ſunt contra ſerpentes. Hermodorus Ponticus apud Cæliũ teſtis eſt, Vultures eſſe oĩum animalium innocentiſſimos, quia nihil prorſus attingãt eorum, quæ ferãt hoĩes, plantẽt, alant. Animantium præterea nullam interimant, volucribus quoque vel mortuis abſtineãt, quodam cognationis intellectu. Præſtãtiſſimi habebãtur in augurijs, vt indicãt vrbis Romæ primordia. Euro grauidæ fiunt. Membra tabida affectãt. Catul. Lingua exerta auido ſit data vulturio. Quum cęperunt oue edere, aliquid afferunt ex Indico tractu, quod eſt tanquã nux intus habens ꝙ moueatur, ſonũq. ſubinde reddat. Quod vbi ſibi appoſuerunt, multos fętus producũt, ſed vnus tãtum remanet, qui Immuſulus vocatur. Ferũt, per quingenta millia paſſuum à vulturibus præſentiri cadaueris putorẽ.

AVIVM DIFFERENTIAE.

Aues inauſpicatę ſunt Cornix, Coruus, Bubo, Noctua, Parra, Auis incẽdiaria. Quibus aduntur ex aliorum animalium genere diuerſo, prægnans canis, lupa rana, fœta vulpes, muſtella & lepus. Horat. li. 3. Carminum: Impios Parræ recinẽtis omen. Ducat & prægnans canis, aut ab agro Rana decurrẽs lupa Lauinino, Fętaque vulpes, Rumpat & ſerpens inter inſtitutum.

Aues nocturne ſunt, Bubo, Picus, Trogo, Cornix, Notua.

Auiũ aliquę ambulãt, vt Cornices. Saliunt aliquæ, vt Paſſeres & Merulæ Currũt, vt Predices, Ruſticulæ. Ante ſe pedes iaciunt, vt Grues & Ciconiæ. Aliæ expãdunt alas, pandẽtesq. raro interuallo quatiunt: aliæ tota latera pandunt. Quædam compreſſis pennis volant: aliæ iaculãtur ſe in ſublime, in rectũ, in pronũ. Aliæ videntur ab alto cadere: aliæ ſalire. Auium ſęcundiores ſunt ſugaces, quã fortes. Aquilæ clarius cernunt, quàm homo. Vultures ſagacius odorantur. Liquidius audiunt talpæ obrutæ terra.

AVIVM ET ALIORVM.
animalium inimicitiæ.

Bellũ inter ſe gerunt Cornices & Noctuæ, Miluus, & Coruus, Aquila & Trochilus, Coruus, & Clorio, Noctuæ & minores aues, Turtur Pyralis, Brenthus Phagrus, Muſtella Cornix, Ichneumones Veſpæ, aquaticæ Anates Gauiæ, Harpe & Triorche, Accipiter, Sorices & Ardeolæ, Egithus auis cũ Aſino, Vulpes & Nili Angues, Muſtellæ & Sues. Eſalõ auicula & Coruus, Thoes Leones, Araneꝰ Serpẽs, Leones Galli, Hyena pardalis, Scorpius Scalabotes, Vulpes Cycnus, Tauri Cornices, Canes Damæ & Lepores, Lupus Ouis & Capra, Equi & Gryphes, Delphinus Balæna, Ceſtreus Lupus, Murena Congrus. Elephantes oderunt Murem, adeo, vt ſi pabulum in præſepia poſitum contingi ab eo viderint, faſtidiant. Bellant & cum draconibus perpetua diſcordia. Cameli odium gerunt naturale aduerſus equos. Hoſtis eſt Elephanto Rhinoceros. Muſtellarum victus exitio eſt Baſiliſco, Aſpis bellum habet cum Ichneumone. Ceruis pugna eſt cum Serpẽte. Lacertæ inimicę ſunt Cochleis. Leontophonum odit Leo. Balænis infeſtæ ſunt Orcæ. Conchis apertis inſidiantur. Polypi. Polypum lacerant Cõgri. Lupus marinus caudam pręrodit Mugili. pręliũ eſt Aquilę cũ Ceruis &

Dracone, Cybindo cum aquila, Scorpioni cum Stellionibus, Salamandræ cum Teſtudine, Ranis cum Apibus, Formicæ cum Sorice, Apibus cum Crabronib. Apes infeſtantur ab Hirundinibus.

Contra verò amici ſunt Pauones, & Columbæ, Turtures, & Pſytaci, Merulæ, & Turdi, Cornix, & Ardeolæ. Oues Capris cõueniunt, Palumbes Perdicibus, Larus Gracculo, Harpa Miluo, Muſculi Balęnis, Columbæ Tinungulis.

AVIVM ET ALIORVM ANIMALIVM VOCES.

Varij ſunt auiũ cantus. Gallis expergificus, Bubonibus gemulus, Vlulis, querulus. Noctuis ſtridulus, Cicadis obſtreperus, Hirũdinib. perarguius, Lucinijs dulcis. Turdus trinilat, Cturnus piſitat, cacabat Perdix, gratitat Anſer, Turtur & Colũba gemunt, Palumbæ plauſitant, Anates tetriniunt, Grus, gruit, Cycnus drãſat, Accipiter pipat, Miluus lipit, Galli cucuerunt, Gallina gracillat, pupillat Pauo, truſat Hirundo, Aquila clangit, Vultur pulpat, crocitat Coruus, Graculus frigulat, glotorat Ciconia, Paſſer pipit, Cuculus cuculate, Gicada fritinit, Apes bõbilant, Bobo bubat, Stryx & Veſpertilio ſtrident. Noctua cucubat. Vlulæ vlulant, Regulus, & Merops zinzululant. Thomas Rhadinus de vocib. auium ſic meminit: Philomela ſiquidem mille vocum diſcrimina contexebat. Pſytacus & Pica loquutus vario mentiebatur hoĩes. Cuculabat cuculus, zinzilulabat Regulus, modulans odis Merulus concinebat, Parus tinninabat, Acredula militabat, Turdus aderat trutilans, Sturnus piſitans, Perdix cacabans, Palũbes plauſitans, Anſer gratitans, Hirundo trinſans, Ciconia glotorans, Coruus crocitans, Graculus frigulans, Pauo pupillãs, Vultur pulpãs, Accipiter pipãs, Gaudebat & Cycnus drenſare, Grus gruere, Turtur & Columba gemere, Paſſer pipire, Miluus hiãlo lipire, Aquila clãgere, Anas tetrinire, Gallus cucurrire, Gallina gacillare. Quod ad cętera ſpectat aĩalia, Tygres rancant, Leones rugiunt, Lynces fremunt, Vrſi vncant, Lupi vlulant, frendent Apri, Elephantes barriunt, Cerui, & Onagri glocitant, Turi mugiunt. Equi hinniunt, Verres quiritant, Aſelli rudunt & oncant, Arietes blaterant, Oues balant, Sues, gruniunt, Hircus mutit, latrat Canis, Vulpes gannit, vagiunt Lepores, Mures mintrant, Muſtelle dintriunt, Grilli grillat, Serpens ſibilat, Rana coaxat.

AVES DEORVM.

Halcyones Thetidis. Ver. lib. 1. Georg. Non tepidum ad ſolem pennas in littore pandunt Dilectæ Thetidi halcyones.

Columbæ & Cycnus Veneris. De columbis. Proper. lib. 3. Et Veneris dominæ volucres mea tuba columbæ. De Cycno Stat. lib. 3. Syl. Et moles agitat Venus aurea cycnos. Hor. lib. 3. Carm. Et Paphum iunctis viſit oloribus.

Pauo Iunonis. Ouid. li. 1. Met. de Argocẽtoculo; Arge iaces, quodq; in tot lumina lumẽ habebas. Extinctum eſt, centumq; oculos nox occupat una. Excipit hos, volucriſq; ſuæ Saturnia pennis collocat, & gemmis caudam ſtellantibus implet.

Coruus & Cycnus Apollini. Ouid. lib. 3. Met. Sed ales Senſit adulterium Phœbeius. Apollo apud Ouid. lib. 2. Faſt. I mea, dixit, auis, ne quid pia ſacra moretur. Stroz. pater: Albus erat quondam volucris Phœbeia coruus.

Noctua Mineruæ. Ouid. lib. 2. Faſt. Et ſine lite loquax cum Palladis alite cornix.

Picus Martis. Ouid. lib. 2. Faſt. Martia picus auis gemino ꝑ ſtipite pugnat Et [illegible]a-

Aquila Iouis. Syl. li. 4. Donec Phœbeio veniens Iouis ales abortus. Ver. lib. 1 Aen. Ætherea quos lapſa plaga Iouis ales aperto, Turbabat cœlo.

Phœnix Solis Manil. apud Plin. teſtis eſt, Phœnicem in Arabia ſacrum Soli eſſe. Claud. de laudibus Stiliconis. Conueniunt Aquilæ, cunctæq. ex orbe volucres, Vt Solis mirentur axem.

Cataractas Plin. uocat aues Diomedęas.

Aues Palamedis ſunt Grues, quoniã Palamedes ex earum ordine literas quaſdã fertur inueniſſe. Vocãtur etiam Naupliadæ, a Nauplio Palamedis patre. Polit.

Clan-

Clangunt Naupliadæ uolucres,& peruia pennis Nubila conſcribunt.

HARPYIÆ.

Harpyias Serui⁹ ait fuiſſe Neptuni & Terræ filias,uolatiles, vultu ui[illegible]co,uncis manib. De his Verg.li.3.Æn.Strophades Graio ſtant nomine dictæ. Inſulæ Ionio in magno quos dira Celeneo,&c.Eis autem inditū eſt nomē a rapina, quæ Græce Harpyia dicitur.Hinc Harpax rapinator,Harpagare rapere: Harpelax, Harpe-lophorus falcifer Poetæ aiunt,eas a diis immiſſas fuiſſe ad polluēdas dapes Phinei regis Arcadiæ,q̄ is filios interfeciſſet:fugatas deinū a Zeto & Calai Argonautis,& filiis Boreæ.Heſiodus ait,eas fuiſſe Iris ſorores ex Thaumate genitas. Valer.Flac.lib.4.Argū,eas uocat Typhonides,id eſt,filias Plutonis, qui dicitur Typhon.

Aello ex etymologia Græca dicitur,quaſi alienū tollens: Occypete citius auferēs Celæno nigrorem ſignificat.Quartam Homerus addidit Thyellam.Morabatur autē in Stymphali Arcadiæ lacu. vnde Arcadiæ & Stymphalides uocātur. Lucan.li.5.Vnguibus Arcadiæ uolucres Stymphalla colentes.Vergan Opuſculus Stymphalides pepulit uolucres diſcrimine quinto.Idem: Deiicit horriſono qui to Stymphalidas arcu. Vocātur etiā Phineæ a Phineo rege. Seneca in Thy.Phinæis auibus præda fugatior.Sydonius Harpyias poſuit pro cruētis raptoribus qui lucro immoriuntur,ubi ait:In foro Scythæ,in cubiculo uiperæ,in exactionibus Harpyiæ,in collocutionibus ſtatuæ.

POPVLORVM DIVERSI MORES, & ritus uarii ordine literarum.

Aborigenes antiquiſſimi Italiæ populi,uagi erant,& ſine latibus.

Abydenis mos fuit,ſi quem ciuē aut hoſpitem cōuiuio exciperent, ut poſt unguētum & coronas infantes a nutricib. inducerentur, circumferenturq́; ſuauiādi.

Ægyptii diuinarum rerum peritiſſimi fuerunt,vnde Macrob.Aegyptum uocat artium matrem. Ab Aegyptiis Græci diſciplinas omnes mutuati ſunt. Diē obſeruabant a media nocte in aliā.Hominum ſunt antiquiſſimi.Olim gaudebātunguentis.Eorum mulieres ſeptēnos quandoque uno edebant partu.Serūt omni menſe,ubicunque imbres æſtiui non ſunt.Apud eos aliqui ſingula annorū millia uixiſſe produntur,ſed hoc intelligēdū eſſe de annis menſtruis,qui terminātur lunæ ſenio.Cæpas & allium inter Deos habent; Apim bouē colunt pro numine,& quædam animalia,ut canem,felem,accipitrem,ibin,lepidotū & oxyrinchom,piſces.Crocodilum etiam uenerātur,quē mortuum in urnis ſepeliūt. Crocodili adipe ægrotos ungunt. Braſſicā nō edunt.Inuētores fuerūt picturæ Mortuorum aſſeruant cadauera unguentis fœtorē impedientibus referta. Solertes fuerunt in reperiendis artibus,& in agnitione rerum indagāda ſagaces. Furta omnia impunè permittunt.Ventrem mortuorum eximunt ut omniū peccatorum cauſam Fl.Vobiſcus ſcribit,Aegyptios eſſe uerſificatores,epigrammatarios,& ad cantilenas publicas propenſos.Primi omnium Solē & Lunā Deos putauerunt,Solem Oſirim Lunam Iſim nuncupantes.Idem ait,Aegyptios eſſe Ventoſos,furibundos,iactantes,iniurioſos,& auidos rerum nouarum.Imperator Adrianus ad Seruianū Cōſulē ſcribens dixit,homines eſſe ſeditioſiſſimos, uaniſſimos,& iniurioſiſſimos.Et Qu.Curtius eos infamat ut gentem uanā,nouandis quam gerendis rebus aptiorem.Antiquitus frequentiſſimè ea obibant munia,quæ nunc geruli,& uectandis corpore oneribus quæſtum faciebāt. Vnde Ariſtophan. apud Cælium:Currus impoſuit duos,ac mortuos totidē, quos nec Aegyptij quidem tollerent,centū.Hinc adagium,Aegyptius laterifer. Erāt & admirabiles in nectendis machinis,procliues in vinum,cuius quum eſſent inopes,excogitauerunt potionem ex hordeo.Viginti millia vrbiū habitauerunt regnante Amaſi. Frequentiſſimè afficiuntur elephantiaſi morbo,propter calores æſtum.Sale abſtinent,nec panibus veſcuntur ſale conditis. Ammianus Marcel

Linus, celebris autor, vocat Aegyptios genus hominum controuerſum, & aſſuetudine perplexius litigandi ſemper læti ſſimum. ſubfuſci ſunt, atrati, gracilenti, aridi, ad ſingulos motus excādeſcantes, cōtrouerſi & repoſcones acerrimi. Olim apud eos mulieres cauponabantur, & inſtitoria obibant munia. Viri intra domorū parietes texebāt, et operabantur muliebriter. Domi ventrē exonerant, in publico uero veſcuntur: dicentes, ea quæ ſunt turpia, in occulto fieri debere, quæ honeſta, in propatulo. Mulier neque dei, neque deæ vlla ſacerdos eſt, ſed viri deorū omnium & dearum. Sacerdotes deraſi ſunt in funeribus. Omnes capillos nutriunt, barbam tamen tondent. Veſcuntur cū feris, alij frumēto, alij hor deo. Viri binas veſtes habēt, fœminæ ſingulas Potant in poculis æneis, quę ſingulis diebus purgant. Linea ſemper ferūt ueſtimenta. Virilia circūcidūt mūdiciæ gratia. Sacerdotes lauantur quotidie, frigida interdiu ter, noctu bis Fabas neque ſerunt, neque alibi natas comedunt. Robuſta habent capita Salubri sūt corpore aeris beneficio, qui nunquā mutatur Pane veſcūtur, quē ex farre conficiunt. Victant piſcibus partim crudis ſole arefactis, partim ſallugine cōditis. Coturnicibus item, anatibus, & quibuſdā alijs auiculis. Minores maioribus natu cedunt, ac in via deflectunt, veniētibusq; aſſurgunt e ſedili, Anni rationē primi excogitarunt: deinde in portiones duodecim, quæ de Lunæ ſenio Mēſes nūcupantur, diſtribuerunt. Primi aras excitarunt, cōflauerunt ſimulachra, & templa conſtruxerunt. Olim veſcebātur herbis, paluſtriq; caule, quem Agroſim vocant. Onera capitibus geſtare virorū eſt, humeris fœminarum. Fæminæ ſtantes vrinam egerunt, viri ſedentes Maribus nulla neceſſitas alendi parentes, filiabus ſumma. Literas habent bifarias, ſacras et populares. In Deorum cultum magno. ferūtur feruore & ſtudio. Sacerdotes amiculis vtūtur lineis, calceis, papyraceis Suillum pecus deteſtantur adeò, vt ſi quis porcum attigerit, cū indumentis omnibus in flumine abluatur. Propterea ſubulcis interdicitur templis omnib. Laneas veſtes intuliſſe tēplo, prophanum. Scelus item, inuolutum eis cadauer cōdidiſſe. Decedēte aliquo, muliebris familia caput & vultum ſibi deformat luto: excurrit deinde per vrbem, ac plangit, Viri ſe conuerberāt nudatis pectoribus. Muliebre cadauer diutius domi aſſeruatur, ne venerea fœditate a ſalinarijs, quib. incubit ſepultura, inquinetur. Apud eos Amaſis regis edicto cogebatur quotannis vnuſquiſque deſtinato magiſtrauit ratiocinari, quo ſe foueret artificio. Quod ſi quis nō faceret, pœna erat illi extremū ſupplicium. Proripientes ſe ex lectulis ſolebāt ſuffire corpus reſina, vt aerem expurgarent diſgregatione.

Aethiopes Heſperij ſolebāt crines in nodum complicare. Mart Atque aliter tortis crinibus Aethiopes. Aethiopes ipſi omnium ſunt nationum ſerui. Viuunt ſine inſtitutis & legibus. Finitimorum præda ſunt, & cæterorum mancipia. Parētes ipſi liberos uendunt mercatoribus, & frumēto mutant. Olim nulla in re vtebātur auro, quam in ǫnalibus catenis. Qui sūt ab ortu ſolis, proſſimos habent crines, qui ex Africa, criſpiſſimos.

Afri paſtores quadrimis filijs verticis venas, adhibita lana ſucceda, inurebant cōpeſcendis e capite fluxionibus. Propterea inter omne proſpera vtuntur valetudine. Afræ mulieres ſuper veſtem nudas geſtāt caprarum pelles fimbriatas, & rubrica litas. In Sica Africæ ciuitate matronæ corpore proſtituto ex paſſiuo coacubitu dotem ſibi quærunt ex patria conſuetudine.

Agathyrſi populi Scythis vicini, abūdant auro. Capillos habēt cæruleos, quos vna cum toto corpore diuerſis coloribus inficiunt. Verg. li. 4. Aen. Creteſque Dryopeſq; fremunt, pictiq; Agathyrſi. Mantuan Apollonia: Vſque Melāchlenos, vſq; ad pictos Agathyrſos. In cōmune cum mulieribus coeūt. Nihil liuoris aut odij mutuo exercent.

Agrigentini impendio & ſumptu magnifico menſas parabant & cōuiuia. Propterea. Plato dicebat, eos ædificare, ac ſi victuri perpetuò forent: itemq; conuiuari,

velut ſemper morituri. Vtebãtur lechytis & xiſtris argenteis, habebantq; lecti cas totas ex ebore.

Agniophagi veſcuntur leonum & pantherarum carnibus.

Alani Scythię populi, carne veſcuntur, nec panem manducãt. Semper ſunt pugnaces. Vnde Lucan. li. 8. Et ſequerer duos æterni Martis Alanos. Patiẽtiſſimi ſunt laboris: nam centem miliaria curſu continuo interdum conficiunt.

Albani curam mortuorum agere nefas arbitrantur. Corpore ſunt prægrandi, nec inueſtunt ingenio minime fucato, aut ſubdolo. Vltra centum numerando non progrediuntur. Pondera, menſuras, modum ciuilitatis & agricolationis non norunt. Linguarum apud eos uarietates 26. Deos habent Solem, Iouem, Lunam. Sacerdos Lunæ primas habet poſt regem. Sacris præeſt ſeruus, & ſacræ religioni. Seruorum plerique numinis afflatu uaticinantur. Præcipuum ex his ſacerdos annuis epulis ſaginat, mox ad immolationem producit. Admotus aræ ſeipſum gladio confodit. Plurimus ſenectuti habetur honos. Precioſa cum mortuis infodiunt, licet meminiſſe mortuorum habebant ſceleris loco.

Alexandrini fallaces fuerunt, alia ſemper cogitantes, alia ſimulantes.

Amazones Scythicę mulieres, dextras mammas naſcẽtibus fœminis inurebãt, ne ferendis armis eſſent impedimento. Maſcul ſexus liberos interficiebant. Imperabant ſine uiris. Veſcebantur lacertis & teſtudinibus.

Ambrones Galliæ populi, quum ſubita maris inundatione ſedes ſuas amiſiſſent, animum rapinis adiecerunt, & latrocinijs.

Andabatæ populi clauſis pugnant oculis.

Andrimachidæ virgines nupturas exhibent ſuo regi, qui pulchriorem & gratiorẽ ſibi deuirginat.

Androgine populi ſunt in Africa utriuſque naturæ, vicibus inter ſe coeuntes. His dextra mamma uirilis eſt, læua muliebris.

Anthropophagi Scythiæ populi, humana carne veſcuntur. Bibũt ex oſſibus humanorum capitum.

Aquileienſes tanta fide contra Maximinum pro ſenatu fuerunt, vt funes de mulierum capillis necterent, quibus ſagittas excuterent, penuria neruorum.

Arabes mitrati degunt, aut intonſo crine. Barbã abradũt, præter quàm in ſuperiore labro. Duas habent æſtates, ac totiem hyemes, ſolſtitia quatuor, quę ſunt inter æquinoctialem & tropicum Cancri. Sagittas inficiunt ueneno. Fratres filios honore antecunt, quia maiores natu. Conſanguinei omnia habent communia. Maximus tamen ætate in omni re præcedit cæteros. Communis item uxor, imo verò vna omnib. Ingreſſurus ad eam, baculũ ante fores deponit. Omnes enim baculum geſtant. Eo uiſo, reliqui congreſſu parcunt. Illa tamẽ noctes agit cum ſeniore. Matri coire, non cenſetur impium. Congreſſus cum alterius ſãguinis fœmina cenſetur adulterium, quod morte plectitur. In prædia inimicorũ lapides aggerãt, quo ſignificant interituros mala morte, qui ea coluerint, inſidijs corũ, qui lapides poſuerunt. Abundant balſamo. Præter cæteros mortales fidem ſeruant inuiolatam. Dionyſium & Vraniam ſolos deorum eſſe arbitrãtur. Quiſq. permanet in patrio inſtituto.

Arcades ſuis titulis, ſuoque auſpicio nullum hoſtem unquam ſuperarunt, virum alijs ſuppetias ferebant perſæpe. Eorum vetuſtiſſima origo adeo, vt gloriẽtur ſe priores fuiſſe luna. Seneca in Hippolyto: Aut te ſtellifero deſpiciens polo Sidus poſt ueteres Arcadas editum. Colebant Pana deum pecoris. Ouid. libro 2. Faſt. Pana Deum pecoris ueteres coluiſſe ferũtur, Arcades, Arcadijs plurimus ille iugis.

Areopagitæ. Athenienſium magiſtratus, iudicabant in templo Martis de cæde, & ſtatu Reipub. prouidebant, idque ſub Dio.

Arii Germaniæ populi habebãt nigra ſcuta, tincta corpora. Nigras ad ſ lia nocte legebant,

legebant,quiſque formidine atque vmbra feralis exercitus terrorem inferabăt,
nullo hoſtium ſuſtineate nouum ac uelut infernum aſpectum.

Arimaſpi Scithię populi,unum habent in fronte oculum,unde & nomē traxerũt.
Nam Arima Scytharum lingua vnum ſignat,Spu uero oculum.

Apud Armenios rubentes,quandoque uiſuntur niues, quod loca illa ſcateant mi
nio.Perſicis dijs immolāt,& Anaitidē colunt,eiuſque miniſterio nobi[illegible] p
ſtantes dedicāt filias,quę inibi corporis pudicitia in vulgus data,mox tra[illegible]
uiris uelut anguſtiores factę. Arcubus clarent Armenij,vnde Stat.lib.1.Sy[illegible]
cinque ponenda fugaci Armenia.

Arthabatitę inſtar ferarum quadrupedum ſunt uagi.

Aruerni olim gloriabantur ſe oriundos a Troianis ac propterea dici uolebāt Ro
manorum fratres. Lucan.li.1. Aruerniq; auſi Latios ſe fingere fratres,Sāgu[illegible]
ab Iliaco populi.

Arymphęi populi ſunt prope Riphęos montes,iuſtitię & ęquitatis obſeruātiſſ[illegible]
& mira tranquilitate inter ſe degentes: Sedes illis nemora,alimenta baccæ. Ca
pillus iuxta fœminis uiriſque in ꝓbro exiſtimatur. Ab ipſo natali dicũtur eſſe
calui,ſimiſq; naribus & ingenti mento. Studioſi nō ſunt rei pecuariæ,ſub a[illegible]o
re quiſque cubitat. His nemo mortalium iniuriam facit, Sacri enim dicũtur eſ-
ſe,nihilque armorum poſſident. Controuerſias finitimorum dirimunt.

Asbitæ populi Labiæ quadrigis uehuntur.

Solebāt Aſſyrij ægrotos in vijs proponere,& exquirere à prætereuntibus, ſcirent
nè remedium aliquod morbi: Coma vtebantur non admodũ magna. Defũctos
melle cōdibant,& cera Clypeos geſtabāt & pugiones Clauas item ligneas fer
ro in ductas,ac ligneos thoraces. Deũ quem ſummũ habent, Adad uocant: deā
uero Adargatim.

Aſtomi Indiæ populi ſunt ſine ore corpore toto hirti. Veſcuntur frondium lan[illegible]
ne Halitu tantum viuunt,in odore,quē naribus trahunt. Nullus illis cibus,nul-
lus potus. Tantum radicum florumque uarios habent odores, ſylueſtriũ malo-
rum,quæ ſecũ portant longiore itinere,ne deſit olfactus. Grauiore paulo odo-
re non difficulter exanimantur. Plinius libro ſeptimo.

Athenienſes crudeliſſimè ſæuiebāt in eos, qui a ſua ditione defecerāt,adeo,ut de
creto iuſſerint manuũ dextrarum pollices abſcindi Aegineis quòd rebelaſſet
ne amplius haſtam ferre poſſent,aut remis inter nauigandũ uti, Mitylenеos ve
ro eandem ob cauſam cũ puberibus iugulari ſtatuerunt, & Smaiorum frōte, ſi
corriperentur, inuri ſtimate, Apud eoſdem tanta fuit ſepulchrorum cura, ut
perēptos bellos, ſi quis dux honeſtate ſepulcro neglexiſſet,capite plecteretur.
Nefas non putabant ſororem in matrimonium capere. Lanificium,oleum,u[illegible]
uſũ,ſerendique frumenta docuerunt. Pueros ſtatim ab initio erudiebāt, vt nā
di,vſũ propter bella naualia,& literas,cōdixerunt. Laborarunt tamen auaritiæ
nota adeo,vt prouerbium fluxerit, Atticus moriēs porrigit manum. Fuerunt &
imprudentiſſimi. Vnde Atticus aſpectus dedit etiam prouerbio locum. In ſup
adulatores maximi. Publicis cōſilii diuinos quoſdā ſacerdotes adhibebāt. Lu
brici erant tum ad iram tum miſericordiam. Suſpiciones arripiebant celeriter.
Laudantibus arridebant, ad opem humillimo cuique ferendā erant prōpti[illegible]
mi. Si quem mortuum reperiſſent in via,ſepeliebant. Nunquā imolabant bouē
cuius opera in curru,aut aratro fuerant vſi. Nulla prius puella tradebatur uiro,
quam ſacra Dianæ obiiſſet. Capillorum cincinis aureas addebant circadas.

Atlantes degeneres ſunt humani ritus,neque vllorum nominum appellationē ha
bent. Solem orientem occidentemque dira,imprecatione cōtuētur,ut exitialē
ſuis agris. Neq; inſōnia viſunt,qualia cæteri mortales. Nullæ ueſcuntur aiante.

Apud Atrios populos qui vel minima furantur,lapidibus obruuntur.

Aules populi Africæ capronas e frōte demiſiſſe gaudent. Virgines quotānis ī ho
norem

norem Mineruæ certamen edunt. Arma ſunt lapides, & fuſtes. Si qua ex ictu deceſſerit, falſa cenſetur virgo. Quæ omnium præſtantiſſime depręliata eſt, a cęteris armis decorata, ſubuehitur curru per ambitum Tritonidis paludis. Promiſcuus illis cum muliere congreſſus.

Axones accolæ Axonis fluuij in finibus Remorum, longis vtebantur haſtis. Luc. lib. 1. Longiſq. leues Axones in Armis.

Babyloniorum mores corruptiſſimi fuerunt, & ad irritādas voluptates aptiſſimi. Liberos & coniuges cum hoſpitib. ſtupro coiri (modo precium flagitij daretur) parentes, maritiq. permittebant. In vinum & ebrietatem maxime erat effuſi. Fœminarum conuiuia ineuntium in principio modeſtus erat habitus, deinde ſumma quæq. amicula auferebant profanato pudore. Ad vltimū opus ima corporum velamenta proijciebant, non meretrices tātū, ſed matronæ & viri, apud quos comitas habetur vulgati corporis vtilitas, autore Curtio, lib. 5. Duab. vtuntur tunicis, vna linea vſq. ad pedes demiſſa, altera ſuper hanc lanea. Capita mitris velant, vnguētis toto corpore delibuti. Anulum ſignatorium ſinguli geſtāt. Vbi virgines factæ ſunt nubiles, omnes vnum in locum congregant, eaſq. circū ſiſtente virorum frequentia, pręco ſigillatim vendit ſecundum ordinem formæ & pulchritudinis. Medicis non vtūtur. Sepulchra eiſdem ſunt in melle. Vbi vir & maritus coiuerunt, ſub diluculum abluuntur ambo, nec vllum vas prius attingunt, quam ſe aqua perfuderint, autor Herod.

Bactriani horridis ſunt ingenijs, & a Perſarum luxu abhorrentibus, aut. Curtio. Senio vel morbo confectos canibus deuorandos obijciunt, ad hoc de induſtria enutritis, quos ſepulchrales vocant. Mille quondā vrbes habitarunt. Apud eos qui pauca furantur, ſputis dehoneſtari ſolent. Bellicoſi ſunt & potentiſſimi.

Barcææ mulieres guſtu vaccinæ & ſuillæ carnis abſtinet.

Bathylli populi madent vnguentis, autore Plinio.

Belgæ optime regebant currus cameratos. Luc. Et docilis rector monſtrati Belga Couini. Cæſar in commentarijs ait Belgas eſſe Gallorum fortiſſimos, quod ad eos minimè commeent mercatores, qui comportent, quæ ad mollitiem, & effęminandos animos pertinent.

Berbicæ certam ætatis metam tranſgreſſos perimunt, viros immolantes mulieribus pręfocatis.

Biſaltæ Scythiæ populi nutriūtur equorum ſanguine permixto late, vt docet Ver. lib. 3. Georg.

Bithyni conſcendebant montium cacumina, ibique Iouem conſalutabant.

Bœotij rudes fuerunt & agreſtes, maleq. audierūt ſtoliditatis nomine. Hor. Bœotum in craſſo iurares aere natum. Plut. ſcribit Bœotos ab Atticis fuiſſe notatos tanquam brutos, ſtupidos & pingues, propter edacitatem.

Boryſthenidæ Scythiæ populi perpetuo frigore torquentur. De his Proper. Gloria ad hybernos lata Boriſthenidas.

Brachmanes Indorum ſapientes dicebant, præſentem vitam eſſe veluti conceptū vitalem: mortem verò egreſſum ad veram vitam. Item mundum habere tēpus initiale, tendereq. ad interitum. Deum vniuerſorum opificem per cuncta meare. In philoſophię cōionem vxores non admittebant. Abſtinebant ab omni carnis cibo. Subdiales agebant, & veritatem præcipuè amplexabantur amiculis.

Britanni antiquitus oēs ſe inficiebant glaſto. Eſt aūt Glaſtum herba ſimilis plāta gini. Prop. Nunc ēt infectos demens imitare Britanos, Ludis, & externo tincta nitore caput. Mar. Barbara de pictis veni Baſcauda Britanis. Erāt olim capillis promiſſis, inhumani ſuis hoſpitibus. Horat. Viſam Britannos hoſpitibus feros. Nullam autem aliam ob cauſam ſe inficiebant, quam vt ea ratione horridiores viderētur hoſtibus. Apud eos fratres cum fratribus, & cum liberis parentes, vxores olim habebant communes. Pręter vim & audaciam nullū habebat ad

prælia

prælia adiumentum.

Ferunt Bru i os paſtores pecudibus equabusque miſceri ſolitos.

Budini populi.Scythiæ pediculos eſitan Cęſiis ſunt oculis.Rei pecuariæ dãt operam.Libero patri agunt Trieterica,& Bacchanalia.

Burgundiones dicti ſunt, quod olim vicos habitarent, qui eorum lingua Burgi vocantur.

Byzantij notati ſunt a Græcis vt acolaſti,& intemperantes,quòd in Venerẽ & vinum ferrentur præcipites:plurimum enim verſabantur in caupona.

Cadurci populi.Galliæ in tormentis culcitarũ ex ſuo lino palmam obtinuerunt.

Calabri quum pyris abundent,conſueuerunt ea hoſpitib.affatim apponere,dein de ſaturos.bellariorum vice domum auferre iubent.Horatio teſte.

In Calingis Indiæ gente,quinquennes concipiunt fęminæ.Octauum vitæ annum non excedunt.

Callæci erant ſine deo & numine.Mulieres monilia geſtabant ferea,comãq.circũnectabant galericulo atri coloris ſuperiecto.

Campani in Italia ſemper ſuperbi fuerunt bonitate agrorum & fructuũ,& vr..s pulcritudine.

Cantabricæ mulieres oppreſſe bello filios legũtur ĩterfeciſſe, ne ĩ hoſtiles manus venirent. Opere ruſtico ſumptũ ſuum exercebãt. Puerperę viris ipſarum uice decumbentib.adminiſtrabãt. Editum infãtẽ fluminis abluebant ripis. Ferunt etiam Cantaboris olim iuris hoſtiũ factos,& patibulo affixos,in tanta ſupplicij duritate nihilominus perinde ac geſtantes Pæana ceciniſſe.Eiuſdem quoq. gẽtis illud erat,vt viri uxorib.numerarent dotem,filiosque ex aſſe hęredes conſtituerunt.

Cãdei ſeu Ophiopai veſcuntur ſerpentibus,quarum fertiliſſima eſt eorum regio.

Cares populi mercede cæperũt militare,ac ꝓinde vt viliores paſſim infamati sũt. Hinc adagium,Homunculus ex Caria Canẽ dijs immolabant: vnde & Carica victima tranſijt in prouerbium de vili munuſculo.

Carmanis fuit peculiare,vt percuſſa faciei vena profluentẽ inde cruorẽ uino permiſcerẽt,propinarentq; amicitiæ finem ſtatuentes,ſanguinem guſtaſſe mutuũ. Mox verò vnguentis caput collinire,repercutiẽdis vini exhalationib.Apud eoſdem nemini licebat vxorem ducere,niſi prius caput occiſi hoſtis ad regem detuliſſet.Rex autem interfectòrum caluaris in regia locabat.Linguas vero faucib.exertas,& minutatim conciſas,paneq.permixtas illis porrigebat deguſtandas,qui attuliſſent.

Carthaginenſes humanas hoſtias immolabant Herculi.Fraudulenti erãt & mẽdaces,non genere,ſed natura loci. Non ſolum optimos, ſed & ditiſſimos cẽſebãt magiſtratib. admouendos. Impoſſibile enim putabant,cũ qui egeſtate premeretur,rectè & incorruptè magiſtratum gerere poſſe.

Caſpij parentes incluſos fame necãt,quũ annum 70.ætatis exceſſerunt. Si quem autem aduolãtes aues vnguib.ac roſtris concerpſerint,felicitatis argumentum ſuſpicantur:ſi à feris aut canib.conuellatur,non ita ſuſpicantur.Quod ſi a nullo attingatur,deflent perinde ac infeliciſſimum.

Caſyri Indorum ac Scythas verſi humanis corporibus veſcuntur.

Cor.Tacitus ait,Cattis Germaniæ populis dura eſſe corpora,ſtritos artus,minacẽ vultum,& maiorem animi uigorem.Multum habent rationis ac ſolertiæ.Prępo nunt electos,audiunt præpoſitos. Noſcunt ordines,intelligunt occaſionis,differunt impetus,diem diſponunt,uallãt noctem. Fortunam inter dubia,uirtutem inter certa numerãt.Plus reponunt in duce,quã in exercitu.Oblato elephantu precio pudicitiã amatorib ſubſternũt fęminæ,nullo inde ꝑditorã te famæ diſpendio.Virgines quum eſſe nubiles cęperint,in publicum a parentib.producuntur accurrẽte iuuenũ multitudine,ex qua datur illis optio eligẽdi,quẽ uirũ uelint.

Cauci

Cauci ſeptentrionales populi altos habitant tumulos,& caſus nauigijs ſimiles,a quibus quum recedit mare,fugientes cũ aquis piſces circa tuguria venantur. Nullas habent pecudes neque aluntur lacte ut finitimi Vlua & paluſtri iunco ſunes nectunt ad prætexenda piſcibus retia. Captum manibus lutum ventis magis, quã ſole ſiccant. Potus non niſi imbre ſeruato ſcrobibus in veſtibulo domus.

Celenophagi Carmaniæ populi,non alia quam teſtitudinem carne viuunt.

Cercopes populi fuerunt in Epheſo notæ fraudulentiæ,qui conati ſunt ipſi etiam Ioui imponere. Hinc adagium,Cercopum cœtus: de improborum conuentu.

Cercyræis populis,quoniam crebris,ſeditionibus agitabantur,moris erat geſtare flagra ingentia,anſis eburneis exornata.

Chalcidenſes ardebant nefãda puerorum libidine. Laborabant ẽt auaritiæ noia.

Chaldæi uice numinis colebant ignem.

Chalybes habitant iuxta Paphlagoniam,in Ponto. Optimo abũdauit metallo. De his Val. Flac. li. 4. Argon. Non ita ſit metuenda tibi ſæuiſſima quanquam Gens Chalybũ,duris patiẽs cui cultus in aruis. Et tonat afflicta ſemper domus ignea maſſa. Idem li. 5. Nocte ſub extrema clauſis telluris ab antris. Peruigil auditur Chalybum labor.

Chij calentes mero quum Spartam ueniſſent,itaſſentque ad curiam Ephororum, incurrulibus magiſtratum ſellis vẽtris onera præſummã fœditatem deiecerũt. Hinc natum adagium,Chius omnia percacans.

Choromandæ ſunt ſine uoce,ſtridoris horrendi, hirtis corporibus,oculis glaucis, dentibus caninis.

Cilices hircos habent uillo tonſili,vnde ueſtes,conficiũt,quas Cilicia & Cilicina dicimus. Mart. li. 7. Qualẽ forcipibus mittit ſupinis. Tonſor Cinyphio Cilix marito. Infames fuerunt immanitatis & crudelitatis nomine,ob aſſiduas hoſpitũ deprædationes,& piraticam,quam exercebant.

Cimbrorum mulieres amicos ſuos & affinitate ſibi coniunctos ſolebant interficere,quos videbant in bello turpi fuga ſalutem ſibi quærere,autore Plutar.

Cimmerij populi perpetua caligant obſcuritate. Homerus apud Eraſmũ: Illic ſũt populiq; & mœnia Cimmeriorũ,Nubibus & cæca aſſidue caligine tecta. Illos haud nũquam radijs ſol aſpicit ardens, Nec quãdo aſtriferã curru petit arduus axem. Nec ſurſum ad terras magno deuectus olympo. Sed nox incumbit miſeris mortalibus atra. Ouid. fingit domũ ſomni eſſe in hac regione,vbi ait, Eſt prope Cimmerios longo ſpelunca receſſu Mons canus ignaui domus & penetralia ſomni,Quo nunquam radiis oriens mediuſue cadenſue Phœbus adire poteſt, nebulæ caligine mixtæ. Exhalantur humo, dubiæque creſpucula lucis de his. Tibull. li. 4. Cimmerion etiam obſcuras acceſſit ad oras, Queis nunquam candente dies apparuit ortu, Seu ſupra terras Phœbus,ſeu curreret infra.

Cyrni qui Corſicam incolunt,uiuunt annis centenis quadragenis.

Coi Iunoni ſacrificantes ſeruos a conuiuio reficiebant,vt ſacrificarent liberius.

Colophonij & Caſtabalenſes propter bella cohortes canũ habuere, quæ primæ dimicabant in acie,nunquam detrectantes.

Apud Creſtones populos ſinguli plures habẽt vxores: Quum autem vir aliquis moritur,tunc oritur magna diſceptatio inter fœminas,quæ nam illum charius adamaret uiuentem. Id vbi compertum eſt,quæ beneuolentię & amoris palmã meruit,ad mortui tumulum ducitur exornata,ibique a propinquis mactatur,& humatur cum uiro.

Cretenſes ingrediebantur prælia pręcinente tibicine autor Gell. Apud eos erãt ſapientes,quos Prophetas vocabant,qui non tm̃ abſtinebãt carnibus,ſed & coctis omnino cibis. Apud eoſdem lata quoque lege paſſim permittebatur. Venus maſcula,amplexabanturque pueriles amores uſque ad ſtuporem. Nauigãdi peritia,mariũmarumq; rerum uſu principatum olim tenuerũt. Hinc natũ adagiũ

per

per ironiam dici ſolet: Cretenſis neſcit pelagus. Maſculis amoribus in tantũ fla grabant, vt adamatos vi corriperent amorem conciliabat non iam forma, quam roboris præſtantia. Infamati ſunt improbitate, perfidia, mendacio, & ignauia. Liberę conditionis pueri leges mandabant memorię, mox deorum hymnis ani mum adijciebant.

Crotoniatæ erant egregij athletæ, adeo vt in palæſtra victoriam ſæpenumero reportarent.

Curetes inſtar mollium puellarum comam fouebant, nec ſuccidebant.

Cyclopes & Læſtrigones humana carne olim ueſcebantur.

Cyrenæi eo deliciarum prouecti ſunt, vt legum conditorem habere Platonem cõ cupiuerint. Qui tamen illorum admiratus ignauiam, indignos duxit, quibus ob ſequeretur.

Cyziceni notati ſunt timiditatis & moliciei.

Apud Dacos & Sarmatas mares corpora ſua ſuccis herbarum linunt.

Dardanei ſub Illiride populi ter tantum in vita balneis operam dabant. Apud Da nos fœminę plereque formam ſuam in virilem habitũ commutantes, militiam adibant: Omnes peroſę dilitias, corpus, & animum patiẽtia ac labore ſolebant durare, totamque fœmineæ leuitatis molliciem abdicantes, virilem exercere ſę uitiam. Bella pro baſiis intentabant: manus tenorum, non telarum obſequijs ex hibebant. autor Saxo Grammaticus.

Derbices delicta omnia, etiam minima, ultimo digna ſupplicio cenſent. Tellurẽ deam agnoſcunt. Rebus diuinis nullam adhibent fœminam, ſed nec in mensã admittunt. Septuagenario grãdiores iugulãt, aduocato ad epulas proximo quo que Vetularum carnibus non ueſcuntur, ſed præfocatas modo condunt. Si cui fatalis dies aduenerit ante metam præſtitutam, ſepeliunt.

Apud Eleuſinios capitale erat quicquam ex miſterijs in vulgus efferre, cuiuſmo di erant apud Rom. ſacra Bonæ deæ.

Epheſij habebant notulas quaſdam & uoces magicas, quibus vtentes, in omni ne gocio victores euadebant. Hinc adagium, Epheſijs vti literis.

Eſſedones Scytharum Aſiaticorum populi, ſolent parẽtum funera cãtu proſequi, & conuocatis uicinis cadauera ipſa al js carnibus admixtis abſumere, & ex oſſi bus capitum cõficere ſibi pocula. Apud eos quoties pater alicui deceſſit, omnes eius propinqui pecora adducunt, conciduntque, & mortuum alijs commixtũ carnibus ei exhibent, a quo inuitati ſunt ad conuiuium. Caput tamen defuncti denudatum, purgatumque inaurant, eoque pro ſimulacro utuntur, & quotãnis ceremonias eidem faciunt. Iuſtitiam obſeruant diligentiſſime. Vxores æque fortes ſunt ac uiri.

Eſſei Iudæorum populi abſtinebãt vino, carnibus & vxoribus. Ieiunijs ita aſſueue runt, vt ipſa in naturam verterint. Apud eos proprium nemo aliquid poſſidet. omnibus in medio poſitis communiter utuntur habitant ſimul, & conueniunt quaſi ſodales. Quumque pro communi utilitate faciant omnia, alia aliorum ne gocia ſunt, quæ certatim peragunt, non frigus, non calorem, non aliquam muta tionem aeris, formidãtes. Quum a laboribus mercedem ceperũt, apud Queſto rem deponunt: is omnia diligentia procurat, quibus egent. Plerique ex his nul las ciuitates colunt, neque ſeruos habent, quando omnes velut mater eadẽ ge nuit natura. Triplici tegula uitam tranſigunt, amore in Deum ardentiſſimo, uir tutis cultu diligentiſſimo, charitate in proximum, feruentiſſima.

Apud Epizephyros Locros ſi quis ſalutis cauſa vinũ hauſiſſet largius, medico nõ imperante, morte expiabatur libera illa compotatio, perinde ac grãde aliquod ſcælus.

Fanesij populi in oceano ſeptentrionali tam grandes habent aures, vt ijs nuda in tegrant corpora.

Fennis Germanię populis mira erat feritas,& fœda paupertas,nõ arma,nõ equi,
non penates.Victus erba,veſtitus pellis,cubile humus:ſola in ſagittis ſpes,quas
inopia ferri oſſibus aſperabãt. Idem uenatus uiros pariter ac fęminas alebat.
Paſſim enim comitabãtur,partemq; prædę petebant Videbant in ſyluis,quod
beatius arbitrabantur,quam ingemere agris,illaborare domib.autor Cor.Tac.
Galli ſagittas heleboro collinebant, quod ijs tranſfixæ feræ multo viderẽtur ad
cibum delicatiores.Reſcindebant tamẽ partes, quæ ambibant vulnus, propter
hellebori contagiã Cicero ſcribit, Gallos iuſiurandi ac deorum religione non
commoueri:Nam cæteræ gentes,inquit,pro religionibus ſuis bella ſuſcipiunt:
Galli contra omniũ religiones.Quinimo & cũ dijs immortalibus bella geſſere,
& impetu hoſtili Delpyicũ oraculum inuadere ſunt auſi.Si quando verò metu
perciti propiciandos deos arbitrãtur humanis oſtijs templa fœdant.Strabo ta-
men ait,Gallos eſſe ſimplices,& nulla morũ malignitate.Vnde Martialis.Et tu
midus Galla credulitate fruar Cæſar Gallorũ cõſilia inceſſit, vt ſubita & repẽ
tina:Sed & Gallos omnes deditos religionib.tradit, verum affectos grauiorib.
morbis aut periculis, homines pro uictimis immolare conſueuiſſe. Hominem
præterea diuinationi deſtinatũ in tergo feriẽtes, ex ipſo impatiẽtiæ & torquẽ
di modo vaticina concipiebant.Quoſdam ſagittis cõfigebant, patibulo etiam
in ſacris ædib.ſuffixos. Arbitrabãtur in ſuper ſe prognatos à Dite patre.Propte
rea tẽporũ ſpacia metiebãtur nõ dierum,ſed noctium numero.Veſtes ferebãt
intonſas ,uarijque coloris, quas Braccas uocant. Dicti ſunt Galli a niueo la-
ctis colore,qui Gala dicitur:quod eorum corpora lactis inſtar albeſcerẽt,ob ve
hementẽ hyemen vnde Vir.Virgatis lucẽt ſagulis,tũ lactea colla Auro inuectũ
tur.Martialis Ignea mens Gallis & lactea corpora,nomen Acandere datum.
Veterum Gallorum mores longè diſcrepant ab his,qui nũc viuunt.Liberos.n.
ad conſpectum ſuum venire prius non patiebãtur, quam per ętatem adoleuiſ
ſent,ac ſubeũdis militarib.periculis eſſent idonei.Viuentes amicis mutuo con
cedebant,quæ apud inferos creditoribus exoluerẽt debitores.Viri quantas ab
vxore pecunias nomine dotis accepiſſent,tãtundem domeſticarum fortunarũ
æqua æſtimatione cũ dote conferebant.Quicquid inde fructuũ ſuccreſcebat,
aſſeruabatur,eratq.eius,qui alteri fuiſſet,ſuperſtes.Viri in uxores,ſicut in libe-
ros,uitæ & necis poteſtatẽ habebãt.Si qua ueneficij fuiſſet cõuicta,a mariti ſui
propinquis incẽdio alijsq.cruciatib.cõſumebatur. Quæ uiuẽtibus chara fuiſ-
ſent cum eiuſdem defunctis in funere cremabantur, uel ipſa etiã animalia.De
Rep.niſi in publicis concilijs,nemini licebat loqui.Qui ultimus in cõciliũ ue-
nerat,morti dabatur.Et qui tumultuatus eſſet,miniſter publicus ueſtes reſcĩde
bat,adeò vt reliquæ partes prorſus eſsẽt inutiles:Prolixas nutriebãt comas.Ve
ſtes auro pictas geſtabat,& hirſutis vtebantur ſagulis.Promiſſis vtebãtur femi
nalibus.Pro tunicis ſciſſos gerebant amictus,vix pudẽda nateſq; uelãtes,lana
quidem aſpera & oblõgis uillis.Vnde Mart. Me pinguis Gallia ueſtit.Et lib.4.
Accipe Sequanicæ pinguẽ textricis alumna.Haſtes alij,alij arcus,pleriq.fũdas,
nonnulli fuſtes in bella ferebant,oblõgisq.vtebãtur gladijs.Humi corpora re-
ſupinabant ad quietem Strabonis ętate ſtramẽtis ſedentes cęnitabãt.Lacte &
ſuilla carne ueſcebantur,feroci omnes ingenio.Ducebantur maiore belli,quã
agrorum ſtudio. Torques aureos penſiles collo portabant. Victoria effereban-
tur ſtupebant uicti.Eorum(quos in bello cecidiſſent) capita equorum ſuorum
ceruicib.appendebant Mercurium præter cæteros deos venerabantur,quẽ om
nium artium prędicabant inuentorem.Ituri in pugnam,quicquid manubiarũ
inde retuliſſent,uouebãt Mart. Fraudãtes aliquid ex præda,graui ſupplicio pu
niebant. Nullum abſq. philoſopho faciebant ſacrificium . Exiſtimabant enim
per diuinę naturæ conſocios ſacra fieri oportere,tanquam dijs propinquiores.
Horũ interceſſione,bona à dijs cenſebant petenda,quorum cõſilio in bello &

pace

pace vterentur. Vnde & Druydæ vetuſtiſſimi eorũ ſacerdotes, ſolebant curare
ſacrificia publ. & priuata. Religiones itẽ interpretari, adoleſcentes diſciplinis
inſtituere, rerum naturaliũ cauſas ſcrutari, de cæde; de finibus cæteriſq. cõtro-
uerſijs agnoſcere, ita vt ſi quis decreto nõ ſtetiſſet, eidẽ ſacrificijs interdicerẽt.
Sacerdotes ipſi hominum congreſſum & ſermonem declinabãt, ne contagione
polluerẽtur. Vnus omnibus præerat, in cuius defuncti locũ, ſuffragio alius ſuf-
ficiebatur. Animas credebãt non interire, ſed ĩ alia migrare corpora. Multa de
ſideribus diſputabant, de mundi & terrarũ magnitudine, de rerũ natura & po-
teſtate. Tãta fuit Gallicarum mulierũ virtus, vt inter infeſtas ciuilis furoris aci-
es quandoq; ſe immiſerint, & lachrymis precibusque obliterata diſcordia pa-
cem procurauerint. Propterea quum de bello aut pace conſultabant mulieres
adhibebantur. Hæ ſi qua incidiſſet cõtrouerſia, ſedebãt arbitræ. Vehiculis vte-
bãtur, quæ Eſſeda vocamus, apud Celtas primũ repertis. Ver. Belgica uel mol-
li melius ferret eſſeda collo. Syl. ait, Celtas ex vacuis mortuorũ parẽtũ capitib.
inauratis pocula ſibi factitaſſe, hęc eius verba. At Celtæ vacui capitis circũdare
gaudẽt. Oſſa (nefas) auro, & menſis ea pocula ſeruãt. Quamuis aũt Galli artiũ
& diſciplinarum ignari á pleriſque iudicati ſint, antiquius tamen apud ipſos,
quám Latinos aut Græcos floruerunt literæ. Nam vt ſcribit Beroſus, anno 4.
Nini, literis & legibus Celtas formauit Samotes. Dis cognomẽto, & Celtiberis
Tubal, à quibus demum mille poſt annis Græci ſuas acceperũt, non à Cadmo.
Nam quas primũ aduexit rudis paulò ante excidiũ Troianum Cadmus quin
tus, eas à Galais traxerat, quas Galatæ & Męones prius à Galli ſuſceperant.
Non ergo Galli a Gręcis, ſed potius a Gallis Aſia & Græcia cũ colonis etiã li-
teras & diſciplinas ſuſceperũt. Aliquot deinde annis poſt repertũ literarũ vſũ
regnauit apud Celtas Sarrõ qui vt hominũ cũ recẽtũ ferociã cõtineret, publi
ca primus inſtituit gymnaſia, à quo Celtarũ theologus & philoſophos vocaue-
rũt Sarronidas. Quinetiã dea illa dicẽdi præſes Pytho noĩe, q̃ alij Suadã, Suade
lã, Leporẽ, Flexanimã, Græci Pſychagogẽ vocãt, maximi loco numinis habitus
eſt apud Gallos, Quo tempore Romani longè lateq. imperabãt, nulla gẽs vixit
Romano populo magis formidoloſa. Cum nulla vnquam gẽte Romanus ipſe
populus intra extraque Italiam maiore hominum ſtrage, maioribus durum &
exercitum periculis debellauit. Nã licet ex eorum exercitu cẽtum hominum
millia quandoque deſiderata ſint, nihilominus tamẽ animoſi pugnã acrius in-
ſtaurabant, pudorem vlciſcebantur, ad vnum interfici, aut interficere volentes.
Certarunt Romani cũ finitimis de principatu, cum Carthaginenſib. de impe-
rio, cum Gallis de uita ſemper. De his Strabo li. 4. Vniuerſa, inquit, natio, quam
hęc ætas Gallicã vel Gallaticã nominat, Martis ſtudio & animorum ardet im-
petu, conſerendæ pugnæ alacritate impigra, ſemperq. ſpectantes in Boreã, aut
Oceano ꝓpiores, cõferẽdis pugnis sũt audaciores. Florus de Senonib. ſic inqt:
Galli Senones, gens natura ferox moribus incõdita, ad hęc ipſa corporũ mole
ꝑinde ac armis ingentibus adeo omni generi terribilis fuit, vt planè nata ad ho
minum interitum, & vrbium ſtragem videatur. Hi quondã ab vltimis oris &
cingente omnia Oceano, ingenti agmine profecti, quũ media vaſtaſſent, poſſis
inter Alpes & Padum ſedib. ne his quidẽ cõtenti per Italiam vagabantur. Ro
mam quinetiã aggreſſi, vniuerſum populum in Capitolium ſe ſuaq. omnia re-
cipere compulerunt. Quaqua uerſum tranſibant, non fulminãtes, ſed plane ful
mina videbantur, dolebantq. expertẽ cruoris victoriã ſibi cõcedi, ac ſine ruina
tranſitum patere. Titus Liuius auidas armorũ Gallicas gentes ſẽper fuiſſe ſcri
bit: De his etiã Trogus apud Iuſtinũ libro quarto: Galli inquit, abũdãti multi-
tudine, quum eos non caperent terræ quæ generant, trecenta millia hominũ
ad ſedes nouas quærẽdas, velut peregrinatum miſerunt. Ex his enim portio in
Italia conſedit, q & vrbem Romã captã incendit: & portio in Illyricos ſinus ꝑ

ſtrages

ſtrages barbarorũ penetrauit,& in Pannonia conſedit. Gens aſpera,audax,bellicoſa,quæ prima poſt Herculẽ Alpium inuicta iuga,& frigore intractabilia loca trãſcendit. Ibi domitis Pannonijs per multos annos cũ finitimis varia bella geſſerunt. Hortante deinde ſucceſſu,diuiſis agminibus alij Græciam,alij Macedoniam,omnia ferro proterentes,petiuere. Tantusq. terror Gallici nominis erat, vt etiã reges non laceſſiti ultro pacem ingenti pecunia mercarentur. Libro itẽ 25.ait: Ea tempeſtate Gallorum iuuentus tantæ fęcunditatis fuit,vt Aſiam omnem velut examine aliquo implerent. Deniq. neque reges Orientis ſine mercenario Gallorũ exercitu vlla bella geſſerunt. neque pulſi regno ad alios, quàm ad Gallos,confugerunt. Tantus terror Gallici nominis,ſiue armorũ inuicta felicitas erat,vt aliter neque maieſtatem ſuam tutam,neque amiſſam recuperare ſe poſſe ſine Gallica virtute arbitrarentur.

Garamantes matrimoniorũ expertes,paſſim cũ fœminis degunt,nullas habẽt ſedes. Sub cilicijs ſemper agunt. Mulieres ſeruilia vbique miniſteria sẽper faciũt.

Gamphaſantes nudi prælio res expertes,nulli externo cõgregã tur. Obuios quoſque fugiunt,ac reformidant, Habitant in parte Libiæ.

Geloni Scythæ populi ſolebant ſe pingere. Ver.li.2.Georg. Baſq.domos Arabũ, pictoſq. Gelones Claudianus: Mẽbraque qui ferro gaudet pinxiſſe Gelonus. Sanguinem equinum bibebant cũ lacte. Verg. Biſaltæ quo more ſolent, acerq; Gelonus,Quum fugit in Rhodopẽ,atq; in deſerta Getarum,Et lac concretum cũ ſanguine putat equino. Sidonius, Aut ad Paludicolas Sicãbros, aut ad Caucaſigenas Alanos aut ad Equimulgos Gelonos. Sunt præterea ſagittarij. Ver.li. 8. Hinc Lelegas,Caraſq. ſagittiferoſq. Gelones Fixerat. Multas ſinguli habent vxores. Val.Flac. li.7. Argon. Heu mihi uel ſæuo coniunx non una Gelono. De hoſtium cutib. ſibi indumenta,& equis tegmina,conficiunt. Cõtẽti viuunt ſuis finib. Horat.lib.2.Carm. Intraque præſcriptũ Gelones exiguis equitare cãpis.

Getæ nullos habẽt in agris limites,ſed fruges liberos & cõmunes. Hor.lib.3.Car. Viuunt rigidi Getæ, Immutata quib. iugera & liberas Fruges & Cererẽ ferũt, Nec cultura placet lõgior annua: Gaudet ſagittis & pharetris. Ouid.li.5.Triſt. Iuncto pharetratis Sarmatis ora Getis. Integũtur ferarum pellib. Idem Oui.li. 4.de Ponto. Hic mihi in Euxinobis tertia ducitur æſtas Littore, pellitos inter agẽda Getas. Bibũt & equinum ſanguinem permixto lacte. Sido. Solitoſq. cruentũ Lac potare Getas,& pocula tingere venis. Non ueſcuntur carnibus. Solebãt olim mortuis viris vxores interficere. Oui.de Getis ſcribit. In quibus eſt nemo qui non Coryton & arcum,Telaq. vipereo lurida felle gerat: Vox fera,trux vultus,veriſſima mortis imago, Non coma,non ulla barba reſecta manu. Dextera nõ ſegnis fixa dare vlnera cultro,Quẽ uinctum lateri barbarus oĩs habet. Mortem ſuorum lætitia proſequebantur.

Getuli inſidiũt equis inornatis. Luca. Semperque paratus inculto Getulus equo.

Germani fęminas quaſdam fatidicas tãquam deas habuerunt. Magnas o in ferebãt lãceas & haſtas,anguſta & breui ferro,quas frameas vocãt. Hoc telo,& ſcuto contenti erant equites. Pedites & micilia ſpargebat nudi,aut ſagulo leues. Scuta lectiſſimis colorib. diſtinguebant. Corpora ſuorum etiã in dubijs prælijs referebãt. Scutum reliquiſſe præcipuũ erat flagitiũ. Reges ex nobilitate, duces ex virtute ſumebãt. Nec regib. infinita erat ac libera poteſtas. Neq. animaduertere,nec uincere,nec verberare quẽquam, niſi ſacerdotib. licebat. Ad matres & coniuges ferebãt vulnera. Nec ille numerare, nec exigere plagas pauebãt. Cibos & hortamina ferebãt pugnãtib. adeo vt memoriæ ꝓdatur,quaſdam acies ĩclinatas,& iã labẽtes,a fęminis reſtitutas cõſtãtia p̃cũ,& obiectu pectorũ. Nec earũ cõſilia aſpernabãtur. Mercuriũ colebãt cui certis diebus humanis litabant hoſtijs. Herculẽ & Matrẽ cõceſſis aĩalib. placabant. Lucos & nemora cõſecrabant,deorũq; appellabant nominib. Auſpicia & ſortes obſeruabãt ma-

ximè . Equorum quoq; præſagia & monitus experiebantur,obſeruatis eorũdẽ
hinnitib. Nec ulli auſpicio maior habebatur,fides. De minoribus principes cõ
ſultabant,de maiorib. omnes: ita tamen vt ea, quorum penes plebem arbitriũ
erat apud principes pertractarentur. Dierum numerũ nõ cõputabãt vt nos,ſed
noctium. Silentium per ſacerdote,quibus ius erat coercendi,imperabatur. Rex
vel princeps dicturus audiebatur magis autoritate ſuadẽdi, quam iubẽdi pote
ſtate. Si diſplicebat ſentẽtia,fremitu aſpernabãtur:ſi placebat,frameas cõcutie
bãt. Erat diſtinctio pœnarũ ex delicto. Proditores & trãsfugas arboribus ſuſpẽ
debant. Ignauos & imbelles,& corpore infames cœno ac palude,iniecta inſup
crate,mergebant. In leuioribus delictis pro modo pęnarũ,equorũ pecorũq. nu
mero conuicti multabantur. Principes qui iura per pagos vicosq. reddebant,ni
hil neq. publicæ,neq. priuatę rei,niſi armati agebãt. Nemini tñ prius licebat ar
ma capere,q̃ ciuitas probaſſet . Tũc aũt principiũ aliquis vel pater,vel propin-
quus ſcuto frameaq. iuuenẽ ornabat. Hæc erat apud illos toga,hic primus iuuẽ
tæ honos. In acie turpe erat prĩcipi à ſuis virtute vinci, turpe comitatui virtutẽ
principis non æquare. Infame verò,& per omnem vitã probroſũ ducebatur,ſi
quis ſuperſtes deceſſiſſet relicto principe. principis pugnabãt,ꝑ victoria,comi
tes pro principe . Si aliqua ciuitas lõga pace aut ocio torquiſſet, earũ indigenæ
adoleſcẽtes petebãt vltro eas nationes,quæ bellũ aliquod gererẽt, quia ingrata
erat gẽti quies. Pigrũ & iners putabãt ſudore acquirere,quod potuiſſet parari
ſanguine. Dum ceſſabãt à bellis,nõ multũ venenatibus, plus per ocium trãſige
bãt dediti ſomno ciboq. Fortiſſimus quiſque fęminis ſenibusq.& infirmiſſimo
cuiq. rei domeſticæ curã delegabat.i pſe quieſcẽs. Gaudebant finitimarũ gẽtiũ
donis. Nullas habitabant vrbes,nec patiebãtur inter ſe iũctas ædes. Colebãt di
ſcreti ac diuerſi,vt fons, vt cãpus,vt nemus placuerat. Vicos locabãt, nõ tñ cõ-
nexis aut cohærentibus ædificijs. Suã quiſque domũ ſpatio circũdabat, ſiue ad
uerſus caſus ignis remediũ,ſiue inſcitia ædificãdi. Apud illos nullus erat cemẽ
torũ aut tegularũ vſus. Materia ad omnia utebãtur informi, & citra ſpeciẽ, aut
delectationẽ. Aperiebant & ſubterraneos ſpecus,quos multo fimo onerabant,
ſuffugium hyemi & receptaculũ frugibus . Tegumẽ omnibus erat ſagũ, fibula
vel ſpina cõſertum. Locupletiſſimi veſte diſtinguebantur,nõ fluitãte,ut Sarma
tæ & Parthi,ſed ſtricta & ſingulos artus exprimente. Gerebãt & ferarũ pelles.
Nec alius fęminis quã viris erat habitus,niſi ꝙ fęminæ ſæpius lineis amictibus
velabãtur,eosq. purpura variabãt,& partem veſtis ſuperioris in manicis nõ ex
tendebant,nudæ brachia & lacertos. Contenti erãt ſingulis vxoribus exceptis
paucis,qui non libidine,ſed ob nobilitatẽ multas ducebant. Dotẽ nõ vxor ma
rito,ſed vxori maritus afferebat. Intererant parẽtes,& munera probabãt,nõ ad
delicias muliebres quæſita nec quibus noua nupta comeretur,ſed boues,ſcutũ
cũ framea & gladio. In hęc munera vxor accipiebat,atq. inuicẽ ipſa armorũ ali-
quid viro afferebat. In ipſis auſpicijs matrimonij nupta monebat venire,ſed la
borũ periculorũq. ſocia, idẽ in pace , idem in pręlio auſura paſſuraq. Hoc iun-
cti boues,hoc paratus equus,hoc data arma denunciabãt. Literarũ ſecreta viri
ac fęminę ignorabat. Pauciſſima erãt adulteria. Adulterã,accisis crinibus nuda
tã coram propinquis maritus expellebat domo, & per omnẽ vicum verbere age
bat. Nemo illic vitia ridebat. Infantes nudi erant in domib. Sua quemq; mater
vberib. alebat,nec ancillis,aut nutricibus delegabantur. Nullum erat deliciarũ
diſcrimen inter dominũ & ſeruũ. Inter eadem pecora,in eadẽ humo degebãt.
Sera iuuenũ venus:nec niſi iã prouectis ętate & virib. concedebãtur matrimo
nia. Sic cuiq. liberi erãt hęredes ſine teſtamẽto parentũ. Si defuiſſent liberi,ſuc
cedebãt propriores cognatione. Conuictibus & hoſpitijs indulgebant amiciſſi
mè,adeo, vt nefas haberetur, quemcunque mortalium arcere tecto . Hoſpites
externos pro fortuna quiſque paratis excipiebant epulis . Abeuntibus , ſi quid
popoſciſſent

popoſciſſent, moris erat concedere. Separare ſingulis ſedes, & ſua cuiq; menſa.
Diem noctemq; continuare potando nulli erat probrum, Crebræ in cōpotatio-
nibus rixæ, quæ ſæpius cæde & vulnerib. q̄ cōuiciis trāſigebātur. Poſtea tn̄ cō
ciliabātur facile, & deponebant inimicitias. Nuda erat oīum mēs; & ſecreta pe
ctoris aperiebant licentia loci. Potus erat his humor ex hordeo aut frumēto, an
ſimilitudinē uini corruptus. Cibi ſimplices, agreſtia poma, recens fera, & lac cō
cretum. Famem explebant ſine apparatu & blandimentis. Aduerſus ſitim non
eadē temperātia. Spectaculorū genus hēbant hoc vnū. Nudi iuuenes, quib. id ludi
crum erat, inter gladios & frameas ſaltu ſe coniiciebant. Exercitatio parabāt ar
tē, ars decorū. Aleā ſobrii inter ſeria exercebāt, tāta lucrandi perdendi vel teme
ritate, vt quū oīa defeciſſēt, extremo ac nouiſſimo iactu de libertate & de corpo
re contēderent. Victus voluntariā ſubibat ſeruitutem, & q̄. quis iunior ac robu-
ſtior, alligari tn̄ ſe, ac venire patiebatur. Seruos huius condōnis per cōmercia
tradebāt, vt ſe pudore victoriæ exoluerēt. Verberare ſeruū, ac vinculis & opere
exercere, infrequens erat & rarū. Solebāt tn̄ occidere, non diſciplina & ſeuerita
te, ſed impetu & ira, vt inimicū. Fœnus & uſuras neſciebant. Agri pro numero
cultorū per uices ab vniuerſis occupabātur. Funerū nulla erat ambitio. Corpo-
ra clarorum uirorū certis lignis cremabātur. Struē rogi nec odorib. nec ueſtib.
cumulabant. Sua cuiq; arma iniiciebātur. Sepulchrū ceſpes erigebat. Monumē
torū ardutum honorem aſpernabantur. Lamenta & lacrymas cito ponebant, do
lorē ac triſtitiā tardē. Fœminis honeſtū erat lugēre, viris meminiſſe. Hæc pcedē
tia de Germanorū morib. colligimus ex Cor. Tac. Priuſquā pubertatē attigiſſēt
neſciebant operimento, corporū nuditate gaudētes. Latrociniis nō abſtinebāt.
Crudis qn̄q; veſcebātur carnib. Fœminarum cōgreſſum ante viceſimum annū
ſine probo nō appetebāt. De his Seneca: Quid, inquit, Germanis animoſius? q d.
armorum cupidius, quib. innaſcunt innutriūturq;, quorū una illis cura eſt, alia
negligentibus? Quid induratius ad oēm patientiā? Hos tn̄ Hiſpani Galliq;, nec
non Aſiæ Scythiæq; molles bello uiri, anteq̄. legio uiſatur, cædunt ob nullam rē
aliam opportunos, q̄ ob iracūdiam Hora. Germanos vocat Cęruleos, propter cę
ſios oculos. Nam qui ſub ſeptentrione agunt, immanibus ſunt corporibus, cādi
do colore, directo capillo & rufo, cæſiis oculis, & multo ſanguine. Qui uero ad
axem meridianū vergunt, breuioribus ſunt corporibus, colore fuſco, capillis vi-
bratis, oculis nigricantibus, curibus inualidi, ſanguine exiguo.

Gnidanum populorum Africæ vxores fimbriarum copia perſtrepunt. Precium id
coacubitus eſt. Quo pluribus quæq; viſitur exculta, eo plauſibilior eius forma.

Græci non erubeſcebant vinum bibere vnguento mixtum. Mendacii notā prętet
cæteros mortales ſibi compararunt. Claruerūt tamen ingenio, laudis auidiores,
quam pecuniæ. Vnde Hor. in Arte: Gratis ingenium, Grais, dedit ore rotūdo
Muſa loqui, præter laudem nullius auaris.

Gymnites Aethiopræ nudi teguntur.

Gymnoſophiſtæ torporē animi atq; ocium oderant. Nudi degebant in ſyluis: ab
exortu ad occaſum præſtabant concuentes ſolem immobilib. oculis. Feruenti-
bus arenis toto die alternis pedibus inſiſtebant. apud eos omnes adoleſcentes
ex diuerſis locis & officiis conueniebant ad cibum. Magiſtri perrogabant, quid
frugi ab ortu ad illud diei tempus feciſſent. Qui nihil habebāt, quod offerrent,
impranſi foras ad opus tribuebantur.

Haliſones Scythiæ populi, ueſcuntur cæpe, lente, alio & milio.

Hammonii populi Africæ, diſperſis tuguriis habitant. Mediū nemus pro arce ha-
bent, triplici muro circundatum.

Apud Hebræos lege cauebatur, ne hoſtem inſepultū quidē relinquerent. Doctri-
na his fuit ſecretior, & quaſi diuinitas quædam, ut Moſis uolumina, & prophe-
tarum uaticinia docent.

I 2 Hedui

Hedui olim dicti ſunt fratres Romani. Cor. Tac. ait, Heduos omniũ primos ſenatorum in vrbe ius adeptos fuiſſe, datumq; id fœderi antiquo: quia ſoli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Romano vſurparent.

Hellusij & Oxiones Germaniæ populi erant, ore & vultu humano, reliquo corpore ſimiles feris, autor Cor. Tacit.

Heniochi populi in Ponto, gaudebant humanis carnibus.

Hepta cometæ Barbari ſunt in Ponti regione, quorum non nulli ſuper arbores degunt, alii in turribus.

Heruli populi nudi pugnabant, verenda corporis duntaxat operiẽtes, ſiue vt expeditius percuterent, ſiue vt illatum ab hoſte vulnus viderentur nihili facere. autor Paulus Diaconus.

Heſſeni populi in Occidentali Iudææ parte, uiuunt ſine fœmina, omni venere abdicata, & ſine pecunia. Tanta libertatis ducuntur authoritate, vt principem unũ ſolumq; fateantur Deum. ſpeciem mortis nulla expauescunt; cognatorum negligunt ſupplicia, amicorum interitus nõ magnifaciunt. Animas putant immortales, quas aiunt a corporibus abſolutas tãquam e longa & graui ſeruitute lætitia perfũdi maxima; & ferri ſublimes, vtraque Oceanum degere in locis peramœnis, quo nulla infeſtantur intemperie.

Himantopodibus natura eſt ſerpendo ingredi.

Verg. li. 9. de moribus Latinorum ſic ait: Canitiem galea premimus, ſemperque recentes Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto. Idem: Durum a ſtirpe genus, natos ad flumina primum Deferimus, ſæuoq; gelu duramus & undis.

Hircani canes nutriunt, quibus obijciunt mortuos. Veſcuntur venatibus: abũdãt tigribus: teguntur ſeminibus, plerique marinis muribus ſuſtentantur.

Hirpiæ familiæ fuerunt in agro Phaliſcorum, quæ anuo ſacrificio, quod fiebat in Soracte monte, ſuper ambuſtam ligni ſtruem ambulantes non comburebãtur.

Hiſpani quondam oblectabantur capillorũ lõgitudine. Vnde Mart. Hiſpanis ego contumax capillis. Crinem ſibi ſine vllo artificio formoſi quærebant, non aliter quam uibã generoſa animalia. Hiſtorici ſcribunt, Hiſpanos inquieto eſſe ingenio, auidoque in nouares. Olim hoſtem adoriebantur punctim magis quã cæſim. Propterea gladijs utebantur breuitate habilibus mucronatisq;. Ibant in bellum induti prætextis purpura tunicis, candore miro fulgentibus.

Homolotti populi diſſecto in minimas particulas boue fœdus ineunt.

Hyperborei ſeptentrionales populi, excoriatas beluarum pelles habent pro veſtimẽtis. Vergilius libro tertio Georgicorum: Talis Hyperboreo Septem ſubiecta trioni, Gens effrena virum Riphæo tunditur Euro, & pecudum fuluis velantur corpora ſetis. Annoſo viuunt æuo. Domus ijs nemora lucique & deorum cultus. Diſcordiam & omnem ægritudinem ignorant, viritim gregatimque degentes. Satiati uita, indulgent epulis & uoluptatibus. Deinum ex quadam rupe in mare deſiliunt. Frugum primitias Delon mittebat Apollini. Viuunt annis mille.

Hyporeæ Aethiopiæ populi, atri coloris, tota corpora rubrica allinunt.

Iberi iacula ferebant, multis hamis ferreis conſerta. Ferinis erant moribus. Neque enim abluebant ex lotio, quod intra cloacas diutius aſſeruatũ eſſet, ſiluetra cõparare detrimentis denique contuſi dentifricia ſibi & coniugibus quærentes. Cubitabant humi. Res plurimas minimi faciebant, ſed ita ut ne ſemel tamẽ interdiu cibum capiabãt. Erãt & Hydropotæ. Veſtibus utebantur precioſiſſimis. Mortuis tot erigebant obeliſcos, quot hoſtes interfeceraut illi, dum viuerẽt. Maleficiorũ infamia laborarunt. Seruos mactabant, inde cõcipiebant vaticinia. Mirandula in hymnis: Afflatos Lunæ ſenios mactabat Iberus, Capitis & iugulo fundebat carmina uates.

Indi vxores plurimas habent. Apud eos lex eſt, vt vxor clariſſima cum defuncto

marito crémetur cum veſtimentis eſt priſtino habitu, quod Prop.lib.3.lauda his verbis.

Felix Eois lex funeris vna maritis.
Quos aurora ſuis rubra colorat equis.
Namque ubi mortifera iacta eſt fax vltima lecto,
Vxorum fuſis ſtat pia turba comis:
Et certamen habet lethi quæ uiua ſequatur.
Coniugium,pudor eſt non licuiſſe mori.
Ardent victrices & flammæ pectora præbent.
Imponuntq. ſuis ora peruſta viris.

Vinum conficiunt ex palmis,ex caſtaneis oleum. Arborib.ſuis veſcuntur. Arundines habent amplitudinis arboreæ. Pane vtuntur hordeaceo. Corpora vſq.ad pedes carbaſis velant.Soleis pedes capita linteis vinciunt:lapelli ex aurib.pédét, Brachia & lacertos auro collunt.Tela quæ ſagittatores excutiunt,ſunt fere triũ cubitorũ,ferriq. tãta vi,vt neq.clypeus neq. thorax,aut aliud pectoris munimẽtũ queat obſiſtere.Ante expeditioné Liberi patris,nullas habebãt domos,nullas vrbes,nulla deorũ immortaliũ tẽpla, nulla ſacrorũ curá.Viuebãt paluſtris. Tegebãtur ferarũ pellib. Victi demum a Libero patre ædificarũt vrbes,leges acceperunt,templa conſtruxerunt,armis inſueuerunt.Coluerũt Herculem Gigantis nomine.Iuſtitia tanto obſeruarũt cultu,vt exteras gentes nunquã appetiuerint bello defunctis ſepulchra nõ erigũt.Expertes ſunt ſeruitutis. Capillũ curant. Mentum habẽt intõſum,reliqua facie depilata,Furti ſe alligaſſe,ſcelus apud eos nefariũ.Litem raro norunt.Teſtib.non indigent,aut obſignatione vlla.Vinum neſciunt, preterquã rei diuinæ cauſa.Potus illis ex oriza, ex hordeo fere cibus.Incolumitatem exercitio quærunt,& per frictionibus.Strigiles ex hebeno corporum expolitioni adhibent. Venerantur inter deos Iouem pluuium Gangẽ fluuiũ,indigeres genios.Si a rege abluantur capilli,feſta dies agitur.Lunæ curſu tempora metiuntur. Totum iter odorib. cõplẽt, per quod rex tranſiturus eſt.Eius lecticam ſequũtur armati,corporisq.cuſtodes. Apud eorũ ſapiẽtes occupare fatidiẽ, pulchrum eſt,& viuos ſe cremari iubẽt. Expectatã mortẽ prodedecore vitę habent, nec vllus corporib. honos redditur,quæ ſenectus ſolui.Deos putant quicquid colere cæperũt,arbores maximẽ,quas violare capitale eſt. Rex vbi ſe publicẽ viſcendũ præbet,præcurrũt cum argenteis thuribulis miniſtri,qui vniuerſum iter odorib.vaporant.Ipſe autẽ geſtatur lectica, margaritis hinc inde propẽdẽtib. Licet amictus auro & purpura. Lecticã muniunt corporis cuſtodes,circumpendentib.auiculis,quas ad hoc imbuunt.Regia fulcitur,auratis columnis,quæ nulla nõ horat pãpinꝫ uolentib. Vbi rex incũbit ornamento capitis,tunc admittuntur legationes,& reddũtur populis iura. Si quando prodire velit in venationem ferę lepotarijs incluſę conficiuntur in conſpectu meretricũ.Si aliquando longius eundum ſit,meretrices ipſæ vectantur curru.quem ducũt elephantes. Impudicis & proſtitutis mulierib.vti ſolẽt, dum volunt vacare genio. Itaq.relictis domi vxoribus illas ſibi aſciſcunt,non prolis,ſed voluptatis gratia.Vxores vero adhibent in reb.honeſtis tm̃: vbi ſcilicet aut proli vacant,aut præter modũ non laſciuiũt,ne nimio luxu corrũpãt, quas eſſe pudicas volunt.Nec unquam permittũt geniales illas & liberas voluptates corã vxorib. exerceri,quæ aliquã pudicitiæ iacturã afferre poſſunt. Vbi ſomni tempus acceſſit, regem vino grauem, dormientemq. cubiculo inferunt pellices,Dijs noctiũ & tenebrarũ patrio ritu aduocatis cum cãtu.Filij ſenio cõfectos patres interficiunt, & eorum carnib. veſcuntur:teſte Herodoto.Mauronæ celebres ſunt pudicitia.Oblato tamẽ elephãti precio,pudicitiã amatoribus ſubſternũt,nullo inde præfloratæ famæ diſpendio.Virgines quum eſſe nubiles cęperunt in publicum a parentib.producuntur. Accurente adoleſcentũ multi-

tudine,datur illis optio deligendi ſibi uirum ex tota iuuenũ turba Fęnus ignorant. Maximum opinatur nefas,vel iniuriam pati,vel facere. Proinde nulla illis ſygrapha,nullum depoſitum. Quum quis ægrotat,familiares illum interimunt ac demum epulantur. Nullam animantem occidũt. Nihil ſciunt,herba victitãt, domos parandas non putant. Coitus in propatulo eſt,ſicut pecorũ. Herod. lib. quinto,capite quinto.

Apud Indos duo erant Gymnoſophiſtarum genera,Samare & Brachmane. Samarei comis,oryxa,aut farina tantum alebantur. Rex eos colebat vt deos,illorum precibus pacẽ regno conciliari exiſtimans. Exiſtimabant animã eſſe in ſeruitute,quandiu concludebãtur corpore:liberam verò,vbi ſeparata eſſet. Propterea voluntariã plerũnque mortem oppetebant. Hos domeſtici beatos exiſtimabãt: eos verò qui ſupereſſent,deflebant ut infelices.

Ionum mollities quondam abijt in prouerbium. Primi vnguenti, coronarũque in conuiuijs dandarum,& ſecundæ menſæ cõſuetudinem repererunt. Hinc Hor. Motus doceri gaudet Ionicos Natura uirgo.

Apud Iudæos quinquageſimo quoque anno debitæ relaxabãtur pecunię,donabãturque ſerui libertate. Quæ vilius veniſſent,redibant ad poſſeſſore.

Lacedæmonij ſummi bellatores,non cornuum tubarumve ſignis,ſed tibiarũ modulis in prælijs vtebantur,non vt excitarentur,aut enibrarentur animi,ſed contra,vt moderatiores modulatioreſque fierent: nihil in principijs præliorũ ad ſalutem virtutemq. aptius rati,quàm ſi permulcti ſonis mitiorib. nõ immodice ferocirent. autor Gellius. Furandi vſum concedebant impune,non ob turpia lucra,neque ad ſumptum libidini præbendum comparãdamve opulentiam: ſed pro exercitio diſciplinaq. rei bellicæ,quod & furãdi ſolertia, & aſſuetudo acueret animos adoleſcentium,& inſidiarũ aſtus,& vigilandi tolerantiam, & obrependi celeritatem aptos procliueſq. redderet. Regibus ſuis augures dabant aſſeſſores,ante belli congreſſum Amori ſacrificabant,quod is vnus victoriam pariat. Lex erat,vt ſenes iam effęti,qui deſperabant prolem,eligerent aliquem ex adoleſcentib. eumque ad vxores ſuas admitterent: & natum inde partum vt ſuum & legitimũ educarent. Gerebant in ſcutis ſuis Lambda literam,inſignioris notæ gratia. Solebant inſuper liberorum ſuorum indolem experiri publicè verberib. admotis,illoſq; hortari,vt flagellorum ictus fortiter perferrẽt: item laceros ac ſemianimes rogare, vt vulnera præberent uulnerib. Vnde Cic. Cretũ quidem leges,inquit,itemq; Lycurgi laborib. erudiunt iuuentutem,vt nando, currendo,eſuriendo,ſitiendo,algendo,æſtuando. Spartæ pueri ad aram verberibus ſic accipiuntur,vt pleriſque ſanguis viſcerib. exeat. Nonnunquam etiam quum ibi eſſem,audiebam ad necem,quorum nõ modo nemo exclamauit vnquam ſed ne ingemuit quidẽ. Literas modo pro neceſſitate dicebant. Reliquarũ diſciplinarũ nihil omnino admittebant. Parebãt honeſtè, labores cõſtãtiſſimè tolerabant. Pugnando vincere volebant,aut interire. Furabantur impunè e victibarijs,quicquid vellent. Sordidi tamen erant,& præparci omnes. Nam & parua,& precij propè nullius magnifaciebant,& admirabãtur,ardebantq. auiditate pecuniæ. Erant & inhoſpitales. Siquidem nõ omni tempore licebat peregrinis adire Spartam,ſed præſtitutis dieb. Quoſcumque plectendos cẽſebant, noctu plectebant. autor Herod. Præcones,tibicines,& coci paterno ſuccedebãt artificio,& coquus ex coquo,tibicen ex tibicine,pręco ex præcone gignebatur, omneſque perſeuerabant in paterno opere. Ex inſtitutis Lycurgi ſpõſus noctu clam accedebat ad ſponſam extincto lumine,& cum ea quadã velut religione timidus coibat,& verecũdus. Antequam rex pugnã iniret,ſacrificabat Muſis, quò & oratione & memoria imprimis digna promerent facinora.

Lacones breuiſſimi erant in ſermone. Propterea vulgi verbũ erat: Facilius multo eſſe philoſophari,quam Laconum ſermonem imitari.

Lacyades,

Lacyades, ſeu Placiadæ, populi Atticæ, raphanos in eorum pudenda membra im pinguebant, quos habebant adulter ii compertos.

Læſtrigones humana carne veſcebantur.

Leontinos: Siciliæ populos quum expugnaſſet Phalaris, adeptis armis ad cōpota tiones voluptates eos reiecit, ne rebellionem pararent, Hinc adagium, Semper Leontini iuxta pocula.

Leprei populi deprenſio in adulterio, per triduum uinctos circa ciuitatē ducebāt mox toto vitæ tempore, habebant contemptibiles. Adulteræ uero mulieres die bus vndecim in foro ſtare diſcinctæ cogebantur, tunica perlucida circūueſtite.

Lesbij fœdiſſimi fuerūt i venereis, adeo, vt ne capiti quidē parcerent. Qua fœdi tate excogitarūt ipſi, & in muliere experti ſunt primi. Vulgo quoq. ma le audie runt ob uanitatē. Lesbytari verbum eſt irrumare, libidinari, & laſciuire, quod turpidinem fellationis & irruminationis, quæ per os agitur, primi inuenerint.

Leues populi Galliæ Belgicæ, & Remi fuerunt optimi iaculatores. Lucā.li.3. Opti mus excuſſo Leucus Remusque lacerto.

Libyci quos in venatione uel pugna elephantes attriuerint, magnifice ſepeliūt, & hymnos concinunt.

Lotophagi populi Africæ, veſcuntur fructu arboris, quæ dicitur Lotos, Politiā. in Nutritia. Nec faciles Ciconas fortunatosque ciborum Lotophagos. Solebāt hi populi ſuos defunctos in mare abijcere, parū intereſſe aſſeuerātes, humo ne, an aqua, an igne diſſoluerentur.

Lucani erāt admodū iuſti, & hoſpitales, Apud eos lege fuit sācitū, ne qs poſt occa sū ſolis iuertētē hoſpitē exigeret. Qđ ſi feciſſet, agebāt reus, eiq. dicebāt multa.

Luſitani apti erāt inſidiis. Inſpectis humanis extis futura collectabāt. Dextras ca ptiuorum præciſas offerebant numinibus. Erant Hydropotæ. Mitrati pugna ini bant. Hircum habebant inter epulatum delicias. Strabo. lib. 3.

Lydi primi omnium caupones fuerunt & inſtitores. Aleæ vſum, teſſerarū, & pilæ excogitauerunt. Mancipati fuerunt auguriis & diuinationum ſuperſtitionibus. Furaces erant adeo, vt nō diſcederunt, niſi re aliqua prius ſublata. Fuerunt inſup molles & libidinoſi, adeo ut non tantū noctu vacarent uoluptati venereæ, verū etiam in meridie laſciuerint fœdum opus manibus peragentes.

Lydorum mulieres paſſim ſubſtratæ amatoribus. hoſpitali benignitate eoſdē, ple runque confouent, & pluribus afficiunt donis, quam ipſæ accipiant. Solos tamē condignos in fœdera turpitudinis admittunt. Priuſquam coniugiu inirent, ſe ipſas proſtituebant. Si poſt coniugium deliquiſſent, veniæ ſpes nulla.

Lyricæ populi Scythiæ, uenatione uictitant hoc modo: Coſcēſis arborib. quas ha bent frequentes inſidiantur feris. Singulis adeſt canis & equum in ueotrē cuba re doctus, humilius ſubſidendi gratia. Vbi quis feram ab arbore uidit, ſagitta p cutia percuſſam, ſi fugiat, conſcenſo equo perſequitur, comitante cane.

Macę sūma capitis curioſius deradūt, relictis in medio capillis, quos ſuccreſcētes eadem cura detundent.

Macedonibus nullum fuit tam ſolenne militiæ munus, quam ſuos ſepelire. Eorū regibus lege cautum eſt, ne victis hoſtibus trophæum erigerent. Lege cauebāt eos capiſtros cingi, qui nullum hoſtem interfeciſſent.

Machyles populi Africæ, comā in occipitio connutriunt, capilloſque decutiūt in ſiniſtra parte Minio linunt corpora, ſeque a Troianis prognatos fabulantur.

Magnetes populi Theſſaliæ, optimi sūt equorū domitores. Luc. Et Magnetes eqs Minyæ gens cognita remis.

Mandis Indorum, locuſtis viuunt. Trecētos habent vicos. Quadragenas nō exce dunt annos. Eorum fæminæ ſemel tantum pariunt.

Mardi Perſarū populi ſpecus in montibus fodiunt, in quo ſe, coniuges ac liberos condunt. Pecorum & ferarum carne ueſcuntur, Ne fæminis quidē pro natura

& habitu molliora ſunt ingenia. Comę prominent hirtę. Veſtis eſt ſuper genua. Funda vinciunt frontem. Hoc & ornamentum capitis & telũ eſt. Fuit hæc gens cultu uitæ aſpera, & latrocinijs aſſueta.

Marſi populi in Italia. Circes filio orti, vim habuerunt naturalem contra ſerpẽtes, & venena: adeò ut eorum ſaliua actę ſerpẽtes, vt feruentis aquę cõtactu fugiãt. Gellius li. 16. cap. 11. Gens, inquit, in Italia Marſorum orta fertur eſſe a Circes filio Marſo. Propterea Marſis hominibus, vt quadam gentili datum, vt ſerpẽtũ virulentorum domitores ſint, & incantationibus, herbarũque ſuccis faciãt me delarum miracula.

Maſſagetæ Scythiæ populi, quum per deſerta diſcurrunt, equorum ſuorũ ſanguinem cum lacte bibunt. Claudian. li. 1. in Ruff. Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax Maſſagetes. Seneca in Oedip. Lactea Maſſagetes qui pocula ſanguine miſcet. Lucanus Longaq; Samatici ſoluens ieiuna belli, Maſſagetes quo fugit equo, volucreſq; Geloni. Senio cõfectos in fruſtra conſecant. Qui intereũt morbo, feris obijciuntur in prædã. Solẽ præcipuè venerantur, qui equum immolãt. Reliquos deos habent neglectui. Singulis ſua ſunt coniugia, ſed & cum alienis cõgreſſus, non tamẽ clandeſtini. Coeunt in propatulo. Morbo emori turpiſſimũ putant. Clarent equeſtri & pedeſtri militia. Arma illis arcus, gladius, thorax, & ſecuris ænea. Aureis cinguntur zonis, gladijs diademate cultis, habent & aurea equorũ ornamenta. Argento carent, habent modicum ferri, quum cęteris metallis abundent. Inſulares uictitant radicibus herbarum. Indumenta faciunt ex arborũ libris. Potum ſucco pomia expreſſo Piſcibus etiam aluntur. Tegumenta corporũ e phocarũ corijs ſibi cõſunt. Filij ſenio confectos parentes interficiunt. Quum afficiuntur deſiderio libidinis, ſuſpẽſa ad plauſtrum pharetra, palam cũ mulieribus ſine pudore coeunt. Herodo. lib. 1.

Maſſyli populi Libyæ, equos habent, quos virga, nõ fræno gubernat. Martialis. Et Maſſylæum uirga gubernet equum. Lucan. li. 4. Et gens quæ nudo reſidẽs Maſſylia dorſo, Ora leui flecti, frænorum naſcia, uirga. Maſſilienſes luxu perditi, muliebrem in modum ornabantur: comis vnguento delibutis capilliſque religatis. Mulieres tamen erant Hydropotæ, vt in Mileto factum eſt, & quondam apud Romanos.

Mazax populus prope Naſamones, peritiſſimus eſt iaculãdi. Lucan. lib. 5. Aequaturuſque ſagittas Mœdorum, tremulum quod torſit miſſile Mazax.

Megarenſes olim male audierunt, tanquam fraudulẽti ac ficti, quòd aliud ſentirẽt aliud loquerentur.

Melanchleni populi in Scythia nigris integuntur ueſtibus, ab eſu humani carnis non abſtinent.

Mendeſij populi Aegypti, capras & hircos venerantur, & caparios præcipuo afficiunt honore.

Maniſmini Aethiopiæ viuunt lacte Cynocephalorum, quorum armenta paſcunt, maribus interremptis, niſi ſobolis cauſa.

Meſenij M. litera notæ ſe cognobiles præbebãt. Lacedæmonij Meſſenios, quod iterum & iterum deſciuiſſent, in ſeruitutem redegerunt: eoſque durius etiam quã reliquos ſeruos tractarunt, ne denuo res nouas molirentur. Hinc adagium, Seruilior Meſſena.

Mœdis operimenta corporum ſunt, Tyra, Citaris, Pileus, Manicatæ tunicæ, Anaxyrides, & Stola. Clarent equitandi ſolertia. Sagittas doctè excutiũt. Reges adorant. Regnum eſt, vxores multas ſibi quærere: mulieribus decorũ, viros habuiſſe cõplures. Paucitas deformat: & infelicitatis genus putatur ſi quaternariũ nõ exceſſerint. Qui ad Aquilonem uergũt, ex frugiferis arboribus alimentum ſibi cõquirunt, ex toſtis amygdalis panẽ conficientes. Poma perſiccãt, terũtq;, inde cõglobant in maſſas. Vino utuntur, quod ex certo radicum genere conficiunt.

Veſcuntur

Veſcuntur & ferarum carnibus: nam mitia pecora negligunt.
Monomeri populi ſunt ſeptentrionales, ſingulis cruribus ſaltuatim currentes, uiuaciſſimæ pernicitatis autor Gell.
Moloſſi populi Epyri optimos habent canes venaticos. Mart. li. 12. Retia dum ceſſant, latratoreſque Moloſſi.
Moſini populi Aſiæ Septentrionē verſus, turres ligneas ſubeunt. Notis corpus om ne perſignant. In propatulo ueſcuntur. Promiſcue Venerem exercent. Palam re ges deligunt, vinculiſq; & arctiſſima tenent cuſtodia.
Meſinœci populi è lignis deſiliunt in peregrinos, aſſultatione ſanguinaria.
Myconij liguritores fuerunt, & alienæ appetentes menſæ. Hinc adagium, Myconius vicinus: in eum qui non vocatus ad conuiuium accedit.
Myſi deorum cultui adeo mancipati fuerunt, vt eſitandis animalibus abſtinerent. Viuebant melle, lacte, & caſeo.
Myſorum populus uſque fuit vilis & contemptus, vt ſequenti prouerbio locū fecerit, Myſorū poſtremus. Finitimorū poſtea incurſationibus male uexabantur. Hinc etiam orta parœmia, Myſorum præda: de his, qui impunè a quibuslibet læduntur, ac diripiuntur.
Nabathei dediti ſunt cumulādis diuitijs. Apud eos mulcta dicitur publicè ijs, qui rem aliquo modo imminuerint. Creſcētibus opibus augetur honos. Rara inibi ſeruitia. Miniſtris utūtur plurimum cognatis, vel ſibi vnuſquiſque miniſter eſt. In cōuiuijs plura duodenis exiccaſſe pocula ignominioſum eſt. Rex quādoque ſibi & alijs miniſtrat. Vrbes habent nullis clauſas mœnib. Vtūtur camelis equorum vice. Perfūcta fato corpora habent ſtercoris loco. Regis cadauer in ſterquilinium deiicitur. Sol illis ſacratiſſimum numen.
Naſamones populi Africę, naues Syrtibus illiſas ſpoliant. Lucanus: Quas Naſamō gens dura legit, qui proxima ponto. Nudus rura tenet, quem mundi barbara dānis Syrtis alienam littoreis populator arenis. Imminet, & nullos portus tangente carina. Nouit opes, ſic cum toto commercia mundo. Naufragiis Naſamones habent. Et Mantuan. li. 1. de Caſa Naſammonum ſingulis adſunt vxores plures, cum quibus palam congrediuntur, prætento baculo. Nuptiali cœna diſcumbentium ſingulos adit noua nupta Veneris gratia. Congrediuntur illi domo allatū donum contribuentes. Ad maiorum monumenta, futurorum ſcientiam aucupātur incubantes manibus. Fidei ſanctio maxima, idem ſibi propinaſſe poculum. Sedentium habitu mortuus aſtituunt, id ipſum inter moriendum attendentes, vt ſedentes expirent. In diuinationibus ſua ſequuntur ſomnia. In præſtanda fide de manu alterius uterque ſumpto poculo bibit. Quod ſi defuerit humor, collectū è terra cinerem lingunt.
Nerui Galliæ populi, vrgentes in occidentem, Belgas quendam increpabant, qꝫ ſe populo Ro. dediſſent. Vnde a Lucano dictum eſt. Multumque rebellis Neruius. & cæſi pollutus ſanguine Cottæ.
Nigroæ regem habent monoculum.
Norici populi ſunt iuxta Pannoniam, ferro nobiles. Martial. Grato non pudeat referre verſu Sæuo Bilbilin optimam metallo. Quæ uincit Chalybasq; Noricosque: Et ferro Plateam ſuo ſonantem.
Numydæ ſeu Nomades mapalia ſua paluſtris circunferunt. Propterea uagi vocantur a Luc. li. 4. Alueos nauium in verſos etiam habuerūt pro tugurijs. Apud eos medius locus erat honoris locus, autore Saluſtio. Lacte, ferina carne, & elephantis veſcuntur. Viuunt in tabernaculis. Omnis eorum vita occupatur in paſcēdis gregibus. Equos regunt non fræno, ſed virga, vnde Verg. Infrænos vocant Numydas Syllius: Hic paſſim exultant Mumydæ, gens, inſcia fræni: Queis inter geminas per ludum mobilis aures, Quadrupedem flectit non cædens virga lupatis vxoribus perinde ac ſeruis utuntur. Nullas certas habent ſedes.

Ophiogenes populi ſunt in Helleſponto, qui ſerpentum ictus contactu leuant, & manu impoſita uenena extrahunt corporibus. Plin. li. 6. cap. 2.

Pamphagi omnia mandunt.

Pandæ, ſeu Pandæi, Indorum populi, ſoli regnantur fœminis.

Pandoræ, Indorum populi, degunt conuallibus. Viuunt annos ducentos. In iuuenta candido ſunt capillo, qui in ſenectute nigreſcit.

Pannonij feroces fuerunt & idonei bello. Auſonius. Armiferis alui quos ego Pannonijs. Et alibi: Saluere Auguſtum iubeo, natumq; parteque imperidis grauidos qua ſeco Pānonios Mira fuit eius gētis in uictu lautitia. Omnes cuiuſque ætatis culinariā norunt artē. Auidiſſimi erant audiendi, ſtudendi nō ita Veſtiū in patria neglectus. Alibi non ita erant negligentes.

Paramedeſidæ agreſte hominum genus, Bactrianis ad occidentē coniuncti ſunt. Tuguria latere primo ſtruunt in montib. foramine ſuperne relicto, unde lumē accipiunt. Alias præmuniuntur niuibus.

Priani populi in Helleſponto Amorem inter deos venerant.

Parthi & Perſæ vnguentis madent. Vinum conficiunt ex palmis. Gloriam in bibēdo querunt, & quāto plus bibunt, tāto magis ſitiunt, Dediti ſunt crapulis, veſcūtur cicadis. Fœtido ſunt halitu propter indiſcretos cibos; & nimiū vini hauſtū. Quandocunque rex ad eos proficiſcitur, unuſquiſque pro facultate ſalutatū, & cum muneribus reclinatis poplitibus regum pedes oſculantur. Commiſcebantur ſuis matribus: autore Tertulliano. Nam & parentibus cum liberis ſtupro coire fas eſt. Rex latet ſemper ſub ſpecie cuiuſdam maieſtatis. Multas habet vxores quibus alternatim cōcumbit. Currum eius effectātur armatorum decē millia, haſtis argento corruſcantib. ſpiculis auro præfixis. Regij currus latera ornantur deorum ſimulachris. Iugum collucet gemmi. Eorum Magi nihil præter olera & farinā in cibum recipiūt. Herodotus ait, Perſas a Græcis didiciſſe pueris abuti. His quandoque imperauit Gallus, qui propterea uocatur auis Perſica. Furta impune permittunt. Vino hilares, de dubiis rebus conſultant. Statuas nō erigūt non tēpla conſtruunt, non aras, licet regem inſtar numinis venerentur. Conſcēſis montibus Ioui hoſtias immolant. Rē quoq; diuinam faciunt Soli, Lunæ, Telluri, Ignis, Aquæ & Ventis. Nefas & maximū ducunt probrū, aut uomuiſſe, aut egeſſiſſe corporis excrementa aliquo ſpectante. Liberorum diſciplina ternario perficitur numero, ut equos agitent peritē, ſagittas doctius excutiant, & uera loquantur. Ante quinquenniū, aut quadriennium, filius non admittitur in conſpectum parentis, ut ſi in ipſa infantia contingat puerū perire, pater minus afficiatur. Inhoneſtum eſt referre, quæ factu ſunt turpia. Turpe quoq; quicq̄ cuiquam debere. Itē in flumen urinā profudiſſe, aut ſpuiſſe, vel omnino manus abluiſſe, piaculum opinantur. Fluuios. n. colunt religioſiſſimē Nitalitiam cænam quotannis rex apponit. Eidem ſingulis annis ebrietas ſemel permittitur. Quū Mithræ Deo diuina res peragitur, ſaltat etiamnum. Equitare inſuper, & ſaltare diſcunt, exiſtimātes, illum corporis motum robori plurimum conferre. Non prius porui & propinationibus indulgent, quam ſe expleuerint cibo. Homines amant adūco naſo, q eiuſmodi fuiſſe. Cyrum regem prodant annales. Vbi licentius uolunt indulgere conuiuijs, non uxores, uerum pellices admittunt. Cum regibus legitimæ mulieres ad menſam accumbunt, & una cōmeſſantur. At quū laſciuire uolunt, meretriculas adhibent. Qui regis filius regno ſuccedit, eius natalem quicūque in regno ſunt celebrant, ſimulque in poſterum quotannis eandem lucē ſacris feſtis vniuerſa Aſia proſequitur. Omnes ferē sūt ſubnigri, uel liuido colore pallētes, caprinis oculis toruis, & ſuperciliis rapandis, nō indecoris barbis, capillisq. prolixis hirſuti. Omnes paſſim uel inter epulas feſtosque dies gladiis cincti cernuntur. Pro opibus quiſque aſciſcit ſibi matrimonia plura, uel pauca. Nemo poſt ſatietatē ſuperfluos accipit cibos. Abundāt inanibus uerbis, magnifici,

graues

graues & terri,minaces iuxta in aduerſis reb.& proſperis,callidi,ſuperbi,crude
les,vitæ necisque poteſtatem in ſeruos & plebeos vendicantes.Cutes viuis he
minib.detrahunt,Nec miniſtranti apud eos famulo hiſcere licet,vel loqui,vel
ſpuere,Ingratos ante oĩa ſeueriſſime puniunt.Ad iudicandũ,vſu rerũ ſpectari,
& alienis non indigentes conſilijs,deſtinantur.Vtuntur armillis & monilib.au
reis,& gemmis,præcipue margaritis.Fœminarũ mira pulchritudo.Nihil apud
eos pingitur vel fingitur,præter varias cædes & bella.Liberos inſtituunt,vt nõ
niſi vera loquantur,& a mendacio abſtineant.Mentiri turpiſſimum putãt.Re
gi nõ licet quẽpiam interficere.Ab infãtia vtũtur pileis & tyaris.Vnde & fra-
gilia habẽt capita.Corruptiſſimi fuerunt luxu & delicijs,&c.Qui plura de Par
this ſcire volet,petat Herodotum,Cęlium capite 2.lib.5.

Pedalij Indorũ populi,nihil in ſacrificijs aliud a dijs petebãt,quàm,iuſtitiam,ar
bitrati ſe omnium rerum compotes futuros,ſi eam conſequerentur.

Peluſiotæ non comedunt cæpe.Capillum tondent ſeneſcente Luna.

Phariſæi delicijs & molliciei minimè indulgebãt.Proſequebãtur quod dictabat
ratio.Maiores natu venerabantur,vt ne verbo quidẽ læſos vellent.Fato geri om
nia credebant.Neq.tamen liberi arbitrij poteſtatẽ auferebãt.Iudiciũ Dei futu
rũ ſentiebant:nam & animas fatebantur immortales .Bonas aiebãt migrare in
aliena corpora,malas trãſmitti ad æterna ſupplicia.Tantam ſuæ virtutis conci
tarunt opinionem,vt numeroſi populi multitudo ad eos videndos confluerẽt.
Dicti ſunt Phariſæi ab inſtituto vitę,quòd à cæteris abiuncti puriſſimè viuerẽt.
Nam Phares Hebræorum idiomate interpretatur ſegregatio . Quieſcebant in
anguſtis tabulis,aut etiam ſpinis,vel lapidib:ad comprimendas corporis titil-
lationes Decalogum ſcribebant in membranulis,legebantque in fronte . Hæc
Cælius ex Philonis commentarijs.

Phaſelytæ populi in Pamphilia piſciculos ſalſos dijs immolabis,& Cabro deo ſal
ſamentis rem peragebant diuinam.

Phænices magnam meruerũt laudem in inuentione ſiderum ,literatũ naualiũq;
ac bellicarum artium.

Phigalei qui Meſſenijs adiacent,vino adeò gaudẽt,vt nõ alibi,quã in cauponis ha
bitent,hoſpitib.domos elocantes cum vxoribus.Hoſtilis tubæ ne in ſomno qui
dem ſomnum perferunt.

Pictones vberrimos calce agros quondam facere.autore Plinio.

Pontici populi aduerſus frigoris iniuriam bracis vtebãtur.Oui.Pellibus & laxis
arcent mala frigora braccis.

Pygmei ſunt cubitales:infeſtantur à gruibus.Inſidentes arietum capraruinq.dor
ſis,& ſagittis armẽti,veris tempore vniuerſo agmine ad mare deſcẽdũt,& oua
pulloſque earũ alitum conſumunt . Ternis menſib. eam conficiunt expeditio-
nem,aliter futuris gregib. nõ reſiſterent. Calas luto,pennisq. & ouorum puta
minib.conſtruunt.Nonnulli in cauernis degunt.Horum omnium longiſſimi,
non longiores ſunt,quam pedes duos & quadrantem.

Pſylli populi ſunt Africæ,quorũ corpori ingentum fuit virus exitiale ſerpentib.
ex cuius odore ſopirent eas .

Pſyllorum finib.quodam tempore cùm Auſter per quàm validus & diuturnus fla
uiſſet,eoq.flatu vniuerſa eorum aqua exaruiſſet,dolore moti conſtituerunt vl-
ciſci iniuriam illam.Propterea cõmuni edicto omnes ſumptis armis in Auſtrũ,
perinde quaſi hoſtem iure belli profecti ſunt.Atque,ita profecti,vẽtus magno
ſpiritus agmine venit obuiam,& vniuerſos cum omnib.copijs,armiſque cumu
lis arenarum & montib.operuit.Eaque ruina omnes ad unum perierunt.autor
Herodotus.Romæ in publicum egredi togatæ cogebantur mechæ.

Rhegini ignaui fuerũt in reb.bellicis,animique præpauidi.Hinc adagium Rhe-
ginis timidior.

Rho-

Rhodiẽs ſacrificium quoddã peragebant,vbi res iurgijs & verbis malè ominatis peragebatur. Quum Dianæ Lyndiæ ſacrificabant, dies aliquot apud arã deæ conuiuia prorogabant,atque inibi perpetuo manebant.

Sabarcæ Indorum regebantur populi,non regum imperio.autor Curtius.

Sabæi ditiſſimi ſunt ſyluarum fertilitate odoriferã,auri metallis,agrorũ rigui mellis,cæreque prouentu.Corpore defunctorum non pluris faciũt quam ſtercora. Quinetiam reges ipſos inter ſterquilinia reijciunt.

Sabinorum ſacerdotes æneo cultro tonderi ſolebant.

Sadducæi dicebãt mortalẽ eſſe animã,ſimulq; cum corporibus interire.Fatũ negabant.Deũ conſtituebant extra omnẽ mali patrationem inſpectationẽmque.

Sæmij gymnaſiũ Amori nuncuparunt,inſtitutis ſacris,quæ vocantur Eleutheria.

Satabaytę ſacerdotes Ægypti,habitabant in foraminib.petrarum,induti porcorum & boum pellib.cincti funibus, diſcalceati, & ſanguine cruẽtati.Cauernis demum exeuntes paupertatẽ & abſtinentiam prędicabant,& barbam ſpectante populo ſibi peruellebant,nummisque tali actu & commento adeptis,remeabant in ſuas ſpeluncas,& in ſumma lætitia furtim dapibus epulabantur.

Sardi ſeu Sardiani,venales olim pronunciabãtur,quum quis ludos ederet in Capitolio.Hinc adagium.Sardus venalis.

Apud Sardos parentes ſenio confecti fuſtib.cędebantur à filijs,& mox contumulabantur.Turpe ſi quidem putabant,multo ſeniò confectum ſupereſſe diutius. Magiſtratibus cogebantur raciocinari vnde viuerent.

Sarracenorũ mores ſic deſcribit Ammianus Marcellinus: Oẽs, inquit, pari ſorte ſunt bellatores,ſeminudi,coloratis ſagulis pubetenus amicti,equorũ adiumento perniciũ,graciliumq; camelorum per diuerſa reptãtes in trãquillis vel turbidis reb.Nec eorum quiſquam ſtiuam apprehendit,vel arborem colit,aut arua ſubigendo quęritat victum,ſed errant ſemper ſine lare,ſine ſedib. fixis, aut legib.Vita eſt illis ſemper in fuga,uxoresque mercenariæ,conductæ ad tempus ex pacto: Atq; vt ſit ſpecies matrimonij, dotis nomine futura coniunx haſtam & tabernaculum offert marito.Ita autem quoad vixerint,latè vagantur.vt alio loco mulier nubat, alio pariat,liberosq; procul ducat,nulla copia quieſcẽdi permiſſa. Victus Vniuerſis caro ferina eſt,lactis abũdãs copia,herbæ multiplices, & quæ per aucupium capi poſſunt,volucres.

Satyri nihil habent moris humani,præter figurã.Hirti ſunt,& villoſi toto corpore, gaudentq; ſyluarum latebris,& hominum commercia refugiunt.

Sauromatæ ſeu Sarmatæ,qui ſunt inter Boryſthenẽ & Iſtrum,vagi ſunt & mutãt domicilia.Stat.li.5.Syl.An iuga Pannoniæ,mutatoresq; domorum Sauromatas quoties?Sanguinẽ equinum permixto potant lacte. Tanta ſunt barbarie,vt pacem nõ intelligant.Promiſſa ſunt barba,& lõgis capillis: propterea vocãtur intonſi.Sen.Intõſis teritur qua via Sarmatis.Inepti ſunt ad pedeſtrẽ pugnam: autore Cornelio Tacito.

Aetate beati Hieronymi Scoti veſcebãt humanis carnib.Et quum per ſyluas porcorumq; greges,& armentorũ reperirent,tamen paſtorum nates, & fęminarum papillas ſolebãt abſcindere, & has ſolas ciborum delicias arbitrari. Iidẽ nullã propriam habebant coniugem,ſed pro libidine more pecudum laſciuiebant.

Sciopedes in maximo æſtu humi iacentes reſupini,vmbra pedum ſe protegunt.

Scriptoſini perpetuis ferè niuib.rigent,crudiſque ferarum carnibus veſcuntur, quarum pellibus indumenta ſibi conficiunt.autor Paulus Diaconus.

Scythæ populi domos habent uolubiles in plauſtris.Hor.lib.3. Car. Campeſtres melius Scythæ.Quorũ plauſtras vagas ritè trahunt domos,Viuũt.Vnde & Lucanus eos errãtes uocat,li.3.vbi ait.Tinxere ſaggittas Errantes Scythię populi. Duodenos dies durãt in fame & ſiti,virtute cuiuſdã herbæ,quæ uocatur Spartanea,Strepunt equitatus gloria. Quum vidẽt ſe magnopere indulſiſſe potui,

arcuum

arcuum chordas pulſare conſueuerunt,vt diſſolutum voluptatib.animũ ad pri
ſtinam continentiam reuocent. Veſcuntur humanis carnibus. Hoſpites immo-
lant,& interfectorum caluarias habent pro pateris. Vtuntur acie cuncata Albi
ſunt,& animoſi,propter frigidiſſimam regionem,quam inhabitant. Solēt inter
epulas honoris cauſa mortuos uorare. Sagittarum aciē tingunt uiperina ſanie,
& humano ſanguine,ad irremediabile nocumentũ. Captas aũt uiperas,vbi iã
perierunt,diebus aliquot ſinũt liqueſcere:mox vbi ſatis computruerunt, in ol
lã ſanguinem dominis unius totũ infundunt, adobruuntque ſterquilinio, vaſe
diligēter obturato. Vbi uerò sãguis ipſe cõtabuit, eximunt, & ſanici viperinæ
cõmiſcent. Scythotauri furtorum licentia uictũ ſolent ſibi comparare. Aduenas
cædunt hoſtiarum loco. Scytharum pleriſque communia ſunt omnia præter en
ſem & cyathũ. Vxores item,& liberi ſunt inter promiſcua. Simpliciſſima fuerũt
olim,& æquitatis obſeruantiſſimi. Eo demum improbitatis perua ſerunt, vt cũ-
ctis ad quos accederent,nares præciderent. Iracundi ſunt. Peculiares eſt ijs &
Sarmatis,manib. defuncti viri vxores interficere. Pabulo & pecori,non aruo ſtu
dent. Tympana ex corio currib. ſuis alligant hyemi & imbrib. defendēdis. Ami
ciuntur ferarum pelliq. Furta maxime execrantur,ut qui cõia habeāt oĩa,& im
munita. Ebrietas plus nimio frequens eſt. Hinc Scythiſſare verbũ,eſt inebriari.
In ſolennibus conuiuijs circunfertur ingens patera, quam nulli accipiunt, niſi
qui ex hoſtib. aliquot interfecerũt. Nullas habēt urbes, nulla mœnia extructa.
Domos ſecũ ferũt ſinguli. Viuũt ex pecorib. Simulachra,aras & delubra nõ pu
tant facienda,præterquam Marti. Inopes ſunt lignorum. Propterea quum pecu
des excoriant,oſſa quoque carnibus denudant,& ſuccenſis oſſib. carnes coquũt
Sues nolunt alere. In bello quem primũ uirum ceperint,eius ſanguinem potãt.
Quoſcunque in prælio interemerint,regio offerunt. Ablato.n.capite fiunt partici-
pes prædæ,quã arripuerint. Hoſtium homicidas in magno habent honore. Qui
nihil præclari operis ediderunt,afficiuntur probro. Abundant vaticinatoribus,
qui cum uirgis diuinãt. Quum rex aliquos afficit morte,omnes ſimul liberos in
terficit,illæſis fœminis. In faciendis fœderibus uinum ſanguine mixtum epotãt.
Regi nullus uenalitius miniſtrat. Eo mortuo,quinquaginta miniſtrorũ eius ſtrã
gulantur,ac totidem præſtantiſſimi equi.

Seleneridas mulieres. Herodotus ait oua parere,indeque naſcentes homines quin
quennes decies eſſe nobis ampliores.

Seres populi orientales,ex ſuis arboribus depectunt lanas tenuiſſimas,quas Bom
byces vermiculi aranearum inſtar cõficiunt ex tenuiſſimis filis. Verg. li. 2. Geor.
Velleque vt folijs depectant tenuia Seres. Auſonius. Iam pelago voliſat mer-
cator veſtifluus. Ser. Seneca: Quæ Phœbeis ſubditus Euris,legit Eois Ser arborib.
Idem, Et quocunq. loco iacent Seres ueſtere nobiles iuſtiſſimi,& ſunt,& ducē
teſimum uitæ annum excedunt. Rutilas habent comas,oculos cæruleos. Fruga
liſſimi ſunt,& pacatioris uitæ cultores, uitantes reliquorum mortalium cœtus.
Aduenis illuc euntibus ad emenda fila:nulla ſermonum vice,rerum precia lo-
cis proponunt oculis. Nihil ipſi comparant aduectitium. De his Martianus Ca-
pella. Seres,inquit,vndis aſpergunt arbores ſuas,ut lanugo, quæ ſericum creat,
poſſit admitti. Aliarum gentium homines aſpernantur ac refugiunt.

Sicambri Germaniæ populi ad utranque Rheni ripam habitantes, flauos habent
capillos,quos,vbi ſatis creuerũt, quodam artificio in nodum complicant. Mart.
li. 2. Crinibus in nodum tortis uenere Sicambri. Claud. Flauam ſparſere Sicam
bri Cæſariem.

Siculi pollent acumine & vafricia. Propterea Maternus eos acutos vocat, & Apu
leius li. 11. Trilingues. Vnde Siciliſſare uerbum Plautinum,eſt aſtute loqui.

Sigynnæ populi Scythiæ equos habent toto corpore hirſutos,puſillos tamen & ge
ſtandis uiris inualidos,ſed qui iuncti curribus permiciſſimi ſunt.

Sogdij populi prope Bactrianos, læti ad mortem feſtinant alacri et corporis motu.

Sorboræ populi Aethiopiæ ex Africæ parte dicuntur eſſe octonum cubitorum.

Apud Socianos, Callorum populos, rex ſexcentos apud ſe habebat ex prudentioribus, qui regi ipſi conuiuebant, & commoriebantur volētes adeo, vt non ſit inuentus, qui periculum ſubterfugeret.

Soritæ Indorum piſcibus viuunt, quos vnguibus diſſectos ſole torrent, & ita panē ex ijs faciunt.

Spartani olim ſuſtulerunt omnem vſum auri & argēti ex Lycurgi inſtituto, ferrūque prætulerunt nummo ex eadem materia percuſſo.

Suani gentes indomitę auri tantum metalla fodiunt.

Sueui Germanię populi ſolebant obliquare crinem nodoque perſtringere. Principes habebant ornatiorem capillum quam plebei. Quoſdam eorum mores deſcribit Pontan. lib. 5. de Stellis dicens.

Heluetij, Vſipetesq; atque effera corda Sueui,
Queis vnum prædę ſtudium ac durare ſub ipſis.
Corpora fluminibus, relisq; aſſueſcere dextram.
Non urbis, non cura domus agriue colendi.
Venatu ducum uitam, atque è lacte liquente.
Et quod Marte ſibi ſpoliato ex hoſte pararint.
Bella placent, fuſusq; hoſtili è corpore ſanguis.

Sybaritæ populi Calabriæ, deliciis & uoluptatibus adeo indulſerunt, vt luxurioſa omnia dicerentur. Sybaritica. Hinc Sybariticus luxus, & Sybaritici libelli id eſt impudici. Cōuiuia celebraturi anno prius per vocatores fœminas inuitabant, quo luxu, roſeis gēmis, auro, vnguētis, & veſtibus exquiſiti impendij cultæ, omnium ora in ſe conuerterent. Erant & faſtu præturgidi. Hinc adagium, Sybaritæ per plateas. Aries quæ ſono conſtant a ciuitate reijciebant, ne qua ratione interpellaretur quies. Quin gallos quoque in vrbe nutriri nolebant. Habebāt in delicijs exiguæ ſtaturæ homunculos & catellos. Diuites ſi quādo ruſticatum ire vellent, curru vehebantur adeo lento, vt diuinum iter tribus uix diebus cōficerēt.

Syracuſani olim erant opibus florentiſſimi, voluptatibusque ac delicijs addictiſſimi. Vnde & Syracuſana menſa tranſijt in prouerbium.

Syri leues ſunt, & rebus nouandis magnopere procliues. Ludis præterea, celebritatibusque dediti. Perunguntur oleo precioſo, & linuntur vnguentis. Maximā diei partem in cōcenationib. abſumunt & potu. Maſculi a xiij. anno, Fœminæ a xij. vſq; ad lxv. tributo obligantur. Fortunam colunt. Proni ſunt in cachinos & ſcōmata Diuino cultui ſatis dedit. Vnde Stat. lib. 1. Syl. Quod ramis pia germinat Damaſcus. Operoſiſſimi ſūt in hortis. Hinc adagium, Multa Syrorum olera. Nec caruerunt molliciei nota. Hinc Syriſſare verbum, eſt molliter uiuere.

Taprobanes inſulæ incolæ ædificia habent modicè ab humo exſtantia. Item aurē & argentum, & marmor teſtudinis ſimile. Præterea gēmas & margaritas præcipuæ bonitatis. Apud eos annona nunquam augetur. Neque ſunt fora, neque lites. Herculem colunt. Populus regem eligit, ſenecta clementiaque venerandū, & liberos non habētem. Et ſi poſtea gignat abdicāt, ne fiat hæreditariū regnū. Rectores ei dāt 30. Nec niſi multorum ſententia quiſquā damnatur capite. Appellatio eſt ad populū. Rex ſi delinquit, morte multatur, nullo interminēte, ſed aduerſantibus cunctis, & commercia etiam ſermonis negantibus. Agros diligēter colunt. Pomis abundat. Voluptas eſt in piſcatu, teſtudinum maxime, quarū ſuperficie domos integunt. Vita hominum centum annis modicam.

Tapyri populi ſunt in Parthia, vxores qui ſuas alijs uiris concedunt, quum ex eis duos aut tres liberos ſuſceperunt. Vino perinde ac unguēto obliuntur. Iuſtitiā obſeruant. Strabo. 12.

Templarij hæretici fuerunt in Solymis ciuitate, anno 1030. poſt imperiū Auguſti.

Frequentes

Frequentes & aſſidui verſabatur in templis vnde tractum nomẽ. Simulachrũ habebãt ſummo factum artificio, cui hominis cutẽ ſuperinduxerant, & binos præfulgentes carbũculos ſub ipſa fronte collocauerãt, qui promicabãt oculorum vice. Huic autem ſimulachro ſacra faciebant. Morientiũ præterea cadauer in cineres adactum cæteris in potum conferebant, qua potione firmiores & cõſtãtiores ſe futuros putabãt. Eos vero, qui ex Templarijs virginibusque coniugio fuiſſent nati, ſubiecto igne torrebant, ſimulq; ex humore deliquato ſuũ perungebant ſimulachrũ, quo maiorem probarent religionẽ. Tenebantur amore maſculorum fœdiſſimo. Damnati ſunt tandem in Vienenſi concilio, & concremati, quotquot reperti ſunt.

Tentyritæ ſeu Tentyri, ſolo aſpectu & olfactu fugant crocodilos.

Thraces calculos colore diſtinctos pro experimento cuiuſcunque diei in vrnam condunt, ac ſupremo die ſeparatos dinumerant, atque ita de vnoquoq; pronũciant. Feruntur eſſe tam fragilis memoriæ, vt quaternarium numerãdo nõ poſſint excedere. Vtuntur acie cuneata. Bellicoſi ſunt. Vnde & Marte natum apud eos fabulantur poetæ. Vino ſe largius ingurgitant. Liberos in mercato venundant. Virgines non aſſeruant, ſed quibus libuit viris concumbere, permittunt. Vxores ſeruant vehementer, eaſq; à parentibus coemũt. Punctis notas eſſe frõtes, nobile iudicatur: nõ eſſe notatas punctis, ignobile. Ocioſum eſſe, habetur ꝓ honeſtiſſimũ: agricolatorem, pro contemtiſſimo Spolijs bellicis & rapto viuere pulcherrimũ. Edijs colunt Martem, Liberum, Dianã. Reges etiam Mercurium per quem ſolum iurant, & à quo progenitos ſe aiunt. Ad magnatũ cadauera mactatis prius hoſti conuiuantur, priuſq; deflent, deinde combuſta ſepeliunt, aut aliter humo cõtegunt. Aggeſto inſuper tumulo, varij generis certamina proponunt, præcipuè monomachiam, id eſt, ſingulare certamen.

Apud Thrauſos populos Thraciç edito puero propinqui aſſiſtẽtes lugẽt, miſerias huius uitæ recenſentes quæ paſſurus ſit infans ille. Hominem fato fũctũ per luſum & lçtitiam terræ mãdãt, inferentes quot malis liberatus ſit ille. Multas habent vxores, quæ ſi contingat viro hominem exuere, certatim contendunt eius mortem ſequi.

Tybareni populi Scythiæ in Aſia, quos amant, ſenio confectos ſuſpendũt in patibulis. Iuſtiſſimi ſunt, nec prius bello congrediuntur cũ aliquo quàm diem, locum, horam hoſti ex fide denunciauerint. Si quando ibi pepererint mulieres, viri velut ægritudine ſimulata in lectulis decumbunt, vt puerperæ, hiſq; iacẽtib. prçminiſtrant vxores. Luſum amplexantur ac riſus, quod imis maximã felicitatis partem arbitrentur eſſe conſtitutam.

Tonemphoç canem habent pro rege motu eius imperia augurantes.

Troglodytç populi ſpecus excauant, quas habent pro domibus. Victus illis ſerpẽtum carnes, ſtridos non vxor, adeò ſermonis commercio carent. Aſſidui ſunt in venationibus, & mira clarẽt velocitate; nã ſemper Æthiopiam velociores ſunt equis.

CENTAVRORVM NOMINA.

Eurytius, Neſſus, Aſtylus, Ophionides, Gryneus, Rhetus, Orneus, Lycidas, Medõ, Pyſerior, Taumas, Mermeros, Pholus, Menelas, Abas, Euronymus, Hyreos, Hymbros, Ceneus, Alphidas, Elops, Pacrens, Lycus, Cromis, Dictys, Pharchus, Bianor, Hedanus, Lycetus, Hypaſon, Thereus, Ripheus, Demoleon, Phalageon, Hylon, Ephinous, Damus, Dorylus, Cyllarus, Pheo, Thomus, Theboas, Pyretus, Ethodus, Epidupus, Odites, Styphelas, Bromus, Antimachus, Elymus, Pyremus, Latreus, Monychus, Hyllonome fœmina, Maris.

Ixion Phlegyæ filius, vt fabulãtur poetç, Cẽtauros genuit ex nube, qui propterea vocãtur Nubigenæ, & ab Ixionæ patre Ixionidæ. Ver. li. 7. Ceu duo nubigenæ quum vertice montis ab alto Deſcẽdũt Centauri. Ouid. li. 12. Certe mihi ſæpe

referre

referre Nubigenas domitos a ſe pater ipſe ſolebat. Fingũtur prætérea fuiſſe humana facie & equo tergo, vnde Semiferi, Bimẽbres, Bicorpores, & Semimares vocantur. Ver. in Opuſculis. Centaurusque biformis adex. idem lib. 8. Æn. Tu nubigenas inuicte bimembres. Hylæumq; Pholumq; manu, tu Creſſia mactas Prodigia. Sta. li. 9. Semifer ærea talis Centaurus ab Oſſa Deſilit in valles. Oui. libro duodecimo: Nos ſeminari ſuperamur ab hoſte. Hoc autem ideo fingitur, quoniam equos domare, & equo pugnare primi omnium excogitarunt. autore Plin. Bellum gerunt in Lapythas. Victi ſunt ab Hercule. Aliter etiam vocantur Hippocentauri.

POPVLI ET HOMINES re aliqua inſignes & clari.

Scythę equitatus & equorum gloriã ſtrepũt, inquit Plin. Equo inſidere primi docuerunt Theſſali. Vnde nata apud eos de Centauris fabula.

Seres orientales populi nobiles ſunt vellere, vt iam docuimus.

Ithuræi, Medi & Parthi ſagittis Lucan. lib. 7. Tunc & Ituræi Mediq; Arabesque ſoluto Arcu turba minax nuſquã rexere ſagittas. Catullus: Seu Sacas ſagittiferosque Parthos.

Thuſci aruſpicio. Tibul. li. 3. Vera monent Thuſcis exta probata viris. Vnde Ethruſcum aruſpicem Vitruuius. Tuſcum Sidonius vocant.

Hylas ceſtu, Phegeus palæſtra, Lyc⁹ ſtadijs & curſu clari fuerũt. Auſonius: Clarus Hylas ceſtu, Phegeus catus arte Paleſtræ, Clarus Olympiacis eſt Lycus ĩ ſtadijs.

Pollux paleſtra. Sta. li. 2. Syl. Siue catenatis curuatus mẽbra palęſtris Staret, Amyclæa conceptum matre putares.

Caſtor equis. Idẽ Stat. li. 5. Syl. Non toties victorem Caſtora gyro, Nec fratrem ceſtu virides plauſere Terapnæ. Ouid. Tyndaridæ fratres: hic eques, ille pugil.

Clari quoque fuerũt Marſi, Vmbri, Pſylli venenis: Aegyptij & Babylonij, Aſtrologia. Lacones, breuitate, Scythę, Cretenſes, & Geloni, ſagittis Curetes, ære: Ægyptij ſiſtro Tyſſagetæ & Lyrcæ, venatibus, quib. viuunt: Bœotij, palæſtra, & gymnicis exercitationib. Athenienſes, naualibus: Lacedæmones, legibus: Græci, ingenio; Alexandrini, dolis: Beroſus, Aſtrologia: Grammatica, Apollodorus: Hippocrates, medicina. Archimedes, geometria: Euclides, numeris: Lynceus, viſu Chirõ & Alcon, arcu: Cicero, eloquio: Cyrce, venenis: Cręſus, diuitijs Nireus, forma: Execeſtides, peregrinatione: Amphion, & Orpheus, lyra. Ariſteus, melle: Alcinous, hortis: Amazones, peltis & ſecuri: Argus, viſu: Annibal, ſtratagemate: Alexãder, magnanimitate: Plato & Ariſtoteles, philoſophia. Arachne, lanificio: Archilochus, iãbis, Typhis, arte nautica: Cato, grauitate. Numa, religione: Regulus, fide: Scæuola, cõſtantia: Radamanthus, iudicio: Apelles, pictura: Praxiteles, ſculptura: Traianus, bonitate: Apollonius, tẽperantia. Cyneas, memoria: labore, Cleãtes: Xoroaſtres, magia. Hippolitus, pudicitia: Manzus Florentin. ſphæriſterio: Mangiolinus, latrunculis: Scæuola, pila. Arte citharædica, Mitylenæi: Tibiarum modulis, Thebani: Alexandrini, Gramatica, Geometria, & Philoſophia Arte ſtatuaria, Athenienſes. Crotoniatæ, medicina: Aeginitæ, athletica Sidonius de quibuſdam ſic meminit.

Pollux tum ceſto laudatus, Caſtor habenis,
  Pallas tum criſtis, Delia tum pharetris.
Alcides claua, Mauors tum luſit in haſta.
  Arias tum virga, nebride tum Bremius Item:
Axe Pelops, curſu Hippomenes, luctaque Achelous.
  Aeneas bellis, ſpectatus Gorgone Perſeus.

GENTIVM PROPRIA EPITHETA.

Apuleius eruditos appellat Aegyptios, ſicuti Iudæos ſuperſtitioſos, Nabathæos mercatores, Fluxos veſtiũ Arſacidas, Frugum paupere Scythas, odorũ diuites

Arabas. Legimus Alexādrinos eſſe fallaces. Vopiſcus ſcribit, Ægyptios eſſe vē toſos, furibundos, iactantes, iniurioſos, auidosq; nouarum rerum.
T. Liuius perfidiam Pœnus, Cicero calliditatem, vt numerū Hiſpanis, robur Gallis, artes Græcis, Italis ſenſum, Romanis pietatem aſcribunt.
Ioan. Picus Mirandula ponebat in Hebræorum doctrina myſteria & prodigia, in Græcorum diſciplinis ingenium, in Romana academia politiam.
Hor. vocat Britannos hoſpitibus feros, Perſas infidos.
Iulius Maternus ad Mauortium Lollianum ſcribens: Quædam (inquit) gentes ita à cęlo formatæ ſunt, vt propria ſint morū vnitate perſpicuæ. Scythæ immanis feritatis crudelitate graſſantur. Itali fiunt regali ſemper nobilitate præfulgidi. Galli ſtolidi, acuti Siculi, luxurioſi ſemper Aſiatici, & voluptatib. occupati. Hiſpani elata iactantię animoſitate prepoſiti.
Blondus vocat Afros fraudulentos, Ligures duros, Campanos ſuperbos.
Chriſtophorus Longolius Parrisienſis in oratione de Laudibus diui Ludouici & Francorum, vocat Britones duros, vafros. Normanos, religios Frācos, induſtrios Flandros, mites Lotharingos, faciles Adegauos; bellicoſos Vaſconos; Burgūdos feroces. Picardos alacres, frugi Santones ac Pictauos, Narbonēſes fideles, fortes Aruernos, Hannonios pertinaces, magnanimos Senones, verſutos Cenomanos, militares Bituriges.

GENTIVM INSIGNIA.

Inſignia Scytarum fulmen, Gallorum olim Buffones, nunc Lilia, Romanorū Aquilæ, Sus Phrygium, geminæ rotæ Corallorum, Thraciæ Mars, arcus & pharetræ Perſarum, Anglorum leones & roſæ.

MIRACVLA QVÆDAM NATVRÆ, CVM ALIQVOT alijs prodigijs & portentis.

Miracula naturæ vocamus, quæ præter conſuetudinem accidunt, idq; rariſſimè, cuiuſmodi ſunt ſequentia.
Cæcilius Agrippa ex utero matris egreſſus eſt in pedes. Hinc ab ægro partu traxit nomen.
Ammonius Alexādrinus philoſophus, Origenis præceptor, Aſinum habuit ſapiētiæ auditorem.
Feruntur Anaxagorā Clazomenium, Catonē, & M. Craſſum nunquam riſiſſe, L. Pomponium nunquam ructaſſe, Antoniam nunquam expuiſſe, Zenophantum riſum cohibere nequiuiſſe.
Epimenides Cretenſis miſſu ab Agiſarcho patre ad ouium cuſtodiam, dormiuit in ſpelūca annos quinquaginta. Polyſtratus & Hippoclides Epicuri diſcipuli, eodem die nati, eodem die mortui ſunt.
Philetas, Cous Elegiographus fertur fuiſſe corpore tā tenui, ut neceſſe fuerit plantis eius plumbum adhibere, ne ventorum flatu reperetur.
Telephus Herculis filius iuſſu aui expoſitus, in ſyluis nutritus eſt à cerua.
Ceneus, Iphis, Tyreſias ſexum feruntur mutaſſe. Pōtanus in Stellis: Pęniteat generis tamen, & ſe Aenea malint, Aut in fœmineam penitus tranſire figurā. Auſonius: Mæret in antiquam Ceneus reuocata figuram.
Martia mulieres Romana partu fulmine exanimato ſuperuixit.
Plinius ait, ad Cutilias aquas opacam eſſe ſyluam, quæ nunquam die ac nocte eodem loco viſitur.
In Tarquinenſi lacu duo nemora olim circumferebantur, nunc triquetrā figurā edentes, nunc rotundam, nunquam quadratam.
Fanum Veneris habet Paphos, in cuius aream nunquam impluit.
Iuxta Harpaſa oppidum Aſię cautes eſt horrenda unico tamen digito mobilis: ſi toto corpore impellatur, reſiſtens.
Locris & Crotone nunquam fuit peſtilentia.

Ion Chius prodit apud Cælium, Herculem fuiſſe triplici dentium ſerie.

Ferunt vetuſtiſſimum quendam fuiſſe Marin nomine, antica corporis parte humana, poſtica vero equina, qui equum primus inſcenderit, annos 123. vixerit, ac ter mortuus, ter itidem reuixerit.

Anates Ponticæ uenenis uiuunt.

Matreas feram habebat, quæ ſemetipſam uorabat.

Fuit quiſpiam nomine Philinus, qui tota uita nullo vſus eſt potu, nullo cibo, præter quam lactis.

Smyndirides Sybarita dicebat, ſe nec orientem, uidiſſe Solem, nec occidentem, annis plus minus uiginti: quod etiam de ſe prædicabat Ponticus Heſticus.

In Coa inſula ouis de grege cuiuſdam Nicippi leonē peperit, præter ritū naturæ, quod Nicippo tyrannidem portendebat, quam mox aſſecutus eſt.

Græci Æſopum, Herculem, Tyndareum & Glaucum, reuixiſſe dicunt.

Abaris fuit Hyperboreus, qui per vniuerſum orbem terræ ſagittam circumtulit, nihil omnino comedens.

Quo tempore Bocchorus Dynaſtes præerat Ægyptiis agnum locutum ferunt.

Cælius ait, ſe duorum ferè ſtudiorum ſpacio a mœnibus urbis patriæ uidiſſe cornicem albam, capite nigricante. Hinc, Cornix alba, prouerbio dici ſolet, res inuentu rara.

Sunt qui ueritati & hiſtorię tribuāt, Gryllum a Circe deformatum fuiſſe in brutū.

Ælianus prodit, ceruum a Ptolomæo Philadelpho ita educatum, vt Græce loquētem magiſtrum perſpicuè intelligeret.

In partem miraculi pono, quod Scipio Africanus annis 54. nihil emerit, nihil uendiderit, nihil ędificauerit, libras argenti 33. auri tres tantum moriens reliquerit, cuius tamen poteſtate uicta fuerat Carthago.

Plutarchus in li. de Orac. ſcribit, Cleonē ex Daulia multos quibus uixerat annos nulla unquam in ſomnia uidiſſe. Quod & Traſimedi contigit.

Theon Stoicus dormiens paſſim ambulabat. quo etiā morbo laborauit ſeruus Periclis, adeo ut dormiens in ſumma tecta repetet.

Scribit Cælius, Buddam gymnoſophiſtarum principem, e latere ſuo uirginē generaſſe.

Ferunt & principem philoſophorum Platonem natum de virginis partu, Perictione eiuſdem matre Apollinis oppreſſa phantaſmate.

Amore laſciuo & Venereo puellam vrſus adamauit. Vide in capite de Hominib. adamatis abrutis.

Hero datus in Euterpe ait, ſuo tempore hircum palam coiuiſſe cum muliere.

Xerxe in Græciam copias parante, mula peperit mulū, maſculis fœmineiſque genitalibus.

Ex una mure genito 120. Item apud Perſas prægnantes in utero parētis repertas ſcribit Plin. lib. 10. cap. 95.

Euriphæus Cyreneus habuit in ſuperiore maxilla unicū os cōtinuum vice dētiū.

Timarchus, Meſtoris Cyprii filius, habuit utrinque geminum dentium ordinem,

Agrippina Claudii Cæſaris uxor turdum habuit imitantem ſermones hominū, quo tempore Plinius hiſtoriam ſuam ſcribebat.

Habebant & Cæſares iuuenes Siurnū & Luſcinias. Græco Latinoque ſermoni aſſuefactas, & aſſidue noua loquentes, longo etiam uerborum filo.

Atys Cræſi filius ſemeſtris locutus eſt increpundiis, dum uideret hoſtilem gladiū paterno imminere iugulo.

Fauſta mulier è plebe Oſtiæ duos mares, ac totidem fœminas uno edidit partu.

In Labra, Iouis Gnydii fonte, anguillę veſcuntur manibus humanis, & additas in aures accipiunt.

Idem faciunt in Cabura Meſopotamiæ fonte.

In Lymira, frõte Liciæ Apollini ſacro, terfiſtula euocati piſces ad auguriũ ueniũt & obiectas carnes diripiunt.

Hierapoli Syriæ in lacu Veneris vocati parent æדituorũ vocibus, ornati auro veniunt adulantes, & ſcalpendos ſe prębent.

Cornelius Ruffus, Manij Curionis in conſulatu collega, dormiens excæcatus eſt quum id ſibi accidere ſomniaret.

Echeneis piſciculus naues quamlibet impetuoſo, ventorum flatu agitatas, remoratur, ſi carinis adhæreat.

Formicæ niuæ mortuas ſepeliũnt, magna in ſuam ſpeciem charitate.

Lacydi philoſopho anſer perpetuus adhæſit comes ab eius latere nunquã diſcedens.

Circa fontẽ Gangis populi ſunt Aſtomi ſine ore, corpore toto hirti, ueſtiti frõdiũ lanugine, halitu tantum viuentes & odore quem naribus trahunt.

Zorbaſtres annis viginti caſeo uixit in deſertis.

De miraculis Aquarum loquemur in capite de Fluuiis.

Eo tempore, quo Veturia Coriolanum filiũ ab obſidione vrbis repulit, Fortunæ muliebris ſimulachrum bis locutum eſt.

Seruilij Iulij ſtatua (quum ædes Fortunæ conflagraſſet) inuiolatą permanſit.

Pamphilius Pheræus cæſus in acie, decẽ diebus iacuit, biduoq; poſtquã inde ſublatus eſſet, impoſitus rogo reuixit.

Vxor Nauſimenis Athenienſis, quum liberos in inceſtu deprehẽdiſſet, horrore facinoris permota vocem amiſit.

Egles, Athleta Samius, quum uideret ſortitionem inter ſocios non bona fide fieri, indignationem motus, uocalis factus eſt, quum ſemper antea fuiſſet mutus.

Gorgias Epyrota in funere matris ſuæ vtero elapſus, lectum ferẽtes cõſiſtere coegit inopinato vagitu.

Iaſonem Phęreum quũ per inſidias neſcio quis inferendæ mortis animo pcuſſiſſet, vomica eum liberauit, quæ nullis medicorum artibus curari potuerat.

Daphidas ſophiſta quum irridẽdi cauſa Apollinem Delphis conſuluiſſet, an equũ inuenire poſſet, quum prius nullum habuiſſet, accepit ab oraculo, inuenturum equum, ſed quod deturbatus periret. Inde quũ neglecto per calumniã oraculo reuerteretur, incidit in manus Attali regis, quem contumelioſis verbis abſentem plerunque momorderat. Eius itaq; iuſſu præcipitatus eſt e ſaxo, cui nomẽ erat equi.

Philippus rex Macedonum monitus ab oraculo, vt caueret a quadriga, toto regno diſiũcti currus imperauit. Poſtea tamẽ interfectus eſt gladio Pauſaniæ, in cuius manubrio cęlata erat quadriga.

Dipeptina Mithridatis filia duplici dentium ordine deformata eſt.

Lyceus oculorum aciem tam longe contendit, vt egredientes Carthaginenſiũ naues, a Libeo portu inſpiceret.

Ariſtomenes Meſſenius ab Atheniẽſibus ob callidıtatẽ diſſectus repertus eſt hirſuto & piloſo corde.

Antipater Sidonius omnibus annis eo die, quo genitus erat, febre laborabat, qua ad extremum conſumptus eſt eodem natali ſuo.

DE TEMPORE, ET EIVS PARTIBVS.

TITVLVS III.

ANNVS triplex eſt, Magnus ſeu Platonicus. Solaris duodecim menſium, Lunaris ſeu menſtruus vnius menſis. Annum alij ęſtate vnum terminabant, Alterum hyeme. Alij quadripartitis temporibus, ſicut Arcades, quorum anni trimeſtres fuerunt. Quidam Lunæ ſenio, vt Aegyptij, quorum anni fuerunt menſtrui. Hinc fit vt apud eos aliqui ſingula annorum milia dicant vixiſſe. Sed hic torit ſcrupulus, fuerint ne anni primi ſeculi noſtris ſimiles. Nam fabuloſum videtur pleriſque Lathuſalem & alios prius enumeratos, vixiſſe tot annos. Conſtat in primis, neque menſtruos fuiſſe, neque trimeſtres, vel hoc vno argumento, quòd legamus Salomonem anno XII. ætatis filiū ſuſcepiſſe. Quare credibile eſt, aut pares noſtris, aut nō multo minores extitiſſe. Nec minus uaria extitit Dierum, quàm Annorū obſeruatio. Babylonii inter duos ſolis exortus diē faciunt: Athenienſes inter duos occaſus: Vmbri á meridie in meridiē; Vulgus omne á luce ad tenebras: Sacerdotes Romani, itē Aegyptii, & Hipparchus á media nocte in mediam. autor Plinius.

PARTES ANNI QVATVOR.

Menſes Veris ſunt, Martius, Aprilis, Maius, *Aeſtatis*, Iunius, Iulius, Auguſtus. *Autumni*, September, October, Nouember. *Hyemis*, December, Ianuarius, Februarius.

Pythagoras comparabat Verno tempori pueros, Aeſtati adoleſcentes, Autūno iuuenes, Hyemi ſenes. Idē ait Ouid. li. 13. Quid non in ſpecies ſecedere quatuor annum Aſpicis ætatis peragētem imitamina noſtra? Nam tener & lacteus puerię ſimillimus æuo Vere nouo eſt tunc herba nitens.

Ver boiros emittit hiemis rigorem mitigat, ſpoliatas arbores induit, terræ ſum reſtituit virorem, hortis ſuos flores & violas. Hinc vtile ſyluis, Odoriferū & Purpureum vocatur á Virgilio: á Statio Pecoroſum, Iucundum á Catullo: á Ruffo Peſto, Flori comum: ad Auſonio & Seneca, Floriferum & Fidificum: Geniale á Mantuano dicitur.

Aeſtas euatat iam fruges, & lactentes culmos calores ſuo concoquit, & maturat.

Autūnus maturos fructus colligit. Morbis eſt obnoxius, propter corruptiones & putrefactiones, quas ex humido & calido generari dicunt Phyſici. A fructibus vocatur Vuifer, Pomifer, Frugifer, Quattuor anni tēpora egregiè deſcribit Vergilius in Opuſculis.

MENSES ANNI.

Romulus ab vrbis origine decem tantum menſes conſtituit, quòd decimeſtre tēpus ſufficeret ad mulieris partum. Primumq. fecit Martium á nomine Martis, q. deus eſt & autor Romanorum. Numa Pompilius duos adiecit, Ianuariū & Februarium. Ianuarius dicitur á Iano. Februarius a Februs, i. purgatoris quibuſdam ſacrificijs. Nam Februare purgare eſt, & Februm Sabini purgamētum vocant. Eo autem menſe conſueuerant Romani per dies duodecim vrbem, & agros cum ſupplicationib. luſtrare. Quod genus ſacrificij dicebatur Amburbiū, Amburuale, Februm, & Luſtrale.

Martius a Marte vrbis autore.

Aprilis ab aperiendo, vt opinatur Varro, quòd tunc clauſtra naſcendi aperiat

 natura.

natura. Vel ab Aphodite Venere, vt vult Cenſorinus, quod Romani ſuam Venere traxerunt originem.
Maius a maioribus & ſenibus.
Iunius a iuuenibus, vel a Iunone, cui eo menſe maximi honores exhibebantur.
Iulius prius dicebatur Quintilis, quod eſſet quintus in ordine, vt Auguſtus Sextilis, quum decem tantum haberentur menſes. Tandē tamen mutato nomine dicti ſunt Iulius & Auguſtus in honorē primorū Imperatorū. September, October, Nouember, December, nomina ſua traxerūt ab ordine, quem prius habebant, quum decimeſtris eſſet annus. De quibuſdā Ouid. lib. 1. Faſt. Martis erat primus menſis, &c.
Ianuarius erat in tutela Iani & Iunonis: Februarius, Neptuni: Martius, Mineruæ: Aprilis, Veneris: Maius Apollinis: Iunius, Mercurij: Iulius, Iouis: Auguſtus, Cereris: September, Vulcani, October, Martis: Nouember, Dianæ: Decēber, Veſtę.
Luna ſingulos ſuos mēſes cōficit diebus vnde triginta circiter & dimidiato. Hinc Lunigenæ menſes vocantur a Mantuano in ſomnio. Romano, vt ait. Ex horis nox atq; dies ex nocte dieq; Lunigenæ ſurgunt menſes, ex menſibus anni.
Menſium alii ſunt maiores, minores alii Aprilis, Iunius, Septēber, Nouēber ſinguli habent dies 30 Reliqui 31. præter Februarium, qui ſolum habet 28.
A menſes fit adiectiuum menſtruus, vt menſtrua Luna.

DESCRIPTIO LONGI TEMPORIS, qua aliquid diu futurum ſignificamus.

Verg. Aegloga 5.

DVm iuga montis aper, fluuios dum piſcis amabit,
Dumq; thymo, paſcentur apes, dum rore cicadæ.

Ouidius lib. 1. Eleg.

Viuet Meonides, Tenedos dum ſtabit & Ide,
Dum rapidas Simos in mare Voluet aquas.
Viuet & aſcræus, dum muſtis vua tumebit.
Dum cadet incurua falce refecta ſeges
Donec erunt ignes arcuſq; Cupidinis arma.
Dicentur numeri culte Tibulle tui.

Idem in Ibin.

Pugnabunt iaculis dum Thraces, Iapiger arcu.
Dum tepidus Ganges frigidus Iſter erit:
Robora dum montes dum mollia pabula campi,
Dum Tyberis liquidas Thuſcus habebit aquas.

Lucanus lib. 1.

Dum terra fretum, terramq; leuabit
Aer, & longi voluent Titana labores,
Noxq; diem cœlo totidem per ſigna ſequetur.

Syllius lib 6.

Dum cæli ſedem terraſq; tenebit.
Caſta fides, dum virtutis venerabile nomen Viues.

Idem lib. 7.

Dum cæte innabunt ponto dum ſidera cælo
Lucebunt, dum Sol indo ſe littore tollet.

Politianus.

Dumq. in tacito vaga ſidera cęlo,
Fulgebunt, dum Sol nigris orietur ab Indis,
Præuia luciferis aderit dum curribus Eos,
Dum ver triſtis hyems, Autumnum proferet æſtas.

Dumque fluet ſpirans,refluetque reciproca Tethys.
Dum mixta alternas cupient elementa figuras.
Semper erit magni decus immortale Maronis.

Sabellicus.

Dum mundi Solisque vices variabili annus
Sentiet,& ſolitos ſeruabunt ſidera curſus.

Horat.in Epodo.

Dum pecori lupus,& nautis infeſtus Orion,
Turbatit hybernum mare,
Intonſosq. agitarit Apollinis cura capillos.

Seneca in Medea.

Dum terra cęlum media libretum foret,
Nitidusque certas mundus euoluet vices.
Numerusque arenis deerit & ſolem dies,
Noctem ſequentur aſtra, dum ſiccas polus
Verſabit arctos,flumina in pontum cadent,
Nunquam mecus ceſſabit in pęnas furor.

Idem in Oedipo.

Lucida dum current annoſi ſidera mundi.
Oceanus clauſum dum fluctibus ambiet orbem,
Lunaq.demiſſos dum plena colliget ignes.
Dum matutinos,prædicet lucifer ortus,
Altaque carulem dum Nerea neſciet arctos,
Candida formoſi venerabimur ora Lyæi.

Tibullus lib. 1.

Quum referent Muſæ,viuet dum robora tellus,
Dum cœlum ſtellas,dum vehet amnis aquas.

Strox a pater.

Erunt donec vaga ſidera cęlo:
Donec erit tellus,æquora donec erunt.

Stroza filius.

Phębeia donec erunt.
Laurus,& orbita erit, nomenque Helyconidis vmbræ.

Idem.

Dumque polus vertet Pegaſeæ ſigna carinæ.
Flaccę tuæ dabitur palma ſecunda lyræ.

Idem.

Dum fluet Eridanus patrię prope męnia noſtræ,
Dum fluet,& refluat Venatum maris urbem.
Tinctile dum Scythicas armauit miſſile dextras.

DESCRIPTIO ORTVS DIEI.

Verg.lib.2.Aen.

Iamque iugis ſumma ſurgebat Lucifer Ida.
Ducebatque diem.

Idem lib.3.

Iamque rubeſcebat ſtellis Aurora fugatis.

Idem lib.4.& lib.9.

Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile.

Idem lib.7.

Iamque rubeſcebat radijs mare,& æthere ab alto.
Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis.

Idem lib.11.

Oceanum interea ſurgens Aurora reliquit.

Idem lib.11.

Aurora interea miſeris mortalibus almam.
Extulerat lucem referens opera atque labore.

Idem lib.12.

Poſtera vix ſummo ſpargebat lumine montes.
Orta dies,quum primum alto ſe gurgite tollunt.
Solis equi,lucemq.elatis marib.efflant.

Ouid.lib.2.Met.

Fulget tenebris Aurora fugatis.

Idem lib.4.

Poſtera nocturnos Aurora remouerat ignes,
Solq.pruinoſas radijs ſiccauerat herbas.

Idem lib.9.

Poſtera depulerant Aurora lumina noctem.

Idem lib.5.

Poſtera lux radijs totum patefeceratorbem.

Idem lib.15.

Poſtera ſyderos Aurora fugauerat ignes.

Idem lib.3.Faſt.

Ortus erat ſummo tantummodo margine Phæbus.

Idem lib.4.Faſt.

Nox abijt, oriturq. Aurora.

Idem lib.6.Faſt.

Iam Phryx a nupta quereris Tithone relinqui.
Et vigil Eois lucifer exit aquis.

Idem lib.1.de Triſt.

Cœlo nitidiſſimus alto.
Stella grauis nobis lucifer ortus erat.

Idem lib.3.Eleg.

Iamq.pruinoſos molitur Lucifer axes.
Inque ſuum miſeros excitat ales opus.

Idem.

Iam ſuper Oceanum venit a ſeniore marito.
Flaua,pruinoſo quæ vehit axe diem.

Lucan.lib.1.

Et ignes Solis lucifero fugiebant aſtra relicto.

Lucr.lib.2.

Primum Aurora noua quum ſparſit lumine terra.

Idem lib.5.

Aurea quum primum gemmantes roro per herbas.
Matutina rubent radiati lumina ſolis.

Statius lib.2.Theb.

Et iam Mygdonijs elata cubilibus alto,
Impuderat cęlo gelidas Aurora tenebras,
Rorantes excuſſa comas,multumq.ſequenti
Sole rubens. Illi roſeus per nubila ſeras
Aduertit flammas,alienumq.æthera tarde
Lucifer exit equo,donec pater igneus orbem.
Impleat,& radios ipſi veret eſſe ſorori.

Idem lib.3.

Septima iam nitidum terris Aurora deiſque
Purpureo vehit ore diem.
Idem lib.6.
Clara laboriferos cęlo Titania currus
Extulerat. Idem lib.1.Achil.
Iam pręmit aſtra dies, humiliſq. ex æquore Titan
Rorantes euoluit equos, & ab æthere magno
Sublatum curru pelagus cadit.
Idem lib.5.
Exuit implicitum tenebris humentibus orbem
Oceano prolata dies, genitoq; coruſcæ
Lucis adhuc lebetem vicina nocte leuabat,
Et nondum excuſſo rorantem lampada ponto.
Syllius lib.1.
Pellebat ſomnos Tithoni roſida coniunx.
Idem lib.5.
Donec flammiferum tollentes æquore currum,
Solis equi ſparſere diem, iamq. orbe renato
Diluerat nebulas Titan, ſenſimq. fluebat.
Caligo in terras nitido reſoluta ſereno.
Idem lib.6.
Iam Tarteſſiaco quos æquore Titan
In noctem diffuſus equos iungebat Eois Littoribus.
Idem lib.10.
Poſt ubi fulſerunt primis Phaetonta fræna
Ignibus, atque ſui terræ redire colores.
Idem lib.11.
Poſtera lux Phaetontis equos proferre parabat
Iam rapidos, omni curru ſplendente ſub vndis.
Idem lib.5.
Aurora ingreſtiens terris exegerat vmbras.
Sidonius.
Iam ſol adultus roſide noctis humorem radio creſcentis ſorbuerat.
Stroza pater.
Verum vbi iam cœlo ſtellas Aurora fugauit,
Et redit exorto lucida Sole dies.
Idem.
Aureus æquoreis vbi Sol caput exerit, vndis,
Oceaniq. Aurora torum formoſa reliquit.
Idem.
Deſeruit ſolito formoſior æquora Titon.
Sabellicus.
Igneus interea Phębus prodibat in Indis.
Idem.
Tenebris aurora fugatis
Tertia iam totum veniens reſerauerat orbem,
Pamphilius Saxus.
Tithoni croceum ſenis cubile,
Aurora aurigeris comis refulgens
Iam ſurgit, roſeoſque clara vultus
Oſtendit, Phaetontis & citatis
Currunt flammigeri rotis iugales.

Politianus Nutrita.

Aurea quum radios Hyberionis exeruit fax.

Idem.

Extulerat roſeo Cynthius ore diem.

Lactantius de Phenice.

Lutea quum primum ſurgens aurora rubeſcit,
Quum primum roſea ſidea luce fugat.

Catullus.

Sed vbi horis aureis Sol radiantibus oculis.
Luſtrauit æthera album, ſola dura mare ferum.
Reppulitque noctis vmbras vegetis ſonipedibus.

Seneca in Hercule furente.

Iam rara micant ſidera prono
Languida mundo, nox victa vagos.
Contrahit ignes, Luce nouata.

Idem in Troade.

Summa iam Titan iuga.
Stringebat, ortus vicerat noctem dies.

Idem in Octauia.

Iam vaga cęlo ſidera fulgens
Aurora fugat, ſurgit Titan
Radiante coma, mundoque diem Reddit clarum.

DESCRIPTIO MERIDIEI.

Verg. lib. 8. Aeneid.

SOl medium cęli conſcenderat igneus orbem.

Ouid. lib. 2. Metam.

Iamque dies medius rerum contraxerat vmbras.
Et ſol ex æquo meta diſtabat vtraque.

Idem in Arte.

Iamque dies medius tenues contraxerat vmbras.

Statius lib. 4.

Tempus erat medij quum Solem in culmine mundi.
Tollit anchela dies.

Idem lib. 5.

Soloperum medijs ſummo librabat Olympo
Lucentes ceu ſtaret equos.

Marullus.

Et iam lampade torrida
Fulgebat medio Solpater æthere.

Val. Flac. lib. 3.

Iam ſumas cęli Phębas candentior arces
Vicerat, & longas medius reuocauerant vmbras.

Pontanus.

Et iam ſol medium clarus per agrabat Olympum.

DESCRIPTIO NOCTIS,

ſeu aduentus eius.

Ver. 1. Aeneid.

ET iam ſumma procul villarum culmina fumant,
Maioresque cadunt alijs de montibus vmbræ.

Idem Aeg. 1.

Et ſol creſcentes decedens duplicat vmbras.

Idem in culicę.

Iam

Iam quatit & bijugis oriens uerbo cit equos nox.
Et piger aurato veſper procedit ab Oeta.
Idem lib. 2. Æn.
Vertitur interea cœlum, & ruit Oceano nox,
Inuoluens vmbra magna terramq; polumq;.
Idem in eodem.
Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris.
Incipit, & dono diuum gratiſſima ſerpit.
Idem lib. 3.
Nox erat, & terris animalia ſomnus habebat.
Idem in eodem.
Sol ruit interea, & montes umbrantur opaci.
Idem lib. 4.
Nox erat, & placidum carpebunt feſſa ſoporem.
Corpora per terras ſyluaq; & ſæua quierant
Aequora, quum medio voluuntur ſidera lapſu,
Quum tacet omnis ages pecudes pictæq; uolucres,
Quæq. lacus late liquidos, quæq. aſpera dumis.
Rura tenent ſomnio poſitę ſub nocte ſilenti.
Lenibant curas, & corda oblita laborum.
Idem lib. 8.
Nox erat & terras animalia feſſa per omnes,
Alituum pecudumq. genus ſopor altus habebat.
Idem in eodem.
Nox ruit, & fuſcis tellurem amplectitur alis.
Ouid. lib. 8.
Iam labor exiguus Phœboq. reſtabat, equiq.
Pulſabant ſpacium decliuis Olympi.
Idem lib. 10.
Tempus erat, quo cuncta ſilent.
Idem lib. 11.
Pronus erat Titan, inclinatoq. petebat
Heſperium temone fretum. Idem in eodem.
Nox cœlum ſparſerat aſtris.
Idem lib. 14.
Preſſerat occidus Tarteſſia littora Phœbus.
Idem lib. 15.
Candidus Oceano nitidum caput abdiderat Sol,
Et caput extolerat denſiſſima ſidereum nox.
Idem lib. 1. Faſt.
Nox erat, & uino ſomnum faciente iacebant
Corpora diuerſis uicta ſopore locis.
Idem lib. 2.
Nox erat, & toto lumina nulla domo.
Idem lib. 4.
Interea placidum redimita papauere frontem
Nox uenit, & ſecum ſomnia nigra trahit.
Idem in eodem.
Dempſerat emeritis iam iuga Phœbus equis.
Idem lib. 6.
Nox erat, & uinis oculiq. animaq. natabant.
Idem lib. 1. Triſt.

Iamque

Iamq; quieſcebant uoces hominumq; canumq.
Lunaq. nocturuos alia regebat equos.
Idem in eodem.
Tingitur Oceano cuſtos Erymanthides urſa.
Idem lib.3. de Ponto.
Nox erat,& bifores intrabat Luna feneſtras.
Lucan. lib.3.
Titam iam pronus in undas.
Ibat,& igniferi tantum demerſerat orbis.
Quantum deeſſe ſolet Lunæ.
Idem in eodem.
Nox ſubit,atque oculos uaſtæ obduxere tenebrę.
Stat. lib.1. Syl.
Nox ſilet,& nigros imitantia murmura ſomnos.
Idem lib.1. Theb.
Iamq. per emeriti ſurgens confinia Phœbi.
Titanis latè mundo ſubuecta ſilenti.
Rorifera gelidum tenuauerat aera biga.
Iam pecudes volucresq. tacent,iam ſomnus auaris.
Inſerpit curis,pronusq. per aera nutat.
Grata laboratæ referens obliuia uitæ.
Idem lib.2.
Soluerat Heſperij deuexo in imagine ponti.
Flagrantes Sol pronus equos,rutilamq. lauabat
Oceani ſub fonte comam.
Idem.
Nox ſabijt,curasq. hominum,motusq. ferarum
Compoſuit, nigroq. polos inuoluit amictu.
Idem lib.8.
Tempus erat,iunctos quum iam ſoror ignea Phæbi
Sentit equos. Idem lib.12.
Iam pater Heſperio flagrantem gurgite currum
Abdiderat Titan,alijs rediturus ab undis.
Idem lib.4. Achillei.
Frangebat radios humili iam pronus Olympo
Phæbus,& Oceani penetrabile littus anhelis
Pro mittebat equis. Syll. lib.10.
Donec anhelanter ſtagna in Tarteſſia Phæbus
Merſit equos fugiensq. polo Titania cæcam.
Orbita nigranti traxit caligine noctem.
Idem lib.11.
Iamq. diem ad metas defeſſis Phæbus Olimpo.
Impellebat equis,fuſcabat & Heſperus umbræ
Paulatim infuſa properantem ad littora currum
Idem lib.15.
Nox ſomni genitrix mortalia pectora curis
Purgarat,tenebręq; horrenda ſilentia habebant.
Auſonius.
Condiderat iam Solis equos Tarteſſia Calpe.
Stridebatq; freto Titam inſignis Ibero.
Stroza pater.
Quum ſol Antipodum populos illata luce reuiſi
Sabellicus

Sabellicus.

Iam fuſcis prouecta rotis nox atra ruebat:
Oceano,vallesq; umbris complexa cruentas.

Pamphilus.

Oceani piceis incincta tenebris.
Nox caput ex undis tollebat.

Idem.

Oceani tumidis iam nox caput extulit undis.
Iam uibrat tremulum candida Luna iubar.

Cleophilus.

Nox erat,& pleno lucebat Cynthia cornu.
Ibat & Arctoo tardior urſa polo.

Val.Flac.

Etiam prona leues ſpargebant ſidera ſomnos.

Idem.

Iamq; ſopor medijs tellurem preſſerat oris.
At circum tacito uolitabant ſomnia mundo.

Idem.

Nox hominum genus & duros miſerata labora
Retulerat feſſis optata ſilentia terris.

Martianus Capella.

Sed purum aſtrificis cœlum ſcandebat habenis.
Nox reuocans merſo fulgentia ſidera Phœbo.

Sabellicus.

Iam cœlo propulſa dies conceſſerat umbris.
Perdideratq; ſuos tellus obducta colores.

Idem.

Cœperat Heſperio Titan ſe mergere fluctu
Verſus in Antepodas iam ſerus lumina ueſper
Compoſitura diem prono ſpargebat Olympo.

Idem.

Phœbus ad Heſperium Tethym iam flectere curſum Cœperat.

Pontanus.

Nec color ullus erat rebus,tenebriſq; malignis
Et cœlum & terras nox circum fuſa tenebat.

Idem.

Nox cœlum tenet,& fuſcis iuga uerſat habenis.

Tibullus lib.2.

Ludite,iã nox iungit equos,currũq; ſequuntur Martis laſciuo ſidera fulua choro.

Seneca.

Nox primum cœlum ſparſerat ſtellis.

DESCRIPTIO MEDIAE NOCTIS.

Ouidius libro nono.

Noctis erat medium curaq; & corpora ſomnus Soluerat.

Horat.lib.2.Ser.

Iam tenebat Nox medium cœli ſpacium.

Stat.lib.3.Achill.

Scandebat roſeo medii ueſtigia cœli
Luna iugo,totis vbi ſomnus interior alis
Defluit in terras,mutumque amplectitur orbem.

DESCRI-

DESCRIPTIO ÆQVINOCTII.

Seneca.

Libra Phœbeos tenet æqua currus.

Lucan.lib. 8.

Tempus erat,quo Libra pares examinat horas,Non vno plus æqua die.

Ouidius.

Impoſitamque ſibi qui non bene pertulit Hellen, Tempora nocturnas æqua diurna facit.

DE HOMINE.

TITVLVS IIII.

QVAS CORPORIS PARTES vnuſquisliber Planeta regit.

SOL,Caput & Cor Mercurius,linguam & os,Saturnus,Splenem.Iupiter, Epar.Mars ſanguinem.Venus,Renes & genitalem ſemen. Luna,Stomachum.Crin.lib.12.cap.2.

QVÆ CORPORIS PARTES VNICVIQVE ſigno Zodiaci tribuuntur.

Arieti, Caput. Tauro, Ceruix Geminis, Humeri Cancro. Cor.Leoni, Pectus & Stomachus.Virgini,Venter.Libræ,Renes vertebræq; Scorpioni,Genitalia Sagittario,Femora.Capricorno,Genua.Aquario tibiæ.Piſcibus. Pedes.Manil.& Crin.vbi ſupra.

QVÆ A QVIBVS ELEMENTIS homini promittunt.

Caro,a terra.Humor,ab aqua Anhelitus,ab aere. Feruor,ab igne. Ingeniũ a Deo. Idem lib.6.cap.12.

PATRIA ET LOCVS NATALIS MVLTORVM illuſtrium yirorum.

Rudiæ vrbs Apuliæ,Ennij:Saſſina Vmbriæ,Plauti: Campania,Neuij: Brunduſiũ Calabriç:Pacuuij.Mediolanũ,Statij Cçcilij: Piſaurus,Accij.Carthago,Terẽtij: Arũca Lucilij:Roma,Lucretij.Bononia,L.Pop onij.Roma, Decij Laberij & Q. Catulli epigrammatiſtç:Syria,P.Syri Roma,Por.Licinij.Verona,Valerij Catulli.Roma,Q.Cornificij.Cremona,Furij bibaculi. Atax vicus ꝓuinciæ Narbonẽſis,Pub.Terẽtij Varronis.Roma,Iulij Calidij.Mantua,Vergilij.Venuſium.Apuliæ, Ouidij. Parma, Caſſij Seuerij.Roma,Cæſaris Germanici.Verona,Aemilij Macri.Corduba Hiſpaniæ,Lucani,Sextilij & Senecæ.Roma,Aſinij Galli.Volaterıæ Ethruriæ,Perſii.Neapolis,Statij Paninij.Hiſpania,Sylij Italici. Setia Cãpaniæ,Valerij Flacci.Aquinũ.Iuuen.Bilbilis Hiſpaniæ,Valerij Martialis. Italica Hiſpaniæ,Voconij Victoris.Carthago,Alphij Auitij.Africa,Septimij,& Aurelij Olympij Nemeſiani,& Mauri Terẽtiani. Sicilia, Calphurnij Alexandria, Caludiani.Burdegala,Auſonij Galli.Hiſpania,Damaſi,Iuuẽci et Prudẽtij.Africa,Licẽtij Hipponenſis. Gallia, Sidonij Apollinaris Roma, Pomponij Secundi, Pedonis Albinouani, Aruncij Stellæ, Sentii Auguris, Veſtritii Spurinæ, & Pauli Paſſieni. Salamin, Solonis. Lacedæmon, Chilonis, Mitylenæ, Pittaci, Priene, Biantis. Lyndus, Cleoboli. Corinthus, Periandri, Scythia,

Ana-

Anacharſis,Gnoſos Cretę, Epimenidis.Syria,Pherecidis Milet⁹,Anaximenis. Clazomene,Anaxagorę.Athenę,Socrat.Xenophō.Aeſchinis,Critonis & Glauci.Cyrene,Ariſtippi.Elis,Phædonis.Megara.Euclidis & Stilponis,Thebe,Cebetis et Cratis.Athenæ,Platonis,Polemonis,Antiſtenis & Speuſippi.Chalcedon, Venocratis Soli,Crātoris Cyrene,Lacidis & Carneadis,Carthago,Clitomachi Stagyra,Ariſtotelis Lampſacus,Stratonis Troas Lyconis.Pōtus,Heraclidis.Syrope,Diogenis. Syracuſæ. Monyn Aegina,Oneſicriti,Phœnicia Menippi. Cyprus,Zenonis.Samos,Pythagorę & Meliſſi.Agrigētū, Empedoclis.Tarentum, Architæ,Crotō,Alcmeonis.Metapōtus,Hippaci.Gnidos,Eudoxi.Epheſus, Heracl.Colophon,Xenophanis. Abdera,Democriti,Protagoræ Anaxar.Ilis, Pyrrhonis. Nycæa Timonis. Athenę,Epicuri. Calagurium Hiſpanię, Quintiliani. Craſtus vrbs Syciliæ Epicatmi.Pella Macedoniæ.Alexandri.Melibæa,Philoctetæ.Panope. Epei autoris machinæ Troianæ.Aſcra,Heſiodi. Cheronea,Plutarchi.Megara,Theognidis.Mitylenæ,Alcei.Lesbos,Sapph⁹ puellæ.Rhodos,Panetij.Stratoclis,Andronici.Pylos,Neſtoris.Croton,Alcmanis.Miletus,vel Phęnicia, Thaletis. Imera,Steſichori Ithaca, Vlyſſis Thebę, Amphionis & Pindari. Cos,Appellis Thracia,Orphei.Alexādria,Appiani,Ariſtarchi & Arrij. Arpinū Ciceronis.Tyana Gręcię,Apollonij.Medaura,Apuleij Caros,Archilochi.Athenæ,Ariſtidis Rhodos,Ariſtophanis.Nicomedia,Arriani hiſtor.methimna.Arionis. Seleuca Siciliæ, Athenei philoſophi. Chaldæa Boroſi, Agrigētū,Carcini. Africa,Cypriani.Carthago,Chlitomachi.Athenæ,Cratini,Eupolidis,& Demadis,& Demoſthenis.Syracuſæ.Dionis.Thebę,Epaminūde Hierapolis Phrygię, Epicteti.Cyrene.Eratoſthenis.Athenæ,Hermippi Arelate,Fauorini Chalcis Syriæ,Iabilici philoſophi,Antiochia,Ioānis Cryſoſtomi Iudæa,Ioſephi.Elis,Hippiæ,Cos,Hippocratis,Athenæ,Iſocratis.Syracuſæ,Lyciæ. Athenæ Menādri & Periclis.Thebæ,Muſæi.Smirna,Homeri.Anazarbū Cilicię,Oppiani.Roma,Q. Hortēſij.Cæſarea Cappadociæ.Prophæreſij.Ægypt⁹,Ptolemæi aſtrologi Syracuſę Philomonis.Cos,Philetæ Roma.Salluſtij & Suetonij Patauium,T. Liuij. Athenæ,Sophoclis,& Thucydiis.Thracia,Thamyre,Ereſſus vrbs Lesbi,Theophraſti.Lesbos,Terpandri.Carthago,Tertul.Vmbria,Propertij & Pont.

QVI MVLTOS HABVErunt Liberos.

Adā pter Seth,Abel & Cain habuit 30.liberos Iayr 7.iudex Iſrael 30.filios Theſpis Atheniēſis 50.filias à quorum nomine Muſę Thęſpiades Apellatæ ſunt.Roboam habuit vxores 10.cōcubinas 30.filios 28.filias 40.Artaxerxes Xerxis filius habuit ex pellicib. 110.liberos,ex iuſto matrimonio 3.Athila rex Hūnorum 60.liberos.Danaus 50.filias,Aegyſthus totidem filios.Eutyce mulier 20. filios. Cōbe mulier heroina,cui cognomē fuit Chalcidi,uiro coniuncta cētū liberos enixa eſt.Vnde adagiū apud Eraſmū:Tanquā Chalcidice peperit nobis vxor Niobe Tātali filia habuit 14.Maſiniſſa rex Numydiæ 44.autore Eutropio.Puella quędam Lūgobardos 7.pueros vno partu peperit ſub Agelmūdo rege, quos omnes in piſcinā coniecit.autor Paulus Diaconus.Gilipp. Arcadius 9.libertos habuit,quos(vt inquit Verg.lib.12.) fida crearat.Vna tot Arcadio coniūx Tyrrhena Gilippo.Vix quiſquam crederet Herotymū ſexcentos ex diuerſis pellicibus habuiſſe liberos,niſi Iuſtinus ex Trogro ſcriptū reliquiſſet,ī epitome.li.39. Priamus ex Hecuba coniuge habuit 19.liberos. Ex alijs pellicibus 31. Gedeon iudex Hebræorum 70.quos omnes Abimelech filius nothus Gedeonis occidi fecit.Achab 70.vt habetur ca.10.quarti Regū Barrabas vicecomes ī Italia 39. liberos ſuſcepit.Conradus Moſcouiæ dux 80.ex quibus quatuor tantum legitimi fuerunt.Scilurus 90.mares filios habuit lutarchus in Apoph.

QVI SENES GENVERVNT.

Adā filiū Seth anno 130.Abrahā anno 100.Sara 90.Seth genuit Enos anno 105.

Enos

Enos Caynā an.190. Malalchel 60. Malalchel genuit Iared an.65. Iared genuit Enoch an.162. Enoch Mathuſalem 65. Matuſalē Lamech an.187. Lamech Noe filium an. 180. Noe Sem, Cham & Iaphet, quum eſſet 500. annorū. Scribit Plin. Maſaniſſam poſt 86. annos generaſſe filium Methymatum: Catonē Cenſoriū octogeſimo exacto ē filia Salonii clientis ſui Corneliam ē Scipionum gente, Volusium Saturnium poſt annum 62.

NOVERCÆ QVÆDAM.

Ino Phryxi & Helles Athamāthis filiæ, fuit nouerca: Hippodamia, Chriſippi: Caſperia, Archemoli. Phædra Hippolyti. Stratonice Antiochi Soteris. Iulia, Antonii Caracallæ Gidica, Cominii Ida, Phinidarum. Iuno, Herculis: Opœa. Scylis regis Scytharum Eribœa, Mercurii. Alfriga, Eduardi ſecundi Anglorum regis. Martina, Conſtantini Heraclii, quē veneno ſuſtulit. Nuceria, vxor Hebii nouerca fuit Firmi, quem morti dedit. autor Plutarch. in Paral.

NVTRICES DIVERSOrum hominum.

Caphyrna ſeu Calphurnia Oceani filia Neptunū educauit vnā cum Rhodiis. Teſtes Annius in Beroſum, & Calderinus in Statium.

Amalthea & Meliſſa Iouem infantulum caprino lacte fouerunt. hinc orta fabula, qua poetæ nutritum ā capra fabulati ſunt. Ponta. Poſt hic & pecus Olenium, & Iouis inclyta nutrix. Alii tamen dicūt Iouem ab Adraſtea & Ida Meliſſei filiabus nutritum, vt docet Eraſmus in illo adagio, Copiæ cornu.

Ino fuit nutrix Bacchi. Ouid. in Ibin: Vt teneri nutrix eadē matertera Bacchi. Statius libro 2. Syll. Quid te poſt cineres, deceptaque funera matris Tutius Inoo re patentem pectore Bacche? Ammonius grāmaticus ponit Feſulam vnam ē Bacchi, nutricibus.

Nyſa Bacchi fuit nutrix, quam Plin. ait ſepultam fuiſſe prope Scythopolin. Policha nutrix fuit Oedipi, quem pater Laius deuouerat, quod eius manu periturum ſe ab oraculo didiciſſet.

Barce nutrix Sichei Phœnicum ditiſſimi, & mariti Didonis. Vergilius lib. 4. Aen. Tum breuiter Barcem nutricem affata Sichei, Annam chara mihi nutrix huc ſiſte ſororem.

Charme Sylle pulle. vnde Verg. in Syri: Illa autem, Quid nunc me, inquit, nutricula torques?

Beroe Semeles, quæ fuit mater Bacchi. Ouid. li. 3. Met. ipſaq; erat Beroe Semeles Epidauria nutrix.

Alceſtē nutrix fuit filiarum Adraſti. Stat. lib. 1. Theb. Tunc rex longæuus Aceſtē.

Eupheme nutrix fuit Muſarum, quæ filium nomine Erotum ſuſcepit Parnaſii incolam, & uenationi deditum.

Spaco nutrix fuit Cyri, quæ dictio quoniam Medorum lingua canē ſignificant, factum eſt, vt Cyrus creditus ſit nutritus ā cane. Teſtis Herodotus in Clio.

Archemorus filius Lycurgi regis Thracum, nutricē habuit Hypſiphilem: quę quū infantem in herba reliquiſſet, de paſtus eſt ā ſerpente. Stat. autore.

Ericlea, ſeu Euriclia nutrix fuit Vliſſis, de qua Ouidius in Epiſt. Penelopes intelligit, dicens: Hoc faciunt cuſtosque boum, longæuaque nutrix.

Caietana Æneæ: Verg. li. 7. Aen. Tu quoq; littoribus noſtris Aeneia nutrix Aeternam moriens famā Caieta dediſti Mart. Seu placet Aeneę nutrix, ſeu filia ſolis.

Habuit Alcibiades nutricem nomine Amicla, vel (vt alii legunt) Amidā pędagogum uerē Zopyrum teſtis Plutarch. in Lycurgo & Alcibiade.

Fuit & Hellanicæ nutrix Alexandri: autore Q. Curtio.

Accam Lauentia Romuli fuiſſe nutricem, teſtis Plin. li. 18. cap. 2. Item Stat. lib. 1. Syl. Iam ſecura parens. Tuſcis regnabant in vndis Ilia portantem laſſabat Romulus Accam.

Phitrix

Phitrix nutrix fuit Domitiani, quæ domini cadauer populari Sandapila perueſpillones exportatum in ſuburbano ſuo Latina via funerauit. autor eſt Suet.

OBSTETRICES.

Plinius lib. 28. cap. 7. Sotyram & Salpem obſtetrices facit, quarũ etiam placita in quibuſdam morborum remedijs citat. Idem lib. 32. cap. 6. de Salpe meminit.

FRATRES VTERINI.

Hercules, Iphiclus, Apollo, Diana, vterini fuerunt.

SPVRII ET NOTHI.

Antiphates filius fuit nothus Sarpedonis. Verg. lib. 9. Aene. Et primũ Antiphatẽ (is enim ſe primus agebat) Thebana de matre nothũ Sarpedonis alti. Plu. ſcribit Homerum natum ex adulterio Criteidis matris. Et Themiſtoclẽ ex adulterio matris, cui nomen fuit Abrotonum.

Aeneas ex adulterio Anchiſæ cum Venere apud Simoentẽ. Vergil. Tu ne ille Aeneas, quẽ Dardanio Anchiſæ Alma Venus Phrigij genuit Simoentis ad vndã. Ariſtonicus rex Pergami filius fuit Eumenis ex pellice. Ariſtæus Apollinis, ex nympha Cyrene, Penei fluminis filia. Hercules Iouis, ex Alcmena Amphitryonis vxore.

Democoon & Doryclus Priami, itidẽ ex pellicibus. Lithyerſes nothus fuit Midæ regis. Theſeus & Romulus (inquit Plutar.) ambo quum ſpurij forent, exiſtimati ſunt à Dijs immortalibus procreati. Iugurtha nothus fuit Manaſtabilis fratris. Micipſæ regis Numydarum. Manfredus Friderici imperatoris. Ioannis Andreas patre Andrea presbytero, & matre cõcubina natus eſt. Petrus Comeſtor, Gratianus, & Petrus Lombardus itidem fuiſſe dicuntur nothi. Albanus martyr in ceſtu patris cum filia.

DENOMINATIONES A GENERE.

Abauia, mater proauiæ.
Abauus, pater proaui.
Affinis ſororis maritus.
Amita, patris ſoror.
Auia, patris vel matris mater.
Auunculus, frater matris.
Auus, pater patris.
Conſobrini, geniti ex duabus ſororibus quaſi conſobrini.
Fratria, vxor fratris.
Fratrueles duorum fratrum filij.
Gener, filiæ maritus.
Leuer, leuiri, frater mariti.
Marita, vxor viri.
Maritus, vir vxoris.
Mater, quæ peperit.
Matertera, ſoror matris.
Nepos, natus ex filio, vel filia.
Neptis, filia, filij, vel filiæ.
Nurus, filij vxor.
Nouerca ſecunda vxor parentis.
Pappus, eſt auus. Auſon. Pappo viasque trementes.
Pater, qui genuit.
Patrueles, fratres, filij duorum patruorum.
Patrueles, ſorores, filię duorum patruorum.
Patruus, patris frater.
Priuigni, nati ex prima patris vxore.
Proauia, auię mater.

L Proauus,

Proauus,aui pater.
Progener,generi pater.
Proſocer,vxoris auus.
Socer,vxoris pater.
Socrus,vxoris mater.

DENOMINATIONES A NATVRALIBVS, ſeu accidentarijs caſibus.

Achyli dicuntur qui ſunt ſine labris.His contrarij ſunt Labeones.
Agrippæ dicuntur ab ægro partu,qui naſcũtur in pedes: quod eſt contra naturã, autore Plinio:quomodo gentium ferunt M.Agrippam.
Ancus qui aduncum habet brachium,nec exporrigi poteſt.Feſt.Pomp.
Ancylogloſſi,qui linguam habent aſtrictam membranulis quibusdã duriuſculis, & breuioribus,quod vitium Ancylogloſsũ dicitur,tuncque naturale eſt.Eſt & accidentarium, quum vlcus ſub lingua cicatricẽ duriorem obduxit. autor Budæus.Eſt autem vinculum verſorum quod filium vulgariter nuncupatur.
Androgini dicuntur vtriusque ſexus homines,aliter vocantur Hermaphroditi.
Aquili qui ſunt naſo forinſecus extento.
Atypi qui non ſatis expedito plectro linguæ vtuntur:quaſi aerẽ non ferĩetes, vel quaſi verba non exprimentes.Bud.in Annotat.
Balbi qui linguam habent impeditam,nec verba debitè enunciant,vt qui laborãt labdaciſmo & iotaciſmo.
Bene naſati homines,à Lampridio dicuntur Mutoniati,ac bene mentulati.
Bleſi itidem dicuntur,qui lingua hærent, quum ſyllaba ſyllabæ iungere propere non poſſunt.Dicuntur a Græcis Traculi.Proro Blæſitas non ſolum vitium eſt linguæ,ſed etiam eorum qui oblæſum greſsũ habent,vnde & Blæſi pro Vagis poſſunt accipi.
Bronci qui ſunt ore producto,& dentibus prominentibus.autor Non.
Bubulci,qui bubus optime vtebantur. Plinius.
Buccones qui ſunt tumidiorib. buccis.Plautus,Stulti,Stolidi,Fatui,Fungi,Bardi, Biemi,Buccones.Solus ego omnes anteo ſtultitia.
Burri a colore ruffo Pyrrhi Græce dicuntur.
Cæcus qui vtroque captus eſt oculo.Aliter Dcfioclus.Hinc cæcare, & Cæcutire verba deſcendunt.
Cæſares hoc nomẽ traxerunt ab Africano Scipione,qui primus Cæſar,a cæſo matris vtero dictus eſt.Deſiſtant hallucinari,qui dicunt Iuliũ Cæſarem a cæſo matris vtero nũcupatum.Nam quo tempore ſubigebat Gallias,matrem ipsã amiſit Aureliam nomine, quæ ſuperuiuere nequiſſet, ſi cæſo eiuſdem vtero natus fuiſſent.Solinus lib.4.de Mira.
Capella a capillorum hirſutie.
Chilone dicuntur,qui ſunt maioribus labris.Aliter Labeones dicuntur.
Coclites vocantur,qui alterno lumine orbi naſcuntur,vt illa Horatius Cocles.
Columella a proceritate.
Cordus qui ſerò naſcitur.Vnde corda frumenta,quæ ſerò naſcuntur,& autũnale fœnum Cordum dicitur.
Cottæ ab iracundia,& oris toruitate dicti ſunt.
Cylones qui ſunt fronte prominentiore,& quaſi extante, Synonymicè Frõtones appellantur.
Ectapeli dicuntur,quibus aliquid accidit præter communem naturæ modũ. Cuiuſmodi fuit Eutimenis filius,quẽ Plin.ſcribit in tria cubita triẽnio adoleuiſſe, inceſſu tardum,ſenſu hebetem & iã puberem factum voce rubuſta abſumptũ contractione membrorum ſubita,triennio circumacto.
Epigryphi dicuntur,qui habent naſum aduncum.

Feneſtella a caluitiæ.
Flauij a flauo colore capillorum nomen traxerunt.
Veteramentarij dicuntur ſutores Crepidarij.
Gibboſi ſeu Gibberoſi,qui tuber & tumorem habent in dorſo.Tumor autem Gibbus & Gibber dici poteſt.
Gutturoſi,quorum guttur tanquam ſpongia quædam intumeſcit, aquarum (quæ potantur)plerunque uitio.
Hala a fœdo oris halitu.
Hoſſimi qui naſcuntur ſine narib.quarum loca habent foramina. Aliter Simones.
Labeones,Labieni & labroſi,a prominentioribus labris.Lucr.lib.4. Simula Silene
At ſatura eſt labroſa Philœne.
Lenates a frequenti vſu Lenæ ueſtis.
Luſcioſi qui propter vitium oculorum parum vident. Plaut.in Milite, Ædepol tu quidem cæcus es,non luſciolus.
Lucini ſeu Lucinij, qui paruos vtrinque habent oculos.
Luſcus qui altero captus eſt oculo,qualis fuit Annibal.Vnde Iuuen. Quum Getula ducem portaret bellua luſcum.
Mactici qui habent magnas malas & os patens.
Marcipor puer uel famulus Marci,ut Publ.por.Publij; Lucipor,Luci.Plin.libr.33. cap.1.
Monogrammi uocantur tenues,macri & decolores. A pictura, quæ priuſquam coloribus corporetur,lineis fingitur. Monograminos enim pictura dicitur linearis
Myopes qui in luce parum uident,Latine Luſcioſi. Myopia dicitur hmôi vitium.
Naſicæ ab obuncis naribus.
Neruæ a fortitudine neruorum & ueſtigiorum dicti ſunt.
Nyctilupes qui uident interdiu,Sole occidente parum,occaſu nihil.
Obſtipi qui sũt breui collo,quibusq; colla in humerũ inclinata ſunt Suet.in Tyb.
Ob iter appellatur,qui patre mortuo,& auo uiuo gignitur.
Panſæ a latis pedibus,& apertis. Panſum enim apertum ſignificat.
Petauri dicuntur homines agiles,qui per circulos ſe immitiunt,naſcunturque ſub Delphine. Huiuſmodi ſunt Hiſtriones,Funambuli,Funerepi & Salatriculi. Vocantur & Petauriſtæ.
Pilumni,qui pilum piſtrinis inuenerunt.
Piſones,a piſis leguminibus,quæ optime ſerebant,vt Fabij a fabis, Lentuli a lente, Cicerones a cicere.
Planci,qui ſupra modum pedes planos habent.Et Plancæ tabulę,dicuntur planę.
Plauti & Ploti dicuntur a planis pedibus.
Poſthumi qui naſcuntur patre humato.
Scauri qui eminentibus ſunt talis.
Scipiones a baculo,qui Scipio dicitur. Quoniam qui,primus hoc meruit nomen, innitebatur baculo.
Simi & Simones,qui habent nares intorſum reflexas. Quod genus homines facilius cæteris fiunt polypoſi.
Spatici qui maligno ſpiritu ſunt correpti,quiq; eodem in loco nequeũt ſubſiſtere.
Statius nomen eſt ſeruile. Cælius lib.13. cap.5.
Syllę vnde originem ſumpſerint,Macrobius lib.1.Satur.ſic refert: Bello Punico hi ludi primum ex Sibyllinis libris ſunt inſtituti, ſuadente Corn. Rufo, qui propterea Sibylla cognominatus eſt,& poſtea corrupto nomine primus cœpit Sylla uocari.
Tragomaſchali qui uirus alarum olent,aliter Hircoſi. Eſt enim Hircus fœtor alarum,quem Plin. Alarum graueolētiam appellauit, & aliquando. Virus alarum: a Græcis dicitur.Tragos,Vnde Tragizontes pueri.

Vaciæ dicuntur, quibus pedes & crura in exteriorē partē flectuntur. Cuiuſmodi fuiſſe legitur Seruilius Vacia, vir prætorius, Senecæ temporibus. Varro lib. 1. de re Ruſt. Cruribus rectis, ac potius varis, quam vacijs. Hinc etiam Vaciennorum cognomina fluxerunt.

Vacij qui pedes extorſus obtortos habent Dicuntur & Vaciæ.

Valgi dicuntur, qui diuerſas ſuras habent, hoc eſt, in diuerſum actas, vt ſunt Lacertorum pedes, quorum pars intra conditur, pars extra procedit. Valgi contrarij ſunt Varis Habent enim ſuras altrinſecus prominētes, & in diuerſum actas, vt cancri & lacertæ ipſæ: autore Ariſtotele.

Vari dicuntur, qui crura habent obtorta, quique ſunt pedibus incuruis, & in ſe cōtractis. Vnde etiam varæ manus. Ouid li. 9. Tenuique a pectore varas In ſtatione manus, i. decuruas. Hor. 1. Serm. Hunc varum diſtortis cruribus. Mart. libr. 7. Varra vocat brachia palæſtritarum, quum aduerſarium amplectūtur, vbi ait: Vara nec iniecto ceromate brachia tendis.

Varicoſi qui venas habent plus æquo intumeſcentes in temporibus, vētre, teſtibus inguine ſed maxime in cruribus. Quod ex nimio labore ſolet naſci.

Ventricoſi dicuntur, qui ſunt ventre propenſo & extante: dicuntur etiam Ventroſi & Ventricoſi.

Vopiſcum dixerunt vnum ex geminis, qui recenti vtero naſceretur, alio interempto ab ortu.

VOTA HOMINVM DIVERSA.

Beatus Aug. tria habebat in uotis, uidiſſe Chriſtum in humana natura, Paulum de pulpito fulminantem, & ſpectabiles urbis Romæ triumphos.

Pyrrhum Epyrotarum regem ferunt (vbi immolaturus templa inuiſeret) non regni ampliorem modum, non de hoſte uictoriam, non gloriam illuſtrem aut diuitias, ſed ſanitatem modo a Dijs comprecari ſolitum, ceu parte hac bene cōſtituta, proſperius ceſſura viderentur omnia.

Darius oblato ſibi malo punico, tot optaſſe fertur Zopyros, quot illic eſſent granorum. Idem dicebat, ſe malle Zopyrum vnum in columem habere, quam viginti Babylones occidere. Herod. autor li. 3.

Cricias tyrannus imprecabatur ſibi Scopadum diuitias, Liberalitatē Cymonis, & Ageſilai Lacedęmonij victorias. autor Plutar.

Scribit Plinius libro ſeptimo L. Metellum decem maximas res optaſſe, vt pote voluiſſe Primarium bellatorem eſſe, Optimum oratorem, Fortiſſimum imperatorem. Auſpicio ſuo maximas res geri, Maximo honore vti, Summa ſapientia eſſe, Summum ſenatorem habere, Pecuniam magnam bono modo inuenire, Multos liberos relinquere, & Clariſſimum in ciuitate eſſe. Quæ omnia illi contingerunt.

Auguſtus Cæſar, quum 14. annum ageret, præcatus eſt a Dijs Scipionis fortitudinem beneuolentiam Pompeij, & Cæſaris fortunam. Plut. de For. Rom.

Optabat Caligula vnicam eſſe populo Romano ceruicem, quo facilius uno ictu abſcindi poſſent. Votum hominis carnificis & ſanguinarij, Bap. Egnatius.

Votum ſuum Tibullus ſic exprimit.

Me mea paupertas uitæ traducat inerti,

Dum meus aſſiduo luceat igne focus.

Mart. li. 1. ad Frontonem uotum ſuum deſcribit.

Optabat Horatius Tyburi, aut prope Galeſum. Calabrię fluuium cōſeneſcere, his verbis: Tybur Argęo poſitum colono, Sit meæ ſedes vtinam ſenectę, Sit modus laſſo maris & viarum, Militiæque. Idem li. 1. Carm. Optat mētem ſanam in corpore ſano.

DIVITES.

Quantæ fuerint opes Dauidis, coniectare eſt uerbis eiuſdem, qui capitulo 22. Para-

Paralipomenon ita loquens ad Salomonem inducitur: Confortare,& viriliter age,ne timeas,neq; paueas. Ecce ego in paupertacula mea præparaui impēſas domus Domini,auri talenta centum millia & argenti mille millia talētum. Hiſtoria Regũ ſcribit,Dauid habuiſſe argenti mille millium talentum, id eſt decies centena millia,& auri centum millia, quæ mille millia talenta argenti valent. Propterea Budæus ait,opes Dauid decies fuiſſe maiores opibus Darianis.

Fuerunt & immanes Salomonis diuitiæ,vt teſtatur,quod li.3.Regum,&c.10.ſcriptum eſt hoc modo: Non erat argentum nec alicuius precij putabâtur in diebus Salomonis, quia claſſis regis per mare cum claſſe Hirā ſemel per tres annos ibat in Tharſis, deferens inde aurum & argentum. Et paulo inferius,Fecitq; ut tanta eſſet abundantia auri & argenti in Hieruſalem quāta & lapidũ. Cōſumpſit in templi ſui colũnis & vaſis aureis quadragies ſexies centena millia. Argenti vero ad clauos & alia iuſtrumēta 1232. talenta. Aeris vero in columnis,fornicibus & cæteris talenta 18. millia.

Habuit Iob ſeptem milia ouium, tria millia camelorum, quingenta iuga boum, quingentas aſinas,reliquique pecoris armentum numeroſiſſimum.

Herodes Atticus tanta fuit rerum opulentia,vt Iſthmũ vellet perfodere,& maria coniungere diuerſa,ſi per imperatorem licuiſſet. Quod tamen fruſtra tentauerat Nero.

Plerique veterum ſuam ſatis opulentiam prodiderunt arduis conatib. quib. rerũ naturę faciem mutare voluerũt:ut Nicanor Seleucus qui excogitabat perfodere ſpatiũ à Boſphoro Cimmerio ad caſpiũ mare,quod interuallũ erat 150. mil.

Seſoſtrix rex Ægyptij, interſtitiũ a rubo mari ad Nilũ proſcindere adorſus eſt. Quod poſtea Darius molitus eſt.

Midas rex fuit Phrygiæ,cui propter Bacchum hoſpitio ſuſceptũ conceſſum eſt,vt quicquid vellet optaret,voti futurus cōpos, Optauit autē vt quicquid corpore contigiſſet,in aurum verteretur. Tantæ fuerunt eius diuitiæ,vt in prouerbium abierint. Stat. libro primo, Syluar. Digne Midæ, Crœſique bonis, & Perſide gaza.

Opulentiā Crœſi Lydorũ regis maximè quondam nobilitata eſt apud Græcos,& adeò,vt fecerit prouerbio locũ. Propterea (vt ſcribit Herodotus) exiſtimabat ſe mortalium feliciſſimum. Mart. lib.5. Crœſo diutior licet fuiſſem.

Vergilius ſcribit Sycheum Didonis maritũ fuiſſe ditiſſimus agri inter Phenicas. Atq; opulentia fuit ei exitio, impulitq; Pygmalionem regem Tyri, ut eum interficeret. Quantum autem auri & argenti habuerit,hinc ſuſpicari licet, quòd eius theſauris profuga Dido æmulam Romani imperij Carthaginem ædificauit.

Volunx fuit quiſpiam ditiſſimus de quo Syllanian.li.5.ſic ſcribit: Ditiſſimus agri Occumbes generoſe Volunx,ne clauſa repoſtis Pōdera theſauris, patrio nec regia quondam præfulgens ebore,& poſſeſſa mapalia ſoli Profuerint.

Aeſopus Tragœdus,amicus Ciceronis,arte hiſtrionica ad tantam peruenit opulentiam,vt ſexcentis ſeſtertijs ei patina ſteterit,reliqueritque filium adeò diuitē, vt his vniones liquefactos cœnis apponeret.

Pythus Bithynius platanum aureã,vitamque nobilem Dario regi donauit. Xerxis copias,hoc eſt ſepties centena 88 millia hominum excepit epulo ſtipēdiũ quinque menſiũ,frumētumque pollicitus,vt è quinque liberis ſenectuti ſuæ ſaltem vnus concederetur. Teſtes Herodotus & Pli. Interrogatus à Xerxe quantũ poſſideret: reſpondit,ſe habere argenti talenta duo millia, auri myriades quadrigētas,ſtaterum Daricorum ſeptem millib. minus. Quam ſummam quum obtuliſſet ipſi Xerxi, demiratus rex propenſam hominis liberalitatē,expleuit quod illi deerat ad quadringentas myriadas.

Tantali diuitiæ prouerbio locũ fecerunt,quem prędiuitem fuiſſe oſtendit carmē

illud ex tragędia apud Plutarchũ de exilio: Viam dierũ duodecim fero iugera.

Callicrates fuit quiſpiam Caryſtius, qui ciues ſuos omnes opib. longè præſtitit. Hinc adagium natum: Vltra tres Callicratis.

Herodotus ſcribit Rhampſinium regem imanem pecuniæ copiam habuiſſe, quã nemo regum poſterorum adæquauit.

Cyrus deuicta Aſia 14. millia pondo auri inuenit: præter vaſa aurea, aurumq; factum, & in eo folia ac platanum itemque. Qua victoria argenti quingẽta millia talentorum reportauit.

Darius vectigalem ſibi fecit Aſiam ex qua quotannis 575. millia talentorum accipiebat: præter aliud tributum ex quo Africa, & ijs qui Europã Theſſalia tenus incolebant, eidem afferebatur.

Victo Dario inuenta ſunt in Perſide 180. millia talentum: quum tamẽ Darius ſeptem millia fugiens rapuiſſet.

Mynias fuit quiſpiam ſua ætate mortalium ditiſſimus, qui primus theſaurũ recõdendis pecunijs ſtruxiſſe fertur.

Cælius ait Mæandrum Protagoræ patrẽ tãta rerũ opulentia præcelluiſſe, vt Xerxem Perſarum regẽ domo & donis excipere auſus ſit. Quod iã de Pythio memorauimus.

Indorum regio teſte Curtio, diues eſt non auro modo, ſed margaritis & alijs gẽmis, ad luxus magis, quàm ad magnificentiam exculta.

Inter populos diuitijs memorabiles recẽſentur Lydi, babylonij, Seres, & Arabes. Statius li. 5. Syl. Si Babilonis opes, Lydæ ſi pondera gazæ, Indorumque dares, Serumque, Arabumque potentes Diuitias.

Fuit & Achæmenes rex Perſarum ditiſſimus Hor. lib. 2. Carminum: Non tu quæ tenuit diues Achæmenes, Aut pinguis Phrygiæ Mygdonias opes, Permutare velis crine Lyciniæ?

Eſubopes rex in Suanorum terra, velleribus aureis inclyta, plurimum ãgẽti auriq; fertur eruiſſe.

Galeſus fuit in Latio quiſpiam ditiſſimus agreſtis gazæ. Verg. li. 7. Æn. Corpora multa virum circa, ſeniorq; Galeſus, Dum paci medium ſe offert, iuſtiſſimus vnus. Qui fuit, Auſonijsq; olim ditiſſimus aruis, Quinque greges illi balantum quina redibant Armenta, & terram centum vertebat aratris.

Camertes Volſcentis filius, partium Turni fautor in Aeneã, ditiſſimus fuit. Ver. li. 10. Perſequitur fortemq; Numam ſoluumque Camertem Magnanimo Volſcente ſatum, ditisſimus agri. Qui fuit Auſonidũ, & tacitis regnauit Amyclis.

Dorylas ponitur ab Ouidio li. 5. Meta. ditiſſimus agreſtis opulentiæ, vbi ait: Naſamoniaci Dorylas ditiſſimus agri, Diues agri Dorylas, quo nõ poſſederat alter Latius, aut totidem tollerabat farris aceruos.

Ciſſamis Cous fuit gregibus pecuarijs ſupra modum diues.

Dionis Syracuſani opes immenſæ fuerunt, & regia in viuendo propemodum põpa & ſupplex, Plutarcho teſte.

Antiochus Magnus, Syrię rex, tantis affluxerit diuitijs, vt in Romanos certaturus, exercitum collegerit ornatiſſimum in quo pleriq; milites haſtis ſcutisq. aureis & argenteis enitebant. Propterea quum oſtentaſſet Annibali copias illas tanto munitus apparatu, rogaſſetq. nunquid ſatis eſſent Romanis facturę Pęnus ignauiam imbellium militũ eius eludens, Satis facturæ, inquit, etiã ſi auariſſimi fuerint Romani.

Populus Romanus ſeptem annis ante primum bellũ Punicum habuit in ærario auri pondo 726. millia Argenti 92. millia, & extra numerum 3551 Millia. Item Sex. Iulio & L. Martio conſulib. 84. auri pondo. Cæſar primo introitu vrbis in ciuili bello ſuo ex ærario protulit laterum aureorum 26. millia, & numero pondo 300.

Cæſar in munere patris funebri, omni apparatu arenæ argenteo vſus eſt.
C. Antonius ludos ſcena argentea fecit. Item & L. Murena.
Caius princeps in circo pegma duxit, in quo fuere argenti pondo 124.
Nero Pompei theatrum operuit auro in unum diẽ, quod Tyridati regi Armeniæ oſtendit.
Cæcilius Claudius teſtamento ſuo edixit: Quamuis multa bello ciuili pdidiſſet, tamen relinquere ſeruorum quatuor millia centũ & ſexaginta: iuga boum tria millia & ſexcenta: reliqui pecoris ducenta quinquaginta ſeptem millia: in numerato pondo ſexcenta millia. Qui funerari ſe iuſſit ſeſtertii vndecim millibus.
C. Craſſus negabat diuitem eſſe niſi qui reditu annuo legionem poſſet alere. In agris ſuis poſſedit ſeſtertium bis millies, hoc eſt ære noſtro quinquagies cẽtena millia aureorum coronatorum. Nec ſatis fuit, inquit Plin. niſi totum Parthorũ eſuriſſet aurum. Harum autem diuitiarum maximam partẽ ex ciuilibus bellis atq; incendijs comparauerat, calamitates publicas in ſuam unius vtilitatẽ uertens. Nã quũ trecenta ſolũ talẽta ex paterna hæreditate accepiſſet, priuſquã aduerſus Parthos exercitum duceret, ſeptem millium & centum talentorũ ſũmam coegiſſe traditur, quum etiam decimam partem facultatum ſuarũ Herculi conſecraſſet, & publicũ epulũ dediſſet populo, ac tres minas ciuibus viritim contuliſſet. Seruos habuit circiter quingentos, fabrilis artis & architecturæ peritos, quibus nõ ſolum ad propriæ domus extructionẽ vſus eſt, ſed ciuibus ædificare volentibus eorum operas mercede locauit.
Penalas Claudii libertus. Craſſo ditior fuiſſe perhibetur vices & quinquies cẽtenis millibus.
Plinius præter Pallẽtem ait Calliſtum & Nacriſsũ Claudii principatu fuiſſe opulentiores. Narciſi autem diuitiæ in prouerbium venerũt, quũ Iuuen. dicat, Nec Crœſi fortuna vnquã, nec Perſica gaza. Sufficienti animo, nec diuitiæ Narciſſi, indulſit Cæſar cui Claud. omnia. De Pallãte Iuuẽ. Sat. 1. Ego poſſideo plus Pallante & Licinis. Hi duo Pallas & Narciſſus liberti fuerũt Claudii, quos decreto quoque Senatus, non ſolum ingentibus præmiis, at etiã magiſtratib. ornari paſſus eſt. Tacitus ſcribit, Claudium Pallanti prætoria inſigni, & centies quinquagies ſeſtertium cẽſuiſſe, & Pallantem ipsũ ſeſtertii ter millies poſſeſſorẽ fuiſſe. Idem lib. 14. ait, Neronem veneno interfeciſſe hunc Pallantem, quòd immenſã pecuniam longa ſenecta detineret.
Licinius Cæſaris libertus tantum agrorum fertur habuiſſe, quantum peruolarẽt milui.
Quamuis numeroſæ fuerint Craſſi diuitiæ, Plinius tamen facit Sillam ditiorem, vbi de Craſſo loquens ait: Quiritum poſt Syllam ditiſſimus.
Pompeo res gerente circa Iudæa, Ptolomæus octona millia equitum ſua pecunia tolerauit. Mille conuiuas totidem aureis potoriis mutans vaſa cum ferculis ſaginauit.
In Toloſano Italiæ oppido, a Q. Cepione direpto, iuuẽta ſũt auri pondo 110. millia, argenti pondo quinquies centenam millia.
Luerius Aruernus, pater Bititi (qui Bititus cum Maximo Aemyliano & Domitio Aenobarbo ducentorum hominum exercitu conflixit) tãtis deliciis, diuitiisq; circunduxit, ut aliquando oſtendendarum opum gratia curru vectus campum ingrederetur, nũmos aureos argenteosq; huc atque illuc ſpargens. Quibus colligendis amici atque comites occupati ſequerentur.
L. Luſcius Syllanarum partium amplius ſexcentis poſſedit.
Cleopatræ quoq; diuitiæ arguũtur excoctilib. illis murus inter ſeptẽ orbis miracula numeratis: ex cratere, cuius pondus erat 15. talentorum: ex apparatu cõuiuij, quo Antonium excepit: ex unionum ſorbitione, ex multis item ſumptibus.

Paulus Æmylius Perceo Macedoniæ rege deuicto, retulit in ærarium prædam põdo trium millium.

Scipio Africanus victa Carthagine 1470. pondo auri inde tranſtulit. Item argenti cælati millia 450. uaſorum aureorum pondo centum millia.

Mamurran Catulus dixit habere quicquid habuiſſet comata Gallia Cornelius Nepos adiecit, eum totis ædibus nullã niſi è marmore columnam habuiſſe, omnes ſolidas è Caryſtio aut Lunenſi.

P. Clodius (quem Milo occidit) habitauit domo empta ſeſtertijs 147. millibus.

Seneca philoſophus rerum acuti propoſitus a Nerone, quadriennio ter millies ſeſtertium quæſiuit.

Tarius Ruffus inſima natalio humilitate conſulatum militari induſtriam eritus, circiter mille ſeſtertium liberalitate Auguſti congeſtum, agris coemendis exhauſit.

Idem Seneca teſtis eſt. Lentulum augurem eodem Auguſto imperãte quater millies ſeſtertium ſuum uidiſſe.

Lucullus quũ reip. infenſus, priuatæ vitæ ſe dediſſet, ædibus & prętorijs exructis, hortis & cœnationibus amœniſſimis incredibili ſumptu paratis, & Bibliotheca libris vtriuſque linguæ cumulatiſſima, ops bello quæſitas cõterrere nõ potuit.

Idem Pompeio & Ciceroni ex temporariam apparauit cœnã impendio quinquaginta millium, tantã epularum & rerum lauticia, vt conuiuas in admirationem traheret. Idem perfodit montem, & flumen immiſit in piſcinas, quæ reciprocæ fuerunt.

Plinius iunior tantã fuit opulentia, vt ducenta millia nummũ pro acceſſione procij agrorum contempſerit, emptrice Cornelia hoc petẽte, vt ſuis ipſe verbis docet ad eandem fœminam ſcribens: Tu quidem (inquit) honeſtiſſime quod tam impenſe & rogas & exigis, vt accipi a te iubeam precium agrorum nõ ex 700. millibus, quanti illos è liberto meo, ſed ex nongentis, quanti a publicanis partẽ uigeſimam emyſti. Inuicem ego & rogo & exigo, ut non ſolum quid te uerum etiam quid me deceat, aſpicias. Idem Plinius patriæ ſuæ donauit annua ſeſtertia tricenna, quæ a nobis 750. aureis æſtimantur. Hanc eius opulentiã pluribus verbis deſcribit Budæus.

Heliogabalus menſas & capſas habuit argẽteas. Primus etiam cacabos vaſa deinde centenaria argentea ſculpta, & nõnulla ſtigmatibus Libidinoſiſſimus inquinata, autor Ælius Lampridius.

PAVPERES.

Hecale nomen eſt Pauperrimæ fœminæ apud Ouid. libro ſecundo, de Rem. Cur nemo eſt Hecalen, nulla eſt quæ nouerit Irum? Nempe quod alter egens, altera pauper erat.

Amyclas nomen eſt pauperrime nautæ apud Lucanum, de quo iam uerba fecimus in capite de nautis.

Apud Horatium Ibycus nomen eſt pauperis, cuius vxor dicebatur Chloris. Hæc Horatij uerba: Vxor pauperis Ibyci Tandem nequitiæ fige modum tuæ.

Horatius ipſe laborabit paupertate, qua vrgente, animum appulit ſcribendis carminibus. Vnde li. 2. Epiſt. ſic inquit. Et laris & fundi paupertas impulit audax, Vt uerſus facerem.

Martial. li. 2. Hyli paupertatem eludit his uerbis: Vnus ſæpe tibi tota denarius arca quum ſit, & hic culo tritior Hyle tuo.

Idem Theleſimum turpi quæſtu diuitem factum ridet his verbis ex li. 6. Quum coleret puros pauper Theleſinus amicos, Errabat gelida ſordidus in togula. Obſcœnos poſtquam cœpit curare cinœdos, Argentum, menſas, prædia ſolus emit.

Apher apud eundem nomẽ eſt viri extremæ paupertatis, vbi ait. Quum ſis tã pauper quam nec miſerabilis Apher...

Ab eodem ridetur Cinna quiſpiam, ꝙ quum pauper eſſet, pauper videri vellet Sic enim inquit: Pauper eſt Cinna, & vult videri pauper.

Catullus Furio cuidam pauperrimo ſequentibus illudit verſiculus: Furi cui neq; ſeruus eſt, nec arca, Nec cymex, neque aranens, neque ignis. Verum eſt pater & nouerca, quorum Dentes vel ſilicem comeſſe poſſunt.

Codri poetę pauperrimi, & Proculę eiuſdem vxoris paupertatem ſic deſcribit Iuuenalis: Lectus erat Codro Procula minor, vrceoli ſex, Ornamētū abaci, nec nō & paruulus infra Cātharus, & recubans ſub eodem marmore Chiron: Iamque vetus Græcos ſeruabat ciſta libellos, Et diuina opici rodebant carmina mures. Nil habuit Codrus, quis enim negat? & tamen illud Perdidit infelix totū nihil. vltimus autem Aerumnę cumulus, quòd nudum & fruſtra rogantem, Nemo cibo, nemo hoſpitio, rectoque iuuabat.

Gellius ſcribit, Protagoram ſophiſtam adoleſcentem victus quærēdi gratia vecturas onerum corpore ſuo factitaſſe.

Sunt qui dicant, Lucilium poetam Satyrographum publico funere fuiſſe elatum.

Eumæus fuit ſubulcus Vlyſſis, mendicus & pannoſus.

Telemachus fuit quiſpiam Acarnenſis, qui ob paupertatem fabis ſæpenumero victitabat. Hinc Telemachi olla prouerbio locum fecit.

Conna tibicem fuit pauperrimus, qui nihil habuit præter oleaſtrum.

Caunius fuit quiſpiam pauperculus, qui quum vtriculum aquę ſitienti Artaxerxi porrexiſſet, ab eo ad ſummam rerum opulentiam euectus eſt.

Cleobis & Biton fratres Argiui, fuerunt pauperrimi teſtis Herodotus.

Plin. ſcribit, Protegenem pictorem contentum fuiſſe caſula, quam habebat in horto ſuo.

Tellus fuit neſcio quis pauper cuius inopiam Solon Crœſi diuitijs fœliciorē eſſe prædicauit, vt iam de Aglao prædiximus, niſi quis forte uelit eundem eſſe.

Theagenes Caprus fuit pauper quiſpiam, qui tamē diues haberi volebat. Idē multa facile pollicebatur, & nihil præſtabat.

Fuit & Lyſiſtratus ſummæ paupertatis homo, adeo ut prouerbio locum fecerit.

Antigonus ciuis Florentinus, quum uniuerſas facultates pauperibus impartiuiſſet, pauper adeò deceſſit, vt eius funeri defuerit ſumptus.

Euripidis mater lucellum faciebat in uendendis oleribus: autore Plinio. Ei nomē erat Clito, patri vero Mneſarchus.

Clycera coronas venales exponebat ad ſuſtinendam paupertatem.

Telenicus homo fuit adeo notæ paupertatis, vt Seriphij prouerbium inde formauerint.

Pauſon fuit pictor inſigni tenuitate.

Plutarchus in Nicia prodit, Lamachum fuiſſe adeo inſigni paupertate, vt quoties illū Athenienſis populus Imperatorem crearet, aliquantulum pecuniæ ad palliū & crepidas comparandas decerni opus eſſet.

Irus fuit Ithacenſis pauperrimus, quem Vlyſſes ab expeditione Troiana reuerſus, ictu pugni interfecit. Mart. li. 5. Pro pauperior forem Carine.

Menœtes fuit Arcas quiſpiam occiſus a Turno, cuius paupertatē deſcribit Verg. li. 12. his uerbis. Et iuuenem exoſum nequicquam bella Menætem Arcada, piſcoſæ cui circum flumina Lernæ Ars fuerat, pauperque domus, nec tota poteū Munera, conductaque pater tellure ſerebat.

Acœtes paupertatem ſuam apud Ouid. li. 3. Met. his verbis exprimit: Ille mett vacuus nomen mihi, dixit Acœtes, Patria Mæonia eſt, humilis de plebe parentes. Non mihi quæ duri colerent pater arua iuuenci, Lanigerosque greges, non vlla armenta reliquit. Pauper & ipſe fuit, lino que ſolebat & hamis Decipere, & calamo ſitientes ducere piſces.

Baucis mulier & Philemon eius maritus, in maxima paupertate conſenuerunt.

Idem.Ouid.li.8.Sed pia Baucis anus,pariterque ætate Philemon, Illa ſunt annis iuncti iuuenalibus,illa,&c.

Ariſtides, qui rempublicam Athenienſium clariſſime adminiſtrauit, inops adeò mortuus eſt vt eius funeri ſumptus defuerit. Callias Athenienſis comœdiographus,torunt funus ob paupertatem.

Aetius ſophiſta Antiochenus aurificinam,vrgente rerũ penuria,exercuit ab initio

Origenes extrema laborauit paupertate,bonis eius in fiſcũ relatis, quòd Chriſtianæ adhæſiſſet pietati.

Demonax philoſophus(qui floruit Adriano imperante) nullum vnquã ſibi viaticum præparauit.Sed quum eſuriret,proximam domum,quam apertã videbat, ingrediebatur, & uictum ibi quæritabat. Centenarius deceſſit, elatus publico ſumptu.

Epaminundæ Thebanorum principi,& totius Græciæ,vnicum fuit indumẽtum, rude & pertritum.Quod ſi quando expurgandum fulloni traderet, alterius veſtis inopia domi interim ſe cõtinebat.Nihilominus tamẽ in tanta pauperie magnam vim auri,quam offerebat rex Perſarum recuſauit vltrò.

Epictetum Philoſophum iam diximus ſeruum fuiſſe, & ſumma inopia laboraſſe.

Aglaus Pſophidius in anguſtiſſimo Arcadiæ angulo conſenuit,exili contẽtus prædio,quo nunquam egreſſus eſt.Hunc tamen Apollo in tanta paupertate felicem teſtatus eſt.Valerius Martialis epigrammatiſta pauperie preſſus uiaticum accipit a Plinio nepote.

Menas inter Samnites natus,in ſolitudine uixit & paupertate,curandis apibus intentus.Neque tamen deerant adeuntium dona , quos ad bonam frugẽ ſolebat conuertere.

Fauſtulus paſtor fuit extremæ paupertatis,qui uel Romulum expoſuit,vel expoſitum nutriuit.Oui.li.3.Faſt.Nec taceam veſtras Fauſtule pauper opes.

Apud eundem libro eodem,Anna nomẽ eſt pauperrimæ vetulæ,vbi ait;Orta ſub vrbanis quædam fuit Anna bouillis Pauper,ſed multæ ſedulitatis anus.Illa leui mitra canos incincta capillos,Fingebat trepida ruſtica liba manu.

Aeliorum familia Romæ fuit pauperrima,& modicarum adeò facultatũ,vt ſeptẽdecim eodem tempore vnicam habitauerint domum,vnicũ agrum poſſidẽtes.

Paulus Aemilius,qui de Liguribus,& Perſeo Macedoniæ rege triũphauerat,adeo pauper mortuus eſt,vt funebres ludi celebrari nequiuerint,niſi diuenditis eius poſſeſſionibus.

Menenius Agrippa,qui de Sabinis triumphauerat,pauper adeò mortuus eſt,vt ſepelliri nequiuerit,niſi collatis a populo quadrantibus.

M.Pompilius Andronicus ob inopiam coactus eſt uendere opus Annalium 16.milibus nummum.

Valerio Publicolæ in morte defuit ſumptus.autore Tito Liuio.

Acilio Prætorio poſt conſumptum ingens patrimonium paupertatem cõfitẽti, Tiberius,Serò inquit,experctus es.

Val.Cato grãmaticus,qui floruit ætate Sillæ, conſenuit in ſumma paupertate, demiſſaque Tuſculana villa (qua ceſſit ob creditores) habitauit anguſto & breui gurguſtio. Vnde Bibaculus his in eũ carminibus luſit: Si quis fortè mei domũ Catonis,Depictas minio aſſulas,& illos Cuſtodes uidet hortulos Priapi,Miratur,quibus ille diſciplinis Tantum ſit ſapiẽtiam aſſecutus, Quam tres calculus ac ſe libra farris, Racemi duo tegula ſub una Ad ſummã prope nutriant ſenectã.rvilius Iſauricus,qui pro conſul debellauerat Cilices,publico elatus eſt funere.autus ob paupertatem uictum quæritabat in agendis mollis illis,quas truſatiles uocant.A quibus quum impetrabat ocium,ad ſcribendas fabulas ſe cõuertebat,ut eas poſtmodum uenditaret.

Abrahamus Anachoreta nil habuit in ſolitudine,preter catinum & cilicinã ueſti

cum ſago ruſtico.

Hilarion interrogatus a latronib. quos offenderat, cur non expaueſceret. Quia nudus ſum, inquit.

FORTVNATI ET FELICES.

Tyrannus Samiorum Polycrates tanta vſus eſt felicitate, vt nullum unquam memororis argumentum in tota vita potuerit reperire. Nam quum ad excitandū ſibi dolorem anulum in gentis precij conieciſſet in mare, eundem poſtmodū reperit in piſce, oblato ſibi a piſcatore. Ad extremum vero affixus eſt cruci, ut iam diximus.

Gyges rex Lydorum gemmam habuit tantæ virtutis in anulo, vt ea ad ſe uerſa videret quoſcunque vellet, nemini cōſpicuus. Vnde beneficio anuli omnia conſequebatur ex animi voto.

Xenophilus muſicus uixit 105. annos ſine yllo corporis incōmodo: Authore Plin.

Antiquitatis nō paruę aſcribit felicitati, quod Diagoras Rhodius duos Olympionicos filios eodem die victores coronari conſpexerit. autor Cicero lib. 1. Quęſt. Tuſcul.

Enhippus rex fuit Argiuorum miræ felicitatis cuius clypeum qui apud Grecos rē præclare geſſiſſent, per vrbem incedentes ferebant honeſtamenti cauſa.

Contra vero inter infeliciſſimos iuſta cauſa numerandus eſt Oedipus, qui patre interfecto matri ſe commiſcuerit, & ex ea liberos ſuſceperit; qui mutuus vulneribus ſeipſos interfecerint.

Timotheo Athenienſum duci fęlix adeò riſit fortuna, ut in omni bello facilem ac velut certam referret victoriam. Cui proſperitati inuidentes æmuli, Fortunam pinxerūt, quæ in eius dormiētis naſſam & retia vrbes immitteret vltro. Quod conſpicatus: Si dormiens, inquit, vrbes capio, quid putatis me facturum, quū vigilaro?

Quandiu Lydis principatus eſt Alcimus perpetua vſus eſt trāquilitate, habuitq. diuitias quantas uoluit.

Apollo felicem pronunciauit Aglaum Pſophidium, qui tamē in anguſtiſſimo Arcadiæ angulo conſenuerat, prædioli ſui fructibus contentus.

Datylus fuit quiſpiam apud Athenienſes, adeò fortunatus, vt illi quotidie nouus honor accreſceret.

Herodotus ſcribit, Aminoclem uirum fuiſſe Magneſiū, qui in excauāda terra multa pocula aurea & argentea, theſaurosque Perſarum inuenerit.

Pilnius tribuit magnæ felicitati, quod Lampedo mulier Lacedæmonia regis filia, regis vxor, & regis mater fuerit.

Berenice vocatur felix a Plinio, quod filia, ſoror & mater fuerit Olympionicarū.

Marius poſt ſeptem conſulatus domi ſuæ ſenex mortuus eſt. autor Cic. li. 3. de Natura deorum.

Lucius Sylla apud Romanos felicis cognomen ſibi adoptauit.

In familia Curionum tres continua ſerie oratioues extiterunt.

In Fabiorum familia tres cōtinui principes ſenatus, M. Fabius Ambuſtus, Fabius Rutilianus, & Qu. Fabius Gurges.

Q. Metelllo contigit, quod optauerat, vt ſcilicet primarius eſſet bellator, optimus orator, fortiſſimus Imperator, auſpicio ſuo maximas res gereret, maximo honore vteretur, ſumma eſſe ſepiētia, ſummus haberetur ſenator pecuniam magnā bono modo inueniret, multos liberos relinqueret, & clariſſimus eſſe in ciuitate.

Antonius Caſtor uiceſſimum ætatis annum excedēs, nullū adhuc corporis malū expertus erat, ac ne ætate quidem memoria, aut vigore concuſſis:

Fr. Buſalus, ciuis Romanus, duos filios mutuis vulnerib. ſe petentes uidit, totidē ob ſeditionem ſecuri percuſſos, alium qui nouercā interfecerit, filiam vero quę præſente marito venenum hauſerit.

QVI EX HVMILI FORTVNA CLARI aut diuites euaſerunt.

Demoſthenes fabri filius, clariſſimus euaſit philoſophus. Sidon. Qui fabro genitore procreatus. Oris maluit expolire linguam.

Agathocles e figulina patris officina ad regnũ Siciliæ peruenit. Vnde apud Auſoniũ ſic inducitur loquens: Rex ego qui ſum Sicaniç, figulo ſum genitore ſatus.

Æſopus tragędus, quum hiſtrionicam artem exerceret, ea tamen euaſit ditiſſimus.

Giges annulum habuit, in quo erat gemma tãtæ virtutis, vt ea ad ſe verſa incõſpicuus eſſet: verſa vero ad alios conſpicuus. Propterea legatus ad regẽ miſſus, annuli beneficio ipſum interfecit, & ſtuprata regina, rex è paſtore factus eſt.

Telephanus quum antea currus factitaret, tandem rex Lydorem factus eſt.

Artaxerxes humili apud Perſas loco natus, imperium à Parthis ad ſuos tranſtulit, & Artabanum triplici prælio cum tota deleuit familia.

Hiperpolus Cremidis filius (qui prius lucernas factitabat) Athenis tãdem principatus eſt.

Darius Hiſpanis filius, Cyri primum extitit Pharetrophorus, & lictorio fũctus eſt munere, rex Perſarum factus.

Macedonum rex Archelaus natus eſt Simiche matre ſerua.

Perſeus, quem Paulus Aemilius attriuit, fuit argiuus genere, ignobili prognatus patre.

Eumenes inopem habuit parentem.

Antigonus Philippi artificioſe confouebat.

Atrocinia exercuit Polyperchon.

Phocion patrem habuit, qui cõclearia conficeret.

Demetrius Phalereus ſeruiuit apud Demetriũ, & Contona. Sycioniorum tyrannus Cleon pyraticam prius exercuerat.

Mandro fuit quiſpiam, qui ex nauiculario factus eſt Imperator. Hinc adagiũ, Fuit & Mandroni ficulna nauis.

Ptolomæus filius Lagi ex gregario Alexandri milite factus eſt rex Ægypti.

Rhodope meretrix ex immundo illo corporis quæſtu ad Aegypti regnum cõſcẽdit, nupſitque Pſamnitico.

Proculus quũ latrunculis luſitaret, & decies in eo ludo imperator extitiſſet, acceſſit protinus ſcurra, qui eum purpura ornatum ſalutauit vt imperatorẽ. Qua ille occaſione vel oblata, vel arrepta, vere aſſecutus eſt, quod per iocum dicebatur,

Viriatus Luſitanus in Hiſpania è paſtore venator, è venatore latro, ex latrone dux poſtremo factus, vniuerſam occupauit Luſitaniam.

Euripedes ex matre olerum venditrice euaſit poeta celebratiſſimus.

Adrianus & Marcus Antonius principes, Arrianum hiſtoricum euexerunt ad cõſularem dignitatem.

Cyrus Panapolyta beneficio Theodoſij imperatoris, & Eudoxiæ vxoris eiuſdem præſul factus eſt.

Lycaſtus & Parrhaſius à Philonomia matre expoſiti, & à Tilipho paſtore nutriti, Arcadiæ regno tandem præfuerunt.

Ardamitenum Andriſcũ in Fullonia natũ, fortuna ad opes & dignitates euexit.

Romulum & Remum infantes abluit lupa, quos conditores habuit Roma.

Incunabula Tulli Hoſtilij agreſte cepit tugurium. Eiuſdẽ adoleſcẽtia in paſcẽdis pecoribus fuit occupata, validor ætas Romanum rexit imperium.

Tarquinius Priſcus natus eſt ex patre Demeratho etiam exule.

Tullius Seruius verna, & ancillæ filius. Romanis principatus eſt.

M. Perpenna (qui peregrinus Romam venerat) conſulatu potitus eſt.

Cornelium Syllam ex Nicopolis meretriculæ ſinu abſumptum fuſtollẽs fortuna,

ſuper Cimbricos Marij triũphos,ſeptemq; cõſulatus,imperijs dictaturisq; affecit. Gadareus ſophiſta,qui prius more mendici peregrinantur,Maximiani beneficio conſulatum adeptus eſt.
C. Marius ſenior,ſepties conſul,Arpinas fuit,obſcura prognatus origine.
Terentius Varro ſordido natus loco,tandem quæſtura,& duabus ædilitatibus fũctus eſt.
L. Tarius Ruffus natalium humilitate cõſulatum militari induſtria meritus eſt:autore Plinio.
Cicero homo nouus Arpinas(vt improperabat inimicus)præter dignitatem conſularem eo diuitiarum peruenit,vt habitaret domum,quæ fuerat M. Craſſi Romanorum ditiſſimi.
Quintius Cincinnatus,quum agrum coloret,ſudore deſerto prætextam accepit togam,& ab aratro conſcendit ad Dictaturam.
Ventidius Baſſus adeo ſordido natus eſt loco, vt victum ægrè ſibi quæreret adoleſcens. Demum tamen quum in C. Cæſaris beneuolentia introrepſiſſet, eius patrocinio & fauore factus eſt primũ Tribunus plebis,mox Prætor, inde Põtifex & Conſul. Ad extremum, qui prius curandis mulis victum ſibi quæritabat, eo cõſcendit gloriæ & autoritatis,ut primus ſubegerit Partos,ac de his triũphauerit. Cui eius gloriæ vſq. adeo inuidit populus Ro. vt ſequẽtes in eũ verſiculi vulgo iactati ſint. Concurrite omnes augures,auſpices,portẽtum inuſitatum cõflatũ eſt recens. Nam mulos qui fricabat,conſul factus eſt autor Gell. lib. 15. ca. 4.
Mauritius Cappadox,è famulo & excubitore imperium adeptus eſt poſt Tiberiũ Secundum.
Valentinianus Imperator patrem habuit funes torquentem.
Helena imperatrix & vxor Conſtantij inter Britannos humili orte eſt loco.
Iuſtinus,qui ante Iuſtinianum imperauit,fuit armentarius, & ſues egit.
Bonoſus imperator,filius fuit pædagogi literarij:autore Vopiſco.
Probus patrem habuit agreſtem,& olitorem.
Aelio Pertinaci origo gentis fuit ſordida.
Aurelius patrem habuit mediocrem,& colonum.
Galerius paſtor fuit armentorum,habuitq; parentes agrarios.
Nicolaus Quintus,natione Lunenſi,humili natus loco,& profeſſione medicus,ad ſummum tandem Pontificatum peruectus eſt.
Innocentius Octauus ab ineunte ætate coactus eſt ob paupertatem famulari, & inter Alphõſi Siciliæ regis miniſtros victum ſibi comparare. Mox tamen Xiſto Quarto ſucceſſit in pontificatu.
Pius Secundus ob parentum paupertatem perigrinari coactus eſt,& victum emẽdicare Prouectior factus,ſucceſſit Caliſto Tertio.
Sixtus Primus,paſtorali ortus tugurio,ad ſummum Pontificatum conſcendit.
Ioannes Campanus,qui infans paſcendis ouibus tempus contriuerat,tandẽ beneficio Pij Secundi Pontificis Maximi præſul factus eſt.
Celeſtinus Quintus ex Anachoreta factus eſt Pontifex maximus.
Lamiſſionem in piſcina(quum infans eſſet)repertum, fortuna fecit Longobardorum regem.
Narſes Eunuchus è chartulario patriciam cõſecutus eſt dignitatem,& totius Italiæ principatum.
Ioannes Zimiſces prius ludi magiſtrum egerat, imperiali tamen dignitate fũctus eſt tandem.
Baſilius Macedo captiuus inter venales Cõſtantinopolim ductus,factus eſt imperator.
Primis laus rex Bohemorum ab ineunte ætate bubulcus erat,& armentarius.
Tamburlanum a tenera ætate porcarium, fortuna Scytharum regem conſtituit.

Franciſcus

Franciſcus Sfortia,dux Mediolani, patrem habuit Sfortiam Attēdulum,qui quondam in exercitu fuerat lixa.

Gordius ab agricultura ad imperium euectus eſt.

Anſelmus ex monacho abbas,ex abbate Cantuarienſis epiſcopus factus eſt.

Sadrageſilius Dagoberti pædagogus, e ludi magiſtrō dux Aquitaniæ.

QVI EX PROSPERA FORTVNA. ad humilem & miſeram redacti ſunt.

Dionyſius iunior Syracuſis(vbi tyrānidem exercuerat)pulſus,exulauit. Corinthi ibique ludi magiſtrum egit,teſte Cicerone.

Policrates Samiorum tyrrannus,poſt multos ridentis fortunæ zephyros, ab Oroete Cyri præfecto,ſuperatus, & ſuſpendio affectus eſt.

Xerxes qui Aegyptū ſubegerat, a Themiſtocle victus, ab Artabano īterfectus eſt.

Artabanus ab Artaxerxe occiſus.

Mithridates,rex Ponti,qui annis quinquaginta Romanos uarijs cladibus affecerat,Aſiam occupauerat, Q.Oppium Proconſulem , & Aquileium legatum ,in vincula coniecerat,a Lucullo primum, deinde a Pompeio ſuperatus, mortem ſibi intulit.

Legitimus Perſei Macedoniæ regis filius artem ferrariam exercuit,ad tolerādam paupertatem teſtis Ammianus Macellinus.

Tarquinius Superb. regno pulſus eſt. Horat lib.1.Serm. Vnde ſuperbus Tarquinius regno pulſus fuit.

Iunior Marius,poſt trucidatos in vrbe Syllanos,victus apud Præneſte, Pontio Teleſino fuge comiti iugulaneum ſe præbuit.

Senior vero Marius,qui ſepties conſul fuerat,de Iugurtha triūphauerat,Cimbros & Theutones ſubegerat,Apuleium & Glauciam ſeditioſos interemerat,victus a Sylla aliquandiu delituit in Manturneſium plaudibus.Ouid.li.4.de ponto:Ille Iugurthino clarus,Cimbroque triumpho.

Quo victrix toties conſule Roma fuit.In cæno Marius iacuit, cannaque paluſtri. Pertulit & tanto multa pudenda uiro.

Caſſius qui bis triumphauerat,ter conſulatu fuerat potius, ſupplicio capitali clauſit vitam.

Cn.Carpo poſt tres conſulatus,ventrem purgans interfectus eſt.

C.Cotta ante diem futuri ſibi triumphi expirauit.

Caninius quo die factus eſt conſul,in fata conceſſit.

M.Claudius Marcellus,qui Annibalem ſuperauerat,Syracuſas expugnauerat,tandem apud Venuſiam interfectus eſt.

Ne Paulus Aemylius duobus triumphis, priore de Liguribus.Poſteriore de Perſeo ſupra modum inſoleſceret,ei filiorum mortem immiſit fortuna.

Pompeius expugnato.Domitio, Iarba triumphato, Sertorio in Hiſpania ſublato, Pyrati ſubactis,& Tygrane rege Armeniæ,debellatis item Iberis, Albanis & Iudæis cū Ariſtobolo rege & Mithridate ad hauriendum venenū coacto,ad extremū poſt tot illuſtres victorias a Cæſare victus in Theſſalia , iuſſu Ptolomæi, ad quem extrema rerum deſperatione confugerat,interfectus eſt.

Cæſar victor Pompeij,quum de Gallis,Alexādrinis,Pōtificis,Agricanis,& Hiſpanis triumphaſſet,& maximam orbis terrarum partē ſubegiſſet,coniuratione C. Caſſii & Decij Bruti 23.vulneribus in Senatu confoſſus.

Belliſarius Romanus præfectus copijs quum Vandalos deleuiſſet,de Parthis triūphaſſet,vrbem non ſemel a Barbaris liberaſſet,poſt multas victorias Iuſtiniano mandante exoculatus uictum in uia publica a tranſeuntibus emendicauit.

Pazaites Rex Turcarum, Tamburlano uictori equum incenſuro ſubinclinauit humeros,& ſcabelli uſum præbuit,vt etiam Valerianus imperator.Sopori regi Perſarum.

Suadocopus rex Morauiæ & Bohemiæ ab Arnulpho īperatore ſuperatus, mutata veſte conſenuit in deſerta nemorum ſolitudiue cum tribus anachoretis.
Chriſtophorus Papa ſummo pontificatu detruſus, monaſticum egit vita.
Celeſtinus V. Ioannes 1. Ioannes 14. in carcere perierunt.
Benedictus V. Benedictus 10. Matutinis Tudertinus, Ioannes 12. ſuo Pontificatu detruſi, omnes conſenuerunt in exilio.

FOEMINARVM ET VXORVM,
quarundam illuſtrium nomina.

Hecuba fuit Priami, Andromache Hectoris, Creuſa Æneæ. Artemiſia Mauſoli, Monyma Mithridatis, Erſilia Romuli. Herpilida Ariſtotelis, Hipſicratea Mithridatis, Amaſtrix Xerxis, Hermodice Midæ, Semiramis Nini, Fūdauia Varronis, Plotina Traiani Caſſandane Cyri, Atoſſa Darij, Penelope Vlyſſis, Dido ſichæi, Portia Brutti, Poppea Neronis, Eurydice Orphei, Pyrra Deucalionis. Matres. Perictiōe mater Platonis, Ceres Proſerpinę. Agrippina Neronis, Alcmena Herculi, Veturia Coriolani, Olympias Alexādri, Helena Cōſtātini, Critheis, Homeri, Berenice Ptolomæi, Philadelphi, Ilia Romuli, Elbia Ciceronis, Aurelia Iulij Cęſaris, Alcimede Iaſonis Fille Caſsādria filia Priami, Heſione Laomedōtis, Helena Ledæ, Muſæ Iouis, Proſerpina Cereris, Ægina Aeſopi, Andromeda Cephei, Ariadna Minois, Hypmeſtra Danai. Niobe Tātali, Polixena Hecubæ Deidamia Lycomedis, Europa Agenoris, Hipſiphile Thoātis, Ino Cadmi, Lauinia Latini regis. Maia Atlātis, Antigona Iocaſtæ, Nāto Tyreſiæ, Veſta Saturni, Dircptis Mithridatis Reginę. Semiramis regina Aſſyriorū, Camilla Volſcorū, Nicaula ſeu Saba Aethiopū, Athalia Hebręorum Thomyris Scytharū. Heſter Perſarū Cleopatrę Aegypti, Zenobia Palmyreorū, Amalasūthę Gothorū, Theolinda Longobardorum, Radegundis Franciæ, Caſſione Aethiopum, Harpalice Amazonum, Hippolyte Magneſiæ, Teuca Illiricorū. Itē Minerua, Rhea, Iuno, Iſis, Diana, Delbora, Medea, Nicoſtrata, Panthaſilæa, Sappho, Iudith Hebręa.
Lucretia, Chælia, Irene īperatrix, Ioanna, Gallica, Briſeis, Phyllis, Dirce, Frigone Iuturna ſoror Turni, Oenone amica Paridis, Dionaſſa Lycurgi Aethiopū, Amazones oēs, Sibyllæ, Poettia, Atalanta venatix, Nyſſa, Scriboni, Victoria, Elpinice, Faunia, Hyparetha, Locris, Macaria, Metella, Myrra, Nycia. Olbia, Papyria, Perictoria, Pheſtias, Phila, Plitais, Sādane, Seruilia, Sophonisba, Stratonice, Terentina, Teſta, Tymea, Tymoclia, Nauſica, Victorina, Siſigambis, Cæcilia, Panthea, Phedalia, Thargelia, Mammeæ, Theodora, Phya. Nitocris, Euryale Hiera. Sunt & alię prope infinitæ, quarum nuda numina creſcerent in volumen. Nec ego commentarium hac in re volui contexere, cum quod eſſet operis propè infiniti, tum etiam ne alienis veſtigijs inſiſterem. Nam hoc iā negociū præmoliti ſunt Boccatius, & aliquod alij, Si cui videbor inaudita confinxiſſe nomina, legat Plutarchi vitas. Reperiret eorum (quæ videntur inuſitata) artem non modicam.

MVLIERES BELLICOSÆ ET
maſculæ virtutis.

Penthesilæa Amazonum regina muliebrem aſpernata molliciem, operib. ſemper (quæ virum decent) nutria eſt Troianis fauit contra Græcos, fuitque vexillifera & turmas equitū duxit. Propertius libro ſecūdo: Auſa ferox ab equo quōdā oppugnare ſagittis, Mœoti Danaū Pentheſilęa rates. Aurea cui poſtquām nudauit caſſida frontem. Vicit Victorem candida formanirum Vergilius lib. primo Aeneid. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Pentheſilęa furens.
Delbora mulier bellatrix imperauit Iſraelitis, quos ab incurſionib. vicinorū plerunq; tutata eſt, quorumq. remp. & imperium varijs auxit honoribus.
Helerus Iani filia, mortuo patre apud Tyberim regnauit, pręfuitq; viris ſine virili auxilio.

Apud

Apud Meroem quoq; principata. Eſt Candace regina,& imperauit Aethiopum genti.

Semiramis regnandi libidine tota pruriēs petiiſſe fertur à marito Nino,vt quinq. dies tantum imperaret,& ſceptro vteretur. Quod quū exoraſſet,ſatellitibus iuſſit Ninū vt interficerent. Hoc itaque modum conſecuta, Aſſyrijs tantiſper dominata eſt,dum à Nino à rege iuniore filio interfecta ſit,quod eius concubitū rogaſſet. Eadem muros Babylonis cōdidit,aut à Nicori regina cōditos auxit,& reparauit.

Hippolyte Amazonum regina quum inſtar cæterarum bello inſueſceret,auſa eſt arma capere in Theſeū,a quo expugnata,& in vxorē ducta eſt. Propertius: Felix Hippolyte nuda tulit arma papilla.

Ettexit galea barbara molle caput.

Zenobia Palmyreorum reginæ,poſt mortem Odenati mariti ſui imperiū arripuit in Syria: nec dubitauit arma capere in Aurelianum imperatorē,à quo victa,& in triumphum ducta eſt. Quum autem probro daretur ipſi Aureliano,quod de ea triumphaſſet. Nihil,inquit, me pudet de fęmina triūphaſſe,quæ virtute pluſquam virili ſit prædita. Pontanus, Qualis & Aethiopum quondam ſitientibus aruis inſuluum regina gregem ſeſe armat,& audet. Sola pedes ſeſe irat obiecta re leoni. Inſignique arcu,& duplici Zenobia telo.

Hypſicratea Mithridatis cōiunx in omni bellorum diſcrimine adiutrix aſtitit marito. Quinetiam capillos ſibi raſit,ne ferendæ galeæ eſſent impedimento.

Artemiſiam reginam Cariæ,& Mauſoli coniugem,mirantur Gręci,quod irruentes Rhodios claſſe exuerit,inſulam quoque domuerit,erecta in vrbe ſtatua,quę ciuitati ſtigmata videretur inurere. Herodotus adhuc modum de ea ſcribit. Verum(inquit) Artemiſiæ præcipua me tenet admiratio,mulieris expeditionē aduerſus Græciam ſecutæ,quæ defuncto viro,nulla adacta neceſſitate,ſed præſtātia animi atque virilitate in militiam conceſſit. Nomen ei erat Artemiſiæ Lydami filiæ. Paternum genus ex Alicarnaſſo,maternum ex Creta. Hæc Halicarnaſſeis & Cois & Nyſyrijs,& Calyddinijs quinque naualibus venit omni copia inſtructis.

Vulgata eſt,& nota Amazonum virtus,quæ reiecta virorum & principatu & cōmercio ſolæ ſibi imperauerunt,ſuamq; libertatem armis defenderunt.

Atalanta venatrix fuit Arcadica,vibrādis iaculis,& arcubus complicādis aſſuefacta,quæ inuſitatæ magnitudinis aprum vniuerſæ formidoloſum Aetoliæ prima aggreſſa eſt,& vulnerauit vna cum Meleagro. Pontanus lib.3.de Stellis,de hac puella,eiusque virtute ſic meminit:

Qualis in Aetolum campis Meleagria virgo.
Strauit aprum,primumq; manu ſtringens ſagitta
Intorquens,auſa eſt ſpumanti occurrere monſtro.
Mox læta & ſpolijs,famoſa & cæde ſuperba.

Tomyris Scytharum regina,potentiſſimo Perſarum regi Cyro bello congreſſa eſt, ipſumq.& vita & caſtris ſpoliauit,ad vlciſcendam filij mortem,quem ille prius occiderat. Herod.lib.1.

Cunabula Camillæ Volſcorum reginæ manifeſtum futuræ virtutis lumē promiſerunt. Nam ab ipſa iam tū infantia,non molliculis inuoluta eſt pannis,non è plādientibus nutriculis educata, ſed a patre Metabo in medijs ſyluarum latebris ferino lacte paſta eſt. Relictis demum crepundijs paulo prouectior facta,neq; tractandis inſueuit lanis,nec fuſos aut penſa manib.accepit:ſed ferinis amicta pellib.fundas cępit circumagere,complicare arcus,ſagittas torquere,ceruos & capreas laſſare curſu. Cui virtuti adiecit ſtudium virginitatis. Orto demum inter Turnum & Aeneam bello,Rutilis adhæſit,fuitque ductrix copiarum. Quā eius virtutem Vergilius in finę 7.ſic deſcribit.

Hoſ

Hos ſuper aduenit. Volſca de gente Camilla.
Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas, &c.

Cleopatra Aegypti regina, Dionyſij Auletis filia, quum mortuo iã Cæſare Antonium laſciuiẽtibus momordiſſet oculis, & in amorem ſui pellexiſſet, pręter Syriæ & Arabiæ regnum auſa eſt Romanũ quoque imperium ſperare. Quum ergo magis ac magis in dies creſceret libido principãdi, imperium ipsũ ab Antonio petere non dubitauit. Quod quũ exoraſſet, ſumptis cum eo armis in Auguſtum, eiuſque generis Agrippam copias duxit, mouitquẽ bellum, cuius fortuna anceps aliquãdiu pependit. Victis ad extremum Antonianis, effrænata mulier cecinit receptui, ac ſe in pedes dedit cũ adultero. Quos ſecutus victor Auguſtus ita oppreſſit vt neglecta pacis conditione, Antonium ad inferẽdã ſibi mortem compulerit. Quo extincto, vbi nullum rebus afflictis ſubſidiũ uidit Cleopatra, brachiũ aſpidi mordẽdum præbuit, ne in triumphum captiua reperetur. De hac Propertius lib. 3.

Scilicet inceſti meretrix regna Canopi.
Vna Philippæo ſanguine aduſta nota.
Auſa ioui noſtro latrantem opponere Anubim.

Virtutem Hasbites fęminæ bellis exercitæ ſic deſcribit Syluius lib. 1.

Hęc ignara viri vacuoque aſſueta cubili,
Venatu & ſyluis primos defenderat annos.
Non cala his mollita manus operataue fuſo.
Dyctinnam & ſaltus & anhelum impellere planta.
Cornipedem, ac ſtrauiſſe feras immitis amabat.

Idem li. 2. ait Tyburnã Sagũthinam, fuiſſe fęminã, Murrhi vxorem & bellatricẽ.

Teuca Illyricorum regina viris fortiſſimis imperauit, & Romanorum vires fregit ſępe numero Fuit Argonis vxor.

Lacenæ mulieres uirorũ obibant munera, ſeſe in gymnaſio, in bello, in venatione exercẽtes: Hæc cum uiris in certamẽ aduerſus Meſſenios fortiter deſcẽderũt.

Valaſca Bohemorum regina, facta cum cæteris mulieribus cõiuratione de excutiẽdo virorũ principatu, copiarum ductrix bellum, mouit, interfectisq. viris, fœminas omnes aſſeruit libertati, adeò vt Amazonum inſtar multos annos principatæ ſint ſine viris.

Regnante apud Gallos Carolo ſeptimo, quũ Angli omnia populabundi paſſim irrumperent, deuaſtarentq. omnia, & iã proſpero fortunæ Zephyro adiuti, nihil ſibi non pollicerẽtur: deſperatis Gallorum rebus fuit Ioanna, magni ſpiritus virguncula qui attritos Gallorum animos ad vltionẽ & libertatis gloriam, prima belli campum ingreſſa, non prius ſuos hortari, & ipſa certare deſijt, quã hoſtem in fugam verteret, reportata victoria.

Margarita Henrici ſexti, Britannię regis coniunx, aciem, viri deficientẽ reſtituit.

Gaditanæ mulieres a partu ſtatim ſurgunt, miniſteriaque domus obeunt.

Olim Germanorum mulieres, inclinatam aciem, & iam ad Triarios vergentem, reſtituerunt.

Bellonacæ mulieres a Carolo Burgundionũ duce longa obſidione fatigatæ, mœnia defenderunt, & obſeſſorẽ ẽ ſcalis in foſſas vrbis detruſerunt, reportatis ad ſuos uexillis.

Lesbia puella murorũ parte machinis. Turcarum deiecta, oppidanis fugam aut deditionem meditantib. ſalutem peperit. Obtulit enim ſe primam impetui, & iaculis inimicorum, pro tuendis ipſis muris.

Amalaſuntha Gothorũ regina, principata eſt apud Rauennam: Burgundiones &, Alemannos Liguriã populantes, Italia pepulit, adiuuante Theodato, quem regni conſortem ſuſceperat. Volaterranus.

Maria Puteolana, a Puteolis Cãpanię vrbę nomẽ adepta, bellica virtute maxime

floruit ętate Franciſci Petrarchæ. Erat laborũ apprimè patiens ab ipſe iã inde adoleſcentia: abſtinebat uino: erat parca cibi & verborum: reiiciebat colos, penſa, fuſos, & lanas & cætera quæ muliebrẽ decent molliciem: gaudebat acubus, iuctulis, pilo galea, ſcuto. Noctes perpetuus quandoq; uigilabat, nec dormiebat niſi coacta, idq; ſub dio & humi, reclinans caput in ſcutũ pro puluinari. Inter armatos uerſabatur quod quamuis impudentiæ ſpetiẽ præ ſe ferat, nihil tamẽ uehementius curauit, quã ſtudiũ uirginitatis in qua permanſit ad mortẽ vſq; Cultum corporis aſpernabatur. Quibus artibus bellicoſa admodum facta eſt.

Bona Longobarda, bellatrix itidem puella, floruit an. Dom. 1468. Nupſit Brunorio Parmẽſi, egregio bellatori: a teneris annis luſtrabat ſyluas uenatricibus ſtipata canibus: maritum in omni diſcrimine comitabatur quem quum Alphõſus rex Siciliæ aliquando certa de cauſa in uincula conieciſſet, miſerta captiui femina ad diuerſos prĩcipes iſtar Pegaſarijs curſoris cucurrit, ut ab eis literas & patrocinium obtineret pro uiri ſalute, quod optinuit.

AMAZONES.

Amazones Scythicæ fuerunt mulieres, ad Tanaim & Thermodoõta fluuios habitãtes. Vnde Claudianus: Themodoontica Tanaim fregere ſecuri. Syl. lib. 8. Per ſtrepit & tellus, & Amazonius Thermodon. Hæ quum nuptias ſeruitutem eſſe, non matrimonium opinarentur, animum nubendi omiſerunt. Duxerunt rẽp. ſine uiris. Solebant inire finitimos, ne gens periret. Si qui mares naſcerẽtur, interficiebãt Virgines non ocio neque lanificio, ſed armis, equis, uenationibus & ſagittis exercebãt. Infantibus dexteriores inurebãt mãmas, ne ſaggitarũ ictus impediretur, Duæ primum his reginæ fuerũt, Marthesia & Lampedo, quæ maiore Europæ parte ſuis armis potẽter ſubacta, Aſiæ quoque nõnullas ciuitates occupauere. Marthesię ſucceſſit Orithya, ſeruata in omne ęuum uirginitate cõmẽdabilis. Hac principante cum Antiope ſorore, bello petitæ ſunt ab Hercule: quas quum uiciſſet, Antiopẽ & Menalippẽ rapuit Hercules, Theſeus Hippolytẽ, Orithyæ ſucceſſit Penthesilæa, quæ dum Troianis ſuppetias ferret, ab Achille iuxta multorum opinionem interfecta eſt. Qua mortua reliquę iã ęgrè ſe tutantes ad Alexandri ætatẽ durauerunt. Huius Minythia cõcubitũ per dies 13. obtinuit, ut filium haberet paternæ virtutis hæredem. Cæterũ peltã & ſecurin primæ omniũ inuenerunt, vnde Securigeræ & Pelt. feræ dicũtur. Pelta quoq. & ſecuris Amazoniæ & Penteſilææ dicũtur. Ouid. in Epiſtola Phædræ: Prima ſecurigeras inter uirtute puellas. Val. Flac. lib. 5. Statius li. 12. Horat. lib. 4. Car. Ouid. lib. 2. de Ponto.

Harpalice. Verg. lib. 1. Aen. Vel qualis equos Threiſſa fatigat Harpalice.

Penthesilæa. Idem, Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Pẽthesilæa furens, mediisque in millibus ardet.

Hippolyte Seneca ĩ Agamenone. Vidit Hippolyte ferox pectore è medio rapi Spolium & Sagittas.

Harpe: Val. Flacus lib. 6. Qua Pelta uacat, iamq́ue ĩbat in Harpẽ, Menalippe, Ver. Threiciam ſexto ſpoliauit Amazona baltheo. Porrò autem Stephanus Byzantius ſcribit, Amazones Sauropatidas a Græcis fuiſſe appellatas, quod lacertis veſcerẽtur, quas illi Sauras vocant. De earũ moribus pauca ad modũ Curtius refert lib 5. de geſtis Alexandri, his verbis. Veſtis non toto Amazonum corpori obducitur: nam læua pars eſt ad pectus nuda. cætera deinde uelantur, nec tamẽ ſinus (quem nodo colligunt) infra genua deſcẽdit. Altera papilla intacta ſeruatur, qua muliebris ſexus liberos alant: aduritur dextera, ut arcus facilius intendant, & tela uibrent.

BELLA, ET ALIA QVAEDAM
mala, a mulieribus orta.

Achab rex Iſraelitarum ſuaſu Iezabelis uxoris, occidit prophetas.

Samſon

Sampſon quum Dalidę vxori crinem fatalem oſtendiſſet,in quo prodigioſę vires conſiſtebant,dormiens ab eadem raſus incidit in manus inimicorum.
Ioram Iſraelitarum rex ſuaſu Athaliæ vxoris infinita propè commiſit flagitia.
Iſis cauſa fuit,cur Mercurius mandato Iouis Argum occiderit.
Bellum Græcorum in Troianos ortum eſt ab Helenæ raptu.Ouid.li.1.Eleg.Qualis ab Europa Phrygis aduecta carinis Coniugibus belli cauſa duob.erat.Prop. lib. 1. Olim mirabar, quod tanti ad Pergama belli Europæ. atque Aſiæ cauſa puella fuit.Idem li.2.
Pelops quum Phrygiæ regno ſucceſſiſſet,bellum mouit in Oenomiam patrē Hippodamiæ,propter puellam ipſam adamatam,& negatam ſibi in matrimonio.
Alia fuit Hippodamia Atracii filia,& vxor Pyrithoi,quam quum mero caleſcētes & æſtuātes libidine Cētauri rapuiſſent,bello petiti ſunt a Pyrithoo. Vnde puellam ipſam Propert. Iſcomachē vocat. Iſco enim Græcè ſignificat habeo,& mache dicitur pugna. Verba eius ſunt hæc, Qualis & Iſcomache Lapithæ genus heroinæ Centauris medio grata rapina mero.
Archelaus rex Macedoniæ interfectus eſt ab adoleſcēte Crateua nomine,quē habebat in deliciis,quod ei promiſſam filiam alteri poſt habuerit. Volater.
Archilochus poeta Iambographus Lycābem ſocerum ad præpoperā laquei mortem impulit.propter eius filiam ſibi in matrimonio denegatā. Vnde Ouidius. Poſt modo ſi perges, in te mihi liber iambus Tincta Lycambæo ſanguine te la dabit.
Pericles propter Aſpaſiam concubinam Samios infeſtos Mileſijs debellauit.
Propter Chryſeidem filiam Chryſæ(qui ſacerdos fuit Apollinis)ab Agamemnone raptam,Apollo peſtē in caſtra Græcorum immiſit,quæ non prius deſijt ſerpere,quam patri ſuo reddita ſit puella.Tortellius.
Propter Lauiniam Latini regis & Amatæ filiam ortum eſt bellum inter Aeneā & Turnum,dum vterque eam ſibi in matrimonium dare cuperet.Pontanus lib.4. de Stellis.
Mortuo Menelao Megapenthus & Nicoſtratus Oreſtis filii Helenam in Rhodum fugauerunt.vbi a Polyzo Tlipolemi vxore arbore ſuſpenſa eſt,ob zelotypiam. Volaterranus.
Lyſimachus filius Agathoclis,filium Agathoclē (cuius auſpiciis multa bella feliciter geſſerat)veneno ſuſtulit inſtigante Arſione nouerca Ptolemæi ſorore. Vol.
Iphis egregia forma adoleſcens ſpretus ab Anaxarete puella ſe ſuſpendit.
Deianyra autor fuit duelli inter Herculem & Neſſum Centaurum,atque etiā mortis ipſius Herculis,Seneca:O turpe fatum,fœmina Herculeæ necis autor fertur. Fuit etiam cauſa belli inter eundem Herculem & Acheloum.
Seleucus Callimicus rex Syriæ,dum nouercam Berenicē Ptolemæi ſororē expuliſſet,ab ipſo Ptolemæo bello peritus eſt.Iuſtinus lib.27.
Deiophobus inſidiis Helenę,(quam poſt mortem Paridis cōiugem duxerat) occiſus eſt,toto corpore inhoneſtis plagis deformato.
Amphiaraus vates quū pręuidiſſet ſe periturum Thebis, ſi eò ad bellū proficiſceretur,coniecit ſe in latebras,& occuluit.Eum tamē prodidit vxor Eryphile,ſpe habendi monilis aurei,quod gerebat Polycenes. Itaque vxoris fraude coactus ire Thebas hiatu terræ abſorptus dicitur.
Euander Pallantis Arcadum regis nepos,ſuaſu Nicoſtratæ matris occidit patrem ſuum.Tortellius.
Hippolytus a phędra nouerca ſtupri falſo accuſatus,dum Theſei patris furorē vellet declinare,diſcerptus eſt ab equis.
Propter Hermionem Oreſtes pyrrhum occidit.
Pterelas Thebanorum rex, proditione filiæ Polydices interfectus eſt a Creonte.
Niſus quoque Megarēſium rex obſeſſus a Minoe rege Cretę,proditione Scyllę fi-

liæ (quæ Minois amore tenebatur) fatalem amiſit crinem', atque ita ab hoſte interfectus eſt. De vtroque Ouid. Filia ne ve magis capiti ſit fida parentis, Quã tu vel Ptelera, vel tua Niſſe fuit.

Cleopatra cauſa fuit belli inter Ptolomæum Pilopatorem, patrem ſuum & Alexã drum Syriæ regem.

Idas & Lynceus: Aruernes, & Aphares filij, pro Leucippi filiabus Phœbe & Ilaria aduerſus Caſtora & Pollucem prope Spartam dimicarunt. In quo congreſſu perijt Caſtor. Pocull autem proſunt immortalitas.

Alexãder iſtinctu Thaidis meretriculę Perſepolim vrbẽ cõbuſſit. Curt. li. 5. Ebrio (inquit) ſcorto de tanta referẽte ſniam vnus & alter & ipſi mero onerati aſſentiuntur. rex quoq; fuit audior, q̃ patientior. Qum igitur ulciſcimur Grçciam & vrbi facies ſubdimus? Oẽs incaluerant mero itaq; ſurgunt temulenti ad incẽdendum vrbem, cui armati pepercerant. Primus rex ignem regiæ iniecit, tam conuiuæ, & miniſtri, pellicesq;. Cęlius ca. 3 ſ. li. 8. Violatã Lucretia cauſa fuit exigẽdi regum principatus, quemadmodum per Virginiam Decemuiri deſierunt.

Antiochus dum bellum gereret in Romã uiro & veneri dies multos indulſit, cum puella quadam Chalcidenſi, quam deperibat. Ex quo factum eſt, vt mollicie illa delicijsque corruptus, hoſti victoriam reliquerit. Liuius li. 36.

Roma condita quum Romulus ad augendum vrbis populum Sabinorũ fœminis rapuiſſet inde bellum ortum, & motum a meritis, ruptum ulciſci, & raptas repetere volentibus Propert. li. 2. Cur exempla petam Graium: tu criminis autor Nutritus duro Romule lacte lupæ. Tu rapere intactas docuiſti impune Sabinas Per te nunc Romæ quidlibet audet amor.

Octauia ſoror Auguſti ab Antonio repudiata, cauſa fuit belli Ciuilis.

Lucretius poeta amore fœminę in furorem uerſus amatorium hauſit poculũ, quo ſpiritum efflauit Volater.

Tullia procurauit, vt maritus ſuus Seruius. Tullius a Tarquitio Superbo interficeretur.

Martia meretrix Antonium Comodum Imp (cuius erat concubina) fecit occidi ab athleta quodam, quo cum adulterii conſuetudinem habebat. Sextus Aur.

T. Curruncanum liberius in legatione ad Teucam Illyricorum reginam locutum, regina ipſa interfici iuſſit, violato gentium iure. Liuius & Florus.

Rodericus Gothorum rex, quum filiam Iuliani cuiuſdam præfecti (qui Tingitanã prouinciam adminiſtrabat) adulteraſſet, dolore animatus pater, Sarracenno cõuocauit, mouitque bellum, in quo ſeptingenta vtrinque milia hominum perierunt. Volaterranus.

Chilpericus Clotharii filius opera Fridegundis, ſeu Eridegunde vxoris, dum venatu rediret, interfectus eſt.

Luchinus. Italiæ comes, mouit bellum in Vgolinum Gonzagam propter Iſabellã vxorem ſuam, ab ipſo Vgolino vitiatam. Volater.

Ottarus rex Bohemiæ inſimulatus ignauiæ & timoris ab vxore Margarita, q cum Rodulpho Cæſare fœdus iniſſet, bellum mouit, in quo profligatus eſt.

Eduardus Anglorum rex & martyr, vxoris ſuæ fraude occiſus eſt.

Gandulphus martyr dum vxorem adulterii increparet, eiuſdẽ inſidiis interfectus eſt ab adultero.

Ouid. li. 2. Eleg. de quibuſdam bellis, & aliis multis malis, quorum authores extiterunt fœminæ ad hunc modum ſcribit.

> Nec belli eſt noua cura mi, niſi rapta fuiſſet
> Tyndaris, Europæ pax Aſiæq; foret.
> Fœmina ſylueſtres Lappythas populumq; biformem.
> Turpiter appoſito vertit in arma mero.
> Fœmina Troianos iterum noua bella mouere.

Impulit

Impulit in regno iuſte Latine tuo.
Fęmina Romanis iterum nunc vrbe recenti.
Immiſit ſoceros, armaque ſæuæ dedit.
Vidi ego proniuea pugnantes coniuge tauros.
Spectatrix animos ipſa iuuenca dabat.

Item Horat. libro 1. Sermonum: Nam fuit ante Helenam cunnus veterrima belli Cauſa, &c.

FOEMINÆ MAXIMI QVANDOQVE boni authores.

Contra tamen nonnullæ reperiuntur, fęminæ, quæ maximi quandoque boni autores extiterunt, ſed breui admodum numero.

Dominica vxor Valentis Imp. Gothos ad euertendam Conſtantinopolim irruentes, pacauit.

Pompeia Plautina Iulianũ Imp. maritum ſuum auertit ab extorquenda populo pecunia, & colligenda fiſco. autor Sex. Aurel. His adduntur Helena Conſtãtini mater, Monica Auguſtini, & nonnullæ aliæ.

Anno verbi incarnati circiter 142. conſtituerat Ataulphus Gothorum rex, vrbem Romam vel diripere, vel expugnare ſaltem, eamq. Gothiam appellare: niſi Placida Honorij ſoror & vxor, ipſius barbari ferocientem animũ, & iã paratum ſceleri, verbis emolliuiſſet Idem Dia.

Inguldis ſoror Childeberti, Hermogillum Lemigildi Gothorum regis filiũ & maritum ſuum ad Chriſtianam conuertit pietatem Volateranus.

Clotildis reginæ Franciæ, Clodoueum regem maritum ſuum, Childerici filiũ, eodem modo ad cultum ſacræ religionis induxit. idem.

MVLIERES HABITVM virilem mentitæ.

Longè verò aliter fecit Semiramis Aſſyriorum regina, quæ quũ certò intelligeret, graue eſſe populo fęminam pati principantem, mortuo marito, virum mentita eſt vt tantiſper imperaret, dum filius Ninus (qui per impuberem adhuc ætatẽ regnare non poterat) adoleſceret, regnoque fortet idoneus. Iuſtinus lib. 1.

Laudabile fuit, nec minus aſtutum Theodorę virginis Antiochenæ commentum, quæ militis ad ſe ſtuprandram miſſi libidinem & furorẽ adeò uerbis emolliuit vt non ſolum à flagitio deterruerit hominem, verum etiam mutatis cum eo veſtimẽtis, exitum a carcere (quo per Diocletianum fuerat intruſa) & impunitatem meruerit. Ambroſius lib. 2. de Virgin.

Marina virgo, natione Græca, ſexũ quoque diſſimulauit, ſed honeſta de cauſa, vt ſcilicet admitteretur in cęnobium quoddam, in quo ſoli viri recipiebãtur, vbi ad mortem vſque ſanctiſſimè vixit nomine Marini.

Euphroſina virgo Alexandrina, quum animæ tenus curioſa, corporis cultũ nihili faceret, virũ mentia, profecta eſt in cęnobium, in quo pater degebat, vbi durauit 36. annos nemini nota. Volater.

Pelagia mulier fuit Antiochena, voluptatib. & illecebris primum diditiſſima, vtq; nulli rei attentius vocaret, quam corpori comendo. Tandem tamen meliore ducta ſpiritu, vbi aſpernari cępit, quod pridem amabat maximè, uirum ſe finxit. ne rediuiuus aliquis priſtinæ vanitatis fomes denuò repullularet, relictis hominum colloquijs, ſeceſſit in ſolitarias nemorum latebras, vbi ad mortẽ perſeuerauit conſtantiſſimè.

Scitum eſt ex Chronicis, & à maiorib. ſcriptum, Ioannam Anglicam ab ephębis ſexum virilẽ ſimulaſſe, & tandẽ fato neſcio quo, aut fortuna uolente, ad Pontificatum perueniſſe, in quo anuis circiter duobus ſederit poſt Leonem quartũ, neque prius innotuerit facti ueritas, quàm à quodã ex domeſticis impręgnata, tandem emiſerit partum. Sabell. & Cælius.

Dicæarchus apud Cęlium teſtis eſt, Laſtheniam, Mantineā & Axiotheam. Philaſia, Platone vſas præceptore, & ornatu virili auditoriū nonnunquam intraſſe.

Eugenia filia cuiuſdam Philippi, inter Romanos potentiſſimi, uirum quoque mētita eſt in cænobio, quo ſe incluſit, vt Domino commodius ſeruiret.

VIRI MVLIEBREM HABITVM MENTITI.

Græcis ad expeditionē Troianā proficiſcentibus quum Thetis dea præuideret, Achillem filiū ibidem interfectum iri, eum ex antro Chironis dormientem rapuit, & puellarib. tunicis indutum, præmonitumque, ne ſe maſculum cuipiam proderet, inter filias Lycomedis regis occuluit. Quarum vnā Deidamiā grauidā fecit, Pyrrumq. ex ea ſuſcepit. Verū cū Græci oraculo didiciſſent, Troiam ſine Achille capi non poſſe, miſſus eſt Vlyſſes, vt Græcorū omniū aſtutiſſimus ad explorandā rei veritatem. Quoniam iam facti ſuſpicio & rumor ferebatur. Vt ergo proderet Achillem, ciſtiferum ſe finxit, attulitq; mercatoris inſtar, fuſos, acus, monilia & cætera id genus, quæ puellam decent, cum arcu & ſagittis. Cum ergo Achilles relictis puellarib. inſtrumētis arcum intendiſſet, uires ſuas & ſexū prodidit, & eo commēto repertus eſt. Oui. li. 1. de Arte: Turpe, niſi hoc matri precibus tribuiſſet Achilles. Veſte uirum longa diſſimulatus erat. Sta. libro quarto.

Sicubi nūquā amor vires ſuas aut in mortalium vllo docuerit maximè probauit in Hercule, quem tot alioqu' monſtrorum domitorē coegit, relicta (quæ virum decet) virtute, ad muliebres tranſire delicias, ſeque in puellā transformare, & fęminam mentiri, vt liberius cum Omphale regina Lydorum laſciuiret: quā etiā iubente fuſos & lanas rudib. illis manibus (quibus portenta ſubegerat) attrectauit. Quod ei magno dat probro Deianyra apud Oui. loquens: Craſſaque robuſto deducis pollice fila, Æquaque formoſę penſa rependis heræ.

Idem apud Propertium ſic loquitur:

Idem ego Sidonia feci ſeruilia palla.
Officia, & Lyda penſa diurna colo:
Mollis & hirſutum cępit mihi faſcia pectus,
Et manibus duris apta puella fui.

Stat. lib. 1. Achill. 1.

Cliſthenes male audijt, & Comicorum laceratus eſt ſatyris, quod parū vir haberetur, ſeque cultu indecoro in fęminam transfiguraret. Vnde adagia nata, Cliſthenem video: Cliſthene intemperantior.

Eadem nota inuritur Cleocrito, quod ad maiorē laſciuiam tunicis & veſtibus fęminam mentiretur.

Euclides Megaricus, quum Socraticæ diſciplinæ cupientiſſimus eſſet, neque tamē auderet Athenas ire (vbi profitebať Socrates) quod capitale foret, ſi quis Atheniensium Megaris, aut Megareſium Athenis propter mutuum vtriuſque vrbis odium deprehēderetur, muliebri ueſte indutus ad audiēdum philoſophū ſub ipſam noctem ibat, ac demum ipſo auroræ diluculo reuertebatur. autore eſt Gell. ca. 10. li. 6.

Omnium (quos eneruauit mollicies, & deliciæ corruperunt (principem locū maioremq. apud poſteros ignominiam meruit Aſſyriorum rex Sardanapalus, qui eo illecebrarū ſe demiſit, vt relicta maieſtate (qua princeps tanto debet excellere, quanto ſublimior eſt cæteris) poſitis maſculi ſexus indumentis, mētitus ſit fęminam, interque puellas & Eunuchos euiratior ſpadone delituerit. Quæ fuit cauſa, vt ab Arbacto præfecto, laſciuiam tā corruptam peroſo, ad incendū domus (in quam victus ſe receperat,) & uoluntariam mortem ſit coactus.

Tranquillus in Iulio ſcribit, P. Clodiū inter publicas Bone deę ceremonias penetraſſe ad pōpeiā Q. Pompeij filiā, & Syllæ neptem, muliebri veſte, & propterea Cęſarem cum ipſa Pompeia diuortium feciſſe. Præterea Cicero quædam ad

Lentul.

Lentul. epiſtola ſcribit, Clodium ipſum non pluris feciſſe Bonam deam, quã tres ſorores.

ANCILLÆ QVÆDAM.

Agar ancilla fuit Abrahę, a cuius nomine Agareni dicti ſunt, qui & Saraceni, a Sara eiuſdem Abrahę vxores, nominantur. Ioſephus li. 1. Antiquit.

Cybalæ ancilla fuit pauperis cuiuſdam Simili cuius paupertatem Verg. deſcribit in Moreto. Idem ibidem: Exuit interea Cybale quoque ſedula panem.

Phyllis Troiana Phocei, Bryſeis Achillis Horat. Ne ſit ancillæ tibi amor pudori Xanthiæ Phoceu: prius inſolentem Serua Bryſeis niuea colore Mouit Achillẽ.

Galantis ponitur ab Ouidio ancilla Alcmenæ matris Herculis libr. 9. vbi ait: Vna miniſtrarum media de plebe Galantis Flaua comas ad erat faciendis ſtrenua iuſſis. Plin li. 36. ca. 17. facit Ocriſiam Tanaquillis reginæ ancillam.

Tegmeſſa Aiacis Thelamonij Caſſandra Agamemnonis Horat. Mouit Aiacẽ Thelamone natum forma captiuæ dominum Tegmeſſę. Arſit Atrides medio in triũpho Virgine rapta.

Gyge ancilla fuit Paryſatis reginæ Perſarum & matris Cyri. autor Plutar.

Treſſa Thaletis fuit ancilla, quę Thalletem ipſum in foueã collapſum obiurgaſſe dicitur quod cœleſtia ſcire cuperet, cũ ne proſpicere quidem potuiſſet, quę ad pedes eſſent. autor Theodoricus Cyrenenſis.

Herodotus in Euterpe ſcribit, Rhodopẽ Thraciã ancillam fuiſſe Iadmonis Samij.

Elos ancilla fuit Athamantis, a cuius nomine dicta eſt vrbs Achaiæ, Alos.

Lardana apud Herodotum non eſt ancillæ, a qua fluerunt Heraclidæ.

Titula ſeu Philothis nomen eſt ancillæ Romanæ apud Plutarchum in Camillo, et apud Macrob. li. 1. Saturnal.

Plecuſa fuit ancilla Dianę, de qua Martial. li. 1. Et cecidit ſectis icta Plecuſa comis. Apud eundem li. 7. Lagopice non eſt ancillæ.

Procõneſia ancilla eſt apud Plin. quæ eiuſdem diei coitu alterum domino ſimilẽ, alterum procuratori eius peperit.

Naæra & Charmione duæ fuerunt Clopatræ ancillę, quę ſpontaneã dominę mortem ſecutę ſunt, ac ſuis gladijs ſe confoderunt, autor Plutarchus.

Lathris ancilla fuit Cynthię propertianæ. Idem lib. 4. Deliciæq; meæ Lathris, cui nomen ab vſu eſt.

Cypaſſis ancilla fuit Corynnę, Ouid. libro ſecũdo, Eleg. Comẽdis in mille modis perfecta capillis, Comere ſed ſolas digna Cypaſſi deas.

Chionia beatæ Anaſtaſiæ fuit ancilla.

DE SERVIS.

Syris ſerui imperãt: Nam quum apud eos ſoli ſerui militent, ex illis creatur imperator cuius uirtutem habent exploratiſſimam.

Cretenſes ſeruis ſuis (quo uocabant Pharmiotas) permittebãt omnia, præter gymnaſia & armorum profeſſionem.

Thracum populis peculiare fuit ſale mancipia commutare. Hinc adagiũ, Sale emptum mancipium. Seruis argento comparatis primum uſi ſunt Chij.

Volſinenſes cum ſeruos ſuos omnes manumiſiſſent, ab eis poſtea oppreſſi ſunt.

Serui antiquitus accepta libertate, raſis capitibus pilea induebant. Moris erat etiã ut pedes ſeruorũ uenalium creta notarentur. Vnde Iuuen. Sat. 1. Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis.

Serui feruntur eſſe in Pannonia ipſa ſeruitute ſeruiliores.

SERVORVM QVORVNDAM NOMINA, ab officijs ac alijs rebus deſumpta.

Apolides dicuntur uiles ſerui, qui ſiue ciuitate in opus perpetuo dantur, & deportantur in inſulas, ad metalla, ſallinas, & ſulphurarias.

Capſarii dicuntur, qui ſeruanda in balneis, ueſtimẽta mercede ſuſcipiũt Portius

Cato,vir alioqui in omni uita laudatiſſimus, ſeruos ſenio debilitatos ſolebt eij cere:ceu accepto commodo nihil amplius humanitatis debeatur hominibus.
Catano cophori fuerunt Sicyoniorum ſerui.
Chalcides apud Lacedæmonio ancillæ vocantur.
Eleatri ſerui,qui præficiuntur ciborum miniſterio.
Ferritribaces a Plautho dicuntur,qui ſemper compediti ſunt ferro. Aliter dicuntur genus hominum ferratile.
Hercitæ,ſerui ſunt,qui verſantur in agris.
Hyſtrichides flagella ſunt,quibus ſumebatur pœna a ſeruis delinquentibus.
Maſtigides flagella erant,quibus mancipia pro dignitate cædebantur.
Maſtigiæ dicuntur mancipia,qui delinquentes verberibus tractantur.
Mancipia iure belli capta,olim vænibant ſub coronis.
Mancipia & ueterana trita dicuntur,quæ emendari nequeunt.
Maryandini a Mileſijs ſubacti,vendebantur in contemptum. Publica ſeruitus in Creta vocatur Mnæa
Mediaſtini, qui in media domo inter ſeruos abiectiſſima quæque munia obeunt. Horat.Tu mediaſtinus tacita prece ruta petebas.
Meſonatæ ſerui ſunt,qui in nauibus munia omnium contemptiſſima obeunt.
Pauſicape dicitur orbicularis ſeruorum machinula,qua ori manus admouere prohibentur.
Proſpelatæ Arcadum fuerunt ſerui.
Rhyteres erant flagella,quib. puniebantur mãcipia qui aliquid mali deliquiſſent
Salutigeruli,qui iuſſu domini aut dominæ,hunc vel illum ſalutant.
Scapulares ſerui,quib.ſcapulę cęduntur, & qui oſtreatum tergum vlcerib.geſtãt. Equi character fronti impreſſus ſeruitutis etiam argumentum,autor Plut.
Suduculum flagellum eſt,ita vocatum,quod vapulantes ſudare faciat.
Scutica verber factum loris Diminutiuum eſt,ſcuticula.
Stigmatiæ & Stigones ſunt,qui mancipia dignis modis cædunt.
Therapia ſeruorum turba vocatur.
Trapezopœi dicuntur ſerui menſam curantes.

SERVI, LIBERTI, AC
famuli diuerſorum.

Ioſephus Iudæorum fuit vernaculus,& templi ſacerdos.
Alcman poeta,inuentor carminis amatorij,ſeruus fuit Ageſidis, propter ingeniũ manumiſſus.
Plotius,Manlius, Antiochus & taberius Erotes nomina ſunt ſeruorum apud Plinium li.35.ca.16.
Splachnoptes verna fuit Pericli Athenienſium principi charus.
Demetrius nomen eſt ſerui apud Mart.li.1.ſcribentem:.Deſtituit primos virides Demetrius annos.
Melanthius ſeruus fuit Vlyſſis, quem Vlyſſes ipſe reuerſus ab expeditione Troiana interfecit.
Mys ſeruus fuit Pythagoræ,uel Epicuri ſecundum Gellium.
Phedon Socraticus(cui Plato librum de animæ immortalitate nũcupauit) ſeruus fuit,quem Bebes Socraticus,hortante Socrate,emit.
Oenippus item,cuius libros M.Varro in Satyris æmulatus eſt.
Pompilius ſeruus fuit Theophraſti Peripatetici.
Perſeus Zenonis Stoici.
Diogenes Cynicus ſeruitutem ſeruiuit. Hũc quum emere vellet Xeniades Corinthius,& quid is artificij nouiſſet,percõtatus eſſet:Noui,inquit Diogenes, hominibus liberis impetare.Quod reſpõſum miratus Xeniades, emit & manumiſit Filiosque ſuos ei tradens,Accipe,inquit,liberos meos quibus imperes.

Epictetus

Epictetus philoſophus ſeruum ſe confeſſus eſt his verbis:Seruus Epictetus fuerã, qui corpore mancus,Pauperie oppreſſus,charus eram ſuperis.
Æſopus Thrax,ſerus fuit conditione,manu tamen ab Idmone miſſus.
Mycithus ſeruus fuit Anaxilai Meſſenij Rhegynorũ tyranni, qui moriens liberos ſuos eidem commendauit.
Auge ſerua fuit Demetrij,Chryſogonus ſeruus Syllæ,Heron Luculli,Hipparchus M.Antonij,Mena & Menecrates Sext.Pompeij.
Pallens,Caliſtus & Narciſſus tres fuerunt ſerui, qui Claudij principatu ſeruitute liberati dites admodum euaſerunt.
Druſillanus ſeruus fuit Claudij principis,qui lancem habuit quinquagenariã,autore Plin.cui fabricandæ officina prius ex edificanda fuerat.
Publius Catienus. Philotinus ſeruus fuit,qui hæres omnibus bonis inſtitutus con iecit ſe in rogum patroni.autor.Plin.li.7.
Paroneremus ſeruus fuit & ſpado,quẽ Sutorius Priſcus magna pecunia vendidit Seiano.
Demetrius ſeruus fuit Pompeij,autore Plutar.in Catone Vticenſi.
Pachus ſeruus Catonis Cenſorij,qui mortem ſibi conſciuit.
Eros ſeruus fuit Antonij,a quo quum Antonius ipſe ab Auguſto ſuperatus, rerũ deſperatione gladium petiuiſſet ad inferendam ſibi mortem ille gladiũ quidẽ accepit quaſi Antonium percuſſurus:at cõuerſo propere ictu ſeipſum cõfodit, & ad pedes domini prolapſus eſt.
Romæ ſeruiuit Terentius Carthaginenſis. Seruiuit & Publius Syrus Atellanarũ autor.
Statium Cæcilium comœdiographum ſeruum fuiſſe,nomẽ ipſum arguit. Nã Statius nomen erat ſeruile,teſte Gellio.
Euporus ſeruus fuit C.Gracchi,qui dominum ex Auentino fugiẽtem, qua potuit ratione tutatus eſt,ac ſuper occiſum animam ſciſſis proprio viuere viſceribus effudit:inquit Macrobius.
Ammianus ait,Eunum ergaſtulariũ fuiſſe ſeruũ,qui in Sicilia duxerit captiuos.
Epaphroditus ſeruus fuit & libertus Neronis.
Tyro Tullius,& Laurea Tulius ſerui fuerũt & liberti Ciceronis.Põpeius Leneus. Pompeij Magni Patrobius Neronis:autore Plinio.
Annicetus,autore Cornelio Tacito,libertus fuit Neronis, & Mneſter Agrippinæ.
Chilo ſeruus fuit Portij Catonis.
Zoſimus libertus fuit Plinij oratoris.
Toxó ſeruus fuit cuiuſdam Gunonis, teſte Saxone.
Carellus ſeruus fuit Gundibergæ Longobardorum reginæ, autore Paulo Diacono.
Daphinis fuit ſeruus,quem Cn.Piſaurenſis vẽdidit M.Scauro tribus millibus,70 ſeſtertijs.

FORTISSIMI VEL ROBVSTISSIMI fortitudine corporea.

Samſon mille quondam Philiſtæos aſini maxilla interfecit.Ligatus domum concuſſit ac diruit,eaque ruina oppreſſit quam plurimos.Portas vrbis euellit.Capillis demum a Dalida meretrice raſis,in quibus robur fatale continebatur, venit in hoſtium manus.
Si poetarum verba fidem capiũt,nemini dubium eſt,quin omnium(qui prodigioſis viribus extitere)laudẽ multis interuallis exceſſerit fortiſſimi ille Iouis & Alcmenę filius Herculis.qui odio nouercę Iunonis agitatus,multa paſſus eſt,& pleriſq;.naturę portentis expoſitus,a quibus tamen ſemper redijs victor.In primis dũ adhuc eſſet infans,duos angues arctatis gutturib. eliſit.Prouectior factus in Lerna palude certamẽ ſuſcepit cũ Hydra rediuiuis capitibus pollutáte,dũ uni-

cus amputabatur vertex, Leonē Nemæū toti populo formidoloſum, precibus Molorchi paſtoris (a quo ſuſceptus fuerat hoſpicio) interfecit. Alterum item in Theſſalia non minus terribilem. Aptum in Mænalo Arcadiæ monte cuncta vaſtantem itidem iugulauit. Ceruam aripedem, & aureis cornibus decorā, curſu arripuit. Harpyas volucres immundas, virgineum præferentes vultum, prope Stimphalū Arcadiæ lacum ſagittis confodit. Taurum furioſum & flammas vomentē diſtentis faucibus iugulauit in Attica. Acheloum in uarias formas ſe cōmutantem uicit. Diomedem regem Thraciæ equos hoſpitum cruore paſcentē occidit. Buſyrim regem Neptuni & Libiæ filium, hoſpites mactantē, & adiacētes Nilo regiones, latrociniis depredantem itidem interfecit. Antæum gigātē (cui terra mater ſuppeditabat uires) lucta ſuperauit. Abylen & Calpē colūnas in Occidente poſuit. Aurea mala ſuſtulit Heſperidibus, interfecto (qui eorū cuſtos erat) dracone. Geriona tricorporem vita ſpoliauit, & armento. Amazonū reginæ balteum abſtulit. Cacum Vulcani filium & latronē, flammas ore vomētem, de medio ſuſtulit. Neſſum centaurum, Deianyre raptorem cōfodit iaculis. Heſionam Laomedontis filiam liberauit a monſtro. Troiam deleuit. Laciniū latronem in Italia peremit. Cœlū humeris (ut ad exprimēdas uires fingitur) ſuſtulit. Iunonem in papilla vulnerauit, velut laborum ſuorum authorem. Deſcēdit ad inferos, ibiq; Cerberum rapuit raptū, & cathenis vinctum, in auras duxit. Theſeum liberauit. Lycum Thebarum regem (quod Magaræ vxori ſuę ſtuprum inferte voluiſſet) morti dedit. Vnicum fuit monſtrum, cui non potuit ſuperefſe, Amor. Vnde Ouid. Quē non millæ feræ, quem non Stheleneius hoſtis, Non potuit Iuno vincere, uicit Amor.

Verg. lib. 8. Aen. fingit, Herilum tres animas habuiſſe ter letho: ſternēdum fuiſſe. Nec aliam ob cauſam (et coniicere eſt) quam propter inuſitatas & portētoſas hominis uires. Sic autem loquitur Euander Maronianus.

Et regem hac Herilum dextra ſub tartara miſi.
Naſcenti cui tres animas Feronia mater
(Horendum dictu) dederat: terna arma mouenda.
Ter letho ſternendus erat: cui tunc tamen omnes
Abſtulit hæc animas dextra & totidem exuit armis.

Telamon propter inſignem corporis fortitudinē Herculis amicus habitus eſt, & Heſionem poſſidere meruit.

Peleus feras omnes (ad quas diſcerpendas fuerat miſſus) viribus ſuſtulit.

Periclymenus congreſſum Herculis ſuſtinere auſus eſt.

Neſtor apud Ouidius lib. 12. vires ſuas ſic exprimit: Tunc ego debuerā capiēda ad Pergama mittit, Tunc poteram magni, ſi non ſuperare, morari Hectoris arma meis.

Theſeus Aegei filius, Herculæ virtutis æmulus, Scyronem & Procuſtē latrones, Scinin arbores complicantem, Creontem Thebarum tyrannum, Minotaurum monſtrum biforme, Cētauroſque plurimos interfecit, & (vt fabulātur Poetæ) Ad inferos deſcendit cum Pyrithoo, ut Proſerpinā raperent, Quæ omnia Phyllis apud Ouidium declarat his verbis.

Quum fuerit Cyron lectus, toruusq; Procuſtes,
Et Scinis, & Tauri, mixtaq; forma, uiri
Et domitæ bello Thebæ fuſiq; bimembres,
Et pulſata nigri regia cæca dei.

Milonem Crotoniatam dum conſtitiſſet nemo veſtigio educebat. Malum tenēti nemo digitis poterat extorquere. In Olympia bouē p ſtadiū retēto anhelitu portauit, quē ictu pugni interfecit, & uno die integrum deuorauit. Quū autē nimia neruorum fiducia arborem veller diducere, brachiis hinc inde conſtrictis & deficiēte conatu retentus, lupis fuit præda Iuuenalis. Satyra 10. Viribus ille

Conſi-

Confiſus perijt, admirandiſq. lacertis. Cælius capite 21. lib. 5. De Milone meminit Gellius li. 15. ca. 16.

Titormus Buſe qua fuit quiſpiam, procero corpore, viribuſq. portentoſis, cuius vires quũ Milo vellet experiri, ille in Euenũ deſcẽdens per magnum arripuit lapidem, quẽ ad ſe protraxit, & inde propulit, biſq. & ter hoc ipſum effecit: poſtea erexit, erectumque & humero impoſitum ad quinquaginta vlnas vexit. Hunc autem lapidem vix emouebat Milo. Aliud item roboris ſui argumentum exhibuit Titormus. Maximi enim tauri pedem corripuit, furentemque & inde proripere ſe cupientẽ, cõſtantiſſimè retinuit. Quod uidẽs Crotoniates, O Iupiter, inquit. an alterum nobis proſeminaſti Herculem hunc? Cælius ca. 69. li. 11.

Poetæ ſcribunt. Cacum immanem fuiſſe latronẽ. Vulcani filium, ignes & flãmas ore vomentem, qui boues cauda raptus inuerſis ueſtigijs, cauſa tegenti furti, in ſpeluncã traxerit. Fabulãtur quoque, tam prodigioſis fuiſſe viribus, ut cauernam ſuam obice mõtis præſtitueret. Ouidius li. 1. Faſt. Ille aditum fracti præſtuxerat obice montis, Vix iuga mouiſſent quinque bis illud onus. Nititur hic humeris cęlum quoque ſederat illis, &c.

Monychus nomen eſt Centauri, qui arbores & ſaxa pro telis iaculabatur. Luc. lib. 6. Pharſal. Aſpera te Pholòes frangentem Monyche ſaxa. Ouid. in Ibin: Quiq; trabes preſſas ab humo mittebat in auras. Iuuen. Sat. 1. Quantas iaculetur Monychus ornos. Idẽ quoq. fingitur de Rhæto Centauro. Lucan. Teque ſub Oeteo torquentem vertice vulſas. Rhæte ferox, quas uix Boreas inuerteret ornos.

Scinis latro fuit prope Corinthum, ſummas arbores in terram complicabat, hiſq; alligatos homines diſcerpebat, troncis cum magno impetu in aera laxatis. Oui. in Meta. Occidit ille Scinis magnis male uiribus uſus, Qui poterat curuare trabes, & agebat ab alto. Ad terram latè ſparſuras corpora pinus.

Quantæ fuerint Turni uires, hoc licet arguere, quòd ſingulari certamine Saxum antiquum ingẽs, (campis quod fortè iacebat limes) in Aeneã cõtorſerit author Verg. Vix illud lecti bis ſex ceruice ſubirent. Qualia nunc hominum producit corpora tellus.

Titanus hoſtem, ex prouocatione dimicãtẽ, inermi dextra uno digito ſuperauit, & poſtremò correptum in caſtra tranſtulit. Plin. lib. 7.

Agatho vir fuit Athenis mõſtroſæ fortitudinis, & magnitudinis octo pedũ, in ipſa etiamnum adoleſcentia vaſta coma, hirſutis oculis & iunctis, vt unus prope videretẽ. Lęta facie, naſo Aquilino, ceruice toroſa, pectore vaſto, crurib. breuib. ac extrà incuruatis. Erat ei tegmen lupina pellis. Frequens cum apris, lupis & tauris certamen, quorum vulnera oſtentabat. Veſcebatur lacte aſinino. Cratera ſibi iuſſu Herodis oblatum reſpuit, dicens: Haud purum eſſe, quod odore muliebri offenderetur.

Tydeus Oenei Calidoniæ regis filius, cum Mycenis moraretur, neminem ſibi uiribus conferendũ reperit. Miſſus ad Etheoclem legatus, Thebanos ad quodlibet certaminis genus prouocauit, hominemq. euaſit victor. Quod cum ægre ferrẽt insidias in opportuno loco tetenderunt. Conſtituerunt enim iuuenes omnium fortiſſimos, qui tranſeuntẽ illac. Tydeum interciperent, & obtrũcarent. Quos omnes tamen interfecit. Tortell. li. 6.

Seleucus Nicanor Syriæ rex corpore fuit ingenti & robuſto, adeò vt taurũ ſylueſtrem in Alexandri ſacrificio elapſum, ſeſe opponens, vtraque manu tenuerit. Iunius Valens (qui in prætorio Auguſti meruit) vehiculam cum culeis ſuſtinebat. Carpenta comprehenſa vna manu retinebat, contra nitentibus iumentis.

Ruſticellus mulum ſuum tollebat, inquit. Varro apud Plinium. Lyſimachus leonẽ (cui Alexandri iuſſu fuerat expoſitus) ſtrangulauit arrepta eius lingua.

Græcorum monumentis proditum eſt, leonem inſolita magnitudine confectum in Olympo monte à Polydamante athleta inermi. Eundem quoque ſcribũt in

armenta

armēta boum intraſſe,vbi taurum magnitudine inſignem altero poſteriorum pedum arripuerit,ferocientemque,& præerabido impetu proſilientē, non dimiſerit prius quàm in eius manu vngulas reliquerit. Narratur etiam quadrigas tota vi conciatas conſtantiſſimè retinuiſſe. Qua fortitudinis fama pmotus rex Darius, Artaxerxis filius,virum magna mercedis pactione Suſa pellicuit.Eo quū venisset Polydamas tres omniū Perſarū fortiſſimo (q vna ex prouocatione arma ſuſceperant in aduerſum) ſolus contrucidauit.Cui inuſitato robori confidens, dum forte fortuna cum aliquot alijs in ſpelunca recūberet ad menſam,cōuulsusq; ſupernè ſcopulus ruinam minaretur,& omnes ad fugam impelleret,ſolus ibidem remanſit,fore ſperans,vt ſaxum decidens facile ſuſtineret,quo tamē oppreſſus eſt Cæl.cap.56.lib.7.

Sabinus Syrius,vir fuit memorandæ fortitudinis,qui tempore Titi Veſpaſiani primus Hieroſolymæ muros aſcendit Ioſephus li.7.

Ariſtomenes Meſſenius ſolus 300.Lacedemones occidit.Tandē vulneratus & captus pœnam per cuniculos ſubterraneasque cauernas effugit.Iterum captus,custodib.ſomno ſepultis,acceſſit ad ignem,& lora combuſſit.Tertio captum quū Spartani diſſecuiſſent introſpexiſſentque qualis eſſet,repertus eſt hirſuto corde.autor Plinius libro vndecimo,cap.37.

Fuſius Saluios duo centenaria pondera pedibus, totidem manibus,& ducenaria duobus humeris contra ſcalas ferebat.Plinius cap 20.lib.7.

Plinius ait ſe vidiſſe Athanatum quendam prodigioſæ oſtētationis,quinquagenario thorace indutum,cothurniſque quingētorum pondo calciatum,per ſcenam ingredi.

Ferunt Odenatum Zenibie Palmyreorum reginę(de qua Aurelius triumphauit) maritum,primam ætatem exercuiſſe in capiendis leonibus, pardis,vrſis,cæteriſque,ſylueſtribus feris.Famē inſuper,æſtus,frigora,pluuias ubique pertuliſſe quibus duratus bellicas poſtea difficultates cum aduerſus alios,tū maxime aduerſus Perſas tullerit Pollio Trebellius,& Pontanus de Fortitudine.

Smerdis frater Cambyſis,ſolus arcum ad duos digitos cōplicabat,quē nemo Perſarum poterat incuruare.autor Herodotus libro tertio.

Dioxippus Alexandri fuit miles fortiſſimus,qui prouocatus à Corrago milite eundem claua interfecit.Q.Curtius.

Eutynus athleta,patria Locrenſis,quum ingēti eſſet robore,ſaxum miræ magnitudinis allatū,humeris pro porta Locrenſium ſtatuit,quod miraculi gratia viſebatur.Idem quoque Temeſeum quendam reddere compulit,quæ cuique magno fęnore Extorſerat.Eraſmus & Volaterran.

Birhon quidam(vt apud Cęlium teſtis eſt Pauſanias)taurū humeris geſtabat, cuius memorabilis & prodigioſę fortitudinis indicem habuit ſtatuam Argis.

Cynegirus Athenienſis in bello Perſico magna pertinacia in conſectandis hoſtib. vſus eſt. Nam & nauem onuſtā dextera manu tenuit, ea amputata ſiniſtram iniecit:quam & ipſam quum amiſiſſet,nauē mordicus arripuit,morſuq. retinuit furenti ſimilis autores Trogus & Herodotus.Idem quoque dicitur accidiſſe Lucio Glauco,viro Romano,vt utramq. amiſerit manū,quum Aſdrubalis nouem detinere voluiſſet.

Thaurea Iubellius Campanus,vir fuit memoranda fortitudine, qui in caſtris Annibalis Claudium Aſcilium Romanū ingenti hominem robore ad duellū prouocauit Idē Capta à Fuluio Capua,vxorem,liberos ac ſe poſtremo ante pedes Imperatoris gladio confodit.

Cleomedes Aſtypalens Lachum Epidamnium pugilē armatum,vnico ictu inermis occidit, occiſi latera aperuit, & iniecta manu eduxit inteſtina. Ob quam feritatem quum a iudicib. in ius vocaretur, perforum abiens, columnam(qua ludi literarij domus fulciebatur)deiecit,eaque ruina pueros omnes adobruit;

Alij

Alii dicunt fugientem in Mineruæ templo arcam ingreſſum operculo ſe obtexiſ-
ſe,vbi nuſquam repertus ſit.Plut.in uita Romuli & Crinitus cap. 3.lib. 15.

Attilius ſeu Acilius,Cæſaris miles,nauali apud Maſſiliam prælio hoſtilē ingreſſus
puppim,abſciſſa dextra umbonē ſiniſtra retinuit,eo vſque vultibus terrens, vt
proſtratis omnibus,nauem occuparit victor.autor Plutarchus in Cæſare.

M. Seruilius uir conſularis, tricies & vigeſies in ſingulari certamine pugnauit, ac
ſemper trucidauit hoſtem.Plutarchus in Aemylio.

Legimus Maximinum Imp. (qui Thrax fuit) appellatum fuiſſe Milionē ſui ſeculi
quòd is hamaxas traheret,thedam onuſtam propelleret,aliaque itē plurima per
ficeret,fidem vix capientia.autor Capitolinus.

Gratianus pater Valentiniani Imper.funarius eſt appellatus,quod venalicium fu
nem portanti quinque milites non poſſent extorquere. Sex.Aurel.

Firmus imper.(quem Aurelius latronem Aegyptium vocabat)ſtatura fuit ingēti,
oculis promicantibus,capillo criſpo fronte vulnerata,fuſco vultu, reliquū cor-
pus piloſus & hiſpidus,ita vt Cyclops vulgo diceretur.Robore autē adeo inſi-
gnis vt Triariū vinceret.Nā & incudem pectori ſuperpoſitā tondentibus fabris
conſtante petulit,quum reſupinus,& in manus curatus pendere magis uidere-
tur,quam iacere.Crinitus.

Fuit Carolus Magnus procero corpore,vaſtiſque preter humanam conſuetudinē
viribus.Cuius rei haud dubia ſane reliquit argumēta tam præclaris,tamq; mul
tiplicibus victoriis.

Skyoldus, Vſto,Freſicus,Starcharerus nomina ſunt apud Saxonem Gramaticum,
hominum magnis uiribus & magno robore preditorum. Quorū Skyoldus Lo
theri Danorum regis filius,quum ab adoleſcentia venādi ſtudioſi flagraret,im
manem(cui nemo audebat cōgredi)beluam ſubegit,quę futuram in eo fortitu
dinem ominata eſt.Idem poſtea repertum miræ magnitudinis urſum & inſoli-
tæ grāditatis,cingulo detinuit,ſociiſque præbuit occidēdū. Complures quoq;,
ſpectatæ fortitudinis athletę ab eodem ſuperati ſunt.E quibus Attalus & Sarus
illuſtres fure.

Vſto maiore erat corpore,quam ut armis uti poſſet alienis.Oblatis complurib.gla
diis,manu capulum ſtringens fruſtillatim ſingulos agitando cōminuit.Nec erat
tanti rigoris gladius,quem non ad primæ concluſionis motum,in uarias partes
effringeret ac diſſolueret.Saxo li.4.

Vbbo Freſicus Haraldi regis miles præter vndecim,quos in acie vulnerarat,vigin
ti quinque delectorum pugilum interfecit.Idem nemine propius cū ipſo cōgre
di audente,ſagittis impetitus 144.ictibus prius perforatus eſt,quā lapſis corpo
ris viribus genua reclinaret.

Starchatherus iam ſenex,gemino cinctus enſe,totidem baculis infirmam ſenectu
tem iuuabat.Cui quum popularium quidam illudens,inutilem & ſuperuacuū
dixiſſet gladiorum vſum, ac ꝓpterea alterum ſibi donari per ludibriū petiiſſet,
iuſſum accedere ſpe petitionis Starchaterus gladio trāſuerberauit.Ad cuius fa
cti vltione,quū duo Hatheri milites magno equorū cōcurſu aduolaſſent,vtrūq;
occidit.Facti cām percontanti hathero,reſpōdit,ſe ſemper pœnas ab irriſorib.
exigere ſolitum,nec nunquam impune ſibi a procacibus inſultatum.

Paulus Diaconus ſcribit,Amelongum Romualdi Longobardorum regis militem
quendam Græcum equitantem,ictu baculi ſella excuſſiſſet,& in aerea ſupra ca
put ſuo leuaſſe.

GIGANTVM QVORVNDAM NOMINA, ET ALIORVM inuſitatæ magnitudinis hominum.

Quoniam de prodigioſis uirib.facta eſt mentio,dicens & congruū videtur, vt ſub
ſequantur Gigantes, & qui inuſitata fuerunt corporum magnitudinē.Fingunt
aūt Gigantes terræ filii,vnde & Terrigenæ vocantur a Lucano ſcribente.Aut ſi

terrigenæ

terrigenæ tentarent aſtra Gigantes. Dicuntur & impetũ feciſſe in Deos eosque cœlo detrudere voluiſſe, cuius rei cauſa dei omnes mutatis formis deliтuerint. Vnde Ouidius.

Emiſſuque ima de ſede Typhœa terra, Cœlitibus feciſſe metum, cunctosq; dediſſe Terra fugæ, &c.

Fuerũt ingentis ſtaturæ, vnde & ex his nõnulli cœlum humeris dicũtur ſuſtinuiſſe, vt Atlas, Hercules. Fulmine omnes perçuſſi ſunt ob prædictam impietatẽ. Pugna illa vocatur Gigantomachia. Ipſi verò aliter dicuntur Phlegræi fratres, à Phlegra valle Macedoniç, vbi cum cęleſtibus pugnauere. Seneca ĩ Thyeſte: Nũquid ſtrúitur via Phlegræos alta per hoſtes, & Theſſalicũ Threſſa premitur Pælion Oſſa? Dñr & Titanes. Idẽ Seneca in Hercule furẽte. Titanes auſos rũpere Imperium Iouis. Antiquitus ſic formabantur, vt eorum pedes in draconũ volumina deſinerent: quod ea ratione factum eſt, vt intelligeremus, eos nihil rectũ aut ſublime cogitaſſe, quum detorti eorum greſſus ad inferna demergãtur Autor Vectius apud Macrobiũ. Ea eſt cauſa, quamobrem vocentur a poetis Anguipedes, & Serpentigenæ. Ouid. li. 1. Met. Qua Centum quiſque parabat Inijcere Anguipedũ captiuo brachia cœlo. Pontan. Tu ne Deus, tune anguipedes victura gigãtes? Ouid. li. 4. Triſt. Sphingaq; & Harpyas ſerpentigenosque gigantas.

Nunc ſcriatim dicendum eſt de his, quorum frequentior eſt apud ſcriptores mentio. Ver. li. 1. Geor. de quibuſdam meminit, Tum partu terra nefando Cæumq; Iapetumque creat, ſæuumq́ue Typhęa. Et coniuratos cœlum reſcindere fratres Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam, Scilicet atque Oſſa frõdoſum imponere Olympum Ter pater extructos eiecit fulumine montes.

De Iapeto Syll. li. 12. Apparet procul. In arimequæ turbine nigro Fumantem promit Iapetum, flammasque rebelli. Ora reiectantem.

Te Typhęo ſeu Typhone Verg. li. 9. Tum ſonitu Prochyta alta tremit, durumque cubile. Inarime Iouis imperijs impoſta Typhœo. Val. Flac. li. 2. Horror abeſt, Sycula preſſus tellure Thyphœus. Vergilius in Cyri: Additur aurata confixus cuſpide Typho. Lucan. li. 4. de hoc & quibuſdam aliis.

Nondum poſt genitos tellus effœta gigantes, &c.

Inter Gigantes etiam numerãtur Aloeus Titanis filius, geminiq; eius filii, ex Iphimeride a Neptuno uiolata geniti, Othos & Eppialtes. Ver. in Culice. Nã victus ſedet immanis ſerpentibus Othos Deuinctum mœſtus procul aſpiciẽs Ephialtem, Conati quondam quum ſint incendere mundum. Idem lib. 6. Aen. Hic & Aloidas geminos immania uidi corpora, &c.

Enceladum poetæ fabulantur in Sicilia fulminatum, ut Othum in Creta, Typheũ in Campania. De hoc Verg. li. 2. Aeneid. Fama eſt Enceladi ſemiuſtum fulmine corpus Vrgeri mole hac, ingentemq; inſuper Aetnam Impoſita ruptis flammã expirare caminis: Et feſſum quoties motat latus, intremere omnem Murmure Trinacriam, & cœlum ſubtexere fumo. Idem in Ætna: Murmure Trinacrio morientem Iupiter Ætna Obruit Enceladum.

Tytius Gigas fuit nouem iugerum, qui cũ Latoniç vim vellet iuferre, ab Apolline ſagittis confoſſus eſt, & ad inferos detruſus. vbi a vulture corroditur, fibris & iecore sẽper renaſcẽtibus. Verg. libro 3. Aen. Nec non & Tityum terræ omni parentis alumnum Cernere erat, cui tota nouem per iugera corpus Porrigitur, roſtroque immanis vultur adunco Immortale iecur tundens, fœcundaque pœnis Viſcera, nec fibris requies datur vlla renatis Ouid. li. 1. de Ponto.

Polyphemus cyclops, Neptuni filius ex Thoa propter immanem corporis molem numeratur inter gigantes. De hoc Verg. li. 3. Aeneid. Nam quantus, qualisq; cauo Polyphemus in atro Lanigeras claudit pecudes, atque vbera preſſat.

Ægæon gigas eſt, quem nonnullis eundem cum Briareo faciunt Fuiſſe fertur cẽti manus, vnoque ictu centum ſcopulos in Iouem torſiſſe. Vergilius libro decimo Aeneid.

Æneid. Ægæon qualis, centum cui brachia dicunt, Centenasque manus, quin qnaginta oribus ignē pectoribus arſiſſe, Iouis quum fulmina contra Tot paribus ſtreperet clypeis, tot ſtringeret enſes. Hūc poetæ fabulātur à Neptuno fuiſſe alligatum maris Ægæi ſcopulis. Statius: Audierat duros laxantem Aegæona nexus.

De Briareo Claudianus: Quę brachia cētū Briareus alijs numero creſcente lacertis Tot ſimul obiectis poſſet confligere rebus. Verg. lib. 6. Aeu.

Inter hos ponitur Numas, quē aiunt ſub Prochyta concluſum. Syl. li. 32. Apparet Prochyte ſæuum ſortita Numanta.

De Porphyrione & Adamaſtore Sidonius: Hic rotat excuſſum uibrans in ſidera pindū Enceladus rapido ſit. miſſilis Oſſa Typhęo, Porphyrio Pāgæa rapit. Rhodopemque Adumaſtor.

Antæus gigas fuit in Libya proceri corporis, cui in Herculem lactāti terra mater augebat vires, quotieſcunq. eam attigerat. Luca. libro quarto: Hoc quoque tam vaſtas cumulauit munere viras. Terra ſui fętus, quòd quum tetigere parentem, Iam defecta vigent renouato robore membra.

Fuit & Aſtræus vnus è Titanibus, qui contra deos arma ſumpſere. Hic ex Aurora ventus genuiſſe fertur.

Atlantem poetę fabulantur gigantem omniū maximum, qui cælum humeris ſuſtinuit. Quod fingitur propter eiuſdem nominis montē in Mauritania tantæ altitudinis, vt nubes contingere uideatur. Verg. Vbi cæliſer Atlas Axem humeris torquet ſtellis ardentibus aptum. Ouid. lib. 5. Faſt.

Gygem Heſiodus in Theogonia facit cæli & terræ filium, & Briarei fratrē. Ouid. Centimanumque Gygem Pontan. lib. 3. de Stellis, quoſdam enumerat.

Sunt & alij qui excreuiſſe dicuntur in Gigantæam prope magnitudinē. Nā Agatho Athenienſis (qui floruit ętate Adriani principis) adhuc adoleſcēs fuiſſe dicitur altitudinis octo pedum.

Fuit & porus rex in India quatuor cubitis & palmo procerus, quē Alexander bello uicit.

Aranthas Bebrycius octo cubitis longus fuiſſe traditur.

Oreſtis corpus oraculi iuſſu refoſſum, ſeptem cubitorum fuiſſe monumentis proditur: autore Plinio. Architrenius: Staturam cubitis ſeptem diſtendit Oreſtes.

In Creta terræ motu rupto monte inuentum eſt corpus ſtās 46. cubitorum, quod alij Orionis, alij Etionis fuiſſe tradunt.

Aetate Plinij viſus eſt nouē pedum ac totidē vinciarum homo Gabbara nomine ex Arabia aduectus. Architrenius: In bis quinque pedes produxit Gabbarus artus.

Fuerunt ſemipèdes maiores Puſio & Secundilla, quorū corpora miraculi gratia aſſeruata ſunt in conditorio Saluſtianorum hortorum.

Goliath gigas fuit, quem Dauid fundę uerbere deiecit in terrā, & interfecit. Politianus in Nutricia: Pſallentemque deo regem, qui turbine fūdæ. Icta Philiſtæo ſecuit puer ora giganti.

Quàm procerus extiterit Maximinus Imper. hoc ſatis argumento conſtat, quòd uxoris dextrocherio (id eſt ormento brachiorum) pro anulo vteretur.

Saxo Grammaticus ait Offotum fuiſſe gigantem, & paſtorem, cuius armēta tuiabatur canis Biornonis cuiuſdam.

Beroſus lib. 5. Antiquitatem Noe reponit inter gigātem, & aſtrologos. Facit Tuiſconē gigantē, cuius filius manus apud Sarmatas regnauit ętate Semiramidis.

Inter gigantes quoqne numeratur Hercules, quem feſſo Atlante cælum humeris ſubijſſe ferunt.

Artachees uir fuit inter Perſas proceriſſimus, ętate Xerxis, vt cui quatuor omnino digiti deeſſent è longitudine quinque regiorum cubitorum. autor Herod.

Oromedon quoq. nomē eſt gigantis apud Propertium lib. 3. ſcribentem: Te duce vel

uel Iouis arma canã,cęloq; minantem Cęum & Plegræis Oromedonta iugis.

Saxo Grammaticus ait Harthelenum fuiſſe quẽdã & Helſyngia,qui raptas regũ filias ſtupro fœdare gloriæ loco ducebat,illum perimere ſolitus,a quo peragẽ Veneris vſu prohiberetur. Aitq.tantam in eo corporis magnitudinem extitiſſe, VIII.cubitis proceritatis eius dimerſio tenderetur.

Fuit & Gemagoggigas cubitis duodecim procerus: Architrenius: Cubitis ter quatuor altũ Gemagog. Herculea ſuſpendit in aerea lucta Idem: Gemagog.arduitas Corinei fracta lacertis.

DOMITORES MONSTRORVM & beluarum.

Meduſa Phorci fuit filia,quam Neptunus ſtuprauit in Templo Palladis: vnde irata Pallas,eiuſdẽ capillos mutauit in colubros,fecitq.vt oẽs in ſcopulos verterẽ turqui eam proſpicerent. Hanc autem trũcauit Perſeus Iouis filius ex Danae. Ouidius libro quarto. Metam. Gorgonis anguicomæ. Perſeus ſuperator, & alis Aethereas auſus iactati ire per auras.

Apollo Pythonem ſerpentẽ a cuius nomine Pythius vocatus eſt Ouidius. li.primo Meta. Hunc deus arcitenens,& nũquam talib. armis Ante,niſi in damis,capreisq.fugacib. vſus, Mille grauẽ telis, exauſta penẽ pharetra, Perdidit effuſo per vulnera nigra veneno.

Bellerophon filius Glauci regis Corinthiorũ, falſo accuſatus ſtupri a Stenobæa Præti Argiuorũ regis vxore,expoſitus eſt Chimęrę triformi,quã tamẽ domuit. Oui.li.2. de Triſt. Nam quid detretico referam domitore Chimerę, Quem letho fallax hoſpita pęna dedit.

Alcon ſagittarius Cretenſis ſerpentem confodit illæſo filio ſuo, quẽ ille iã habebat in faucibus. Vide in capite de Sagittariis.

Attilius Regulus apud Bragadam fluuium ſerpentẽ 120. pedum longitudine baliſtis tormentiſque expugnauit,autore Plinius.lib.7.cap.14.

Georgius Cappado tribunus militum ſub Diocletiano,maximũm ſerpentẽ in Africa peremit liberata puella,quæ eidem deuota fuerat in predam.

Pallas Alcidam beluam flammas ore vomentum interfecit.

Cadmus quoque Agenoris filius alium ſerpentẽ: cuius dentes quũ ſeuiſſet, nati ſunt protinus armati homines,qui mutuis vulneribus ſe confecerũt, vt fabulã tur poetæ.

Coræbus monſtrum toti Peloponnoſo fomidoloſum occidit, Oui.in Ibin: Inque tuos ea peſtis eat quam dextra Coræbi Vicit,opem miſeris Argolicisque tulit.

Lyſimachus Alexandri miles leonem,vt iam diximus.

Hercules hydram,leonem,Aprum,Ceruã æripedem,Draconem Heſperidũ, Antheum,taurum flammiferum,cæteraſq.beluas, de quibus prius meminimus.

Præcipua autem monſtra(quorũ freques eſt mentio apud poetas)ſunt Minotaurus biformis,Gerion tricopor,Sphinx,Chimæra,Cacus,Maris Theſſalus, antica corporis parte homo poſtica equus.

LIBERATORES QVORVNDAM hominum a periculis.

Perſeus liberauit Andromedam filia Cephei,& Caſſiopes,Ceto marino monſtro expoſitam,ad cuius ſubſidium conuolauit inſidens Pægaſo equo alato. Oui.li. 4. Metam. Auxiliumque domus,ſeruatoremque fatentur, Caſſiope Cepheuſq. pater.

L. Lucullus aduerſus Mithridatẽ miſſus,Cottam Calcedone obſeſſum liberauit,

Lucilius miles, quum uideret inclinatã Bruti aciem apud Philippos, obtulit ſe periculo,& inimicorum manibus,vt ipſi Bruto faceret tempus ad fugam.

Q. Minutius cõſul a Sabinis & Volſcis in Algido obſeſſus,ſubſidio Q. Cincinnati dictatoris liberatus eſt.

Quum

Quum ob perfidiam Laomedontis, qui Neptuno & Apollini murorũ Troiæ con ditorib. pactam denegauerat mercedem, peſtis vrbem ipſam popularetur, & vbique ſerperet, ad pacanda numina Heſione monſtro marino deſtinata eſt: ab Hercule tamen liberata.

Calphurnius Craſſus captus a Maſilinis, quũ Saturno duceretur immolãdus, Bal ſacia puella patris a ſe proditi eum victorẽ fecit, eoq. modo exemit à periculo Diomeda Troia diruta ventis in Libyã pulſum, quum Lycus rex immolare vel let, Calluce puella patrẽ Lycum prodidit, vt Diomedẽ (cuius forma cõflagra bat) eximeret à morte. Vtriuſque exempli autor eſt Plutarchus.

IMPOSSIBILIA FACTV.

Ioui fulmẽ Herculi clauã, Homero verſum ſubtrahere, tria hęc olim credita ſunt Impoſſibilia: autore Macrobio lib. 5. Saturnal. Quod etſi fieri poſſet, aliũ tamen nullũ deceret, vel fumẽ præter Iouẽ iacere, vel certare præter Herculem robo-re, vel canere, quod cecinit Homerus.

NANI, ET PVMILIONES.

Nani dicuntur homuniciones breuiculi, & modicè ab humo extãtes: vocãtur ali ter Pumiliones, & Pumili Statius. Mirantur Pumilor forciores. Talis fuit Cono pas, in delicijs Iuliæ neptis Auguſti, duos pedes & palmũ lõgus, autore Plinio. Cuiuſmodi etiam fuiſſe fertur Andromeda liberta Iuliæ Auguſtæ.

Pygmæorum qui longiſſimi ſunt, duos pedes & quadrantem non excedũt. Hinc prouerbium, Pygmæo breuior. Mantuan. Inter Pygmæos nõ pudet eſſe breuẽ. Habitãt in extrema parte montiũ Indiæ: horum mulieres quinto anno pariũt, & ſeneſcũt octauo, Infeſtantur maxime à gruibus, in quas turmatim prodeũt, & nihilominus vincuntur. Claudianus li. 1. in Eutropum. Et Iuuenalis Sat. 13.

Manium Maximum & M. Tulium equites Romanos, binum cubitorum fuiſſe, au tor eſt Varro apud Plinium.

Duo ferũt Molones, nolo corporis breuitate, quorum alter hiſtrioniam exercuit, alter latrocinijs famoſus factus eſt. Inde natum adagiũ Puſillus quãtus Molõ.

M. Antonius Siſyphum pulmilionem, habuiſſe fertur intra bipedalẽ ſtatura, inge nio tamen viuacem. Auguſtus exhibuit ſpectaculis Luciũ, adoleſcẽtulũ hone-ſte natum, bipedali minorem.

ALOIDÆ, TYNDARIDE, ATRIDÆ.

Aloidæ dicti ſunt Othos & Ephialtes, ab Alęo gigante, cuius vxorem Iphimediã compreſſit Neptunus, & ex ea ſuſcepit geminos, qui quũ Alœi putarentur eſſe filij, dicti ſunt Aloidæ, vt iam diximus.

Eo quoque modo Tyndaridæ uocati ſunt Caſtor & Pollux, quòd crederetur Tyn dari filij, cum tamen ex cõcubitu Iouis cũ Læda geniti eſſent. Seneca: Hinc cla ra gemini ſigna Tyndaridæ micãt. Oui. Tyndaride fratres, hic eques, ille pugil. Simili ratione vocatur Helena Tyndaris.

Atridæ vocantur Agamennon & Menelaus, ab Atreo parente Hor. de Agã. Arſit Atrides medio in triũpho Virgine rapta. De Menelao Ver. li. 11. Atrides Protei Menelaus adulque columna Exulat.

CYCLOPES.

Cyclopes miniſtri fuerũt Vulcani in Sicilia, quos poetæ Monoculos dicũt. Neptu ni filios ex Amphitrite. Dicuntur Ioui fulmina conficere apud Lyparã, quę eſt vna ex Aeolijs inſulis. Fabricam ferrariam primum in Creta reperierũt. Omniũ præcipui fuerunt Brontes. Steropes, Pyragmon. De quibus Ver. li. 8. Aen. Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro, Brõtes, Steropes, & nudus membra Pyragmon. Oui. li. 4. Faſtor. Claud. de 3. Cõſulatu Honorij. & Stat. li. 4. Sil. Hos autem occidiſſe fertur Apollo, propter fulmina Ioui fabricata, quibus perierat filius Aeſculapius. Hinc extruſus deorum cõtubernio exulauit in Theſſalia, vbi Admeti regis fuit armentarius.

CVRETES.

Curetes ſeu Corybentes miniſtri fuerunt Cybeles,quibus ferrariã fabricam non nulli referunt acceptam: Horum nomina citat Eraſmus ex Græcis carminib. quæ Latina fecit:Illic habitabant Montigenę Phryges Idæi,gẽs arte celebris, Celmis Dãnameneusq;ingẽs,Ac mõq.ſuperbus,Mõtanę docti cultores.Adra ſtæ: A quib.ars Vulcania,primis eſſe reperta.Dicitur,& nigrum nemoroſo in monte repertum.In varios vſus mõſtratum cudere ferrũ,Impoſitũq.Igni,mito ſplendeſcere cultu. Propter hoc inuenitũ(qđ illis à ſcribitur)æra & ferra vocã tur Corybantia.Verg.lib.3.Æn.Hinc mater cultrix Cybele,Coribantiáque æra Tertulianus: Iupiter Cretam ſuam Romanis faſcib.concuti ſineret,oblitus illud autrũ Idæũ & æra Corybãtia. Horũ præcipuus fuit Celmis,à quo ferrũ ſolidiſſimũ cudebatur.Hinc natũ adagiũ,Celmis in ferro:de his,qui pręter modum ſuis fidunt viribus,tãquã inexpugnabiles,aut qui in ſua arte magnopere excellũt.Cuiuſmodi sũt hęc,Roſci' i Seneca,Antęus i arena,Hercules i claua.

HOMINES PINGVES ET MACILENTI.

Leo Byzantus ſophiſta fuit adeò pingui & obeſo corpore,vt quum ad pacandam factionem Athenis(vbi tum legatus agebat)ſuggeſtũ conſcendiſſet,riſum vni cuique mouerit. At ille,Quid ridetis,inquit,Atheniẽſes?an quòd vobis videar pinguis?Scitote vxorem eſſe mihi longe pinguiorem.Tales tamẽ ac tãtos(quũ ſumus concordes(breuis admodũ lectulus capit,diſcordes ne tota domus quidem.Quibus verbis tempeſtiuè & pro re adductis,populum reſtituit paci.

Dionyſius Heracleotes tirannus,fuit adeo ventroſus & corpulẽtus vt noctu dum quieſceret,cogeretur ſuis lateribus hirudines admouere,qua humorem ſuperfluum paulatim exhaurirent, eoq; modo aliquid adimerent de craſſitudine.

Ludouicus Craſſus,Philippi primi filius,& Gallorũ rex, fuit adeò vaſta corporis mole,vt ex re ſumpſerit cognomentum.

Iam diximus imperatorem Maximinum fuiſſet tanta membrorum mole,vt vxoris ... dextrocherio vteretur loco anuli.

Contra verò Chærephõ tragędiographus (qui res Heraclidarum proſecutus eſt) nocturnis lucubrationib. ſeſe adeò extenuauit,vt per iocũ Noctua diceretur. Hinc etiam natum prouerbium,Nihil differs à Chærephonte.

Quàm tenuis & macer fuerit Philetas Cous,vide cap.de Miraculis.

MVTATI IN VARIAS FORMAS SECVNDVM Metamorphoſim poetarum.

Achelouus in anguem & taurum. Acis in flumẽ. Actæõ filius Autoneos in ceruũ. Ægeria in fontem Ægle ſoror Phaetontis in populũ arborem, Aeſacus in mergum Æſculapius in draconem. Aglauros Cecropis filia in lapidem. Alcinoe in auem. Alcithoe in veſpertilionẽ, Anaxareto in lapidem. Antigone in ciconiã. A cõteus mutatus eſt in lapidem Apollo in paſtorem,Coruum, Accipitrẽ,Leonem. Appulus paſtor in Oleaſtrũ,Arachne in araneam. Ardea in oppidũ Aſcalaphus in bubonẽ Atalãta in læenam,Altas in montem. Atys in pinũ Bacchus in caprum,Vuã,Ceruum Battus in ſaxum. Baucis in arborem. Biblis in fontem Bura urbs in ſcopulũ. Cadmus in anguẽ Ceneus in auem Caliſto in vrsã. Celmus in adamantem:Cercops in ſimiam Clyriæ nympha in heliotropiũ. Coronis in cornicem Crocus et Smilax in flores Cycnus in auẽ. Cipariſſus in cupreſſum. Dædaliõ in accipitrem Daphne in laurum. Daphnis in lapidem, Dercetis in piſcem Diana in felem Dryope in Lotõ Echo in uocem. Ephyre in ſerpẽtem. Euphorbus in Pytagorã Galanthis in muſtellã Harmonia uxor Cadmi in draconem. Hecuba in canẽ. Heliades,ſeu Phaetoniades in populos. Hippomenes in leonem Hyacinthus in florem. Io in iuuencã. Iphis puella in puerum. Iphigenia in ceruã. Iuno in annum. Iupiter in taurum,aurum,arietem,aquilã,cycnũ, ſatyrum,Amphitrionem,ignem,paſtorẽ, ſerpentem. Leucothoe in uirga thuream.

ream.Lycaon in lupum.Lycas in ſcopulum.Lyncus in lyncem. Mera in canem. Marſias tibicen in fluuiū.Menthe nympha in menthā.Mercurius in Ibin.Myrrha in arborem Nays Nympha in piſcē.Narciſſus in florem . Neptunus in iuuēcum,Enipeū fluuiū,arietem,Delphinum.Niobe in marmor.Niſus in auem.Nyctimene in noctuam.Ocyroe in equum.Olenus in lapidem.Periphas in auem. Perimele in inſulam,Philomela ſoror Prognes in Luſciniam Progne in hirūdinem.Prætus in ſaxum.Saturnus in equum. Scylla in ſcopulum . Stelles puer in ſtellionem.Talus puer in perdicem.Tereus in vpupam.Tyreſias in fæminā. Venus in piſcem.Vertumnus in anum.Vlyſſis ſociis in po cos.

Cauſas harum tranſmutationum,vide apud Ouidium in metamorph.& alios Mythologos.

VERSIFORMES, SEV IN VARIAS formas mutabiles.

Metra filia Eriſichthonis,ut fabulantur poetæ,in uarias formas ſeſe commutabat Ouid.li.8.Nunc equa,nunc ales,modo bos, modo ceruus abibat. Hinc adagiū, Mutabilior Metra Eriſichthonis.

Acheolus dimicans in Herculem pro Deianyra,cum uideret ſe multo inferiorem uiribus,in ſerpentem primo,deinde in taurum, poſtremo in fluuium ſeſe tranſformauit.Vnde apud Ouid.li.9.ſic loquitur:Inferior uirtute, meas diuertor ad artes,Flaborque uiro longum formatus in anguem.

Periclymenus Neſtoris frater beneficio.Neptuni in quaſcunq; formas ſe cōmutabat.Idem li.12.Mira Periclymeni mors eſt cui poſſe figuras Sumere quas uellet rurſusque reponere ſumptas Neptunus dederat.

Eadem trāsformatio tribuitur Protheo Oceani & Tethyos filio Hinc adagiū,Protheo mutabilior.Vertumnus dicitur a Latinis.Ouid.li.1. Faſtor.Ille ſuam faciē transformat,& alterat arte: Mox domitus uinclis in ſua membra redit.

FORMOSI ET FORMOSÆ, EX Hiſtoricis,Oratoribus,& Poetis.

Achillas puer.Mart.lib.3.Huic comes hærebat domini fugitiuus Achillas , Inſignis forma nequitiaque puer.

Fuit Achantus puer ſpecioſus, quem poetæ fingunt in florem ſui nominis conuerſum fuiſſe.

Adonis Myrrhæ fuit filius,Veneri ob ſpecioſam formam dilectus.Verg.Ecl.10.Et formoſus oues ad flumina pauit Adonis.Ouid.li.10.& Propert.li.2.

Herodotus ſcribit,Agariſtam,Cliſtenie filiā adeo formoſam extitiſſe, ut ad habēdas eius nuptias celebrata ſint porcorum ſpectacula & certamina,quo ſpecioſiſſimi quique Græciæ adoleſcentes confluxerunt.

Aegle nympha.Idem Eclog.6.Aegle Naiadum pulcherrima.

Aeginam Aeſopi regis Bœotiæ filium, ob excellētem pulchritudinem adamauit iupiter,iacuitq; cū ea ſpecie ignis Oui.Aureus ī Danaē,Aeſopida luſerit ignis.

Forma primis uiſenda & amabili fuiſſe ferunt inter Græcos Alcibiadem,ſicut inter Romanos Scipionem,Demetriū cognomento Plutarchus in eius uita:Hoc, inquit,Alcibiadi cōceſſit natura,ſibique cum paucis commune,vt nō modo in pueritia aut adoleſcentia,ſed etiam in omni ætatis gradu maximum ſemper decorem,formoſam hominis ſpeciem prætulerit .

Alexis.Idem Eclo.2.Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexim.

Alſus filius fuit Gygari Danorum regis,quem tam excellenti forma ac cæſarie extitiſſe ſcribit Saxo Grammaticus,vt argenteis nitere crinibus putaretur.

Amaracum poetæ fingunt in herbam odoriferam mutatum: idque propter elegātem formam.

Amaryllis puella.Verg.Formoſam reſonare doces Amaryllida ſyluas.

An phinſedon.Calentius.Formoſum Phiale prius arſerat Amphimedōtem,A mi

Phimedon Phiales maxima cura fuit.
Antinoo Bithynico, mira pulchritudine adoleſcenti, tanta, tamq; elegans fuit forma, vt Adrianus Imper. (à quo adamabatur) templum ei apud Mantineam conſtituerit; & ciuitatem apud Nilum, eiusque imaginē fecerit in ſculpi nummis. Propterea Hieronymus Adriani concubinum eum vocat. Volaterranus.
Antiopa filia Nyctei, & vxor Lyci regis Thebarum, ſpecioſiſſimam propter formā à Ioue adamata eſt, ex quo Zetum & Amphionē ſuſcepit. Propert. Tu licet. Antiopæ formam Nycteidos, & tu. Spartanam referas laudibus Hermionem.
Argia Adaſtri Argiuorum regis filia, & vxor Polynicis, fuit itidem mirū in modū ſpecioſa. Stat. li. 2. Theb. Egregiā, Argiā, nec formæ laude ſecundam Deiphylē.
Ariadne filia minois, forma fuit eleganti, quam propterea bacchus duxit in vxorē, eiusque coronam ſtellis ornatū in aſtra retulit. Catull. de ea & Theſeo loquēs, ſic inquit: Hunc ſimul ac cupido cōſpexit lumine virgo, Regia quam ſuaues exſpirans cuſtos odores.
Aſterius filius fuit Cereris forma ſingulari, omnium tamē amores reſpuens. Vnde Ouid. in Ibin: Filius vt Cereris fruſtra tibi ſemper ametur, Deſtituasque tuas vſque petitus opes.
Aſtur. Verg. Sequit pulcherrimus Aſtur, Auſtur equo fidēs, & verſicolorib. armis.
Atalāta puella fuit in Arcadia venatrix, & Iaſij filia, liberali admodū forma. Ouid. li. 8. Venit Atalante Schenei pulcherrima uirgo, &c.
Atys puer Phrygius; à Cybele (vt fabulantur poetæ) ob formā adamatus eſt Oui. li. 5. Met. Erat Indus Atys, quem flumine Cange, &c.
Auētinus. Ver. Victoresq; obſtētat equos ſatus Hercule pulchro Pulcher Auētin*.
Sex. Aurelius ſcribit, Auguſtū fuiſſe mitem, gratū ciuilis animi toto corpore pulchrum, ſed oculis magis, quorum acies clariſſimorum ſiderum modo promicabat. Barynes meretrices formā commēdat Horat. li. 2. Car. dicens: Vlla ſi iuris tibi peierati Pœna Baryne nocuiſſet vnquam, Dente ſi nigro fieres, vel uno Turpior vngui, Crederem, &c.
Fuit & Batyllus Anacreontis poetæ amaſius liberali forma. Vnde Pon. de Stell. Nirea ſic perhibent, & amatum à vate Batylum, Pictum oculis, fuſcumque coma, roſeumque labellis.
Bellerophon à Sthenobæa Prœti Argiuorum regis vxore propter formā adamatus, & ad Venerem (cui tamen aſſentiri noluit) poſtulatus eſt.
Bryſeis fuit adeo formoſa, vt Achilles eius amore cōflagrauerit, eamque quamuis ancillam, pluſquam puellas omnes adamauerit. Horatius: Prius inſolentē Serua Bryſeis niueo colore Mouit Achillem. Propert. li. 2. Omnia formoſā propter Bryſeida paſſus.
Credibile eſt Berſabeam, Vriæ vxorem, eleganti fuiſſe forma, quæ ſapientiſſimū illum regem, & prophetam, ſanctiſſimum Dauidē vſque adeo titillauerit, vt ſolitæ religionis oblitus, adulterio & homicidio (Vriā enim deuouit morti) suā cōtaminauerit ſanctitatem. Stroz pater: Ille ſacri vates operis Ieſſeia proles, Prӕfecit populo quem Deus ipſe ſuo, Berſabeæ captus forma, &c.
Caliſto. Idem Ouid. li. 3. Faſt. Fœdera ſeruaſſet, ſi non formoſa fuiſſet.
Calypſo Oceani & Thetyos filia. Ouid. de Ponto: An graue ſex annis pulchrā fouiſſe Calypſon, Aquoreæque fuit concubuiſſe deæ? Idem lib. 2. de Arte: Littore conſtiterant, illic quoque pulchra. Calypſo.
De Caſtore & Polluce Ouid li. 8. Meta. At gemini nondum cœleſtia ſidera fratres Ambo conſpicui, niue candidioribus ambo Vectabantur equis.
Catulla. Idem Mar. li. 8. Formoſiſſima quæ fuere uel ſunt, O quam te fieri Catulla uellem Formoſam minus aut magis pudicam.
Propertius formā ſuӕ Cynthiӕ ſic cōmendat: Et qualecunque tulit formoſi tēporis ætas, Cynthia nō illas nomē hēre ſinat. Idē: Illic formoſӕ veniāt chorus heroinӕ,
Quas

Quas dedit Argius Dardana prȩda viris: Quarum nulla tua fuerit, mihi Cynthia forma Gratior, &c.
Herodotus, ait, Candaulis Sardium Tyranni vxorem fȩminarum omnium fuiſſe pulcherrimam.
Cȩnis puella Theſſala à Neptuno compreſſa. Ouid. lib. 12. Metam. Clara decore fuit proles Eletera Cȩnis Theſſalidum uirgo pulcherrima.
Ceſtum puerum commendat à forma Martialis: Quanta tua eſt probitas, quanta eſt præſtantia formæ Ceſte puer, puero caſtior Hippolyto, Te ſecū Diana velit doceatque natare, &c.
Celeno. Idem lib. 4. Faſt. Neptuno Halcionem & te formoſa Celeno.
De Chionæ Dædalionis filia idem Oui. li. 11. Met. Nata erat huic Chione, quę do tatiſſima forma Mille procis placuit bis ſeptem nubilis annis.
Cydippe ab Acontio ob formam adamata eſt. Ouid. in Epiſt. Aut eſſes formoſa minus petere modeſtè Audacies facie cogimur eſſe tua, &c.
Cyllarus. Idem lib. 12. Nec te pugnantem tua Cyllare forma redemit.
De Daphnide Ver. in Buc. Formoſi pecoris cuſtos, formoſior ipſe.
Deiānyra Herculis vxor. Ouid. li. 9. Nomine ſi qua ſuo tandem peruenit ad aures Deianyra tuas, quondam pulcherrima virgo, Multorumque fuit ſpes inuidioſa procorum.
Deiopei nympha. Vergilius primo Æneidos: Sunt mihi bis ſeptem prȩſtanti cor pore Nymphæ, quarū quæ forma pulcherrima, Deiopeiam Connubio iungam ſtabili, propriamque dicabo.
Deiphyle vxor Tydei, Adraſti filia. Stat. li. 2. Theb. Egregiam Argiam, nec formæ laude ſecundam Deiphylem.
Cælius ſcribit, Demetrium cognomēto Poliorcerē forma fuiſſe in primis amabi li. Vide Plutarch. in eius uita.
Democles puer Atheniēſis fuit adeo ſpecioſus vt ex pulchritudine ſua pulcher de mocles ab omnib. uocaretur. Cui (quod paucis admodum formoſis contingit) tanta quoque extitit pudicitię cura, vt ad declinandam uim Demetrij (a quo pe tebatur ad ſtuprum) ſe in plenum feruētis aquę lebetem (cum aliter effugere non poſſet) coniecerit. Plutarch. in Demetrio.
Diadmenus Auguſti fuit prægustator, puer adeò ſpecioſus ut ī formæ certamine (quod fiebat Elidi) meruerit palmam. Volaterranus.
Dido. Ver. lib. 1. Æn. Regina ad templum forma pulcherrima Dido Inceſſit.
Endimiō Lunæ amaſi⁹ fuit admodū ſpecioſus. Val. Flac. li. 8. Tū quoq. ſidera clat⁹ ꝑculora iunēta Lathmius ęſtiua reſidet venator ī vmbra, Dignus amore deæ.
Fuit in Epheſtione auguſta adeo facies, vt Victi Darij vxor eum pro Alexādro ſa lutauerit. Ob quam formam ipſi quoque Alexandro fuit chariſſimus.
Euryalus Niſi amicus. Ver. li. 3. Aen. Euryalus forma inſignis, viridique iuuenta, Idem lib. 9.
Eurydice Orphei vxor. Quintil. lib. 2. Orpheos. Hȩc ſata Mercurio Eurydice formoſa, puellas Tā uiſa eſt ſuperare, pares, cęleſtib. aulis. Quam iucunda Venus dominas ſupereminet omnes.
De Fabulla Mart. lib. 2. Bella es nouimus & puella, verum eſt, Et diues: quis enim poteſt negare?
Galathea nympha. Oui. lib. 13.
Candidor folio niuei Galathea Liguſtri.
Floridior prato longa procerior aluo,
Splendidior vitro, tenero laſciuior hȩdo,
Leuior aſſiduo detritis æquore conchis,
Solibus hybernis, æſtiua gratior umbra,
Nobilior pomis, platano conſpectior alta,

Lucidor glacie,matura dulcior vua,
Mollior & cygni plumis & lacte coacto ,
Et(ſi non fugias) riguo formoſior horto.

Non aliam ob cauſam poetæ fabulãtur Ganimedem Ioui miſcere pocula,quã ob elegantem ſpeciem.Oui.lib.4 Faſt.Horat.lib.3.Carm.

Galetes fuit adoleſcẽs forma ſpecioſus, decẽsq. in primis, regi Ptolomęo propterea vſq; adeo charus,vt Ptolemeus ipſe quibuſdam(qui ad ſuppliciũ trahebantur)eiuſdem patrocinio pepercerit autor Cælius lib.7.cap.35.

Glycera Hor.li.1.Car.Vrit me Glyceræ nitor Splẽdentis Pario marmore purius, Vrit grata proteruitas,Et vultus nimium lubricus aſpici .

Veteres fabuloſo confinxerunt inuolucro, Gorgonem propter eximiũ uetuſtatis decus,mentis inopes & ſtupidos reddentẽ,ſpectatores in ſaxa deformaſſe.Cælius lib.13.cap.9.

Gygis pueri formam deſcribit Hor.li.2.Car.dicens:Vt pura nocturno renidẽt Luna mari Gnydiusque Gyges quem ſi puellarũ inſereres choro,Mirè ſagaces falleret hoſpites,Diſcrimen obſcurum ſolutis Crinibus,ambiguoque vultu.

Helenæ forma poetis omnibus cãtatiſſima laudẽ meruiſſet maximã,niſi ea Troiæ ruinam,bellique decennalis cauſam attuliſſet.At nemo eſt,cui non ſit odio, quum tantę cladis & calamitatis uenit in mẽtem.Paris apud Oui.formã illius Veneri comparat dicens:His ſimiles vultus(quantũ reminiſcor(habebat,Venit in arbitrium quum Citheræa meum,&c.

Celebratur etiã Hermiones Menelai filię pulchritudo. Vnde Propertius li.1. Tu licet Antiopię formam Nicteidos & tu Spartanam referas laudib. Hermionẽ. Pont.lib.1.Amorum.

Hiera fuit vxor Thelephi,mulier omniũ(quas Protheſilaus uidit)maxima & pulcherima.

Propoſita de muliebri pulchritudine certamina plerisq.in locis legimus:ſicut in Cereris Eleuſinæ feſto prope Alpheum,vbi victrix Herodice meruit palmam. Cælius cap.9.lib.13.

Herodotus ſcribit.Hippoclidẽ Tyſandri filiũ diuitijs & forma inter Athenienſes præcipuum fuiſſe.

Fuit tam elegãs & concinna Hippodamiæ pulchritudo,vt ad impetrãdas eius nuptias,celebrata ſint certamina procorum.In quib.cum victor euaſiſſet Pelops, puellam duxit vxorẽ.Propertius:Nec Phrygium falſo traxit candore maritum Auecta externis,Hippodamia rotis:Sed facis aderat nullis obnoxia gemmis, Qualis Apellæis eſt color in tabulis.Idem lib.2.vocat Iſchomachen.

Hippolytus Theſei filius fuit etiã pulcherimus. Vergil. Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello Virbius.

Hyas Atlantis ex Aethra filius. Oui.li.5.Faſt.Nondum ſtabat Atlantas humeros oneratus Olympo,Quum ſatus eſt forma conſpiciendus Hyas.

Hylam Thyodamantis filium ob formam adamauit Hercules,& Nimphæ rapuerunt.Mar.Pulcher.Hylas teneram merſit In ora manũ. Propertius.Cuius vt accenſæ Dryades candore,puellæ,Miratę,ſolitos deſtituere choros,&c.

Hypſiphile.Stat. li.4.Theb.Errantes ſubito pulchram in mærore tuentur Hypſiphilem. Fuit Thoantis filia,ã quo Thoantias appellantur.

Iaſon.Medea apud Ouidiũ Iaſoni loquens.Et formoſus eras,& me mea fata trahebant,Abſtulerant oculi lumina noſtra tui.

Ioſeph.Mantuã in Maria Sic alacer Samſon,ſic & formoſus Ioſeph.

Iulius filius Aeneæ ex Creuſa.Vergiliũ lib.ſeptimo Æneidos: Primiq. duces & pulcher.Iulus.

Iuuencus Catulli amaſius. Idẽ Cat.Mellitos oculos tuos,Iuuẽcl. Si qui me ſinat uſq baſiare,Vſq.ad milia baſiẽ treccẽta,Nec vnquẽ ſaturũ inde cor futurũ eſt.

Lais

Lais Corinthia meretrix fuit ſpecioſiſſima. Ouid.li.1. Eleg. Qualiter in thalamos formoſa Semiramis iſſe.Dicitur,& multis Lais amata uiris.
Lamia,autore Plutarcho,puella fuit ſpecioſiſſima,a Demetrio adamata, quæ & tibijs optime ceciniſſe dicitur. Hęc primo canendi modulandiq; ſuauitate gratiã ſibi apud omnes comparauit.
Laodomia,Catullus.Quo tibi cum caſu pulcherrima Laodomia.Et Pont.lib.2.de Amore coniugali.
Lauiniæ forma fuit origo belli.inter Æneam & Turnum,quorum vterque eã ſibi vxorem dari volebat.Ver.li.12.flauos eius crines,& roſeas appellat genas.
De lauſo Mezentij filio Verg.li.7.Æneid.Filius huic iuxta Lauſus,quo pulchrior alter Non fuit,excepto Laurentis corpore Turni.
Leda.Stroza filius.Formoſæ meruit Iuppiter oſcula Ledæ.
Muſæus poeta formam Læandri pueri ex Abydo (qui Ero puellam adamauit, & ab ea redamatus eſt) multis laudibus commendat.
Catullus de ſua Lesbia ſic inquit:Lesbia formoſa eſt,quę quum pulcherrima tota eſt,Tum omnibus una omnes ſurripuit Veneres.
Ligurinus Horatii fuit amaſius,forma itidem excellente,ut ipſius poetæ teſtimonio conſtat.Idem quoque Lycũ celebrat,dicens:Et Lycũ,nigris oculis, nigroq; Crine decorum.
Lucretiæ formam tanti fecerunt Romani,vt eã ſuis monumentis ubique celebrauerint,& uindicauerint a mortalitate:nec ſolum ob eximiam pulchritudinem, uerum etiam ob caſtitatem,quod uim Tarquinij gladio ſit ulta.
Lycaſte Priami filia tantæ fuit pulchritudinis,vt Polydamas Anthenoris ex Theano Hecubæ ſorore filius illam ex concubina vxore ſibi copulauerit.Fuit & alia Lycaſte,quæ ob pulchritudinem Venus vocabatur.
Lycoris Cor.Galli amaſia.Martial.li.6. Fæmina præferri potuit tibi nulla Lycori. propert. li. 1. Et modo formoſa quam multa Lycoride Gallus Mortuus inferna uulnera lauit aqua.
Magnes Smyrneus fuit adoleſcens,omniũ ſui ſeculi pulcherrimus,cũctisq.proptere a gratiſſimus,ſed maxime Gygi Lydorum regi.Quod ferentes ægre parẽtes, capillos ei totũderũt,vt aliquid de pulchritudine minueretur.Indignatus uero Cyges,bellum mouit in Magneſios,Pauſanias apud Volaterranum.
Maia Atlantis filia.Ouid.li.5.Faſt.Quarum Maia ſua forma ſuperaſſe ſororis Traditur,& ſummo concubuiſſe Ioui.
Tibullus Marathi amaſij ſui formam verſibus commendat.
Scribit Helius Sabinus,tantam pulchritudinẽ oris fuiſſe in filio Maximini,ut etiã caput eius iam morte nigrum,iam maceratum defluenti tabo, pulcherrimũ tamen uideretur.
Narciſſus filius fuit Cephiſi & Lyriopes,a multis Nymphis ob pulchritudinẽ amatus, cuius deſiderio quũ Nymphæ ipſæ intabeſcerent, mutatus eſt in florẽ ſui nominis.Verg.in Battatũ:Nõ illinc Narciſſus abeſt,cui gloria formæ Igne Cupidineo proprios exarſit in artus.Ouid.li.3.Met.
Nearchi formam commendat Horat.li.3.Car.Ode 30.vbi ait:Fertur & leui recreare vento Sparſum odoris humeris capillum,Qualis aut Nircus fuit, aut aquoſa Raptus ab Ida.
Nireus fil.Caropi & Alagæ,puer fuit e Naxo admodũ ſpecioſus,cuius formã Homerus ſuis carminibus dignatus eſt Hor.li.3.Carm. Qualis aut Nireus fuit,aut aquſa Raptus ab Ida.Idem in Epodo.Formaq; vincas Nirea Ouid.li.4. de Ponto,Propert.li.3.& Pontanus li.3.de Stellis.
Niſus Magarẽſium rex ob pulchritudinẽ capillos aureos fertur habuiſſe. Tibullus li.1.Carmine purpurea eſt Niſi coma.
Omphale regina Lydorum fuit facie adeò præſtanti,ut ei ſe ſubmiſerit Hercules

Propert.li.3.Omphale in tantum formæ proceſſit honorem,&c.

Panthea vxor fuit Abradatæ viri nobilis apud Perſas,quam Cyrus expugnatis Aſſyriorum caſtris duxerat captiuam.Abradata autem abſente, & apud Bactrianos legatũ agente,Araſpe Medo ſeruanda tradita eſt,qui apud Cyrum affirmauit,nondum eſſe ortam,automniuo inuentam tota Aſia pulchriorem.autor Xenophon.apud Cælium li.7.c.53.

Fuit & Formoſus Paris,dicente Ouid.Dux Pari Priamide damno formoſe tuorũ.

Parthenopęum Meleagri & Atalātę filium,ſeu(vt alijs placet) Martis & Menalippes forma fuiſſe liberali ſcribit Statius Pulchrior haud illi triſte ad diſcrimẽ ituro Fons fuit in ſyluis,qualis iam caſſide miſſa Parthenopæus erat.

Hominum pulcherrimum fuiſſe prædicant Phaona, quẽ inter lactucas occultarit Venus.dicuntq; oblatũ eidem a b ipſa Venere alabaſtrum unguenti, quo quũ ſe obliuiſſet factus eſt omnium formoſiſſimus, proptereaq; adamatus a Mitylenæorũ mulieribus ſed maxime a Sappho poetria, Scramãdronymi filia, Cælius lib.5.cap.43.Eius formã Ouid.ſic deſcribit: Hunc ne pro Cephalo raperes Aurora timebam &c.

Phædrus Elienſis,Socrati Platoniq; familiaris,a domino Lęnone (dictu in ſandũ ob excellentem formam coactus eſt ſe proſtituere,ſuoq; corpore quæſtũ facere.V olaterranus.

Plutarchus in Lucullo ſcribit, Pretiam quandam fuiſſe in vrbe Roma fæminã, venuſtare formæ nulli ſecũdã,quæ ſua pulchritudine.Cethegum ſibi deuinxerit, adeò vt nihil probaretur Cethego,quod Prætia non iuſſiſſet.

De Pyramo & Thysbe Ouid.li. 4. Met. Pyramus & Tysbe,iuuenũ pulcherrimus alter, Altera,quas Oriens habuit,prælata puellis,Contiguas habuere domos.

Pſamnaticus rex Ægypti Rhodopen meretricem ob pulchritudinem matrimonio ſibi iunxit.

Magnus Alexander,totius prope Orientis uictor & imperator,Rhoxanã Satrapis barbari filiam matrimonio ſibi iunxit ob ſolam eius pulchritudinem.Vide Curtium li.5.

Qu.Catullus poeta Epigrammaticus formam Roſcij pueri amaſij ſui his uerſibus celebrat:Conſtiteram exorientem.Auroram forte ſalutans,Quũ ſubito a læua Roſcius exoritur.Pace mihi liceat cæleſtes dicere ueſtra,Mortalis viſus pulchrior eſſe Deo.

Scribit Cęlius,Scipionem cognomento Demetrium,apud Romanos forma fuiſſe amabili & eleganti.

Fuit etiã i Semiramide eximia pulchritudo,& facies imperio digna.Vnde & mortuo marito.Perſis imperauit vſque ad prouectam filii ætatem. Ouid.li.1.Eleg. Qualiter in thalamos formoſa Semiramis iſſe Dicitur.

Serranus.Vergilius libro 9. Et iuuenem Serranum illa qui plurima nocte Luſerat inſignis facit.

Siſigambis uxor Darij nulli ſuæ ætatis fœminæ pulchritudine ceſſit, teſte Curtio quam tamen uicto Dario Alexander non ſolum non uiolauit,ſed & ſummã adhibuit curam,ne quis captiuo corpori illuderet.

Spurina fuit egregius adoleſcens,qui quum fœminas uirosq; ad libidinẽ ſolo decoro aſpectu prouocaret,pulchritudinẽ oris ſpõte vulneribus deformauit.Val. Maximus de Verecundia.

Saxo Grammaticus li.8.Danicæ hiſtorię ſcribit, Suauildam reginam tantæ fuiſſe pulchritudinis, vt quum uincta loris expoſita eſſet equinis calcibus obterenda, ipſis quoque iumentis horrori fuerit, artus eximio decore præditos ſordidis lacerare veſtigijs.

Sulpitiæ formam commendat Tibul.li. 4. Illius ex oculis quum vult exurere diuos.Accendit geminas lampada acer amor.

Ferunt

Ferunt Albium Tibullum poetam Elegiographum corporis forma admodum præſtanti fuiſſe. Vnde Hor. de eo loquens: Non tu corpus eras ſine pectore, Dij tibi formam, Dij tibi diuitias dederant.
Paulus Diaconus ſcribit, Theodotem puellam, genere Romanam, forma fuiſſe cō ſpicua & mirabili, flauis promiſſisq; capillis ad pedes uſque pendentib. eaque pulchritudine ineſcatum Cunibertum regem, amore puellæ exarſiſſe.
Thetidem deam maris poetæ niueam & formoſam faciunt, quod perpetuis aquis abluatur, Catullus: Tene Thetis tenuit pulcherrima Neptunine.
Thysbe amaſia Pyrami. Ouid. li. 4. Metam. Pyramus & Thysbe iuuenum pulcherrimus alter, Altera (quas Oriens habuit) prælata puellis.
Turnum a forma pleriſque in locis cōmendat Verg. li. 7. Petit ante alios pulcherrimus omnes Turna auis, atauiſque potens. Item: Ipſe inter primos præſtāti corpore turnus. Vertitur arma tenens, & toto vertice ſupra eſt.
Tyro puella Salmonei filia ob formam Neptuno adamata eſt. De hac Prop. li. 1 1.
Violanillam Stellæ poetæ vxorem, multis verbis commendat Stat. li. 1. Syl. Idem paulo poſt: At tu pulcherrima forma Italidum, tandem merito poſſeſſa marito.
Habuit Xerxes in exercitu 68. myriades, quæ ratio habet bis & quinquagies cētū octoginta tria millia hominum. Herodotus tamen ſcribit, in tanto mortaliū numero neminem fuiſſe pulchriorem rege ipſo, aut proceriore ſtatura.
Sunt alij permulti pueri & puellæ, in quib. elegans fuiſſe pulchritudo memoratur vt Pyramus, Pelops, Idas, Caſto, Pollux, Iaſon, Artaxerxes, Cyrus, Troilus Patroclus Hymē. Ex fœminis Paſiphae, Ariadne, Berenice, Hermione, Bryſeis, Penelope, Deidamia, Erſilia vxor Romuli Ero, Virginia, Anaxarete, Antigone, Arachne, Arethuſa, Arſione, Polyxena, Pelagia, Lycaſte, Iocaſta, Hecuba, Caſsādra, Heſperie, Cleopatra, Choelia, Ilia, Sibyllæ, Veſtales, Heroinæ, & aliæ prope infinitæ. Quas qui ſcire uolet, autore reuoluat.

DE FORMES.

Brotheus Vulcani & Mineruæ filius, deformi facie dicitur fuiſſe. Ob quam dū pleriſque eſſet ridiculus, animi dolore ſe in rogum coniecit, teſte Ouid. in Ibin. Quodque ferunt Brotheum feciſſe cupidine mortis, Des tua ſuccenſæ mēbra cremanda pyræ.
Hipponactis poetæ Iambographi deformitatem ſuis tabulis expreſſerunt Bubalus & Anterinus pictores: eamque imaginē, quod notabili eſſet vultus fœditate, propoſuere in ridēdū circulis magno ſuo malo. Indignatus enim Hipponax virunque ſuis Satyris tanto. retali auit fœnore, vt ambo laqueo ſe præfocauerint. Plin. c. 5. li. 36.
Aiunt & Corytheum quempiam fuiſſe hominem notiſſimæ deformitatis, quique liberos ſuſceperit patrem infeliciſſima forma referentes: vnde fluxit adagium, Coritheo deformior. Eraſmus.
Homerus ſcribit, Therſitem omnium qui ad Troiam venerunt, fœdiſſimū fuiſſe, totumque hominē a capite ad pedes ita graphice depingit, & corporis vicia, & animi morbos, vt dicas peſſimū ingeniū in domicilio ſe digno habitaſſe, inquit Eraſmus. Vnde adagium. Therſitæ facies. Oui. li. 4. de Ponto.
Damon fluit pedotriba quiſpiā inſigni claudite de formis, qui quū crepidas rector tis ſuis pedibus congruentes furto amiſiſſet, imprecatus eſt, vt eius pedibus cōuenirent, qui ſurripuiſſet autor Cælius.
Ferunt Aeſopum e Phrygia fabulatorem, omnium quoque turpiſſimum extitiſſe. Fuit enim nigerrimus, vnde illi datum nomen. Nam Aeſopus & Aethiops idē fere ſignificant Corpore præterea gibboſus, uerum ingenio (quo deformitatē illam penſauit natura) clariſſimus. Cælius lib. 8. c. 474.
Aiunt Socratem philoſopum fuiſſe ſimis naribus, recalua fronte, piloſis, humeris, & repandis cruribus. Propterea quum duæ vxores Xantippe, & Myrrhe

zelotypia

zelotypia quadā in contentiones venirét,illis inter ſe iurgātibus dicebat: Quid propter me iurgia ſimul exercetis,quem adeo deformem peperit natura?
Epictetus vero philoſophus fuit claudus: vnde ei hoc diſtichō a Macrobio poſitū
Seruus Epictetus genitus ſū,corpore claudus,Paupertate Irus,dijs & amic⁹ ego
Hemippus poeta fuit Athenienſis,altero captus oculo,Volat.
Colomanus rex Pannoniorum poſt Ladiſlaum dicitur fuiſſe ore improbo,luſcus, claudus,gibboſus,& lingua bleſus.Volat.
Vergilius ſcribit Polyphemum cyclopem Siculum fuiſſe monoculum,vbi ait,Et te lo lumen terebramus acuto, Ingens quod torua ſolum ſub fronte gerebat. Idē Monſtrum horrendum,informe,ingens,cui lumen ademptum.
Poetæ quoq; fabulantur Vulcanum claudum fuiſſe ac toto deformē corpore,di cuntque propterea parentes infanti non riſiſſe, ſuoque cubili admiſiſſe. Ver. In cipe parue puer,cui non riſere parentes,Nec deus hunc menſa,dea nec dignata cubili eſt.Ouid.li.2.Elegiarum.
Martialis Philenem puellã luſcam fuiſſe, & altero lippā oculo videtur innuere li. 1.vbi ait: Oculo Philenis ſemper altero plorat, Quo fiat iſtud quæritis modo? Luſca eſt.Item li.2.Cur non baſio te Phileni?cauſa es.Cur non baſio te Phileni ruffa es.Cur non baſio te Phileni luſca es.
Idem autor libro.3.ait,Vetuſtiam tres habere dentes, tres capillos, pectus cicadæ crus formicæ,rugoſam frōtem,mammas aranearum caſſibus pares, os rictibus, crocodili ſimile,cantum,ranarum,& culicum,noctuæ viſum,hirci fœtorem, & pleraſque alias deformitatis inhoneſtas notas.
Olim creditum eſt eos ſeptem diebus formoſos fore,qui leporem eſitaſſent Prop terea idem Martialis Gelliæ deformitatis illudens,ait eam nunquam eſitaſſe le porem,his uerbis.

Quum leporem mittis,ſemper mihi Gellia mandas.
Septem formoſus Marce diebus eris.
Si verum dicis,ſi uerum Gellia mandas.
Ediſti nunquam Gellia tu leporem.

Idem Mart.li.11.Zoili ſui deformitatē ſic depingit.Crine ruber,niger ore, breuis pede,lumine læſus,Rem magnam præſtas Zoile,ſi bonus es.
Galbæ imperatori corpus fuit gibbo deforme,autore Macrobio.
Afferunt & alia de forma philoſophorum Zeuſippus dicitur fuiſſe ceruice curua. Aratus panda,Zeno fronte contracta,Epicurus cute diſtenta,Diogenes barba co mante,Socrates cadente,Ariſtoteles brachio exorto,Xenocrates cute collecto, Heraclitus oculis fletu clauſis,Democritus labris riſu apertis.Chryſippus digi tis propter numerorum indicia conſtrictis. Euclides propter menſurarū ſpacia laxatis,Cleantes propter vtrumque corroſis.autor Sidonius libr.9.

MORBI DIVERSI.

Acrocordona vlcera ſūt verrucis ſimilia,vbi ſub cute coit aliquid durius, & inter dum paulo aſperius.
Albugo eſt macula quædam in oculo a colore ſubalbido, qui ex glutinoſa pituita procedit.Plinius:Qua alligata oculo,albugines tolli dicuntur.
Alopœcia morbus eſt in capite humano ex uitio humorū proueniens,dictus a vul pe quam Græcia Alopœca dicunt, quod crebro hoc genus morbi patiatur: vel ex proprietate vrinæ eius animalis,qua ut aſperſæ herbæ areſcunt, neque rena ſcuntur nouę ita quoque pilos decutit hic morbus,qui poſtea non ſuccreſcunt. Vocatur aliter Alopœciaſis,& Alopæcades vafer ſeu vulpio dicitur Plinius ait, hunc morbum Linguæ herbæ radice combuſta & trita emendari.
Plutarchus ſcribit Alphon morbum eſſe quendam, quo quamuis laboret Atoſſa Artaxerxis filia,nihilominus a patre in uxorem ducta eſt.
Amaurosis morbus eſt viſum impediēs incolumi pupilla,fere citra vllum dolorē.

Amblyopia

Amblyopia idem prupè eſt cum Amauroſi, quando ita premũtur oculi, vt exerti perſeuerent, & plus iuſto patentes ſunt, vt contingit athletis certamine compreſſis.

Amphimerinon febris eſt quotidiana, quę ex humorib. corruptis, ac præſertim pituita, coaleſcit. Plinius capite undecimo, lib. 28.

Ancuryſma tumor eſt arteriæ præcluſæ, è ſanguine & ſpiritu cauſā trahēs. Fit autem, cum vulnerata arteria pellis nequaquam ſuperinducitur.

Angina morbus eſt acutiſſimus, fauces occupans & ſtrangulans, qui aliter Tonſæ ſeu Tonſille dicitur, ab Hippocrate & Galeno Synāche tracto etyme ab ango verbo, quod hominem angat. Plaut. Vellem me in anginam uerti, vt huic anicu lę fauces præoccuparem. Fit autē quando nec tumor, nec rubor ullus apparet, ſed corpus aridū, & uix ſpiritus trahitur. Arethæus medicus dixit, morbū hūc ex frigore frigisque potionibus generari. Anginæ genera tria ſunt, Synanche, Cynāche, Paraſynāche. Iulius Modeſt. apud Macrobium teſtis eſt, Angerone deæ olim ſacrificatū, ꝙ populus Ro. hom. hoc morbo pmiſſis uotis liberat⁹ ſit.

Anorexia eſt morbus quidam, quo affecti cibum reſpuunt & faſtidiūt, pelliturq. olfactu aceti, & alijs odoribus acutis.

Apoplexia ſeu Apoplexis dicitur ſubita percuſſio, & uelut quædam cōſternatio, quam qui patiūtur, dicūtur Apoplectici. Hoc morbo perijt. Valētinus ſubito ſā guinis eruptione. Si fiat in parte corporis tātum, Hemiplagia dicitur. Hūc morbum Latini. Stuporē vocant. Galenus ait in Apoplexijs totū corpus ſenſu priuati ac motu, ſolumq. ſupereſſe anhelitū, qui ſi prohibeatur, maxima eſt & acutiſſima apoplexia. Fit autē hic morbus interdum fulminis ictu, interdū morbo.

Apoptoſis dicitur pruritus palpebrarum, quum pili earum decidunt, quarū Dia broſis, Dictochiaſis, Phthiriaſis etiam ſunt uicia.

Apoſtemata dicuntur corruptiones carnium, muſculorum, venarū & arteriarum quæ initio rubra & dura ſunt: demū quū maturauerunt, multā emittunt ſaniē.

Apthę vlcera ſunt in ore ſummo, infantibus plerunq. peculiaria, vitio lactis (quo nutriuntur) calido humore corrupti. Oriuntur & in prouectis, ætate, quādo hu moribus calidis concurrentibus tumeſcunt ora aſpectu ſanguineo.

Argema eſt morbus oculorum, quum vlcus circulum oculi infeſtat. Gręci Irim, & Leucoma à cādore nomināt: Latini Albuginem. Fit autem, quādo ex plaga te nui uenis fractis ſanguis ſuffunditur toti oculo, deinde nigreſcit.

Arquatus morbus dicitur à uarietate colorum arcus cęleſtis, quos affectorum fa cies reddit. Plinius ſcribit, hunc morbum & Ictericum eundē eſſe cum Regio morbo, ab Icterone aue, quam nos Galgalum dicimus. De hoc Lucretius li. 4,

Lurida præterea fiunt quæcunq; tuentur,
Arquati quia furoris de corpore eorum
Semina multa fiunt, ſimulachris obuia rerum.
Multaq. ſunt oculis in eorum denią; mixta,
Qua contage ſua palloribus omnia pingunt.

Arthritis dicitur articulorum affectio ſicut Pleuritis coſtarū: & Nephritis renū.

Athrophia morbus eſt maciem cōtrahens quando corpus non alitur, continuo ali quibus decedentibus, & nullis ſuccedentibus.

Aurigo morbus eſt qui, & regius dicitur nomen habet a colore auri quē bilis per totum corpus diffuſa repræſentat. Quo qui laborant, Auriginoſi vocantur.

Batrachus eſt tumor ſub lingua, maxime infeſtans.

Branchus ſpecies eſt Catharri guttur arripiens, quādo fauces arteriarū aſpiritate læſæ ſunt.

Bubonocele morb. dicitur, quādo inteſtinum uſque ad inguen dūtaxat eruperit, aut decubuerit.

Bulimus dicitur morbus, quum ob famen ſtomachus deficit, paulatimque adeò

geſcit

geſcit,vt extremæ partes deſtituãtur.Curatur autem aceti aut panis calidi olfa ctu:aut ſi extrema membrorum calida aqua abluantur.

Cachexia eſt malus corporis habitus,omne alimentum corrũpens,quãdo corpus longo morbo extenuatum refectionẽ ob debilitatem nõ accipit. Prouenit etiã quandoque à retentione excrementi.

Cæriũ genus eſt vlceris,dictum à faui ſimilitudine,quam habet Plinius:Ramorũ fici teneri calculi cum melle vlceribus(quæ Cæria vocantur)illinuntur.

Calculus morbus eſt in renibus,prouenient ex defectu concoctionis.Fit etiam in veſica,tum appellatur Lithiaſis.

Cancer cãceris,morbus eſt naſcens in omnibus ferè corporis partib.ſed maximè in mammis mulierum,quæ naturali menſtruo non purgantur.Ouid.lib.2.Met. Vtq; malum late ſolet immedicabile cancer Serpere, & illæſas vitiatis addere partes.Cato de Ruſtica,Cancer cãcri,ponit in maſculino.Eadẽ(inquit)braſſica vulnera putrida, Cancroſq; purgabit.Aliter Carcinoma, ſeu carcinus dicitur.Crinitus ait Cancrum differre ab Elephantiaſi,quòd Cancer vnicum duntaxat membrorum occupet, Elephantiaſis vero vniuerſum corpus paſſim cõtagio depaſcatur.

Carbunculus eſt tuber,ſeu vitium proueniẽs ex inflammatione,dicitur ab igneo carbone propter inflammationem.Super eum puſtulæ eminẽt maximè nigræ, interdum ſub liuidæ aut pallidæ,in quibus ſanies eſſe videtur.Hunc morbum Græci Anthracem vocant.Plinius lib.16.ait Carbunculum in Italiam primum veniſſe L.Paulo & Qu.Martio cenſoribus,ac eſſe peculiare Narbonẽſis prouinciæ,malum.

Carcinoma,ſunt qui idem eſſe putẽt cum Cancro,niſi quòd maximè in ſuperioribus partibus circa faciem,nares & aures prouenit.Cato ait hunc morbũ ſanari braſſica trita.

Cardiacus morbus eſt in ore ventris,qui accidit cũ febre acuta,& motu arteriarũ frequenti recreaturque flabelli ventilatione.

Caros ſpecies eſt Lethargi,vehementem ſomnum inducens.

Catoche & Catalepſis morbus eſt inter Lethargũ & Phreneſim medius, melancholico humore cum febre veniens, cum affectus oculos quandoque apertos, quandoque concretos & immobiles habet ſine ſenſu.

Cephalæa morbus eſt acutus & peſtilens,qui totũ caput infeſtat.Qui dimidia ſolum capitis parte laborant,hemicranici dicuntur Cephale caput ſignificat.

Calazià morbus eſt prȩcedenti ſimilis,quando tuberculũ album modo grãdinis innaſcitur.

Chemoſis morbus eſt oculorum,quando ex tumore vehemẽti vtræquæ palpebrȩ connectuntur,vt vix liceat conniuere.

Chiragra dicitur manum,morb.quoqui laborant,Chiragrici dicuntur.Horatius; Nodoſa corpus nolis prohibere chiragra.

Cion ſeu Cronida tumor eſt in gutture,quando ſcilicet excreſcẽs caro in faucib. ex rheumate impedit vocem.

Cirſocele morbus eſt celeorum,quum tumeſcentes venæ ſcortum implent,fitque teſticulorum alter maior altero.

Cœliacus ventris morbus, quum emollita aluo, liquida egeruntur cauſa debilitatis. Cauſa morbi eſt ſuperfluus & frigidus cibus,continua frigora,aut calores vehementes.

Comitialis morbus eſt tãtam animi conſternationẽ afferens,affectumq.adeò mẽte alienatum & attonitum reddens,vt trementib.membris,veniſq; palpitãtib.in terrã decidat.Vnde & Caducus dicitur.Vocatur etiã Herculeus,quod eo laborauerit Hercules. Item,Morbus ſacer,quòd in eam maxime partẽ ſęuiat,quæ ſit ſanctiſſima.Comitialis autem,quòd primus Romanorum(qui eo laborauit) affe-

affectus ſit in comitijs. Huic morbo præcipue ſunt obnoxij viri, qui atra bile xantur,& ingenio clarent.

Cōdyloma tuberculum eſt inſanabile, naſcens circa coronā podicis, proueniens ex inflāmatione:in quo ſunt eminētes tumores,figura rotūda,nunc molles,nūc duri.Tres aūt præcipui podicis morbi ſunt,Rhadagia,Hemorrhois,Cōdyloma.

Cophoſis aurium morbus ſurditatem afferens.

Cordapſus morbus tenuioris inteſtini,quem iuniores Iliacum nominant.

Coriago morbus eſt pecoris bubuli,quum pellis ita tergori adhæreat,vt apprehēſa manib.a coſtis deduci nequeat.Prouenit hic morbus,ſi bos ex aliquo languore maciem contraxerit,aut ſudans in opere,poſtea refrixerit.

Coriza morbus humore naſum obturans,Latine Grauedo.

Crethe eſt tuberculum,quod naſcitur in palpebra, hordei ſimilitudine. Vnde & Hordeolum vocatur.

Cynanche dicitur pituita craſſa in fauces & ceruicē delata,qua maxime laborant canes.Vnde etiam tractum etymum.Tunc uox nihil poteſt exprimere.

Diabetes eſt morbus renum,qui inueteratus ex prauo humore congeſto maximā inducit ſitim Curatur ſuperflui humoris euacuatione.

Diſcoia appellatur difficultas aditus.

Dracontium morbus eſt apud Indos & Ægyptios,proueniens in membris muſculoſis,vt gutture brachijs,coxis,cruribus.

Dyſenteria eſt inteſtinorū exulceratio,qua qui laborāt,vocātur Dyſenterici. Latinè Tormina dicūtur.Prouenit quādoq; ex cibo,aut acuto,aut minimè cōcocto.

Diſuria vocatur vrinæ difficultas,dū veſicæ paſſiones vrinā ipſam ſupprimunt.

Diſpœa eſt difficultas ſpirandi.

Ectropia morbus eſt oculorum Lagophthalmię contrarius,dum palpebræ deorſū conuertuntur.

Elephantus,Elephātia,ſeu Elephantiaſis,morbus eſt ſimilis lepræ,crebras in ſumma corporis parte gignens maculas,ac tumores,rubore paulatim ſeſe in atrum uertente.Hoc affectis morbo omnes corporis partes næuulis quibuſdam rubris inflantur.Nomē tractum ab elephanto animali,cuius cutis vlceroſis vallib. exaratur.Scribit Plin.morbum hunc in Italia non fuiſſe ante Cn. Pompeij tēpora. De hoc Lucretius li.6.ſic inquit:Eſt Elephas morbus, qui propter flumina Nili Gignitur Ægypti in medio,neq; præterea uſquam Galen. Elephātiaſim inter in fātiles morbos numerat. Differt a lepra, quoniā lepra habet cutis impetiginem quandam,& velut ſcabiem:Elephantiaſis uerò non cutem ſolum,ſed neruos & oſſa uitiat.

Emphyſma eſt ſpiritus inflatio ſub cute.Fit quandoq; in uentre & in intraneis.

Empyeme morbus eſt Thoracis,procedens vel ex ſanguine commaculato,vel alicuius uiſceris ulcere.

Encanthis morbus eſt oculorum,quum in ipſorum angulo tuberculum eſt,quod palpebras parum deduci patitur.Eſt autem nautis frequens.

Emphyſma ſeu Sympyſis dicitur tumor & inflatio palpebrarum.

Enterocellæ morbus eſt inteſtinorum diffluentium in teſticulos.Mar.li.10.Enterocellarum fertur Podalyrius Hermes.

Ephialtes morbus eſt,quo affecti noctu ſe ſtrangulari putāt,aut mēbris aliquibus detineri,aut ex alto cadere,aut uoce,& parata venere prohiberi.Hic ſi inueterauerit,apoplexiam, aut epilepſiā efferet.Prouenit ex atrabile, & craſſis humoribus ad cerebrum tendentibus.

Epialos ſpecies eſt febris,ex pituita frigida procedens.

Epicauma vlcus eſt ſordidū,ex cuius purgatione humida,quæ ſunt intus, effluūt.

Epinyctis vlcus eſt aciē hebetans, & in cingulo oculi perpetim humor emanans; quem morbum ait ſanari illitis porri ſectiui folijs.

Epiphora

Epiphora morbus eſt oculorum, quum humoris deſcenſu anguntur oculi. Plin. ait carnem peponum Epiphoris oculorum prodeſſe. Columella, Magudarim contuſam conſperſa polenta ipſum morbum ſupprimere.

Eneumatoſis dicitur ventris inflatio humoribus pituitoſis in vapores reſolutis ex mediocri calore.

Epulis tumor eſt iuxta dẽtem genuinum, quandoq; cum febre & dolore vehemẽte, adeo vt hiſcere hominem prohibeat.

Erotes morbus eſt melancholiæ, ex nimia amoris ægritudine proueniens, qui curatur vini potatione, balneis, ſpectaculis, & alijs rebus iucundis, mentem ab eo tormento auocantibus.

Febres ſunt variæ. Quotidiana, quæ accidit pituitoſis, quandoque pueris hyemali tempore, & ſenibus ob nimium cibum, vel in vita maxime ocioſa. Hęc certa habet periodum, & aliquando deſinit. Hanc Græci uocant Amphimerinã. Putrijs febris cognoſcitur ex pulſu arteriarum in æquali, calore magno & fumoſo. Hæc ſanaẽ miſſione ſanguinis, & humoris euacuatione. Continua non habet remiſſionẽ. Febris Acuta cognoſcitur lingua affecti nigra, ſiccis excremẽtis, lutea & vehemẽte ſiti, inquiete nocturna, & mẽtis alienatione. Tertiana uno die pręſtat, tertio poſtea redit. Habet originẽ a flaua bile, horroréque ac ſitim infert ab initio, ac propterea tempore ęſtiuo plerunque uenit. Curatur alui decoctione, urinæ prouocatione, & potione apii. Quartana oritur è frigido humore, & atrabili. Calore tertiana inferior eſt. Propterea plerũque ſolet eſſe autumnalis Sanatur diæta, uino tenui & albo, ac tribus piperis granis quotidie ex aqua sũptis. Dicitur autẽ febris a feritate. Ea affecti dicũtur Febrire, Febricitare, & Febricitari.

Ficus uitium eſt oculis adnaſcens, quod non facile poteſt auẽlli, Naſciturque ex nimio pruritu, in his maxime partibus, quæ pilis conteguntur.

Furunculus tuberculum eſt cum inflammatione & dolore, quod in pus ueniat.

Gangilium eſt morbus in capite, quum humor quidam includitur eſt etiam neruĩ alicuius contorſio.

Gangræna eſt quædam ſcabies curatu difficilis, quando itidem tumor ingens afficit aliquod membrum.

Gemurſam Plin. li. 26. ait morbum eſſe inter digitos pedum naſcentem.

Glaucoma genus eſt morbi chriſtallini humoris mutati in colorem glaucum.

Gonorrhœa eſt emiſſio vrinæ minimè uolũtaria, ex debilitate proficiſcens, cui occurritur abſtinentia rerum inflantium.

Harpe eſt humor ex flauabile proueniens, qui totum corpus latè corripit.

Hæmorrhois genus eſt morbi, quo affecti ſanguinis fluxum patiũtur. Plin. ait Allium potu, uel cibo, vel illitu priuatim contra hæmorrhoidas prodeſſe.

Hecterocronea morbus eſt capitis, quum caput ipſum inæqualiter dolet tumetque, & inter pilo rotunda & tumida ſurgunt ulcera.

Herculanus morbus eſt ex eorum numero, quibus nulla medicorum ope ſuccurri poteſt. Naſciturque quoties caro in humorem craſſum & ſpumidum colliqueſcit. Vocatu aliter Diuinus ſeu Sacer, quod diuinam, ideſt, rationalẽ animi partem uiolet.

Hydrocelle morbus eſt, quum inteſtina defluunt colligitur. Mart. libro. 12. omnes quem modo colei timebant, Di centem tumidas in hydrocellas.

Hydrocephalæa ſeu capitis morbus, ubi humor cutem inflat.

Hydron ſeu hyderon genus eſt morbi, quum diſtenditur aqua cutis.

Hydrops, ſeu Hydropiſis eſt morbus aqueus ſubcutaneus, quãdo ſcilicet ſub cutę eſt aqua, quæ facit uẽtrẽ turgeſcere & inflari. Quo morbo qui laborant, explere ſitim nequeũt Horatius. Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops, Nec ſitim pellit, niſi cauſa morbi Fugerit uenis, & aquoſus albo corpore languor.

Hypiſphaſma dicitur ruptio uenæ, ex ictu & uena plerunque procedens.

Hypiaſmus eſt conuerſio ſtomachi ex humore imperante.

Icterus eſt diffuſio bilis per totum corpus,quæ interdum nigra,interdũ flaua eſt: diciturq.ab ictero aue,cuius aſpectu ſanat. Cognoſcitur hic morbus ex colore occulorum,quando quod album eſt,fit luteum. Procedit tam ex ſplene affecto, quam ex hepate. Eo laborans nulla cibi appetentia mouetur,alba egerit,excrementa. Vocatur aliter Regulus,Arquatus,& Aurigo. Mar.li.11. Dicet & ictericā ſi forſitan altera mæcha.

Ignis ſacer numeratur īter mala vlcera. Cuius duo genera: Alterũ ſubrubicũdũ, quod fit in pectore,laterib.aut plantis: Alterum in ſumma cutis exulceratione, ſed ſine latitudine. Dicitur ſacer propter admirationem,quòd nihil habet cum aliis morbis ſimile:uel ab Hercule,qui eo laborauit.

Ileos morbus gracillioris inteſtini,quo affecti dicuntur Ileoſi.

Impetigo,eſt fœdatio cutis cum pruritu. Affert autem morbum ſquamoſum ſcabiei ſimilem,totum corpus dehoneſtatē. Serenus. Si uerò vitium eſt,quod ducit ab impete nomen,Hoc matutina poteris cohibere ſaliua. Aliter Petix,& Petigo dicitur.

Intertrigo fit quando nerui in aliqua corporis parte cōtrahunt. Cato ait morbum hunc ſanari poſſe,ſi ſurculus abſinthij pontici feratur ſub anulo.

Lagophthalmia morbus eſt oculorũ,quãdo contractis ſupernè palpebris apertis dormitur oculis,inſtar leporis.

Leontiaſis capitur pro Elephãtiaſi, quod hoc morbo affecti frõtem Leonis modo corrugatam habeant.

Lepra morbus eſt idem cũ Elephãtia,aut non multum diſſimilis. De quo intellexiſſe videtur Hor.dicens: Vt mala quē ſcabres,aut morbus regius urget. Hũc allio exulcerari,ſanariq.cum origano,teſtis eſt Plin.li.10. Similitudinem habet cum Pſora,ſed altius aliquando penetrat,pulmonemq.adeò corrũpit,& putre facit,vt eo affecti raucescant,ægreque loquantur,& reſpirent.

Lethargus morbus eſt Phreneſi cōtrarius, dormitans,& ex atrabile proueniens. Cui conſanguineus Veternus,alter obliuione,alter ſomno ſemiſepultus. In lethargo prēter ſomni appetentiam,eſt quædam mentis alienatio,& rerum prope omnium obliuio. Boethius: Lethargum patitur communem illuſarum mentium morbum,ſui paullisper oblitus eſt. Hoc affecti dicuntur Lethargici.

Leucomata maculæ ſunt profundæ in oculis.

Lippitudo uitium eſt oculorum,humorem & lachrimas emittentium,quo Hora. fatetur ſe laboraſſe,vbi ait. Hic oculis ego nigra meis collyria lippus, Illinere.

Lithiaſis vocatur morbus calcularis. Alij ocularem faciũt in cōuerſis palpebris. Si in renibus accidat,aut ueſica,procedit ex defectu concoctionis.

Lycantropia ſpecies eſt melancholiæ,quum more luporum affectus noctu in sõnis vlulat.

Lychenas maſculini generis dicuntur oris ulcera,furfurem cutis excitantia,Latinè Mẽtagra dicũtur. Mart.li.11. Non vlcus acre,puſtulæve lucentes, Nec triſte mẽtũ ſordidiq.Lychenes. Fuit hic morbus Romanis ignotus uſq. ad principatum Tyberij,autore Plin.li.26. c.1. Aliter etiam vocatur Lychen.

Lynteria vocatur inteſtinorum diſſolutio,quũ cibus non perficitur,ſed egeritur incoctus Lyenteriam qui patiuntur,dicuntur Lyenoſi.

Melatheam Plutarchus in Phocione ait eſſe morbũ, quo laborauerit Dimarchus Corinthius morbi tamen non exprimit qualitatem.

Mentagra eſt faciei morbus nomē ſortitura a mento,a quo oritur,occupatq.interdum totos vultus,oculis tantum immunib. Deſcendit nonnunquam in colla, pectusq.ac manus, fœdo cutis furfure Vocabulo Græco Lychen ſeu Lychenis dicitur. Mentigo uerò morbus eſt pecorum.

Narce eſt alicuius mẽbri torpedo,ſeu labore,ſeu frigore ſtupeſcentis. Narcodes dici-

dicitur,qui hoc patitur. A Narco piſce hoc malum inferēte,qui & Torpedo appellatur.
Nauſea vocatur ſtomachi faſtidium ob circunſtātem paruum humorem. Cui prope ſimilis Anorexia,ideſt,ciborum inappetentia.
Nephritis eſt renum morbus,qui inter acutos numeratur,de quo forte intellexit Horatius,dicens,Si latus, aut renes morbo tentātur acuto Nephritici dicūtur omnes,qui hoc morbo laborant.
Otalgia eſt aurium morbus quum intus fiunt quidam ſoni.
Ozenia morbus eſt,quum multa vlcera ac cruſtæ ſunt circa nares,quę fętidū reddunt odorem,& olfactum impediunt.
Paralyſis dicitur neruorū diſſolutio,& viriū defectus, aliter Pareſis. Hoc morbo qui laborant,uocantur Paralytici. Arguitur autem in hominibus,quum rectum ſeruare inceſſum non valent, & crura velut ardua conſcendentes attrahūt, & ſiniſtrum quandoque dextra circumferunt quandoque è diuerſo.
Priſtmia morbus eſt gutturis & faucium,quando loco gulæ anguſta præcludūtur aut nimia vini potione,aut hauſtu ſubito alicuius rei acorem habentis.
Parotides morbi ſunt narium,qui naſcuntur ex capitis honore huc deſcendente & agelto. Sunt & quandoque ſine tumore.
Parulis dicitur tumor gingiuarum,cui niſi pharmaca occurratur,in pus veniunt.
Peurio morbo eſt pedū ex frigore proueniens,& maxime calcaneū infeſtās,quē rapo domeſtico, ſi feruens imponatur,ſanari,teſtis eſt Plin.
Petigo maculoſus eſt morbus,totum plerūque vultum præter oculos occupās. Aliter vocatur Impetigo ab impetendo.
Phrenetis morbus eſt conturbans mente,& inſaniam plerunque excitans. Fit autem,quum quis vanas imagines accipit. Poſſidonius ſcripſit. Phreneſim tumorē eſſe membranarum circa caput cum febri acuta,qui mentem alienat. Prouenit autem eſt flaua bile. Si humida eſt,ſomnos facit profūdos: ſi ſicca vigilias: ſi humida cum paruo frigore ſtultitiam.
Phtiſis morbus itidem oculorū quando pupilla anguſtior fit, aut latior ex aliquo capitis morbo,ex quo obiecta apparēt eſſe maiora quam ſint. In hoc morbo fit exulceratio pulmonis eſt pituita diſtillante a capite.
Pymoſis uitium eſt membri genitalis quando nudum, eſt aut contectum nudari non poteſt.
Pituita eſt morbus capitis proueniēs ex catharro, Gręce Phlegma dicitur. Eſt aūt origo omnium languorum,qui ex diſtillatione fiunt. Quū expirat extrinſecus varios humores producit. Intrinſecus vero cohibita,vrentes adacesq. morbos parit Horatius in epiſtolis; Pręcipuè ſanus,niſi quum pituita moleſta eſt. Pituitoſi hoc morbo affecti.
Pleuritis ſeu Pleureſis eſt dolor laterū, quo affecti dicūtur Pleuritici. Quo morbo perijt L. Craſſus eloquentium iuriſperitiſſimus. Affert plerunque febrē,tuſſim & anhelitus difficultatem.
Pneumonia morbus eſt pulmonis quando tumeſcit,proueniens interdum ex vehementi catharro vel pleuritide.
Podagra eſt dolor pedum,quo affecti dicuntur Podagrici Mar. Litigat,& podagra Diodorus Flacce laborat. Pli. ait,hunc morbum rarum fuiſſe in Italia patrū auorumque memoria,quaque etiam ętate,nec eſſe incurabilem. Nā in multis ſponte definit,& in pluribus curatur. Vide remedia lib. 20. c. 11. Quamuis Oui. li. 2. de Ponto dicat: Soluere nodoſam neſcit medicina podagra. Si eſt in genu,vocatur Gonagra ab Hippocrate.
Polypus eſt narium morbus,ita dictus a ſimilitudine polypi animalis. Qui ut acetabulis venantes inuadit,ita quoq. nares iſte occupat,vſq; ad ſermonis et anhelitus impedimentum. Ponitur inter carcinomita pene incurabilia. Polypoſi sūt, quorum

quorũ naſus polypo morbo in fœdam magnitudinẽ excreſcit. Martialis: Naſutum volo, nolo polypoſum.
Porrigo genus eſt morbi, qui creſcẽdo porrigitur & extẽditur, vnde nomẽ traxit. Naſcitur in capillo, barba & ſupercilio. Lucilius: Triſtẽ & corruptum ſcabie & porrigine plenum. Qui hoc infeſtantur, dicuntur Porriginoſi.
Pſora ſpecies eſt lepræ, quæ in ſumma pelle uerſatur. Hac qui laborãt, vlcera ſiue puſtulas ſupra modum contingere & ſcalpere cupiunt.
Pſoropthalmia dicitur pruritus palpebrarum.
Priapiſmus morbus eſt, quo gentile membrum citra rei venereæ cupiditatẽ extẽditur. Cui reb. frigidis occuritur, quo perijt Michael Verinus poeta Hiſpanus. Aliter Prurigo vocatur.
Pterygium membranula eſt neruoſa, oriẽs ſub angulo oculi, quæ interdũ ita augeſcit, vt pupillã operiat. Si inueterata ſit, chirurgi manu indiget: ſi mediocris tantum collyrijs.
Phthiriaſis appellatur morb. pedicularis, quo Sylla, Pherecledes, & alij pleriq. (vt iam diximus) perierunt.
Ptioſis oculorũ morbus, quum pili ſuperioris palpebræ connectuntur, vel quum decidunt, aut ordine duplici ſuparnaſcuntur ex craſſitudine palpebrarum.
Puſtula eſt tuberculum naſcẽs in ſummitate cutis. Pli. Puſtulas vocat eruptiones pituitæ. Quandoq; tamẽ puſtula ſignificat bracteam argenti. Martia. li. 8. Et niueum felix puſtula vincit ebur.
Ramex ſpecies eſt Herniæ. Hoc affecti morbo vocantur Ramicoſi. Sanatur Syluestri ruta cum axungia, autore Plinio libro decimo.
Recluuium, morbus, quum circa ungues cutis ſe ſoluit. Huic ſimilis eſt Rediuia, quam lana ſuccida ſanat ex aqua frigida.
Regius morb. idem eſt cum Arquato, Aurigine & Icterico: vide in præcedentib. Appellatur autem Regius, quòd eo morbo affecti, apparatu regio vt conclaui cultiore, ludisque & laſciuia ſanentur.
Sacer morbus vocatur Comitialis, ſeu Caducus, quòd eo laborauit Hercules.
Satyriaſis morbus de ſpecie Elephantiaſis. Quo affecti vlcerib. ſcatent, tetro ſunt aſpectu, ore ſqualenti, nõ ſine dolore & pigritia, neque vlla cibi aut potus voluptate mouentur. Sic autẽ dicitur, vel quod laſciui, hominibus (quales ſunt Satyri) eueniat, vel quòd ora Satyrorum pictorum referant.
Scotoma eſt morb. quem nos Vertiginem appellamus, quum tenebre ob oculos voluuntur. Procedit autẽ ex vaporibus ad cerebrum delatis. Affectis ſolet eſſe oculorum habetudo, aurium ſonitus, ſemiſurditas. Accidit plerunq; quũ ſurgitur e ſõno, vel quũ fit circũactio corporis, aut ex ebrietate nimia & ſaturitate.
Scyrrum tumor eſt p ædurus inſenſibilis, vixque curabilis.
Siriaſis morbus eſt puerorũ, & inflammatio circa cerebrum, vnde ſequitur ſyncipitis & oculorũ incuruitas, & cum pallore & ſiccitate corporis. Plin. lib. 22. ſcribit, Heliotropij folia, infantium diſtillationibus, quod Striaſim vocant, illita mederi.
Sclerophthalmia eſt oculorũ morbus, quando præ duritiæ palpebræ vix è ſomno aperiuntur, & ſordes in oculis ſiccæ remanent, oculiq. propterea fiunt ſubruffi.
Sonticum morbũ veteres pro vehementi ac grauiſſima ægritudine acceperunt, quam Plin. ait ſuffitu lapidis (qui vocatur Gagates) deprepẽdi. Habet autẽ vim nocẽdi grauiſsime. Nam Sontire verbum, eſt vehemẽter nocere. Hinc & Sõtes rei appellantur.
Spaſmus morb. eſt, qui concreto ferè toto corpore, naſcitur è frigido humore maximè circa ſpinã maſculorum. Ex anteriore corporis parte Hemeproſtoton, & poſteriore Epiſtoton. Signa morbi ſunt, difficultas, anhelitus, motus arteriarum paru', tenuis rubor i vultu, oculi tumidi, vrina fere aquea vel sãguinea, Spaſtici

O dicuntur,

dicuntur, quib. aliquid intus conuulſum eſt. Et Spaſmus nihil eſt aliud, quàm neruorũ diſtentio, ſiue rigor procedens à ſiccitate nimia in euacuato corpore.

Sphacelus morbi genus eſt, quod ex immodica defatigatione ſolet accidere. Quidã putant eſſe tormina articulorũ, quidã oſſium tabem, quum ſcilicet membrũ aliquod vſque adeo ſcabie corruptum eſt, vt ſine ſenſu maneat.

Stanguria vocatur vrinæ difficultas, quando guttatim egeritur. Latinè dicitur Subſtillum, ſi utor Cato de Re ruſt.

Strophos appellatur inteſtinorum dolor.

Struma tumor, ſub quo concretę quædam ex ſanie & ſanguine quaſi glãdulę naſcuntur maxime in ceruice, ſub alis, & vnguibus manus.

Sycoſis morb. eſt, qui aliter Ficus, ſeu Mariſca dicitur. Vide in dictione Ficus. Fit quando caro excerſcit.

Synanche morb. eſt ſpiritum & fauces occupans, & ſtrãgulãs, Angina Latinè dicitur. Demoſthenes pecunia à Mileſijs corruptus, cũ poſtridie à concione flagitaretur, vt in eos orationem haberet excuſauit Synanchẽ. Vnus autem e turba ſuſpicatus id quod erat, exclamauit non Synanchen eum pati, ſed Argyrancen, quaſi dicas argentanginam. Quibus uerbis ſignificat, ſilẽtium Demoſthenis pecunia à Mileſijs emptum.

Scynchyſis eſt oculi confuſio, ad plagam aliquam ex qua pupilla turbatur.

Syntexis morbus eſt veneris, quãdo humoribus eo deſcendentibus, ſimile quiddã flauæ bilis excreatur. Generatur a febre, vrente omnem intrinſecus humorem Hoc qui laborant, dicuntur Syntectici.

Therioma vlcus eſt virilium, interdũ etiam aliarum partium, dum multo ac nigro ſanguine mali odoris, arta fit caro, & corroditur.

Tonſillæ morbus eſt faucium, carne durata circa guttur. Dicũtur tonſillæ in homine, in ſue glandulæ, autore Plinio.

Tormina morbus à torquẽdo ſumpſit nomẽ, quum dolore torquẽtur inteſtina, exulceratione. Ex his cruor manat frequẽs deijciẽdi cupiditas dolor eſt in ano. Signum tũc eſt mortiferum, ſi carnes egrãtur. Nonius Tormine dixit in maſculino. Medici dicunt Tormina non eſſe aliud, quam quũ permordetur aluus inteſtinorũ anfractibus. Si circa vmbilicum affligit & lumbos, neſcit medicinã.

Trachoma vocatur palpebrarum aſperitas.

Trichiaſis eſt erruptio pilorum preter naturam in ordine palpebræ, ex rheumate procedens.

Tuſſis morbus eſt arteriarũ, qui gignitur vel ex frigore, vel ex pituita in pulmonẽ deſcendente. Prouenit quandoq. ex vehemẽti conatu vocis. Interdũ ex ardore febris inueterata difficile tollitur. Sanatur herba, quæ ppea vocatur Tuſſilago.

Tympanites morb. eſt de genere Hydropiſis, quo affectus tumet, & tympani modo inflatur.

Veternus, morbus eſt ſomnũ & marcorẽ inducãs ex nimio ocio & torpore. Hinc pro pigritia & ſomno plerunque ponitur. Hinc Veternoſi.

Vnguis morbus oculorum, qui a Græcis Pterygium dicitur.

Vomica tumor eſt excreſcẽs in corpore, ſanie plerunque, emittẽs. Vomicã Plautus crumenam vocant plenam pecunia.

Vredo morbus herbarũ, arborũ, fruticũ, qui in vitibus dr carbũculus, in cæteris rubigo. Pli. Adurit lacteſcẽtes germinũ oculos, quod in flore Carbũculũ vocant.

Vermina sũt dolores corporis, qui quodam minuto motu, & quibuſdam veluti ſtimulis vermiũ inſtar ſcindere & pungere videntur. Verminare eſt vermibus ſcatere Celſus: Nihil perniciosus pueris, dum uerminant.

Verrucæ ſunt tumores in vultu, quos Græci Myrmecias vocant. Feſtus Ceſſos appellat. Serpũt vſque ad ceruicem quandoque dolorem afferentes, & pruritum.

Xerophthalmia eſt oculorũ pruritus, tracto nomine a ſiccitate. Eſt enim arida lippitudo,

pitudo,quum nec tument nec fluunt oculi,ſed graueſcunt.

AVCTARIVM.

Alii ſunt morbi numero prope infiniti,qui non doctrinam tantum & elegantiam interpretore poſtulant,ſed experientiā quoque.Nā pleriq; omnes qui de his loquimur,fumum ſolum attingimus,& nebulas pingimus in pariete. Nō eſt hæc noſtra meſſis.Et dū hoc ſcribendi argumentū ſumimus, nihil aliud aſſequimur, quàm quod peritorū linguas in nos ipſos acuimus. Multi dum ſuę doctrinę ac famæ dilatare uolunt pomæria,minus multo emerētur laudis, quam ſi quos nouerūt,remos impellerēt.Quo fit vt his relictis, ad mea licita redire uelim.Neq; hoc ipſum de morbis(quantuluncunq; eſt) delibaſſem, niſi fuiſſet animus his quadātenus ſatisfacere,qui ex oī dolio aliqd ſtudēt pitiſſare, quiq; nihil indiſcuſſū relinqui ſibi volūt.Pergamus ergo,& ſi nō facturi breue auctarū cōſuamus.

Morbis induūtur nomina quandoque ab affecto membro,vt Pleuritis a latere, Peripneumonia a pulmone.A cauſis,vt Maniæ,Melācholiæ.A ſimilitudine,vt Elephas,Leo,Caner,Ictericus,Polypus.Ab artifice,vt Chironiū vlcus. Ab his qui laborauerunt,vt Tyloſia,Herculanus.

APPELLATIONES EORVM QVI variis laborant morbis.

Apoplectici Auriginoſi,Anorectici,Apoſtematici,Aſmatici,Alſioſi,Aluini, Carbūculoſi,Carcinomatici,Chiragrici,Calaziaci,Calculoſi,Cardiaci,Cęliaci,Comitiales,Colici,Dysēterici,Elephātiaci,Epiphoretici,Ectropici,Emphyſmatici, Entherocelli,Erotici,Elioſi, Fabriculoſi, Glaucomatici, Hydropici, Hydrocephali,Icterici,Impetiginoſi,Iſchidiaci,Leproſi, Linterici, Lippi, Lagophthalmi,Leucomatici,Lyncathropici,Lethargici,Lymphatici,Mētagrici,Melācholici,Narcodes,Opiſtomici,Ortopnoici,Phrenetici,Phthiſici, Pituitoſi, Pleuritici, Pedicoſi Podagrici,Porriginoſi,Puſtuloſi,Pſorophthalmi,Polypoſi,Pneumonici,Paralytici,Peripnumonici,Suſpirioſi,Splenetici,Stomachici Strāgurioſi,Sōtici Spatici,Synteclici,Scotomatici,Strumoſi, Torminoſi, Tetanici, Veternoſi, Verminoſi,Verrucoſi,Xerophthalmi.

QVI MORBIS ALIQVIBVS INFECTI, & affecti fuerunr.

Plotinus philoſophus Platonicus natione Aegyptius, morbo ſacro fuit obnoxius. Crinitus li.25.

Ariſtarchus grammaticus Alexādrinus (qui floruit ſub Ptolomæo Philometore) hydropiſi laborauit.

Heraclitus philoſopus hydropiſi quoque laborauit,neque tamen uti uoluit medicis.Laertius.

Metrodorus philoſophus,Epicuri ſocius,laborauit Tympanite.Eſt autem Tympanites ſpecies hydropiſeos,vt iam diximus.

Ptolemæus Philadelphus rex Aegypti podagrico morbo fuit obnoxius.Plinius li. ſeptimo,ait eum uomica laboraſſe,uulneratoque pectore (quum mortē in acie quæreret)medicinam inueniſſe.

Item Plinius ſcribit,perpetuam fuiſſe febrem C.Mecœnati, cui etiam triēnio ſupremo,nullo horæ momento contigerit ſomnus.

Antipater Sidonius poeta omnibus annis uno die,natali tamen,corripiebatur febre,& ea conſumptus eſt ſatis longa ſenecta.Plin.li.7.

Theopompus phthiſi morbo laborans ab Aſclepiade medico ſanatus eſt.

Diodorum podagricū fuiſſe docet Martialis,dicens: litigat, & podagra Diodorus Flacce laborat.

Cambyſes ab ineunte ætate morbo ſacro affectatus,nunquā poſtea ſatis cōualuit Nam pleroſque ſibi familiares per inſaniam occidit.Cælius.ca.20.li 9.

In eundē morbū(qui propterea dictus eſt Herculanus)incidit Hercules,vel pro-

pter immenſos labores, aut imminente Iunone, adeò vt in ipſa animi demẽtia filios interficeret. Crinitus.
M. Craſſum ferunt ſurdaſtrum fuiſſe. autor Cic. li. 5. Quæſt. Tuſc.
Vatinius, autore Macrobio, quamuis podagra laboraret, uolebat tamẽ videri vitiũ diſcuſſiſſe, & mille paſſus ambulare ſe gloriabatur.
Iulius Viator eques Roman⁹, coætaneus Volaterrani, laborauit morbo intercur s.
Manilius Cornutus Mentagra laborauit. Ad cuius remedium inueniendũ ducenta ſeſtertia elocauit. Plin. c. 1. li. 26.
Seruius Clodius eques Rom. podagra laborauit, cuius dolore coactus eſt ueneno crura perungere. Quo facto, ſenſu protinus caruit. Suetonius.
Ennius poeta iidem fuit podagricus, ueque tamen propterea abſtinebat a muſis. Pont. de fort.
Liuius Druſus Tribunus plebis, quum eo morbo laboraret, Anticyram profectus, ſumpto ibidem Helleboro conualuit. autor Gell. c. 15. li. 17.
Iulius Cæſar extrema ætate animo linqui cõſueuit, atque etiam per fom ũ exter reri Comitiali quoque morbo bis inter res gerẽdas correptus eſt: autor Tra q.
Eunomius præſul Cyzicenus, Arrianæ hæreſeos ſectator (qui ſub Valente imperatore floruit) lepra & morbo regio laborauit.
Galla uidua Romana, Symmachi uiri Patricij filia, laborauit ex carcinomate in mamilla. Volaterranus.
Medeius vnus ex iis, qui Ioannem puellam Gallicam Anglorum domitricem flammis adiudicauerant, lepra infectus, miſere expirauit. Valerandus Varanius li. 4.
Medeius ſi quidem lõgo ſermone profatus, Aſtruit eſſe ſcelus flammis & morte piandum, Multaque adulandi ſtudio cõfingit, vt Anglos ſic ſibi cõciliet: ſed paucis inde diebus Corpus tabifico reſpergitur vlcere lepræ.
Frolla ſecundus, Alphonſi magni filius, lepra correptus, ę umnoſa morte uitã clauſit. Volaterranus.
Andragaſma uirgo, vxor Ausberti cuiuſdã, qui fuerat domeſticus Vandegiſilli comitis Palatini, lepra laborans, cœnobio ſe incluſit. Volater.
Maria filia Amedei Sabaudiæ ducis, vomica laborauit, ac propterea Philippo Mariæ vice comiti marito ſuo nunquam congreſſa eſt.
Amedeus ſecundus, filius Ludouici Sabaudiæ ducis, morbo comitiali ad mortem uſque laborauit.
Carolus rex Pannoniæ articulari morbo plerunque afficiebatur.
Genoueſam beatam Volaterranus ait, ob uitæ abſtinentiam multis annis ex lepra laboraſſe, quod ego imp um & fabuloſum puto.
Beniamin Anchoreta (qui annis 80. durauit in Eremo) fuit hydropcius.
Pontanus ſcribit, Matthæum Aquilanum pedibus & manib. captum fuiſſe: neque tamen a Theologiæ Philoſophiæ profeſſione deſtitiſſe.
Colinas Florentinus morbo podagrę coactus eſt domi ſe continere. Idem Pont.
Ioannes Venetus, diſcipulus Theodori Gazæ, podagra plerunque laborabat.

EVNVCHI ET SPADONES.

Ananias, Azarias & Miſael, pueri nobiles, natione Iudæi fuerunt, quos Nabuchodonoſor captos duxit Babylonem, & ibidem caſtratur, deditque Aphanam Eunuchorum perfecto.
Ariſtonicus fuit Eunuchus Ptolomæi Phileterius Lyſimachi. Dorotheus præſul Antiochenus natura fuit Eunuchus.
Fauorinus quoque philoſophus. Arelate oriũdus, fuit Eunuchus, Hadriano principi maxime inten us. Propterea tria de ſe mira prędicabat, ſe Gallũ Græciſſare, Eunuchum mœchum putari, Inimicum Imperatori uiuere.
Narſes fuit eunuchus Iuſtiniani principis cubicularius, e Chartulario & B bliopola princeps copiarũ factus poſt Beliſariũ, qui multis rebus pręclare geſtis tãdẽ
ſiue

ſiue inuidia, ſiue fortuna, ſiue populi accuſatione,in odiũ Iuſtiniani & vxoris eius deuenit,adeò vt imperator literas ad eũ dederit plenas ignominię,quib. eum monebat,vt ad colum penſum & lanas rediret.Tum ille iratus Duca(inquit) tale penſum,talemq. ordiar telam, quam non facile ſit vobis explicare. Itaque vt iniuriam vlciſceretur,Longobardos Romam iãdiu inuadere cupientes conuocauit.Paul.Diac.

Paronetenus fuit Spado,quem Plinius ait ingenti precio fuiſſe emptum.

Arnaces Eunuchus fuit,quẽ Themiſtocles accepit i deditionẽ.Plaut.in Ariſtide.

Tyreus Eunuchus fuit,& cubicularius vxoris Darij.

Didymus fuit quiſpiam Eunuchus,qui vxoris ſuæ copiã omnibus faciebat,vt eo diteſceret modo.

Photinus fuit Eunuchus Ptolomæi,qui in gratiam Cæſaris victoris,Põpeium ſua ſit interimendum.Luc.Auſus Pompeium letho damnare Photinus.

Ganymedes fuit Eunuchus,& nutricius Arſinoes,de quo Luca.lib.10.A famulo Ganymede dolis peruenit ad hoſtes Cæſaris Arſione.

Bagoas fuit ſpado qui Alexandrum obſequio corporis ſibi deuinxit. autor Cæl.

Fuit Menophil⁹ Mithridatis Põtici regis Eunuch⁹. Author Ammiũ⁹ Marcellinus.

Hyacinthus & Prothus,Eunuchi,fuerũt Eugeniæ filiæ præfecti ſub Maximiano.

Cor.Tacit.ſcribit. Pelagonem fuiſſe ſpadonem,quem Nero Centurioni & Manipulo miniſtrum regium præpoſuerit.

Halotus fuit Eunuchus Agrippinæ & prægustator Cæſaris Claudij,qui ſuaſu imperatricis,boleto medicato dominum interfecit.autor Suetonius.

Bocchis eunuchus fuit Satyræ & Rhoxanæ,ſororum Mithridatis.

Poſſidius fuit eunuchus Meſſalinę vxoris Claudij Tyberij,cui ĩperatrix ipſa poſt triumphũ Britannicum inter militariũ fortiſſimos arma inſignia tanquam par ticipi victoriæ dono dedit Autor Sex. Aurelius.

Sporus fuit ſpado Neronis,quem Nero ipſe exectum formare in mulierem tentauerat.Hic dominum iuuit ad inferendam ſibi mortem.

Hermotinus Xerxis.autor Herodi.

Candices & Aethiops natione,fuit Eunuchus,& Chriſti diſcipulus.

Sylla & Cotta cum vnico teſticulo nati ſunt.autor Blondus.

Prthenius & Galocerus eunuchi Tryphoniæ vxoris Decij,martyres facti sũt ſub eodem principe.

Amantis fuit eunuchus Iuſtini Imperatoris.

B A L B I.

Herodotus in Melpomene ait,Battũ Polymneſti inter Theræos opulẽti, & Phronimæ filiũ balbum fuiſſe,ac propterea conſuliſſe Apollinem, qui hoc modo reſponderit: Batte venis vocis cauſa.Dux te iubet ire Lanigeram in Libyen habitatum Phœbus Apollo.

Euripides apud Cęliũ ſcribit,Alcibiadi in dicẽdo balbutiẽ fuiſſe quæ voci illius ſplendorem,& ſermoni gratiam afferre videretur.

Cicero 3. Philip.ſcribit,M.Fundum,neſcio quẽ cognominatum Bãbalionem,ab heſitantia linguæ.

Eodem nomine Fr. Philelphus Poggiũ Florẽtinũ ob vitiũ linguæ inſectatus eſt.

Michael imperator(qui Leoni Armenio ſucceſſit)lingua fuit balbus,dictus propterea Thraulus a Græcis.Egnatius.

M V T I.

Zoe vxor Nicoſtrati martyres,ſeptem annis muta fuit ex morbo.Demum a beato Sebaſtiano curata.

Aegeles Athleta,quum ſortitione inter pugiles facta vidiſſet fucũ ſibi fieri,ac dari verba,repentè in eum qui id faciebat,ſeſe videre quid faceret,magnũ inclamauit.autor Gel.Val.de Mir.

Atys Drœſi filius à principio mutus,vti vidit irruentē in iugulum patris ſui Cyrum,O homo,inquit,ne interficias patrem.autor Herod.& Gell.lib.5.cap.9.

Q.Pedius,nepos Q.pedij conſularis,fuit natura mutus:quem propterea Meſſala orator pictura docendum cenſuit author.Pli.li.35.cap.4.

HOMINES MALE OLENTIS.

Euripides poeta oris graue olētia laborauit,quod quum ei obiectum fuiſſet à Dechannico Archelai aulico,excanduit poeta grauius,quā opinaretur quiſpiam. Cæl.cap.10.lib.13.

De Gorgonio & Ruffino,Mart.Paſtillo Ruffinus olet,Gorgonius hircum.

LIPPI.

Herodotus in Polyhimnia ſcribit,Euritum & Ariſtodemum ob extremā,lippitudinem à caſtris à Leonida remiſſos.

Horat.Flac. varis in locis lippū ſe fuiſſe docet vt Sat.5. Hic oculis ego nigra meis collyria lippus Illinere.Item:Luſum it Mecænas,dormitum ego,Vergiliusque. Nam pila lippis inimicum & ludere crudis.

Cōplexiones quatuor(vt dicitur)humani corporis, Phlegma, Cholera ſeu Bilis, Sanguis,Melancholia.

STRABONES, LVSCI, ET MONOCVLI.

Polyphemus Neptuni ex Thoſa filius,quum duos Vlyſſis comites deuoraſſet,ab ipſo Vlyſſe ſimulata amicitia inebriatus eſt vino,& altero(quia prius erat monoculus)priuatus oculo.Tibul.li.4.Ceſſit & Ætneę Neptunius icola rupis,Victa Maronęo fędatus lumina Baccho. Ver.li.5. Aene.Et telo lumē terebramus acuto,Ingens quod torua ſolum ſub fronte gerebat.Idem:Monſtrum horrendum informe,ingens cui lumen adēptum.Sidonius:Atque Ithaci ingenio fraudatum luce Cyclopam.

Philippus Macedo ab Aſtere milite ſagitta percuſſus, alterā amiſit oculū. Vnde & Ariſtides Philippum ipſum hoc ridebat ſcommate:A rimaſpis cognatus es. Arimaſpi enim populi ſunt monoculi.Pli.li.7.cap.37.

Acatius orator ſocius Lybanij ſophiſtę vnico tantum uidit oculo.

Cocles Romanus alterū in bello oculum amiſit nomen propterea inde ſortitus.

De Phileni luſca,Mar.lib.1.ſic inquit: Oculo Philenis ſemper altero plorat.Quo fiat illud quæritis modo?Luſca eſt.

CAECI, ET EXCÆCATI.

Orta inter Iouē & Iunonē ludrica q̄ſtione,utri ſcilicet maior eſſet libido, virōne an feminæ,Tyreſias Thebanus iudex lectus,quum pro Ioue ſententiā tuliſſet, dixiſſetq. mulierem eſſe laſciuiorē,ab irata Iunone excæcatus eſt.Indigna fus Iupiter,cęcitatem vaticinio penſauit.Oui.in Ibin:Qualis erat,poſtquā iudex de lite ioci oſa Sumptus Apollinea clarus in arte ſenex.Idem li.3.Metam.

Politianus ſcribit,cum ideò excæcatum fuiſſe,quod nudā vidiſſet Mineruā,vbi in Ambra ait:Baculum dat deinde potentem Tyreſiæ magni,qui quondā Palladа nudā Vidit & hoc raptam penſauit munere lucē.Sen.in Oedipode:Tyreſias remulo tardus accelerat, gradu, Comeſq. Manto,luce viduatum trahens.

Antipater Cyrenaicus fuit pariter defioculus. Cuius cæcitatem quum muliercułæ lamentarentur:Quid agitis,inquit?An vobis nulla uidetur voluptas eſſe nocturna?autor Cic.lib.5. Quæſt.Tuſc.

Ilus quū in Troia Mineruę templum arderet,demiſſum cœlo Palladium eripuit ſtatimque oculis captus eſt. Poſtmodum placata ira deæ,priſtinum recuperauit viſum, autor Dercyllus apud Plutar.

Lycurgus a Thracib.(quibus principabatur)excæcatus eſt,quòd fęminas quaſdā ſequentes Bacchum,ſimulata cum Deo amicitia, interfeciſſet autor Diodor.

Diodorus Stoicus,iti dem viſu priuatus eſt.Verſabatur tamē in philoſophia,& fidib.Pythagoreorum more vtebatur,munusque tuebatur Geometriæ,diſcentibus

bus præcipiens,vnde quo,quanque lineam ſcriberent.

Aſclipides nobilis philoſophus,interroganti cuidam, Quid ei cæciras attuliſſet: Reſpondit,Vt puero vno eſſem comitatior.

Democritus quum exiſtimaret,animi aciem impedire aſpectu oculorum, oculos ipſos ſibi eruit, vt philoſophiæ & rerũ naturaliũ cauſas profundius meditaretur.Lucr.li.3.Deniq; Democritũ poſtquam matura uetuſtas Admouit,memores motus langueſcere mentis,Sponte ſua letho caput obuius obtulit ipſe. Tertull.ait,ideo Democritum ſe excæcaſſe,quod mulieres ſine concupiſcentia aſpicere non poſſet.Gell.li.10.de cęcitate Democriti ex Laberio Minographo citat aliquot uerſus,quos potes legere.

Hypſea mulier fuit notatę cęcitatis.Vnde Hor.li.1.Serm.Ne corporis optima lynceis Contemplere oculis,Hypſea cæcior illa.

Thamiras Philamonis filius,excęcatus eſt a Muſis, quas ad certamen cãtus prouocauerat.Prop.li.2. Me licet & Thamyre cantoris fata ſequantur, Nunquam ad formoſa inuide cęcis ero.Polit.in Nutricia.Pont.lib.3.de Stellis.

Steſichorus poeta quum Helenam ſuis carminibus infamaſſet,excæcatus eſt.Vbi tamen palinodiá cecinit,recepit uiſum.Polit.in Nutricia:Et damnans Helenã, laudâſq; viciſſim, Amittit, recipitq; oculos, tuus Imera ciuis Steſichorus Suidas apud Volaterranum.

Daphnis paſtor,qui carmen Bucolicũ inuenit, luminibus captus eſt, quod ebrius cum quadam fœmina concubuiſſet.autor Suid.apud Volat.

Homerum cæcum fuiſſe fatentur omnes. Vnde autem cæcitatẽ illam cõtraxerit, non ſatis conuenit.Sunt qui dicant,hoc ei ex morbo contigiſſe:alii ex lõga ſenectute.Ouid.in Ibin,apum aculeis excęcatũ ſcribit. & Pontanus de Stellis li.5.

Xenarchus philoſophus peripateticus,paulo ante mortem uiſu orbatus eſt.

Seſoſtris rex Aegypti in extrema ſenectute oculis capt⁹ mortẽ ſibi cõſciuit.Mich. Angl.Niliaca tali cęcus regione Seſoſtris,Vltus adulterii ẽ facta nefãda grauis.

Herodotus in Euterpe ſcribit,Pheronem huius Seſoſtris filium, caſu fortuito excęcatum fuiſſe.

Herodotus itidem ſcribit, Anyſim regem fuiſſe Aegypti oculis captum. Pro quo Tortellius Amaſim legit.

Anchiſam Boccacius cæcum fuiſſe ſcribit,ex Seruii teſtimonio,ac propterea Troianorũ cõſiliis non interfuiſſe.Cæcitatem autem contingiſſet ait, quod glorietur ſe ueneri concubuiſſe.

Phanus fuit uſurarius quiſpiam cęcus de quo Eraſm.meminit in illo adagio Phanioſtium.

Timoleon Corinthius (qui expulſo Dionyſio Syracuſas redimit ſeruitute) ætate iam prouectus,morbo cœpit laboret,quo cæcus factus eſt.Plutar.in eius uita.

Ophioneum.Meſſeniorum vatem,Pauſanias apud Cęlium ſcribit ſemper a natali ſtatim die luminib. captũ, & priuatim & publice vaticinia peregiſſe, & poſt vehemẽtẽ capitis dolorẽ uidere cœpiſſe, ac mox relapſum ad cæcitatẽ denuo.

Phœnix Amyntoris filius,oculis caruit.Vnde Ouid.in Ibin,In quod Amyntorides uideas trepidusq; miniſter,Prætentes baculo lumini orbis iter.

Oepidus vbi agnouit ſe locaſti matri cõcubuiſſe,& patrem Laium dediſſe morti, ſceleris horrore oculos ſibi eruit.Ouid.in Ibin.Seneca in Oedipo.

Phineus ira numinum excęcatus eſt,quod filios ſuaſu Harpalices excęcaſſet.Sunt qui dicant,Phineum Idæ filię Dardani.Scytharum regis,amore vſque adeo capium fuiſſe,vt eius ſuaſu filiis ex Cleopatra ſuſceptis oculos euulſerit.Ouid.in Ibin.Mart.li.9.Phineas inuites,aſſer & Oedipodas.

De Phinidis a Phineo patre excęcatis,idem Ouid.inquit:Vt duo Phinidę,quibus idem lumen ademit.

Polymneſtor rex Thracię, cum Polydorum Priami & Hęcubę filium,fidei ſuæ tẽ

pore belli Troiani creditum,auri (quod ille habebat)cupiditate occidiſſet,indi gnata mater Hecuba eidem per ſimulatam amicitiam conuocato oculos eruit. Ouid.in Ibin.Euripides apud Plutar.in Paral.

Polyphemus quum prius eſſet monoculus ab Vlyſſe planè excæcatus eſt. Causã iã diximus.Ouid.in Ibin:Paſtor vt Aetnæus,cui caſus ante futuros Thelemus. Eurimeus vaticinatus erat.

Herodotus in Erato ait,Epizelum Athenienſem in bello in certa cauſa luminibus captum fuiſſe,neque ſaucium vlla corporis parte neq; ictum.

Polizellus Athenienſis in bello cõtra Dachum(alias Darim)ducem Perſarum, in certo caſu cæcus factus eſt.autor Plutarchus in Paral.

Metellus quoque templum Veſtæ incenſum cõſpicatus,Palladiũ eripuit,ſtatimq; oculis captus eſt:poſtmodum dea placata,viſum recipit. idem autor.

Valerius Beſtius dum Ruſcium L.Imbrici ſoceri ſui filium,fidei ſuę creditũ,cupi ditate auri interfeciſſet,ab ipſo poſtea Imbrico correptus,& excæcatus eſt.autor idem Plut.

L.Metellus orbam luminibus exegit ſenectutem,amiſſis incẽdio,quum Palladiũ raperet ex æde Veſtæ.autor Plin.li.7.c.43.

P.Cornelius Ruffus,Manij Curij in conſulatu collega,dormiens oculorum viſum amiſit,quum id ſibi accidere ſomniaret.autor Plin.li.7.c.50.

Appius Claudius quamuis cæcus eſſet, tamen in illo ſuo caſu nec priuato nec publico muneri defuit.autor Cicero.

C.Druſus cæcus fuit,tamen domus eius implebatur conſultoribus,qui in ſuis cauſis cæcum adhibebant ducem.Idem autor,& Valerius Studio.

Cn.Aufidius prætorius in cæcitate,ſententiam in ſenatu dicebat,nec amicis deliberantibus deerat,& Græcam ſcribebat hiſtoriam,& uidebat in litteris.

Iuſtinianus Imperator ante Leontinum Gallinico patriarchæ Cõſtãtinopolitano (cuius dolo prius imperio fuerat detruſus)oculos eruit Paulus Diac..

Conſtantinus Copronymus Imperator, Attabaldum primæ nobilitatis hominẽ, Imperatorem ab orthodoxis creatum, biennio poſt cantum, oculorum viſu cũ liberis priuauit.Egnat.

Conſtantinus Imperator Leonis & Irenes filius, Nicephorum imperatorij ſtẽmatis hominem(in quem ſuffragia multorum inclinabant)oculorum & linguę vſu priuauit idem Egnat..

Irene poſtea imperatrix rerum potita,filium Conſtantinum in poteſtatẽ redactũ, excæcauit.Egnat.

Beliſarius præfectus copiarũ Iuſtiniani imperatoris,deletis Vandalis,acto de Perſis triũpho,Italia a Barbaris non ſemel liberata,propter proſperos ſucceſſus ipſi imperatori formidoloſus & ſuſpectus factus eſt,ac propterea ab eodẽ oculis priuatus Quo facto tuguriolum in uia frequenti ſibi ſtatuit,vbi victum a prætereuntibus medicabat his verbis:Viator da obulum Beliſario quem virtus, cæcauit inuidia.autor Propertius,& Crinitus c.6.li.9.

Lippul Florentium Pontanus de fortitudine bellica ait,oculis captum fuiſſe,ac nihilominus in cęcitate rhetorum ac philoſophorum auditoria frequentaſſe.

Iſacius Angelus imperator ab Alexio fratre(quem prius magna pecunia a Turcis redemerat)excæcatus eſt,& in carcerem coniectus Egnat.

Didymus Alexandrinus,pręſul Cæſarienſis,cæcus fuit a puero.Nihilominus Dialecticam & Geometriam dicit,ſcripſitque comentarios in Pſalm.Volat.

Lucilla uirgo,filia Nemeſij tribuni,cæca fuit primo. Demum a Stephano põtifice recepit viſum.Hæc ſub Valeriano paſſa eſt.Volat.

Hataedum quendam principem fuiſſe ſcribit Saxo, qui præ ſenio amiſerit uiſũ. Quod etiam de Gormone teſtatur li 9.

Aribertus rex Frãcorum Sigibrandum Aſprãdi filium oculis piruauit,oẽsq; eius

propin-

propinquos varijs tormentis affecit. Paul. Diacon. de geſtis Long.
Nautulphus puer natura cæcus, precib. ſanctius Senochi vſum recepit, autor Gregorius Turonen.
Salaberga puella ex agro Lugdunenſi, (quæ temporibus Dagoberti Francorũ regis uita & ſanctitate floruit) cæcitatem ab vtero matris attulit.
Antonius Pedianus annis ſuæ ętatis 73. captus eſt oculis. Duodecim tamẽ poſtea uixit annis.
Cedonius, vnus ex diſcipulis Chriſti, cæcus natus eſt.
Kailla Pannoniæ regina maritum ſuum Vazalem exoculauit.
Endra filius Babulis Pannoniæ regis, Petro itidem Pannonię regi oculos eruit. autor Volater.
Bela ſecundus Almi filius, rex Pannoniæ, a Boricho filio notho Colomani itidem Pannoniæ regis, excæcatus eſt.
Colomanus rex Pannoniæ poſt Ladislaum. Almo fratri oculos eruit, & eundem occidit.
Fata virgo (quæ ſub Heraclio Imperatore floruit) dũ ab Hagerico patre ad nuptias compelleretur, in tantas prorupit lacrymas, vt inde cæcitatem contraxerit.
Maiolus patria Auernenſis, archidiaconus Matiſconenſis, ex morbo luminib. orbatus eſt viſum tamen compluribus prodigioſe reſtituit.

CLAVDI.

Vulcanus à Ioua præcipitatus ob deformitatem, vel quod matri opẽ ferre vellet, incidit in claudiratem. Ad quod alluſit Valerius Flaccus li. 2. Argon. Accliuem ſcopulo inueniunt, miſerentque fouentque Alternos ægro cunctantẽ poplite greſſus. Pontanus in libro Meteor. Vulcanum fama eſt cœlo quum pulſus ab alto Sub terris ſine honore diu, ſine munere claudũ Vixiſſe, & Sicula exilium traxiſſe ſub Ætna. Item Mar. Capel. Quidã etiam claudus faber venit. Lactãtius: Tum faber claudus Mineruæ nuptis poſtulauit. Germanus Brixius: Deumq; lo tipidem ſimul arma ad coniurata vocaſſe.
Epictetus philoſophus Hierapolitanus claudus fuit. Vnde apud Macrobium hoc modo inducitur loquens. Seruus Epictetus genitus ſum corpore claudus, Paupertate Irus, dijs & amicus ego.
Ariſtogiton Athenienſis fuit ſycophanta, cuius conciones nihil non martiũ ſpirabant, adeo vt ventoſa ſua lingua populum in diſcrimina plerunque conijceret, Proinde cum die quadã exercitũ parari, & milites deligi intellexiſſet, innixus baculo claudiratem ſimulauit, ne ad bellum vocaretur. Vnde adagium fluxit in vulgus, Ariſtogiton claudicat. De his qui morbum ſimulãt, ne militiã, aut aliud oneris genus ſubeant. Cæl. li. 3. c. 49.
Lambda mulier Corinthia, Amphionis cuiuſdam filia, & Ectionis vxor, fuit etiã clauda. autor Herod. li. 5.
Philippus Macedo, accepto in coxa lánceæ ictu, incidit in claudiratem, quod laudi ſibi uertebat aduerſus calumniatores. Cæl. li. 8. c. 5.
Nicomedem Cælius ait fuiſſe quendam claudum, alium a rege Bithyniæ.
Perdix caupo fuit quiſpiam claudus, cuius claudiras prouerbio locũ fecit, perdicis crura. in loripedes & diſtortos. Ariſtophanes apud Eraſmum.
Artemon faber fuit machinarius tempore periclis, qui quũ claudus eſſet, ſuas paſſim machinas circunferebat. Eraſmus in Chiliad.
Colomanus rex Pannoniæ dicitur fuiſſe luſcus, claudus, gibboſus, lingua bleſus, & ore improbo.
Damon pædotriba fuit quiſpiam claudicans, qui cum crepidas furto amiſiſſet, imprecatus eſt, vt furis pedibus maxime congruerent. Erant autem hæ non rectę, nec accommodę: illi tamen pro pedum deprauatorum ratione inprimis aptę. autor. Cælius.

Andro-

Androclidem, idem Cælius ait, Laconem debilem crure, & inutilem fuiſſe.
Cocles accepto vulnere claudus factus eſt, cui cum cruris uitiū obiectaretur, Per ſingulos, inquit, gradus admoneor triumphi mei, Plut. in Public.

FVRIOSI ET MANIACI.

Oreſtes Agamennonis, & Clytemneſtræ filius, propter interfectam matrem furioſus factus eſt, donec ad aram Dianæ Tauricæ expiauerit ſcelus. Verg. li. 3. Æneidos: Et ſcelerum furijs agitatur Oreſtes. Ouid. li. 1. de Triſtibus.
Vt foret exemplum veri Phocæus amoris.
Fecerunt Furiæ triſtis Oreſte tuæ.
Idem lib. 4.
Quo poſtquam dubium, eſt pius an ſceleratus Oreſtes,
Exactus furijs venerat ipſe ſuis. Lucanus li. 7.
Haud alios nōdum Scythica purgatus in ara Eumenidum uidit vultus Pelopeius Oreſtes. Horatius libro ſecundo Serm. Nec ferro vt demens genitricem occidit Oreſtes, Aut tu teris eum occiſa inſanaſſe parente. Stroz. pater li. 1. Eroticō. At ſit in Ægyſtho furioſi mater Oreſtis.
Stat. li. 1. Theb.
Vel inanem mentis Oreſtem,
Oppoſito rapidam Pylade uitaſſe Megeram.
Cælius ſcribit, Oreſtem ui furoris ſibi digitum arroſiſſe & voraſſe, eoque facto, Eumenidas illi albas ſe ingreſſiſſe, quū prius nigro colore occurrerēt formidoloſæ. Adagium eſt apud Eraſmum, Oreſti pallium texere: in eum qui parat munus ab viuro. Nā Oreſtes per inſaniā ueſtes dilacerabat. Vergili⁹ libro quarto Æn. Aut Agamenonius ſcænis agitatus Oreſtes. Armatā facibus matrem & ſerpētibus atris, Quum fugit, vltricesq; ſedent in limine diræ.
Pentheus dum ſacra Bacchi deſpicaretur, ulciſcente numine in furorē raptus eſt. Vergil. li. 4 Æn. Eumenidum ueluti demens uidet agmina Pentheus, Et ſolem geminum, & duplices ſe oſtendere Thebas Lucan. li. 7. Nec magis attonitos animi ſenſere tumultus, Quum fureret Pentheus, aut quum deſciſſet Agaue.
Milo Epyrota quum haſtam in Laodomiam filiam Pyrrhi conieciſſet, quæ ad arā Dianæ, velut ad aſylum confugerat, dea uindicante, in furorem raptus eſt, quo intra duodecimum diem perijt.
Athamas Æoli filius furijs a Iunone immiſſis, vſque adeo correptus eſt & agitatus ut Learchū filiū interfecit. Ouid. lib. 6. Faſt. Hinc agitur furijs Athamas ſub imagine falſa, Tuque cadis patria parue Learche manus. Plin. li. 23. c. 14.
Agaue Cadmi & Hermiones filia, Bacchio furore correpta, Pentheum filiū interfecit. Lucan. li. 1. Ingens vrbem cingebat Erynnis, Excutiens pronam flagranti uertice Pinum, Stridentesque comas, Thebanā qualis Agauē Impulit, aut ſæui contorſit tela Lycurgi Eumenis. Idem li. 7. Nec magis attonitos animi ſēſere tumultus, Quum fureret Pentheus, uel quū deſciſſet Agaue. Horat. li. 2. Serm. Quid? caput abſciſſum demens quum portat Agaue Na:i infelicis, ſibi tū furioſa videtur. Seneca in Oedipode: Peior hac genitrix adeſt Furibunda Agaue.
Lycurgus Dryantis filius, rex Thraciæ a Baccho (cuius nomen aſpernabatur) in furorem verſus, crura ſibi amputauit. Luc. Thebanam qualis Agauen Impulit, aut ſæui cōtorſit tela Lycurgi Eumenis Ouid. in Ibin: Vtque Dryātidę Rhodopeia regna tenenti, Ingenio diſpar, cui pede claudus erat.
Marſyas dum Apollinem ad tibiæ certamen prouocaſſet, in furorem verſus, & ab ipſo deo excoriatus eſt. Ouid. in Ibin: Mens quoque ſic furijs uecors agitetur, vt illi Vnum qui toto corpore uulnus habet.
Hercules uiſa apud inferos Megæra, in furorem uerſus eſt, unde regreſſus filios imprudens occidit. Lucan. li. 1. Aut qualem iuſſu Iunonis iniquæ Horruit Alcides uiſo iam Dite Megæram.

Alcmæon Amphiarai & Eryphiles filius,propter interfectā matrem furij itidem
agitatus eſt. Proper.li.3. Alcmæoniæ furiæ,aut ieiunia Phinei. Poliſanus in Nu
tricia: Oenidæque facem furijs Alcmæona pulſum.

Aiax Thelamonis filius,propter arma Achillis mortui data Vlyſſi in uirtutis prę
mium, dolore animi & inuidia in furorem verſus, armēta loro cedebat exiſti-
mans ſe interficere Græcos. Apuleius li.3. Metam. In inſani nō modum Aiacis
armatus,non vt ille viuis pecoribus infeſtus tota laniauit armenta.

Cleomedes Aſtypalenſis,prodigioſis homo viribus dum Lachū Epidemniū,ath-
letam,ictu pungi interfeciſſet,interfecti aperuiſſet latera,ac propterea Iudices
tantam peroſi feritatē in eum vellēt animaduertere,indignatus,& in furorem
verſus,columnā(qua ludi literarij domus fulciebatur) diſiecit eaq; ruina pue-
ros omnes adobruit. Sunt qui dicant, hunc furorē eidem irrepſiſſe,quod victo
rię præmio fuiſſet fraudatus. Plutarchus in Romulo.

Cleomedes ſeu Cleomenes fuit alter,quē Herodotus in Er to ſcribit, à Lacedæ
monijs(quib.imperabat)primò expulſum,demum priſtinæ dignitati reſtitutū
fuiſſe. Nec multo poſt in tantā inſaniam incidiſſe, vt vnicuique obuio ſceptrū
in faciem impingeret. Quod cum facientē propinqui ſoleis lignis illigauerunt
& in carcerem coniecerunt. Vbi arrepto cuſtodis & ergaſtularij gladio,ab ima
corporis parte ad verticem capitis ſeſe diſſecuit.

Prœtides ſeu filiæ Prœti Argiuorum regis,dum Iunoni ſe pręferrēt,in furias ver
ſæ.ac poſtmodum mutatæ in vaccas finguntur à poetis Ver. Prætides implerūt
falſis mugitibus agros: Vide Seruium.

Charem Plutar.in vita Artaxerxis ſcribit fuiſſe quendam,qui in bello Cyrū vul
nerauit,ſucciſa poplitis vena:quem ait inſania poſtmodum fuiſſe correptum,
nimia illati Cyro vulneris arrogantia.

Gallus Vibius vir fuit magnæ eloquentię,qui dū inſaniam mentiretur,quod aſſi-
mulabat ad verum redegit. Cælius lib.6.ca.35.

Euagoram regem Cypriorum Cęlius ſcribit repentino furore correptum fuiſſe.

Vlyſſes quum eſſet Græcorum prudētiſſimus,inſaniam tamē ſimulauit ne ad bel
lum Troianum proficiſceretur. Vt autē perſuaderet,ſe eſſe uere inſanū, ſolem
ſeminabat,varijsq.animalibus arata iūgebat. Aſtum hominis explorauit Pala
medes,qui aranti Telemachum filiū obiecit. Quem ne læderet ipſe Vlyſſes pa
ter.aratrum ſuſpendit. Vide Ciceronem lib.3. Officiorum.

Timantes Cleonæus athleta,quum ſenio confectus,arcum non poſſet cōplicare,
quem intendebat iuuenis dolore animi in furorē lapſus eſt,ac propterea ſe in-
terfecit.autor idem Cæl.li.6.cap.15.

Acco mulier iam decrepita, quum faciē(quā ad ſpeculum explorabat) ſenio de-
formatā conſpiceret,animi ægritudine in inſaniā lapſa eſt. Alij aliter ſentiūt,
Aiunt enim ipſam conſueſſe alloqui ſuam imaginem in ſpeculo,eiq. ſubride-
re,comminari,promittere,ſub blandiri,& quicquid cōfabulātes ſolent dicere.
Idem autor.

Piſander eo veſanię lapſus eſt,vt timeret, nec vbi animæ ſuæ occurreret,à qua ui-
uus eſſe deſtitutus. Cælius ca.26.lib.9.

Cambyſes quum Apin(quem Aegyptij pro Deo colebant)uiolaſſet,ulciſcēte nu
mine,lapſus eſt in furias. Quibus agitatus,vniuerſam prope familiā deleuit.au
thor Herodotus in Thalia. Poſtremo furore uictus ſeipſum interfecit.

Aio filius Arichis ducis Beneuenti,miſſus a patre ad Rhotharem Longobardorū
regē,in Italia ueneno potus eſt,cuius uirtute cępit inſauire.autor Paulus Dia-
conus de geſtis Longobardorum.

Harthbenus fuit athleta quiſpiam ex Helſyngia nouem cubitis procerus quē Sa
xo gramaticus in tātas furias teſtatur cecidiſſe,ut ſūmas clypei partes corroſe
rit,igneos carbones uentri mādauerit,raptas ore prunas in uiſcerum ima.tranſ
fuderit,

ſuderit,crepitantia flammarũ pericula percurrerit,& extremum in ſex athletarum ſuorum præcordia furente manu ferrum conuerterit.

T.Lucretius poeta Phyſicus,ſumpto amatorio poculo in furiã lapſus eſt,qua impellente mortem ſibi conſciuit. Statius: Et docti furor arduus Lucreti Cælius cap.26.li.9.

Sparſus fuit quiſpiam, quẽ Seneca ſcribit inter ſcholaſticos inſanũ, inter inſanos ſcolaſticum fuiſſe.Vide Cælium.

MORTE SVBITA MORTVI.

Andragoras perijt ſubita morte,autore Mart.qui lib.6.ſic inquit:Lotus nobiſcum eſt hilaris,cœnauit & idem,Inuentus mane eſt mortuus Andragoras.

Argia ſacerdos à Cleobi & Bithone filijs ad Dianæ tẽplũ in curru vecta quũ deã oraſſet,vt illis præmiũ daret pro pietate,& qđ homini videretur optimũ: mortuos in lecto manè reperit.Quod fuit argumẽto matura morte nihil eſſe melius autore Cic.li.1.Quæſt.Tuſcul.& Plutar.in Solone.

Trophonius quoque & Agamedes,dum ædificato apud Delphos Apollini tẽplo Deum mercedẽ laboris poſtulaſſent, quodque homini eſſet vtiſſiſimum,paulo poſt itidem mortui inuenti ſunt. Idem Cicero.

Mithridates quoque ſenior rex Ponti,morte,repentina interceptus eſt.

Plinius li.7.c.53.Nullis euidentibus cauſis obire,dũ calciantur matutino,duo;Cæſares,prætor &;prætura perfũctus dictatoris Cæſaris pater:hic Piſis exanimatus,ille Romæ.

Qu.Fabius Maximus in conſulatu ſuo pridie Kalendas Ianuarij.

In cuius locum M.Orellius pauciſſimarum horarum conſulatum petijt.

Item Vulcatius Gurges Senator.Omnes adeò ſani atque tẽpeſtiui,vt de progrediendo cogitarent.

Qu.Aemelius Lepidus iam egrediens,incuſſo pollice lumini cubiculi.

C.Aufidius quum egreſſus in Senatum iret,offenſo pedè in Comitio.

Legatus quoque (qui Rhodiorũ cauſam in Senatu magna cum admiratione orauerat) in limine Curiæ protinus exſpirauit progredi volens.

Cn.Bebius Pamphilus,prætura & ipſe functus,quum à puero queſiſſet horas.

A.Pompeius in Capitolio,quum eos ſalutaſſet.

M.Iuuencius Thalna Conſul.quum ſacrificaret.

Seruilius Panſa quũ ſtaret in foro ad tabernã,hora diei ſecũda.in P.Penſam fratrem innixus.

Bebius Iudex,dum vadimonium differri iubet.

M.Terentius Corax,dum tabellas in foro ſcribit.

C.Iulius medicus,dum inungit ſpecillum per oculum trahens.

A.Manlius.Torquatus conſularis,quum in cœna placentam appeteret.

L.Durius medicus Valla,dum mulſi potionem haurit.

Ap.Saufeius ſcriba,quum à balneo reuerſus mulſum bibiſſet,ouumque ſorberet.

P.Quintius Scapula,quum apud Aquilium Gallum cænaret.

Decimus Saufeius ſcriba,quum domi ſuæ panderet.

M.Ofilius hilarus hiſtrio,ſumpta poſt cœnam calida potione. Hactenus ex Plinio.

Caninius quoque primo die ſui conſulatus interijt. Vnde exiit Ciceronis iocus: Vigilantem habuimus Caninium Conſulem,qui ſomnum in ſuo conſulatu nõ vidit Macrob.& Cic.li.7.Epiſt.

Fuit & Cn.Carbonis mors multum inſperata qui dum vẽtrẽ exoneraret,in latrina occiſus eſt.Plutar.in vita Pompeij.

Sertorium inter epulas incautum iugulauit Perpenna.Idem Plutar.

Aegeis procõſul poſt affectum martyrio Andræam,à malo ſpiritu correptus, momento expirauit.

Nicanorẽ Parmenionis filiũ ſubita correptũ morte,ſcribit Cur.li.5.de geſtis Alex.

Gaudericus

Gandericus rex Vandalorum, dum capta Hiſpali, Beticæ vrbe, tẽplum vellet prophanare, mortuus repente concidit. Vol.
Alaricus Imperator apud Conſentiam morte ſubita defunctus eſt.
Alphonſus ſeptimus rex Hiſpaniæ in itinere ſub arbore quadam repente exceſſit.
Andebuntus rex Anglorum, in cœna nimio vini hauſtu cecidit extinctus.
Ioannes Guilmeticus Corbinicus (Corbinium oppidũ eſt in finibus Eduorũ) uir potens opibus, auguſta maieſtate, & Catoniana prope grauitate, dum in tẽplo ad ſacrificium & orationẽ ſe reclinaret, incerta cauſa, & inexplorato mortis argumento, repente expirauit, iam plenus annis.
Petrus Calceonus eorum qui Ioannam puellam Gallicam Anglorum expultricẽ flammis deuouerunt, dum radẽdam tonſori bardam committeret, in ipſa tonſtrina repente deceſſit. Valerandus Varanius: Cic. & Calceonus (qui cẽſuit eſſe cremandam) Pendula dum tonſor ſecat excremẽta capilli, Epirans cadit, & gelida tellure cadauer Decubat. vltrices ſic pendent crimina pœnas.

FEBRE MORTVI.

Antipater Sidonius die ſuo natali ſemper febre laborabat, eoque morbo perijt ultima ſenectute. Valerius Maximus de Miraculis.
Alexander Iudęorum pontifex quartana.
Antonius monach. febre itidem correptus quieuit in Domino, ætate beati Greg.
Guido petramala Vbertinorum princeps, apud Nigrum montem hoc itidem morbo expirauit. Volat.
Columbanus monachus cœnobij Luxouienſis itidem.
Serena Diocletiani vxor dolorem martyrum a marito interfectorum in febrẽ incidit, quæ extincta eſt.
Tacitus Imper. apud Tarſum febri itidem abſumptus eſt autor Sext. Aurelius.
Titus Veſpaſianus in agro Sabino.
Antonius Pius duodecim milibus paſſuum ab vrbe, apud Loricos in uilla ſua. Idẽ Aurel.
Leo Conſtantini Copronymi filius eodem perijt morbo.
Gotfredus primus rex Hieroſolymæ, anno uno poſt ipſam vrbem captam.

VENTRIS PROFLVVIO.

Traianus dum rediret ex Perſide, apud Seleucã Iſauriæ ex profluuio deceſſit, anno imperio 20.
Henricus ſeptimus Imperator itidem.

ARTICVLARI MORBO.

Septimius Seuerus Imp. deceſſit morbo articulari, ſeptuagenario maior.
Iustinus iunior graui pedum dolore, anno imperij ſui undecimo.

INTERCVS MORBO.

Heraclius imperator periit intercutis morbo, anno imperii trigeſimoſecundo. Volaterranus.
Michael Paphlago eo morbo laborans Michaelem Calaphatem hæredẽ inſtituit.
Crantor Solenſis, Xenocratis auditor, eadem periit morte. Laertius.

PESTE MORTVI.

Furius Camillus octogenarius, peſtilentia Romæ interiit Plutarch.
M. Antonius imperator deceſſit peſtilentia, ſexta quam ægrotaſſet die.
Oppianus poeta (qui de piſcibus ſcripſit) Roma in Ciliciam patriã reuerſus, ibidẽ ingruente peſtilentia ſuffocatus eſt, anno ætatis trigeſimo.
Hoſtilianus Perpenna paulo poſt aſſumptum imperium, eodẽ periit fato. Sextus Aurelius.
Cælius ſcribit Paralium & Xantippum eodem ſuffocatos exitio Plutarch.
Ioannes Andræas Ioannis Calderini præceptor deceſſit Bononiæ ex peſte.
Lucius ſecundus ſummus Pontifex anno ſui põtificatus XI. peſte cõſumptus eſt.

Fatius.

Fatius quoque Piſanorum comes uir iuſtiſſimus,eodem perijt morbo.

Zoe imperatrix,& Conſtantinus Monachus eius maritus eodem fere tempore peſtilentia interierunt.

Volaterranus ait beatum Ludouicum a ſecunda expeditione in Saracenos redeũtem,peſtilentia paſſim caſtra occupante una cum Ioanne filio periſſe.

Alphonſus undecimus rex Hiſpaniç,dum Saraut,& Zibatar oppida obſideret,eodem perijt morbo.

Michael Maurocenus,dux Venetorum,eodem perijt modo. Volater.

Domitius Calderinus patria Veronẽſis natus annos 30.deceſſit ex peſtilẽtia.Vol.

Hermolaus Barbarus,eodem modo Romæ expirauit,& in fata conceſſit.Crinitus libro primo.

PESTILENTIÆ MEMORABILES.

Conſtantinopol.Leone Iſauro imperante,tanta,in vrbe ſæuiitũ eſt clade,vt tercẽta & amplus ciuium milia peſte & fame conſumpta ſint.Volaterr & Egnat.

Florentiæ annis uirginis partu 1400. peſtis triginta hominũ milia abſumpſit Porrò ſcibit Plin.Locris & Crotoniæ peſtilentiam nunquam fuiſſe.

APOLEXIA MORTVI.

Valentinianus Imperator contra Sarmatas(qui Pannoniam occupauerant)profectus,voce aliquandiu amiſſa,apoplexia mortuus eſt.Paulus Diacon.

L.Annius Verus a M.Antonio ad imperij partẽ accitus,dum inter Altinum atq; Cõcordiam iter faceret,apoplexia itidem extinctus eſt.autor Sextus Aurelius.

Paulus Secundus Pontifex,dum poſt cœnam cum architecto Ariſtotele ſermonẽ haberet,obruente crapula repente ex apoplexia mortuus eſt.

Franc. Petrarcha in agro Patauino,apoplectitus itidem mortuus eſt.

SANGVINIS FLVXV MORTVI.

Grimaldus decimus Longobardorum rex,dum nono die poſt phlebotomiã in brachio factam,dum ſagittam in columbam direxiſſet, erumpente continuo ſanguine expirauit. Diaconus de geſtis Long.

Alexander Imperator,Baſilij filius,erumpente naribus ſanguine.

Attila rex Pãnoniæ multo uino potus,dum quieſceret,eruptione ſanguinis(qui ei de naribus ſolitus erat effluere)ſuffocatus eſt,autor Paul.Diacon.

PODAGRA.

Lycõ ſeu Glycõ philoſophus Socraticus perijt podagrę morbo,annos natus lxxiiij. Laertius.

Tyrannion Grammaticus(qui tria librorum milia fertur habuiſſe) deceſſit iam ſenex morbo podagræ.Volaterran.

DYSENTERIA.

Albertus Auſtriæ dux,Pannoniæ & Bohemiæ rex,dum a Turcis in Auſtriam rediret,dyſenteriæ morbo deceſſit,poſtquam biennio imperaſſet.Egnat.

Theophilus Imper.poſt Michaelẽ Balbum, dyſenteria itidẽ perijt anno 12. Imperij ſui.Idem.

Eodem quoque morbo perijt eius pater Michael Balbus,ſeu Thraulus.

Sãſonẽ Chilperici regis filiũ dyſenteria expiraſſe, teſtis eſt Gregorius Turonẽſis.

Idem ſcribit Auſtrigildem reginam eodem modo periiſſe.

LATERVM DOLORE.

L.Craſſus orator.Quęſtor interiit ex dolore laterum , quum in ſenatu contra Philippum conſulem accerrimè declamaſſet.Cic.li.3.de Oratore.

Bonifacius Nonus anno 14.& menſe nono ſui Pontificatus,eodem periit fato.

MVLIERES PARTVS DOLORE MORTVÆ.

Tulliola Ciceronis filia Dolabellæ primum locata eſt , demum Piloni craſſipedi, ſub quo in partu diem obiit.Volater.

Iulia Cęſaris filia,& Pompeii uxor,cũ intuita eſſe veſtẽ coniugis humano cruore reſperſam,

reſpe[illegible]ſam,atque ex iis comitiis,quib. Pompeius & Craſſus magna ciuium contentione conſulatum obtinuerunt domū temere delatam,grauius aliquid viro accidiſſe rata,ſubito partus dolore concidit. Valerius de Amore coniugali.

Iulia Clãdilla Caij Caligulę imperatoris vxor,& M.Syllani nobiliſſimi viri filia, itidem in partu diem obijt. Sueton.

PEDICVLARI MORBO MORTVI.

Herodes rex Iudææ poſt trucidatos innocẽtes, quũ i Apoſtolos Domini ſæuiret ad extremũ tantæ feritatis luit pęnas. Eruperunt ſi quidem in toto corpore vermes,qui dum vniuerſum paſſim corpus croderent, tyrannũ coegerunt,vt deſperato remedio gladium arriperet,eoque finiret vitam.

Speuſippum Eurymedontis filiũ,Athenieſem philoſophum,ſunt qui dicant mortẽ ſibi intuliſſe. Plutar.tamen efferueſcentib.toto corpore pediculis interijſſe.

Pheretrinã Barcæorũ reginam,Herodotus in Melpemene ſcribit immani crudelitate fęminam, Deorũ vltione,totam vermibus putruiſſe,eoque morbo miſeram euomuiſſe animam.

Antiochum Epiphanem Syrię regem,ſunt qui dicãt,quũ Hieroſolymas peteret, curru delapſum,in hanc ſordem incidiſſe,vermibusque fuiſſe abſumptum.

Pherecides quoque rerum diuinarum ſcriptor,eodem perijt morbo. Pherecydes Syrus(inquit)copia ſerpentũ ex corpore eius erũpẽte expirauit. De hoc extat Qu. Sereni carmen: Sed quis nõ paueat Pherecydis fata Tragędi?qui nimio ſudore fluens animalia terra Eduxit,turpi miſerum quæ morte tulerunt.

Alcmani vnus ex clariſſimis Græciæ poetis hac etiam fęditate pẽrijt:autorib. Plinio libro vndecimo,& Plutarcho in Sylla,ſcribente. Ex poſteriorib.autem,Alcmanem(qui mirificus cõponẽdis cantilenis artifex fuit)hoc morbo periſſe ferunt. Politianus in Nutricia.

Acaſtum Peliæ filium ferũnt ex antiquiſſimis hoc morbi genere(quẽ phthiriaſim appellant)interijſſe,autor Plutarchus.

Calliſthenes quoq. Olynthius,dũ carceris cuſtodia teneret:prætereaSe Mumius iuriſconſultus eadem tabe paſſim mẽbrorum corroſi ſunt. Idẽ autor in Sylla.

Tradiũ eſt(inquit idem Plut.)eum qui in Cilicia belli ſeruilis autor fuit,Eunum nomine,captum,Romamq; perductum,ex phthiria ſi mortem obijſſe.

Platonem philoſophorũ haud dubie principe,ſunt qui dicant in celebrãdis amici nuptijs,quum quietus decumberet,animũ de repente exhalaſſe. Nonnulli in morbum incidiſſe,quem a corruptione pediculorum phthiriaſim vocant. Ini idem autor.

Plinius lib.7. Nat.hiſt. ſcribit Syllam erodente ſeipſo corpore,& ſupplicia ſibi gignente interfectum. Plutarchus ſcribit contractam carnis corruptionẽ in pediculos fuiſſe conuerſam,adeò ut tunicæ omnes,therme,lauacra.pedes illius exũdantis ſordis implerunt,tanta vis epulabat. Quo circa per ſingulos dies ingrediebatur aquam ſed nulla erat vtilitas. Celeriter enim inualeſcebat permutatio & pedoris magnitudo omnia purgamenta ſuperbat.

Honorificus Vandalorum rex quum octo annis Chriſtianam religionẽ inſectatus fuiſſet morbo pediculari miſere perijt:autor Volaterranus.

Arnulphus imperator poſt Carolum Craſſum,quum ad rapinas & templorũ ſpoliationes animum conuertiſſet iuxta numinum ira paulopoſt peculari morbo interiit. Baptiſta Egnatius.

CASIBVS ALIIS DIVERSIS MORTVI.

Hely ſacerdos,quum in filiorum Ophini & Phines delictis cõniueret,eoſque relinqueret impunitos,de ſella cadens fracta ceruice expirauit,domino diſſimulatione in ulciſcente. Sabellicus.

Amos propheta ab Oxia filio vecte per tempora transfixus eſt.

Aeſchylus poeta in Sicilia mœnibus(in qua morabat) egreſſus,aprico in loco reſedit

dit. Super quem aquila teſtudinem ferrens, eluſa ſplēdore capitis (quod erat cā pillis vacuū) eādem perinde ac lapidi illiſit, vt fractæ teſtudinis carne veſceretur. Quo ictu mortuus eſt poeta: autore Val. Max. & Polit. in Nut. Aeſchylus aeriæ caſu teſtudinis ictus.

Orpheus Calliopes & Appollini filius, cum propter liberalē formam à mulierib. adamaretur, ac nihilominus amore ſui captas auerſaretur, vel quòd eſſet caſtiſſimus, vel (vt aliquibus placet) procliuiore in mares libidine, a Mœnadibus (inter Bacchi ſacrificia occiſus eſt. Quiq. ſaxa & arbores cātu duxerat, & leones exarmauerat, duras mulierū ceruices emollire non potuit. Ouid.

Diodorus Cornus ſapiētiæ dialecticæ profeſſor pudore expirauit, luſoria quæſtione non protinus ad interrogationem Stilbonis diſſoluta. autor Pli. li. 7.

Eupolis poeta, Niciæ Athenienſis filius, primo die nuptiarum ruina lecti vna cū vxore interfectus eſt. Oui. in Ibin.

Lacydes philoſoph' Cyrenæ' exceſſit paralyſi circa Olympiadē 134. Diogenes.

Pericles Athenienſis, Thucydidis æmulus, in adminiſtranda rep. exceſſit morbo lento. Plutarchus.

Procopius tyrannus inſurgens contra Valentem principem, apud Natoliam, Phrygiæ ciuitatem victus, reflexi per vim arborū trūcis alligatus, & diſcerptus eſt.

Thimagenes Alexandrinus ſub Pompeio captiuus Romā ductus, perijt ex vomitu poſt cęnam. Volaterranus.

Alexander Macedo Bexum Bactrianorum ducem bello victum, curuatis per uim arborib. alligauit: quas demū tāto impetu concitatas remiſit, vt laniata paſſim membra diſſecerint autor Plutarch.

Dirce mulier dolens maritum ſuum Lycum Antiopæ amore captū. Antiopam ipſam tauri cornibus alligauit, ad cuius vociferationem protinus acceſſerūt Zethus & Amphion, eiuſdem filij, qui ad vlciſcendam iniuriam matri factā, tauro indomito Dircē alligauerunt, eaque morte extinxerunt. Propertius lib. 3.

Ibycus poeta a latronibus correptus ſpe prædæ, dū cultros, iugulo uidit inſtare, prætéruolātes grues obteſtatus eſt. Aliquanto poſt tempore dū homicidię ſederēt in foro, rurſumq grues ſuperuolarent, per iocum inter ſe ſuſurrabāt in aurem: Adſunt Ibyci ultores: Quo ſermone audito, homicidij ſuſpectos habuerūt qui audiuerant, correptosq. tormentis ad uerum coegerunt, & ex eo quæſtionem exercuerunt. Atq. re comperta ſcelus vlti ſunt Autori. Ibycus ut perijt, vindex fuit altiuolans grus. Plutarchus apud Eraſmum.

Pſammenitū Aegypti regem ſcribit Herodotus poto ſanguine taurino ſuffocatū.

Minyæ cuiuſdā filias Cęlius ſcribit eo furore percitas, vt humanis carnibus uelle rentur, imo etiam filios ad eam rem ſortirentur, ac Leucipam Hippaſum filium (quem pepererat ſors) laniauerint.

Attilius Regulus Xātippi ducis Lacedæmoniorū īſidij ab Aſdrubale captus, miſſusque ad populū Romanum legatus, vt ex ſe vno & ſene Cartaginēſiū captiui penſarentur dato in contrariū cōſilio, ad inimicos iuxta pręſtitam fidem redijt. A quibus in arcam ligneā coniectus, clauis introrſum adactis, efferatæ Barbaræ gētis ſæuitiam expertus eſt. Demum palpebris oculorum infernè & ſurſū verſum cōſutis, Soli expoſitus, alijsq; poſtmodum multis tormentis lento peremptus fato. Claudianus: prorogat ęternam feritas tibi Punica palmā regule. Cicero in Offic. Gellius capite 4. li. 6. & Val. de Crudelitate.

Minutia. Veſtalis ſuſpecta libidinis propter elegātem corporis cultum, viua defoſſa eſt. Liuius lib. 8.

Oppia quoque Veſtalis, comperta ſtupri, obruta eſt terra. Liuius.

Conſtantinus Copronymus perijt elephantiſi, quum annos trigintaquinque imperaſſet.

Carolus Magnus Aquiſgrani (vbi tēplū Sācti Martini extruxerat) deceſſit pleureſi

Adrianus

Adrianus, quoque martyr extinctus eſt crucifragio ſub Maximiano imperatore.

Corona mulier ſub Antonio imperatore arboris ramis p uim reflexis alligata, eiſdem in aera remiſſis deſerpta eſt.

Arcadio martyri manus primum, demum pedes, eoq. modo cætera membra ſeriatim amputata ſunt.

Andronicum martyrem Maximus præſes circa uentrem papyris inflãmatis fecit exuri incẽſos clauos digitis apponi, ignitũ ferrũ in os immitti, dentes executi, confracti maxillis lingua abſcindi, ad extremum puniri.

Baſſus epiſcopus à Perennio præſide in eculeo primum ſuſpẽſus, laminis ardẽtibus circa latera appoſitis excruciatus, fuſtib. & ſcorpionibus cæſus, in ignem, miſſus, duobus poſtremò verubrus a talo aduerticem capitis confixus, ſpiritum Deo reddidit.

Anatholia Virgo iuſſu Fauſtiani præſidis gladio per latera tranſuerberata eſt.

Gregorius xi. Põtifex Maximus, dum annis octo ſediſſet intolerabili veſicæ dolore conceſſit in fata. Platina.

Pius tertius Pont. Maxim. vlcere cruris (quo diu laborauerat) ad extremũ perijt.

Arrius Alexandrinus, Armodij filius, dum ſuam hæreſim (qua filiũ ab ęterna patris ſubſtãtia conabatur abducere) paſſim diſſeminaſſet, acriusq. ſerperet, & eũdo vires acquireret, ipſum contagium, ſuę tandem impietatis pænas luit.

Etenim dum Conſtantinopoli ſeceſſum peteret, uentris exonerandi cauſa, fluẽtibus in foricã inteſtinis, miſeram euomuit vitam, eius poſtea iudicium expecturus, de quo peperam ſenſerat. Volaterranus Sabell.

Carolus paruus, Roberti Siciliæ regis filius, Ioannẽ fratris ſui Andreæ vxorẽ puluillo ori iniecto enecauit, quòd illa maritum ſuum interfeciſſet. Volater.

Ioannem Scotũ, Chriſtianę Theologiæ diſciplina præſtantem (dũ erudiendis in Britannia pueris operam daret) facta conſpiratione diſcipulis ſuis graphijs occiderunt. Crinitus.

AQVIS SVBMERSI.

Pharaõ rex Ægypti dũ Iſraelitas perſequeretur, mare rubrũ virga Moyſis diuiſũ ingreſsũ cũ toto exercitu perijt, & ſubmerſus eſt. Politian. in Nutricia, Vt rubras ſicco pede tranſijt vndas, Demerſo inſignem cecinit Pharaone triumphum.

Hylas Thyodamãtis filius cũ Hercule (cuius erat amaſius) reliquisq. Argonautis Colchos nauigans, dum aquã vellet haurire, vrnæ pondere ſubmerſus eſt, multisq. clamoribus ab ipſo Hercule, ſed fruſtra ac clamatus. Ver. Ægl. 6. His adiũgit Hylã, nautæ quo fonte relictũ, Clamaſſent, quũ litius Hyla omne ſonaret. Iuuen. Et multum quęſitus Hylas, vrnamq. ſecutus. Fabulantur poetæ eũ à Nymphis ob formam excellentem raptum. Propert. lib. 1. Tandem haurire parat demiſſis flumina palmis Innixus dextro plena trahens humero, &c.

Orontes Troia diruta cum Aenea in Italiam nauigans, naufragium fecit. Vergilius li. 1. Æneidos. Vnam quæ Lycios, fidũq. uehebat Orontem. Ipſius ante oculos ingens a vertice põtus In puppim ferit: excutitur, pronusq. magiſter Voluitur in caput eſt illam ter fluctus ibidem torquet agens circum, & rapidus vorat æquore uortex.

Leucaſpus quoque eadẽ procella obrutus eſt, eodẽ Vergilio teſte, qui ſexto Aen. inquit: Cernit ibi męſtos, & mortis honore carentes Leucaſpim, & Lyciæ autorem claſis Orontem.

Palmurus gubernator naus Aeneæ, dum obrepente ſomno dormitaret, incautus decidit in mare. Neq. tamen tunc primũ ſubmerſus eſt. Sed quum portui. (qui Velinus poſtea dictus eſt) adnaret, ab ĩcolis ꝑ belua marina obrutus eſt Ver. in fine quinti Aeneid. Idẽ in ſexto. Ecce gubernator ſeſe Palinurus agebat, &c.

Ouidius in Ibin: Aut vbi ventoſũ ſuperaris naufragus æquor, Contracta per eas vt Paulinurus homo.

P Æſacus

Turnum ab Aenea interfectũ licet Vergilius dicat, ſunt tamen argumẽta quæ inficiantur: imò verò Aeneam à Turno adactũ ad mortem inferunt, ſubmersũq; in Numycio fluuio, dum inſequentem Turnum fugeret. Quod apud Vergilium fateri videtur Venus pro Aſcanio Iouem orans, deſperato iam Aenea, vbi ait: Aeneas ſanè ignotis iactetur in vndis, Et quamcunq; viã dederit fortuna ſequatur: Incolumen Aſcaniũ liceat ſupereſſe nepoté. Quam mortem prius Dido ei imprecata fuerat, vbi ait: At bello audacis populi vexatus & armis. Finib. extorris, complexu auulſus Iuli. Auxilium imploret, videatq; indigna ſuorũ Funera nec quum ſe ſub leges pacis iniquæ Tridederit, regno, aut optata luce fruatur. Sed cadat ante diẽ, mediaq; inhumatus arena. itẽ Iuuenalis de Romulo fulminato, & Aenea ſumerſo loquens Alter aquis, alter flãmis ad ſidera miſſ⁹. Ouid. quoq; in Meta. ſic ait: Littus adit Laurens, vbi tectus arundine ſerpit in freta flu minis Vicina. Numycus vndis: Hũc iubet Aeneæ quæcunque obnoxia morti Abluere, & tacito deferre ſub æquora curſu. Carniger exequitur Veneris mã data, ſuisque, Quicquid in Aenea fuerat mortale, repurgat Item Tibullus li. 2.

Britona filia Martis ſe in mare deiecit, vt ſtuprum Minois regis poſſet effugere.

Cæyx maritus Alcyones ad oraculum nauigans naufragium fecit, in auem poſtea mutatus, vt fabulantur, poetæ. Ouid. in Ibin. Nec tibi ſit tumidis melior Neptunus in vndis, Quàm cui ſunt viſæ frater & vxor aues. Seneca in Agamemnone.

Lycas quum venenatam Herculi tunicam attuliſſet, ab eo in mare Euboicum deiectus eſt. Ouidius in Ibin. Quã qui donat tulit. Neſſæo tincta veneno, Euboicasq; ſuo ſanguine tinxit aquas.

Phronyma Puella ab Etearcho patre rege Cretæ ſuaſu nouercæ in aquas præcipitata eſt, Themiſone quodam ſceleris miniſtro autor Herodotus.

Pætum quendam Propert. li. 3. ſcribit, in Ægyptum cauſa pecuniæ comparandæ nauigãtem, fluctibus obrutum fuiſſe. Sic enim pecuniam alloquens ait: Tu Pætũ ad Pharios tẽdentem linthea portus, Obruis inſano terq; quaterque mari.

Arginus puer formoſus (quem Agamemnõ habeat in delicijs) itidem ſubmerſus eſt. Idem Propert. li. 3. Sũt Agamemnonias teſtãtia littora curas, Qua notat Argyni pœna minantis aquæ.

Marcus Marcellus miſſus ad Maſiniſſam in Aphricam, perijt naufragio paulò ante tertium bellum Punicum. Author Liuius. Cicero in oratione ad Piſonem: Marcus Marcellus, inquit, qui ter fuit Conſul, ſumma uirtute, pietate, gloria militari, perijt in mari.

Decius Imperator a Gotthis cũ toto exercitu profligatus fugam arripiẽs, paludis voragine abſorptus eſt, nec poſtea inuentus. autor Sextus Aurelius.

Fredericus Aenobarbus imperator ad expeditionẽ Hieroſolymitanã profectus, cum aliquot Armeniæ oppida iam cepiſſet, in annis tranſitu perijt.

Cęſarius Apher genere, & Iulianos presbyter apud Terracinam ſub Claudio in mare præcipitati ſunt Calendis Nouembris.

Argyropylus imperator, Zoæ vxoris & Michaelis Paphlagonis eius adulteri dolo, inter balneas aquis immerſus obijt. Bapt. Egnatius.

Edimundum adoleſcentem Anglorum regem Atelſtanus in nauigio ſine remige fluctibus perdendum expoſuit, vno tantum comite. Volaterranus.

Aſtorgius filius Galeoti Foroiulienſium principis, quum longam obſidionẽ Cæſaris ab Alexandro pontifice patre miſſi ſuſtinuiſſet, ad extremũ uictis, & Romam ductus in Tyberim noctu præcipitatus eſt.

Clodomyrus Francorum rex Gundebaldo Burgundiæ rege ſuperato, Sigiſmũdũ eius filium una cum ſorore in puteum demerſit.

Sfortia Attendulus dum uni è miniſtris in Aterno fluuio periclitãti vellet ſuccurrere, cum eo naufragium fecit. Fuit is pater Franciſci Sfortiæ.

Marullus poeta Põtani diſcipulus (qui a Polit. æmulo & hoſte ſuo Mabilius dici-

diſcerpendum expoſuit apud Heraclium fluuium. autor Plut.in Parall.

Abderus vnus fuit eorum,qui ab equis Diomedis Thraciæ regis interfecti ſũt & deuorati.autor Aegidius Maſerius in Valerij Argonautica:

Cõminius à Gidica nouerca ſtupri falſo accuſatus, metu Comminij patris currũ conſcẽdit,& in fuga more Hippolyti ab equis raptim diſtractus eſt. Doſitheus apud Plutarchum.

Cælius lib.11 Lectionum antiquarũ ſcribit,Taraxippum quẽdã fuiſſe in Iſthmo equis interemptum.

Limone puella adulterij cõperta,ab Hippomene patre data eſt equo famelico deuoranda.Oui.in Ibin.

Metius Sufferius dux Albanorum,quoniam in bello Fidenatium pactũ & fœdus ſocietatis cum populo Romano perfidè ruperat,captus poſtmodum viuus quadrigis in diuerſa nitẽtib.laceratus eſt,iuſſu Tulij Hoſtilij. autor Liuius,& poſt Liuium Gell.lib.20.capite 1.Vnde Vergil.lib.8. Æneid.

Haud procul inde citæ Metium in diuerſa quadrigæ.
Diſtulerant (at tu dictis Albane maneres)
Raptabatq.viri mendacis viſcera Tullus.
Per ſyluas ſparſo rorabant ſanguine vepres.

Licinius imperator, quum Herinã virginem filiam ſuam(quod Chriſtiana eſſet) equis dediſſet conculcandam,ab eorum vno morſu interfectus eſt.

Brunelchildis Francorum regina,poſt multa flagitia ſpectante Clothario,indomitis equis alligata, & mẽbratim diſcerpta eſt. Hoc ſcribitur in Hiſtoria Adonis Viennenſis.

EQVORVM LAPSV MORTVI.

Nipheus.Ver.lib.10. Quin ecce Niphei,Quadriiuges in equos,aduerſaq.pectora tendit.Atque illi longè gradientẽ,& dira frementem.Vt videre, metu verſi retroque ruentes,Effunduntque ducem,rapiuntque ad littora currus.

Leucagus.Ver.Excuſſus curru moribundus voluit aruis.

Ligeris frater Leucagi eodem quoque modo excuſſus eſt.Verg.ibidem, Frater tẽdebat inermes Infelix palmas,curru delapſus eodem.

Clencius ibidem:Illum infrænis equi lapſu tellure iacentem Obtruncat.

Remulus Idem lib.11.Orſilochus Romuli(quando ipſum horrebat adire)Haſtã intorſit equo,ferrumq. ſub aure reliquit.Quo ſonipes ictu furit arduus,altaq. iactat Vulneris impatiens arrecto pectore crura.Voluitur ille excuſſus humi.

Thymetes quoque equo ſuo excuſſus in bello interfectus eſt.Idem Ver.lib.11. Et ſternacis equi lapſum ceruice Thymetem.

Amicus.Idem Ver.in eodem:Turnus equo deiectum Amycũ, fratremque Diorẽ Congreſſus pedes,hunc venientem cuſpide longa,Hunc mucrone ferit.

Agenor lapſu equi inſerta ori manu extinctus eſt.Ouidius in Ibin.Vtque loquax in equo eſt eliſus gutture Agenor,Sic tibi claudatur pollice vocis iter.

Bellorophontem quum ad coitum non poſſet inducere Stenobæa Prœti vxor,eũ corã marito ſtupri poſtulauit: Stenobææ verbis fidem adhibens Prætus,Bellerophontem periculis obiecit,ac primum ad ſuperandam Chimærã miſit.Quã cum viciſſet,elatus uictoria in cælum Pegaſo equo alato uoluit conſcẽdere: ſed vlciſcente Nemeſi decidit.Oui.in Ibin : Quique ab equo præceps alienis decidit aruis,Exitio facies cui ſua pene fuit.

Seleucus Calinicius Antiochi cognomento dei filius,& Syriæ rex ex equo lapſus exceſſit.

Philippo Ludouici Craſſi filiũ, equi lapſu itidẽ perijſſe in Gallorũ Hiſtorijs lego.

Fulco Andegauenſium comes,quintus rex Hieroſolymorum,equo in caput verſo occubuit,quum regnaſſet annis vndecim.

Bela rex Pãnoniorum,frater Andreæ,& filius Vazulis regũ, deceſſit lapſus equo.

Politianus. Quid vel loquar te Glauci ſenex, plenumq; parente Idmona, fulmi nei proſtratum dentibus apri.

Anceus filius Aſtypaleæ, Phœnicis & Neptuni filiæ, rex Sami, dũ vellet occidere aprum agros ſuos vaſtantem, ab eodem eſt interfectus. Vol.

Bruthem Lycurgi filium ex arbore detractum aper laniauit. Ouid. in Ibin: Quiq; Lycurgidem laniauit ab arbore tractum, Idmonaque audacẽ, te quoque rũpat aperit. Volat. tamen facit Anceum Lycurgi filium, Domitius vero Calderinus hoc ad Bruthem refert.

A LEONIBVS OCCISI.

Hyas Atlantis ex Aethra filius, dum venaretur, a leæna interfectus eſt. Ouid. lib. 5. Faſtorum: Dumq; perit latebras fœtæ catulosque leænæ, Ipſe fuit Libycæ præda cruenta leæ. Mater Hyan, & Hyan mœſtæ fleuere ſorores, Ceruicemque polo ſuppoſiturus Atlas.

Paphages rex Ambraciæ, dum occurriſſe leænæ, catulis ſuis ſtipatæ, ab eadẽ interfectus eſt. Ouidius in Ibin: Fœta tibi occurrat patrio popularis in aruo, Sitq. Paphageæ cauſa leæna necis.

Satyrus & Perpetua martyres, quum nullis tormentis, nulliſq; comminationibus ab orthodoxæ fidei cultu diuerti poſſent, leonibus deuoti ſunt, & ab eis deuorati Valeriani & Galeni temporibus ſub præſide Tanurtio. Volater.

Ignatius Epiſcopus Antiochenus, quũ neglectis tormentis cõſtans in fide perſiſteret, iuſſu Traiani imperatoris leonibus deſtinatus eſt, & ab eiſdem præfocatus.

A CANIBVS OCCISI.

Linus filius Apollinis ex Pſamata Crotopij Argiuorũ regis filia, a matre apud Nemum fluuium expoſitus, ibidem a cani laniatus eſt. Oui. in Ibin: Quique verecundę ſpeculãtem membra Dianæ, Quique Crotopiadẽ diripuere Linum. Statius li. 1. Thebaid.

Neanthus propter chelyn Apollinis temere affectatã deo uindice a canibus diſcerptus eſt Polit. in Nutricia: improbus hanc ſtultè chelyn affectare Neanthus Auſus Apollinea pendentem ſuſtulit æde: Quem tamen in docto ferientem pollice chordas, Vindice diſcerpſit rictu nocturna canum uis.

Euripides poeta noctu rediens a cœna Archelai regis Macedoniæ, canibus, a Prometo quodã æmulo immiſſis, extinctus eſt. Polit. in Nutricia: Quẽque tegit rabidis lacerum pia Palla moloſſis. Ouid. in Ibin.

Thraſus puer Delius, Dianæ chariſſimus, a canibus itidẽ interfectus eſt. Ouidius in Ibin: Pædaque ſis illis, quibus eſt Latonia Delos, Ante diem rapto non adeũda Tharſo.

Cõſyngem reginam propter liberiorem cum marito Nicomede rege Bithyniæ ac laſciuiorem iocum, fuiſſe interfectam a regis cane, ſcribit Plin. li. 7.

Diogenes philoſophus deceſſit ex morſu canis eodem die, quo Alexãder Macedo in Babylone mortuus eſt. Volater.

Heraclitus philoſophus, quum eſſet hydropicus, ad remedium ſeuo bubulo ſe vnxit, atque ſoli ſiccãdum præbuit. Sepultus itaque ſomno, a canibus laniatus eſt.

Actæon filius Antonoes, dum inter venandum Dianam in forte nudam cõſpexiſſet, dea vlciſcẽte in ceruum mutatus eſt, & a canib. ſuis laceratus. Ouid. in Ibin. Item li. 1. Metam. Seneca in Thebai.

Lucianus Sophiſta Samoſatenus, qui Traiani tẽporibus floruit a canibus laniatus eſt nõ ſine diuinę vltionis ſuſpicione. Nam cum primum eſſet Chriſtianus, a catholica fide poſtea deficiens, religionem inſectari cœpit Volat.

FERARVM MORSV EXTINCTI.

Milo Crotoniates, dum nimia roboris confidentia, arborem in geminas partes uellet diducere, manibus in medio conatu diſtrictis, ibidẽ retentus eſt, & a feris comeſtus. Pauſanias apud Cœlium ait a lupis fuiſſe deuoratum. Oui. in Ibin. Vtq;

Milo robur diducere fiſſile tentes, Nec poſſis captas inde referre manus.

Chratim legimus apud Sybarim, paſtorē fuiſſe, qui quū in libidinem eſſet procliuior capellam omnium formoſiſſimam deperire cœpit. Quumque Veneri incēdio acrius titillaretur, eam frequēter inibat, ac vti amicam gratē amplexabatur, nō ſine multa ſuauiatione. Quinetiam munuſcula ei offerebat, pabulum videlicet lætius amœniusq; Molles quoq; ſubſternebat accubitus, quibus velut Nympha decūberet, & mollius quieſceret. Quod cōtēplatus dux gregis hircus æſtro zelotypiæ agitatus, dormientem adortus eſt, eiq; ſinciput illiſit. Hoc ex hiſtorijs Græcis aduocant Volater. & Cœl.

Pyrene puella Bebrycis filia, in Pyrenæo mōte ab Hercule compreſſa, atq; a feris ibidem laniata eſt & ſepulta. A cuius nomine monti quoque impoſitū nomen.

Gatis regina Syriæ (quę poſtea Atergatis vocata eſt) piſcibus data & deuorata dicitur autor Antipater Tarſenſis apud Volater.

Baſilius Macedo Imperator, quum annis 20. imparaſſet, a ceruo in venatione percuſſus cornu interijt.

Reuocatus & Fęlicitas martyres, a leopardis comeſti ſunt, imperantibus apud Romanos Valerio & Galeno, ſub Tarnutio præſide.

Saturninus epiſcopus Toloſanus, cum acerrime pro Chriſtiana fide pugnaret, ferocis tauri cornibus alligatus, membris cōfractis & illiſo cerebro Domino ſpiritū reddidit.

Hatto archiepiſcopus Mogūtinus, è muribus in Rheno fluuio deuoratur ferē, non ſine maxima diuinę uindictę ſuſpicione, quòd multitudinem pauperū (quibus ſe eleemoſynā daturum ſimulabat) tēpore famis in horreo feciſſet concremari.

Euphemia virgo Philophronis ſenatoris filia ſub procōſulo Priſco vrſis & leonib. obiecta, ab eiſdem interfecta eſt.

Syluanus Tyri præſul, ſub Diocletiano imperatore, amore Chriſtianæ pietatis nō grauatus eſt feris exponi.

Priſcus, Malcus, Alexander martyres apud Cęſarem Paleſtinę paſſi ſunt ſub Valeriam perſecutione, & pro Chriſti nomine a beſtijs deuorati.

Florellus martyr temporib. Antonij Imperatoris paſſus eſt apud Auguſtu vnā, & iuſſu Valeriani præſidis feris expoſitus, a quibus deuoratus eſt.

Germanicus ſub M. Antonio & L. Aurelio Smyrnæ paſſus eſt, ac poſt infinita ꝑpe tormenta, beſtijs obiectus, a quib. fractim comminutus, uitā cum morte mutauit.

FVMO AVT VAPORIBVS SVFFOCATI.

Minos rex Cretæ, quum Dædalum ad Siciliā vſque perſequeretur, a Cocalo eius loci rege (quem Dædalus multis obſequiis ſibi demeruerat) per proditionē captus, & in thermis ſuffocatus eſt. Ouid. in Ibin.

Qu. Luctatius Catullus orator, collęga Marii in conſulatu, ab ipſo Mario mori iuſſus, incluſus cubiculo candentium carbonum vapore ſuffocatus eſt. autor Valerius Maximus.

Zoe Nicoſtrati martyris vxor a beato Stephano ad catholicam inducta pietatē, crinibus ſuſpenſa, fumo ſubter ſuffocante periit.

Thurinum fumi vēditorem, fumo necatū fuiſſe ſcribit Eraſmus in illius adagii explanatione, Temeria mala.

IN LATRINIS MORTVI AVT OCCISI.

Cn. Carbo dum in Sicilia vētris onus poneret, iuſſu Pōpeii in latrina occiſus eſt.

Lampridius ait Heliogabalum naturæ portentum fato a tali monſtro pœnas repoſcente, in latrina occiſum fuiſſe, dum ventrem exoneraret Plutarch.

Fœlicula uirgo cū nullis tormentis aut pollicitationibus a Chriſtiana religione diuerti poſſet, iuſſu Flacci comitis in latrinam detruſa eſt, & ibidem mori coacta.

Ireneum & Abundium martyres Valerianus in cloacam detrudi, & ibidē emori fecit, quòd ſanctæ Concordiæ corpus inde extraxiſſent.

GAVDIO ET RISV MORTVI.

Lacedæmonius Chilo immodica periit lætitia quum filium in complexibus teneret Olympiæ coronatum.

Sophocles & Dionisius Siciliæ tyrannus, vterque accepto Tragicæ victoriæ nũcio. Plin.c.37.lib.7.

Sophoclem Lucianus & Sotades apud Crinitum, contra Plinij ſententiam, dicũt a ciuo vuæ periſſe. Val.Flac.tamen & Volater.fouent partes Plinij. Quorum vexillum ſequitur Polit.in Nutricia, ſcribens. Quemque ſenem meritæ rapuerũt gaudia palmæ. niſi forte Philippide intelligi malis.

Filippides Comœdiographus, quum in certamine poetarum præter ſpem viciſſe ac propterea latiſſimè gauderet, inter illud gaudium repente mortus eſt Gell.

Philiſtion Nicæus poeta Comicus (qui Socratis ætate floruit) nimio quoque riſu mortuus eſt. Politianus in Nutricia: Implicitusq; Sophron, riſuque Philiſtio tãdem Perditus.

Diagoras Rhodius quum tres filios athletas eodem die vincere, & victores coronari vidiſſet, populuſque gratulabundus flores vndiq. in eum iacerẽt, in ſtadio ſpectante populo in oculi & manibus filiorum aĩam efflauit præ lætitia. autor Cic. li.1. Quæſt. Tuſc. & Gell.lib.3.noct. Attice quibus in hac re idem eſt cõſenſus, præterquam ꝙ Cicero duos tãtũ filios Diagoræ coronatos, tres Gellius dicit. Philæmon poeta videns aſinum ficus menſe paratas comedẽtem, tãto diffluxit gaudio, vt eo expirauerit autor Val.Max.

Ariſtoteles apud Gell. eſt autor, Policratam nobilem fœminam è Naxo inſula cognitio repente inſperato gaudio animam expiraſſe Plut.de Claris mulieribus.

M.Iuuentius Thalna cõſul, dum ſacra diis exhiberet in Corſica (quã ſuis auſpiciis ſubegerat) acceptis literis, decretas ei a ſenatu ſupplicationes nunciantibus dũ intento illas animo legeret, ante focum præ gaudio colapſus, mortuus humi iacuit autor Val.Max.de morte non vulg.

Romana mulier, filio poſt cladem Cannarum incolumi uiſo poſt falſum nunciũ.

IN VENEREO ACTV MORTVI.

Alcibiades Athenienſis cũ Timãdra meretrice a Lyſandro interfectus eſt in actũ Venereo, vt credibile eſt, incertum tamen Plutar. & Valer.

Phaon quum eſſet hoĩum pulcherrimus, a Mitylenæorũ mulieribus ardenter appetebatur. Vnde factum, vt in adulterio deprehẽſus iugularetur. autor Cælius.

Speuſippum philoſophũ Tertullianus in Apologetico contra gentiles ait, de Platonis ſchola in adulterio periiſſe.

Cor. Gallus & Q. Heterius eques Romanus in Venere obiere. autor Plin.libr.3. Quorſam autem (inquit Valerius) attinet eorum cauillari fata, quos non libido ſua fragilitatis humanæ ratio abſtulit.

Tigilliuum præfectum vigilum & prætorii inter ſtupra concubinarũ & oſcula, ſectis nouacula faucibus in honeſtam clauſiſſe uitam. Corn Tac. ait.

Iouianus Pontanus in opuſculo de Obedientia, ait, Beltrãdum cognomine Ferrerium Barcellonæ (vrbs eſt Hiſpaniæ) in Venere expiraſſe.

Rodoaldus Longobardorum rex, in libidine deprehenſus cum matrona interfectus eſt, Paulus Diacon.

Ioãnes XII. pontifex in adulterio cõprehẽſus, itidẽ interfectus eſt. Cuius mors eo turpior eſt, quo ſanctiorẽ eũ eſſe oportet, qui dignitate cæteros antecellit. Plat.

CIBO ET POTV NIMIO MORTVI.

Anacreon Teius poeta dum aliquãdo liberius Baccho indulgeret, acino vuæ paſſę ſtrangulatus eſt. Politianus in Nutricia: Tandem acino paſſæ cędis interceptus ab vuæ. Val.Max.

Archeſilaus Prytanęus immodico hauſtu uini periit, anno ſuæ ætatis 75. Hermip. apud Diogenem.

Domitium Aprũ Euſebius ſcribit, cibi ſuperfluitate redundantẽ, in cæna periiſſe.

Septimius Seuerus Imperator dum membrorũ omnium, maxime pedum dolorẽ pati nequiret, loco veneni, cibũ plurimæ carnis incoctæ auidius deuorauit: quẽ dum concoquere non poſſet cruditatẽ paſſus, expirauit. autor Sextus Aurelius.

Valentinianus Imperator Quadorũ legationi reſpondens, voce impetu ſanguinis amiſſa, ſenſu integer expirauit. Quod ex intemperantia cibi, ac ſaturitate, qua artus diffuderat, accidiſſe multi detulere. Idem autor Sextus Aurelius.

Iouinianum imperatorem ciborum in ſtomacho incoctorum cruditate periiſſe ferunt teſtis Bapt. Egnatius.

Andebuntum Anglorum regem in cœna quandoque tãtum vini ſumpſiſſe, vt eo ſuffocatus repente exceſſerit, a nobis dictum eſt.

Childericum Saxonem, quum aliquando ad ambas vſque aures cibo ſe ingurgitaſſet, eo ſuffocatum fuiſſe, & repertum in lecto mortuum, Gregorius Turonenſis autor eſt.

SITI ET FAME MORTVI.

Eriſichton, vt iam diximus, propter neglecta Veneris ſacra ad tamẽ famẽ adactus eſt, vt propriam membra corroſerit. Ouid. li. 8.

> Sic epulas omnes Eriſichtonis ora profani
> Accipiunt, poſcuntq; ſimul, cibus omnis in illo
> Cauſa cibi eſt, ſemperq; locus ſit inanis edendo,

Pauſanias ab Ageſilao patre inedia cõſumptus eſt, quod pecuniã a Xerxe accepiſſet, vt Spartam proderet, autor Chryſermus apud Plutarchum.

Siſigambis Darij Perſarum regis mater inedia extincta eſt, quum cibo aliquãdiu abſtinuiſſet. Curtius li. 4. de geſtis Alexandri ait, eam itineris cõtinui labore, animique ęgritudine fatigatã, inter manus filiarũ cecidiſſe. Demũ li. 9. die quinto extinctam, quo mori ſtatuerat, cibo & luce dedita ſibi ſubſtractis.

Eriſthenes a matre inedia interfectus eſt, ꝗ malle in bello pugnaſſet Ouid. i Ibin

> Obſtrictusq; famem patiaris lumine tecti.
> Vt legem pœnæ cui dedit ipſa parens.

Neocles Sycioniorum tyrannus, a ſuis ob crudelitatem fame & frigore extinctus eſt Ouidius in Ibin.

> Aut ut oliuifera quondam & Sicyone profecto,
> Sit frigus mortis cauſa, famesq; tuæ.

Ariſto Poeta ab Athenienſibus fame extinctus eſt, quod ſuis carminibus eorũ laudes fuiſſet inſectatus. Ouid. in Ibin. Vt ve parũ ſtabili qui carmine læſit Athenas Inuiſus pereas deficiente cibo. Solent luculenti ſcriptores his multũ gloriæ cõparare, quos ſuis dignãtur monumẽtis Cõtra vero inepti, qui ſuis modulis ſe non metiuntur, & multa ſupra uires audent, tantum probri & ignominiæ afferunt, quantum illi honoris & famæ. Propterea non verro crimini Alexãdro, qđ inſulſum uerſificatorem Chœrilũ (quem pręconem ſuorum didignabatur facinorum) inedia ſuffocauerit, dicente eodem Ouid. Incluſusque necem cauea, patiaris, vt ille Non profecturæ conditor hiſtoriæ.

Thaleta philoſophorũ (dum Gymnicum certamẽ proſpiceret) æſtu & ſiti abſumptum fuiſſe. Volar. ait,

Cleantes philoſophus Zenonis diſcipulus, dum cibum ſibi ſubtraheret, vt cuidã morbo (quo laborabat) mederetur, nimia inedia ſe peremit Laertius.

Pomponius Atticus, Ciceronis amicus, morbo, quodam in ſenectute correptus, ſe ipſum abſtinentia cibi itidem ſuffocauit. Cor. Nepos.

Vgolinus Piſanorum comes, quum a ſuis expulſus patriam bello oppreſſiſſet, tãdẽ captus per proditionem, vna cum liberis fame abſumptus eſt.

Richardus Secũdus Eduardi filius puer admodũ ab Angli fame extinctus eſt, qđ inutilis regno videretur. O duræ ceruicis populum cui ſemper fuit moris ſecun

dum

dum aut tertium quemque regum crudeliter enecare.

Galbinus presbyter cuius Romanus iuſſu Diocletiani Imperatoris in carcerē coniectus eſt, ibique fame extinctus, quòd Chriſtianam profiteretur religionem.

Orator fortunatus, Felix, & Silinus martyres, apud Alexandriam pro Chriſti nomine fame & inedia interfecti ſunt.

Murita martyr ab Elphideforo quodam Arriano in exilium miſſus, ibidem fame & frigore extinctus, vitam eum morte mutauit.

Benedictus Sextus Pontifex à Cincio ciue Romano in carcerem detruſus ibidē fame enectus eſt, vel (vt alij volunt) ſtrangulatus.

Bonifacius Octauus, dū inimicitias cū Philippo Gallorū rege exerceret, rex Sciarrem Columnienſem in eum miſit, qui captū Pontifice in carcere fame extinxit.

FAMES MEMORABILES.

Doda Syriæ rege Ioram in Iudæa obſidente, matres inedia coactæ, filiorū viſceribus famē expleuerunt. Triſtis adeò fuit illa Samaritana fames, in qua etiam aſini caput venijt octogenis nummis argenteis.

Hieroſolymis captis Romani milites (qui merebant ſub Veſpaſiano) repererūt in domo cuiuſdam mulierculæ puerilia membra minutatim diſerpta, quib. infelix mater occultè veſcebatur.

Cābyſes Cyri filius in Aethiopas iugū detrectātes copias mouit, quib. quū deeſſēt cōmeatus & annona, coacti sūt milites, decimū, quēq. ad cibū ſortiri, & occidere. Durauitq. tātiſp illa calamitas, dū rex ipſe ſibi metuēs receptui cecineri.

Alexandri exercitus aduerſus Beſſum, Bactrianorum ducē, tāta laborauit fame, vt ſingulæ amphore ſucci ex ſiſama, venirent ducenis quadragenis denarijs. Singulę verò mellis amphoræ, denarijs 30. Amphorę uini totidē tritici nihil omnino aut exiguum admodum reperiebatur. Itaq. frugum penuria milites herbis & piſcibus famem leuabant. His demū alimentis deficientibus, iumenta (quib. onera portabāt) interfecerunt, & eorum carne traxerunt uitam. autor Cur. li. 6.

Apud Laconas quodam tempore ſerpentum multitudo emergens, ſequentū portendit famem, quæ tanta extitit, vt Spartiani ipſi annonæ raritatæ ſerpentes illos in cibum commutauerint.

Melus oppidum eſt Theſſaliæ, quod Nicias Athenienſiū dux expugnauit, non tā machinis bellicis, quàm fame. Hinc fames Melia, prouerbio locum fecit.

Annibale Caſilinum oppidum (in quo erant Romani milites) obſidente, veniſſe murem ducentis nummis, eumque qui vēdiderat, fame perijſſe, emptorē vixiſſe, tradit Plin. lib. 8. cap. 57.

Sagunthus vrbs Hiſpaniæ, olim amiciſſima Romanis, longa Pœnorū obſidione eo famis redacta eſt, vt ciues extructo in foro igne, ſuas res omnes in eum conijcerent, ſeq. ac ſuos poſtremò liberos eodē præcipitarent, ne uenirēt in manus inimicorum. Hinc, Sagunthina fames, dicitur de extrema rerū penuria. Auſonius: Iam iam pereſam iā Sagunthina fame Lucania cū liberet. Hanc autē fame triſte prius protenderat prodigium. Nam quum forte enixa mulier eſſet, infās in vterum regreſſus, ciuitatis excidium ſignificauit. Eutropius.

Calagurium vrbs eſt Hiſpaniæ, Quintiliani patria, cuius incolæ à Cn. Pompeio obſeſſi, vt fidem Sertorio præſtarēt, in tantam famen durauerūt, ut vxores ſuas ac liberos in vſum extremæ dapis conuerterent, quum nullum aliud animal in vrbe ſupereſſet.

Saxo ait, Hunnos quadam tempeſtate in tantam famem redactos, vt nec canibus pepercerint, quibus ad paſtum vterentur.

Peruſia oppidum eſt Ethruriæ, in quo Antonius obſeſſus ab Auguſto, quū extremæ fame laboraret, annonæ penuria coactus eſt deditionē facere. Hinc fames Peruſina proprio vocatur Epitheto. Lucanus: His Cæſar Peruſina fames, Mutinæque labores Accedant fatis.

Gotthi

Gotthi cum opprimebant Italiam,fęmina obſcuri nominis filij á ſe interfecti carnes eſitauit.
Sabellicus ait,tantam ſuo tempore rei frumentariæ caritatē incidiſſe in nōnullis Flaminæ regionibus, & Piceni agri locis, ut rude vulgus & plebecula arborum radicibus,herbisque victitauerit.
Franciſco Sfortiæ filio Mediolanum obſidēte, modus tritici venijt vicenis aureis nummis.
Barulo Apuliæ oppido obſeſſo á Gallis tanta laboratū eſt fame, vt milites detractas ſcutis pelles aqua emollitas adſumerent,herbisque(ſi quas reperiſſent) veſcerentur.
Atheniēſis á Sylla(qui poſtea fuit dictator)obſeſſi, Medimnū tritici melli drachmis emerunt.
Plebeij verò(quibus tāta erat argēti penuria, quanta annonæ) graminibus circa vrbem naſcētibus,& calceis coctis auidius veſcebantur. Eadē vrbs a Demetrio Antigoni obſeſſa,modium tritici. emit drachmis 300.
Petelini Pænis in Italia obſeſſi,coria exſcutis detracta corroſere,vt præſtitam Romanis fidem conſeruarent.
Cæterum.Græci olim conſueuerant famem virgis ex ædibus eijcere,dicētes: Foras famem,intro diuitias,& ſanitatem.
Magna fames vocatur Bulimus.Famem Ouid.lib.4.Met.deſcribit.

FVLMINATI, SEV FVLMINE PERCVSSI.

Chore filius Iſahar,cognatus Moſis ex Leuitarū tribunatus, quum de ſacerdotio cum Aarone contenderet,igne cęleſti perijt.
Æſculapius Apollinis ex Coronide filius,Iouiali fulmine percuſſus eſt,ꝙ Hippolytum mortuum ad vitam reuocaſſet,vt ait Plinius lib.29.cap.1.Vnde & Ver. li.7.Æn. Tum pater omnipotens aliquē indignatus ad umbras Mortalem infernis ad limina ſurgere uitę,ipſe repertorē medicinæ talis, & artis Fulmine Phæbigenam Stygias detruſit ad vmbras.
Zoroaſtres rex Bactrianorum,Oromaſi filius,& artis magicę repertor,igne quoq. cęleſtis abſumptus creditur.Volat.
Adimanthus rex Phileſiorum cum Iouem ſuis indignū ſacrificij indicaret, ab eo fulmine percuſſus eſt.Oui.in Ibin:Quæq. in adamāthū Phileſia regna tenētē. A Ioue venerunt,te quoque tela petant.
Aſopus Oceani filius, dum propter Æginam filiam a Ioue ſtupratā bellum ſuis vndis in aſtra vellet gerere,ab ipſo Ioue fulminatus dicitur.Sta.Donec vt tonitru ſummotus & igne triſulco,&c.
Enceladus gigas Terræ filius a Ioue fulminatus eſt cum cæteris fratrib. ꝙ Iouem ipſum cęlo detrudere voluiſſet. autor Ætnæ Gurgite Trinacrio morientē Iuppiter Ætna Obruit Enceladū,vaſti quoque pōdere montis Æſtuat,& petulās expirat faucibus igneis.Ver.Fama eſt Enceladi ſemuſtum fulmine corpus, Vrgeri mole hac,ingētemq; inſuper Aetnam impoſita. Senecæ Hercule Oetæo, Scindetque latus montis aperti,Nondum Enceladus fulmine victus.
De Typhæo gigante Oui.lib.3.Metam. Nec quo centimanum deiecerat igne Typhea,Nunc armatus eo.Luc.Vndat apex Campana fremens, cui ſaxa vaporat Conditus Inarimes æterna mole Typhæus. De cæteris gigātib.Vergilius li.6. Æneid.Hic genus antiquum terræ Titania pubes,Fulmine deiecti fūdo voluūtur in imo Seneca in Agamēnone.Quale cānebas,quum Titanas fulmine miſſo fregerę dei.
Aiax Orſus ab expeditione Troiana rediēs,a Pallade fulminatus eſt.quod in eius tēplo Caſſandrā virginem ſtupraſſet.Verg.lib.primo,Aen.Ipſa Iouis rapidum iaculata è nubib.ignē,Diſiecitq.rates euertitque æquora uentis.Illū expirantē trāsfixo pectore flāmas turbine corripuit,ſcopuloque infixit acuto.Syl.li.14.

Vel Flaccus li. 1. Argon. Ouid. in Ibin: Politian. in Ambra quoque meminit.

Phaeton Solis & Clymenes filius, dum currum patris temere regẽdũ ſuſcepiſſet equis inſolitum aurigam non audientibus, fecit vt totus conflagraret mũdus, ac propterea fulmine percuſſus, in Padũ cecidit, qui ab eo Phaetõteus dicitur. Lucretius li. 5. Ignis enim ſuperauit, & ambiens multa percuſſit, &c. Claudianus in quartũ Conſ. Honori. Sæuiretque dies, terrâque & ſtagna propinqui Haurirent radij. Plinius li. 7. Padus à Græcis dictus Eridanus, ac pœna Phaetõtis illuſtratus, Idem li. 37. Phaetontis fulmine icti ſorores mutatas in arbores populos poetæ dixere: Ouidius in Ibin.

Remulus filius Tyberini regis fulmine percuſſus eſt. Ouidius li. 14. Remulus maturior annis, Fulmineo perijt imitato fulminis ictu.

Semeles Bacchi mater Iouiali fulmine tacta eſt, quod Ioue ipſum oraſſet, vt ſecũ tantus quantus cum Iunone iaceret Propert. li. 3.

Capaneus maritus Euadens in bello Thebano fulmine percuſſus dicitur. Quod ideo Poetæ fingunt, quoniã quũ ſcalis admotis muros vellet cõſcẽdere, ictu lapidum ab inimicis oppreſſus eſt. Ouid. li. 4. Triſtium: Quum cecidit Capaneus ſubito temeratius ictu. Idem li. 3. de Ponto. Notior eſt factus Capaneus fulminis ictu. Idem ad Liniam. Et propertius libro 2.

Autolemi fulmine percuſſi mortem Marullus in Epigrã. ſic deſcribit. Dixerat Autolomeo flammas conſultus aruſpex Die cauendas poſtero. Credidit, & rerũ dubius de mane, ſub annis Delituit Ethruſci vadis. Sed neq; ſic factũ effugit. Nã dum innatat Arno Ictus crematur fulmine.

Salmoneus rex Elidis quum Iouis fulmen in aere mentiretur, ut propterea crederetur deus, ab ipſo Ioue fulminatus eſt Verg. li. 6. Æn. Vidi & crudelis dãtẽ Salmonea pœnas, Dum flammas Iouis, & ſonitus imitatur Olympi. Quatuor hic inuectus equis lampada quaſſans, Per Graium populos mediæq; per Elidis urbẽ Ibat ouans &c.

Menius Lycaonis filius quum patre in lupum verſo, & domo conflagrante Iouẽ deteſtaretur, ab eodem fulmine percuſſus eſt Ouid. in Ibin.

Preſter filius Hippomenis, quũ deos deteſtaretur, itidẽ fulminatus eſt. Sabellicus.

Atrax quoque quum Doſithoen violatam a Ioue prodidiſſet, deo vlciſcente ictus eſt fulmine. De vtroque meminit Ouid. in Ibin: Aut Iouius infeſto telo feriare triſulco, Vt ſatis Hippomene, Doſit hoeſque patet.

Porphyrio filius Siſyphi paternam in deos imitatus impietatem, itidẽ cœleſti ſuffocatus eſt igne. Ouid. in Ibin: Vt ferus Æolides, vt ſanguine natus eodẽ, Quo genita eſt, liquidas quæ caret Arctos aquis.

Marriam Plinius libro 2. ait, grauidam partu fulmine exanimato ſuperuixiſſe citra vllum corporis incommodum. Idem ſcribit M. Herennium decurionem ſerenodie fulmine ictum fuiſſe.

Tul. Hoſtilium L. Piſo apud eundem Plinium autor eſt, fulmine itidem ſuffocatũ, quod quædã parum rite feciſſet, & ſacrificio Iouẽ ipſum celo deuocare uoluiſſet. autor etiam Plut. in Numa Pompilio.

Aurelius Carus quum biennio imperaſſet, in caſtris ſupra fluuium Tygridẽ exanimatus fulmine, occubuit autor Flaccus Vopiſcus.

Anaſtaſius Imperator, quum iam 7. & 20. imperij annum ageret, ictu fulminis percuſſus interijt.

TERRA ABSORPTI.

Chore, Dathan & Abiron, quum inſurrexiſſent in Moyſen & Aaronẽ, excitaſſentque populum ad auferẽdũ huic ſacerdotium, illi, principatum: prounus (vt ſcribitur Numeri ca. 16.) dirupta eſt terra ſub pedibus eorum, & aperiendos ſuum deuorauit illos cum tabernaculis ſuis & vniuerſa ſubſtantia eorum, deſcenderuntque uiui in infernum, operti humo, & perierunt de medio multitudinis.

Amphiaraus

Amphiaraus uates dum apud Thebas preliaretur, terræ hiatu cũ curru (cui inſidebat) abſorptus eſt Prop. li. 2. Non Amphyaraę proſunt, tibi fata quadrigę Idem li. 3. Tu quoque, vt auratos gereres Eriphyla lacertos, Delapſis nuſquam eſt Amphiaraus equis. Ouid. li. 3. de Ponto quoq; meminit. Plut. in Paral.

Romę quum ingens uorago paulatim excreſceret, & terram abſumeret, reſpõſũ eſt ab oraculo hiatũ non poſſe deſinere, niſi quis intrò ſe demitteret. Quo audito Curtius equo inſidens illic de ſilijt. Liuius li. 17. Proper. li. 3. Ouid. in Ibin.

Anchorus Midę regis filius idẽ fecit, vt dicemus in eorũ hiſtoria, qui ſe occiderũt.

Paulo Æmilio in Pyrrhum Epyrotarum regem rebellãte, quum ab oraculo reſpõſum fuiſſet, Romanos fore uictores, ſi quis eorũ in uoraginẽ ſe demitteret. Val. Torquatus ſponte ſe obtulit. autor Critolaus apud Plutarchum.

SCALARVM RVINA MORTVI.

Elpenor ſocius Vlyſſis ebrius apud Circen factus, ſcalarum caſu perijt. Mart. li. 11. Penè imitatus obir ſęuis Elpenora fatis. Præceps per longos, dum ruit uſq; gradus. Ouid. li. 3. De Triſt. & in Ibin.

Philoſtratum quũ in Balneis Sinueſſanis eſſet, nimio hauſtu uini in ebrietatẽ lapſum ſcalarum caſu, non tum primùm, ſed pòſt extinctum Martialis ait.

Aſclepiadem medicum Pruſienſem ſuprema in ſenecta ſcalarũ lapſu fuiſſe exanimatum. Plin. autor eſt li. 7. Sic qui ægrotis mederi conſueuerat, qui è funere retulerat mortuum, fati inſidias uitare non potuit.

SAGITTIS CONFOSSI.

Achillem poetæ fabulãtur nullibi membrorum prętérquam in talo fuiſſe vulnerabilem, quod eam partem mater Thetis non abluiſſet Stygijs vndis, vt cæteras. Hunc ergo iaculatus. Paris euerſorem Troiæ peremit. Vergilius li. 6. Æneid. & Ouidius li. 12.

Lycophron poeta Iambographus à quodã ęmulo traiectus eſt. Ouid. in Ibin Vtq; cothurnatum perijſſe Lycophrona narrant, Hæreat in fibris fixa ſagita tuis. Volaterranus.

Anacharſis Scyta, à Sauleo rege eodẽ modo extinctus eſt quòd alienæ gẽtis ſacrificia imitaretur: autor Herod. Sunt tamen qui à fratre interfectum uelint.

De Procride ſagitta à Cephalo confoſſa, in Patricidis plura dicemus.

Acron rex Conmenſium, à Romulo victus, & ſagitta cõfoſſus eſt. Vide Tortelliũ.

Hyrene uirgo à Sicinnio pro Chriſti nomine hanc oppetijt mortem.

Chriſtina uirgo ſub Iuliano hoc modo paſſa eſt.

Beatus Sebaſtianus ciuis Mediolanenſis, ſub imperatore Diocletiano.

LAPIDIBVS OBRVCI AVT murorum ruina.

Cebriõ Priami filius e Patroclo in bello Troiano ſaxo obrutus eſt. autor Homer.

Cycnus Neptuni filius quum a patre habuiſſet, ut ferro inuulnerabilis eſſet ab Achille apud Troiam lapide extinctus eſt.

Athenienſibus, in Enmolpum bellãtibus, dũ immineret fames, Pyrander quęſtor à populo ſaxis obrutus eſt, quod triticũ parcè ſuppeditaret. autor Caliſt. apud Plutarchum.

Mardonius Perſa (quem Xerxes apud Salaminem uictus cũ exercitu reliquit, ut belli reliquias confoueret) ab Arimneſſo Spartiata ſaxo obruptus eſt. Quo fato præmouerat eum periturum Amphiaraus autor. Plut. in Ariſtide.

Neocles & Demopolis Themiſtoclis filij, quum Athenienſiũ memoriã refricuiſſent ſuper legibus, quæ aduerſus exules fuerãt ſancitæ, a paternis inimicis lapidibus obruti ſunt. Cælius c. 12. li. 8.

Chryſantus Alexandrinus vnà cum Daria uxore ſub Numeriano imperatore pro catholica pietate ſaxis obrutus eſt Volater.

Polydamas Herculani roboris, athleta. dũ ſub ſaxo ruinã minãte cũ aliquot conui

uis

uis cęnaret,omnesq.ſibi timentes diffugerét, ſolus uitium confidentia remanſit fore ſpetãs, vt cadentem molem manibus ſuſtineret, qua tamen oppreſſus eſt.autor Pauſanias apud Volaterranum,& Valerium maximum.
Pyrrus Epyrota dũ aduerſus Antigonum Argos obſideret,regula, vel(vt mauult Trogus)ſaxo a vetula iacto interfectus eſt.Oui.in Ibin: Aut vt Achillidem cognato nęie clarũ Opprimat hoſtili regula iacta manu autor Plut. in eius vita.
Alidice Alebæ Lariſſæi filia,una cũ viro.Licoride ruina domus extincta eſt Ouidius in Ibin:Lapſuramq; domum ſubeas ut ſanguis Alebæ,Stella Licoride cui fuit æque viro.
Trauquillus ait,Fidenis theatri ruina & viginti hominum milia perijſſe.
Coem unũ ex Alexandri ducib à Mityleneis comprehenſum,& lapidibus interrept um Herodotus ſcribit.
Lycidas ſenator Athenienſis à ſuis interfectus eſt,quòd pecuniã a Mardonio Perſa Athenarum inimico accepiſſe crederetur,autor Herodotus.
Romanis in Gallos bellum gerentib. dum annonæ caritas inualeſcere.Cinna triticilargitionem ſurripiẽs,regnũ affectaſſe creditus eſt,ac propterea ſaxis obrutus Ariſtides apud Plutar.teſtis.
M.Poſthumus Regilẽſis,in Equos.Italiæ populos bellum mouens,dum militibus vrbis prædã ſpopõdiſſet,ac poſſet urbe capta eoſdẽ cluſiſſet certatim a omnib. ſaxis obrutus eſt. autor Liuius.
Vaticinium in ludis gladiatorijs fuiſſe lapidarum a populo,Macrobius autor eſt.
Athenæus philoſophus,quum Romam ueniſſet,ruina domus qtiam habitabat,oppreſſus eſt.Strabo.lib.14.
Siluinus & Falconius famuli Quintiani Siciliæ præfecti,eadem morte perierunt.
S.Stephanus martyrũ primus,pro Chriſti nomine lapidus oppreſſus eſt.Ioan. Fr. Mirand.Et lapide Stephano dulces,torrentis amari Mancipijs ſcelerum.
Henricus Alphonſi octaui regis Caſtellæ filius,dum vna cũ pueris luſitaret,regulæ caſu perijt apud Palantiam vrbem.
Ioannes 21.pontifex,ruina camera(quam ædificabat)oppreſſus eſt.
Clemente V.Põtifice Lugduni ſolenne ſacrificium celebrãte, tantus agminatim cõfluxit popul⁹,vt Ioãnes Britãnię dux cũ multis alijs muri ruina occubuerit.
Elphegus Cãtuariẽſis archiepiſcopus,pro Chriſtiana pietate cadẽ ſubijt mortẽ. Vitalis quoq.Mediolanẽſis,Oneſimus,Metranus,Mãmes,Magnus,& Cyriacus martyres,eodem oppreſſi ſunt tormento.
Euſebius,Sardus,pręſul Vercelenſis à Conſtãtino principe factus, ab Arrianis lapidibus oppreſſus eſt.
Paulina virgo Romana,Artemij pręfecti filia ſaxis obruta eſt ſub Diocletiano,cũ Candida Matre, idque pro Chriſti nomine volat.

VENENO EXTINCTI.

Socrates ab Athenienſib.iniuſta de cauſa morti deuotus,tritum in calice venenũ hauſit.Cuius uis dum in pręcordia & uenas ſerperet iacuit reſupinus.Cicero. li.2.Quęſt.Tuſc.Ouid.in Ibin.
Marullus Epigrammatis ſcribit,Biliotum aſtrologum aſperſis veneno boletis inſtar Claudij,perijſſe,vbi ait:Dum cauet aſtrologus periuris ſidera nautis, Dũ ſibi boletis non cauet,ipſe perit.
Anaxagoras philoſophus,quũ annis 72. uixiſſet,ab Athenienſib. in carcerẽ coniectus,quòd ſolem(quem illi reuerebãtur)ignitum lapidẽ vocaſſet,ibidẽ epoto ueneno interijt Hermippus apud Diogenẽ.Plut.in uita Periclis aliter ſentit.
Ariſtobolus rex Iudææ captus à Gabinio,& Romam ductus,in carcere porrectũ hauſit venenum.
Scribit Eratoſtenes apud Cælium Demoſthenẽ præſidio vltimorum caſuum cõſueſſe venenum geſtare incluſum,quod etiam intrepide hauſerit,ne quid indi-

gnum ſuà virtute à Macedonib. pateretur. Nam quum in Antipatri (qui Alexádro ſucceſſit) odium veniſſet, ſanxerat Demades, vt capite plecteretur Plut. & Plin. li. 33.

Philopœmen. Philopœmenes magnus Græciæ Imperator, quũ apud Meſſenios in domicilium ſubterraneam, neq. auras neq; lucem exterius excipiens, fuiſſet impactus, hauſto ibidem veneno perijt. Venenum auté protexit Dinocrates Meſſeniorum dux, parta de illo victoria. Plutarchus in eius vita.

Aratus dux Sicyonies, quum multos tyrãnos ſua virtute ſuſtuliſſet; Philippo iuniori Macedoniæ regi cœpit eſſe formidoloſus. Propterea veneno lento ac ſenſim dato ab eo potionatus eſt. Plutarchus.

Theramenes Athenienſis philoſophus, iuſſu triginta tirãnorum inſtar Socratis in carceré detruſus, ibidem uenenũ hauſit. Quo hauſto, Propino (inquit) Critiæ quoniam is erat, cuius inſidijs moriebatur. Valerius de Fortit.

Alexander Macedo ab Iola prægustatores Antipatri ad regnum aſpirãtis filio, veneno potus eſt. Vis autem veneni, quod in Macedonia gignitur, tãta eſt, ut ferrũ quoque exurat, Curtius teſtis ex. venenum illud per Caſſandram allatũ fuiſſe traditumq. fratri Iolæ. Conuenit inter ſcriptores Ariſtotelis infamia & maxima nota excogitatũ Ouid. in Ibin: Nec tibi fida magis miſceri pocula poſſint.
Quam qui contigero de Ioue natus erat. Luc. 10.

Laodice regina Syriæ, Antiochum, Deum cognomento, maritum ſuũ veneno extinxit, ob ſuperinductam ſibi Ptolomæi ſororem Berenicem.

Themiſtocles, quum annum ætatis quintum & ſexageſimũ abſoluiſſet, ſpectantibus amicis epoto ſanguine taurino uitam finiuit. autor Plut. in eius vita. Quod eũ feciſſe, dicũt, ne in patria (qua tamen pulſus fuerat) pugnare ab Artaxerxe cogeretur.

Annibal Amycharis filius poſt multas clades Romanis illatas tandẽ victus, quum de Pruſi regis Bithiniæ (ad quem confugerat) fide dubitare, venenum hauſit, quod in anulo gerebat.

Lucullum Imperatoré clariſſimum amatorio Poculo perijſſe, teſtis eſt Plinius libro 23. cap. 3.

Cõuenit, Cæſaré Claudium Imperatorem veneno ab Agrippina vxore occiſum: vbi auté, & per quem dato, diſcrepat. Alij ab Haloto ſpadone præminiſtratũ. alij domeſtico per ipſam Agrippinam conuiuio, quæ boletum medicatũ eidẽ talium ciborum audio obtulerat. Quod cõfirmare videtur Martialis li. 1. Epig. dicens: Boletum qualem Claudius edit, edas. Et Auſonius: Claudius ambiguo cõcluſit fata veneno. Item Plinius de Boletis loquens. Item Cor. Tacitus li. 12.

Conradus Imperator Friderici filius perijt veneno, quo medici a Manfredo (qui imperio ſucceſſit) pecunia corrupti dederunt.

Carolum 8. Gallorũ regem conſtans fama eſt, atque etiam Volaterranus ſcribit, veneno ſuffocatum. Quod à veritate non abhorret, quũ in Sphæriſterio præter ſpé, ac nihil ſibi timẽs, exanimatus ꝓpè cõcidiſſe, ac paulo poſt expiraſſe dicat.
Conſtantinus Imperator Herculij filius, quum annũ vnicum rebus præfuiſſet, Martinæ nouercæ dolo & inſidijs venenum hauſit, quo ſuffocatus eſt.

Carolus Caluus Imperator, & Gallorũ rex, veneno a Sedechia medico Iudaico ſanguinis dato interijt, quum Mantuæ in valetudinem incidiſſet.

Henricus ex Luzelburgo Imperator poſt Albertũ a Clemẽt. Põtifice deſignatus, dum ſuperata Hetruria, Florentinis ſalutem iam deſperantib. inmineret, veneno in Euchariſtia & precioſo Chriſti sãguine dato perijt, anno Imperij quarto. Illud autem venenum datum eſt opera Roberti Siciliæ regis Egnatius.

Iulius Pollio tribunus & venefica nomine Locuſta, Britannico iuſſu Neronis fratris venenũ dederunt bibendũ. Quod ita cunctos eius artus peruaſit, vt pariter & ſpiritus eius raperetur. autor Corn. Tacitus lib. 13.

Diocletianum

Diocletianum ferũt è Dalmatia oriundum,poſt annum 20.Imperij ſui veneno extinctum. Cuius autem opera,non conſtat. Volaterranus.

Ludouicus Balbus dũ biénio cũ Carolo Craſſo fratre ſuo imperaſſet,veneno ſublatus eſt,relictis Carolo Simplice,& Carolo Magno liberis.

L. Vectius à Cæſare ſubornatus, & præmijs inductus, vt ſe de inferenda Pōpeio nece à Bibulo,Curione Catone,Lucullo & Cicerone(quos oderat)ſolicitarum profiteretur:quum vnum atque alterũ,non ſine fraudis ſuſpicione nominaſſet, deſperato cōſilij euentu, ab ipſo Cæſarem interceptus veneno creditur autor Suetonius,& Appianus libro ſecundo bell. Ciuilium.

Coſſinus eques Romanus amicitia Neronis notus,quum Lichene laboraret,vocatus Ægypto medicus,vt eius morbo mederetur, quum Cantharidũ potũ,præparaſſet,interemit. Plin.lib.29.cap.4.

Seneca à Nerone præceptore coactus,vt quod vellet genus mortis eligeret,venas medico præbuit:veneno demum in balneo hauſto,perijt. Suetonius.

L. Tubulus ſacrilegus ab exilio(quo propter multa flagitia miſſus fuerat)renocatus ne in carcere necaretur,venenum hauſit. autor Aſconius Pedianus.

Mahomethes ex Arabia ortus, vaſtata Syria.expugnataq. Damaſco eius regionis capite,quum Scænitas & Arabas ſuæ adiecilſſet ditioni,anno vitæ 40.veneno à domeſticis dato,perijt. Bap. Egnatius.

Ioannes Zemiſces Imperator,poſt Nicephorum Phocam Cōſtātinopolim profectus,ibidem poſt annum Imperij ſextum,& ſex menſes potionatus deceſſit.

Lotarius rex Gallorum,Ludouici quarti filius,deceſſit ex veneno, ab vxore adultera(ut fertur)præminiſtrato. Eius quoq. filius Ludouicus V. Blanchæ coniugis opera eodem fato perijt. Volater.

Roſimũda Cunimũdi Gepidarum regis filia,interfecto primo marito Alboino rege Longobardorum,ſecundo quoq. Helmigem nomine,Rauennæ principem, ueneno præſentaneo pdere conata eſt. Cuius partem quum hauſiſſet,ubi ſēſit contagiũ per venas ſerpere euaginato gladio,eam coegit reliquam poculi partem bibere quo facto ambo ſuffocati ſunt,Paulus Diaconus.

Antaris Longobardorum rex Theolidæ maritus,quũ ſex regnaſſet annos,inſidijs domeſticorũ apud Ticinam extinctus eſt uenenato poculo Nonis Septembris, autor Paulus Diac.lib.4.de Geſtis Longobardorum.

Ladiſlaus rex Apuliæ,dum Florentinos bello aggredi,ſuæque ditioni ſubmittere conſtituiſſet,eorum opera & inſidijs ueneno ſuffocatus eſt.

De Cleopatra,Lucretio,Baudicea Britannorum regina, & quibuſdam alijs ueneno itidem præfocatis,conſule titulum de præfocatis.

Victor tertius Pont. Max. quum unicum annũ ſediſſet,mortuus eſt nō ſine maxima ſuſpicione dati ab Henrico ueneni in calice,dum ſacrificaret. Volater.

Guilermus dux Veronenſiũ nocte quadam cui Florentinis Veronam ingreſſus, à Carrarienſibus captus,& ueneno ſublatus eſt. Volater.

MORTEM QVI SIBI VARIIS MODIS CONSCRIVERVNT, aut ſe alijs commiſerunt occidendos.

Iudas(ut omnes cōpertum habent)quum Deũ Iudæis prodidiſſet, & exili pecunia expoſuiſſet,uenalē,tandem ad ſe rediens,& ſceleris perpendens grauitatē deſperata uenia(quæ tamen proditi clementia ſperari poterat) ad laqueũ properauit,& notiſſimo diuinæ vltionis argumento crepuit medius.

Qui Ambigit diuina factam ultione,ut Herodes rex Iudææ,Antipatri filius,poſt interfecto Alexandrum,Ariſtobolum,& Antipatrũ filios,trucidatus itē innocentes ad intercipiendũ ſacrum uirginis partum,uermibus ad extremum toto corpore ſcatentibus,mortem ſibi conſciuerit? Autor Ioſephus.

Pontium Pilatum patria Lugdunenſem,ferunt nefariæ in Chriſtum ſentētiæ meritas dediſſe pœnas,ſibique mortem intuliſſe. Autor eſt Gregorius Turonenſis.

Tam tibi ſit mitis Ponti Pilate Megæra,
Tamque tua moueant lacrimæ Plutona ferocem.
Quam merito perijt fato te iudice Chriſtus.

Piramus adoleſcens & Thybe puella, incredibili amore flagrãtes, quũ impediente, parentũ ſuſpicione ſuis votis ſatisfacere nequirent, pepigerunt, vt certo die in remotum locum ſe reciperent. Quo quũ prior veniſſet Thysbe metu leænæ ibidem repertæ profugit in latebras, relicto capitis tegumento. Quod arripiens leæna venienti poſt Pyramo conjecturã præbuit & argumentũ deuoratæ amaſiæ, mortemq; ſibi propterea conſciuit. Thysbe paulo poſt reuerſa, vbi mortuũ amantem cõſpicata eſt, longioris vitæ pertæſa, ſuo ſe gladio confodit, &c. Strozza pater lib. 1. Eroticon.

Pyramus exemplum præbet, miſerandamque Thisbe,
Quos rapuit ſimili mors violenta modo.
Item Galentius in Epigrammatis.
Pyramus & Thysbe miſeri ſine crimine amarunt.
Occidit hic propriæ ſæuus vterque manu.
Et quos vnus amor tetigit, nox vna peremit.
Enſis & vnus, & hæc contegit vrna duos.

Item Architrenius li. 4. Ibi ſerum Pyramus enſe Vindicat egreſſum, Thysbe lugubria fati, &c.

Eriſicthonem poetæ fabulãtur ob neglecta Cereris ſacra in tantam famẽ redactũ vt propria membra deuorauerit, ſeque ipſum corroſerit. Addunt & filiam eius Metram nomine, in varias formas Neptuni beneficio mutari ſolitam. Vnde natum adagium, Mutabilior Metra Eriſicthonis. Oui. li. 8. Met. Ipſe ſuos artus lacero diuellere morſu Cœpit & infelix minuẽdo corpus alebat. Idẽ in Ibin. Vtq; pater ſolitæ varias mutare figuras, Plenus inextincta conficiare fame. Itẽ Pamphi. Sax us in Elei talis erat genuina fames, Eriſicthona quondam impleuit miſerum quum fera peſte ſua.

Dædalionis filia Lichione Dianæ (cui ſe præferebat) ſagittis confoſſa eſt. Cuius dũ celebrarentur exequiæ, pater in puellæ rogũ ſeſe coniecit. Poetæ fingunt cũ ab amicis (ne in ignem deſiliret) impeditum, fuiſſe mutatum inuolucrẽ. Vnde Ouid. libro vndecimo Met. Vt verò ardentem vidit quater impetus ili. In medios fuit ite rogos, quater inde repulſus; Concita membra fugæ mandat.

Didonem ſuo gladio incubuiſſe pro comperto eſt: ſed non omnes eandem mortis cauſam afferunt. Scribit Auſonius (& ita ſe haberet rei veritas) hoc ab ea factũ, vt mortuo marito Sychæo caſtitatem ſeruaret vidualẽ, & furias fugiens Iarbæ Getulorũ regis declinaret. Verba eius ſunt hæc: Sed furias atque arma procacis Iarbæ, ſeruati fateor morte pudicitiam. Auſonium ſequutus Marrullus Didonẽ ſic inducit loquẽtem. Nec mihi Phryx nocuit, nec enim Phrygia nouimus vllũ Cura ſed antiqui caſta tenaxq. tori. Quam ne coniugio Lybici violare tyranni Cogeret, hac cecidi fortiter vſa manu. Vtrinque ſuccinit Rhemnius, ſeu (vt alijs placet) Priſcianus in Geographia Dionyſij de ſitu orbis, dicens: Qua regnãs felix Dido per ſecula viuit, Atque pudicitiam non perdit carmine ficto. Contra verò Vergilius hoc ipſum aſcribit impatiẽtiæ doloris, quem ex Æneæ fuga conceperat. Quod tamen fabuloſum eſt. Vergilium tamen plerique omnes Poetæ Latini ſecuti ſunt. Ouidius in primo lib. 3. Faſtorum. & in Epiſtolis ſic ait.
Præbuit Aeneas & cauſam mortis & enſem.
Ipſa ſua Dido concidit vſa manu. Item 14. Met.
Idem Sillius libro 2.
Ipſam pyram ſuper ingentem ſtans ſaucia Dido.
Mandabat Tyrijs aſtricia bella futuris.
Ardentemque rogum media ſpectabat ab vnda

Dardanus

Dardanus & magnis pandebat carbaſa fatis.

Item lib.8. Item Angelus Politianus.

in Mant.

At Phœniſſa regum ſæuo furiata dolore

Incendet moritura trucesq; in uota vocabit.

Eumenidas, mox & Phrygium (proh triſtia dona)

Ah niueum perfectus aget miſerabilis enſem.

Anna Beli regis filia poſt mortẽ ſororis ſuæ Didonis, Carthaginẽ ab Iarba occu patam relinquens, ad Battum Melitæ inſulæ regem nauigauit. Quo demũ reli cto, mare ingreſſa in Laurentũ littus delata eſt. Ibique ab Aenea cognita, & ho ſpitio ſuſcepta eſt non ſine mutui cũ eo amoris ſuſpicione adeo ut in odiũ La uiniæ veniret. Cuius inſidias vt declinaret, ſe in Numycũ fluuiũ præcipitauit. Vnde Ouid. lib. 4. Faſt.

Corniger hanc tumidis rapuiſſe Numycius vndis

Creditur, & ſtagnis occuluiſſe ſuis.

Item alibi:

Placidi ſim nympha Numici,

Amne perenne latens, Anna perenna vocor.

Euadne Martis filia in rogũ mariti ſui Capanei apud Thebas mortui (dũ celebra rentur exequiæ) ſe coniecit. Ouid. lib. 5. Triſtium: Cernis vt Admeti cantetur & Hectoris vxor, Auſaque in accenſos Iphias ire rogos? Idẽ lib. 3. de Arte, Acci pe me Capaneu, cineres miſcebimus, iquit Iphias, ĩ medios deſiluitq; rogos itẽ Mart. lib. 4. Epigram. Statius lib. 12. Propert. libro 1. Ouidius lib. 3. de Ponto, Iphias, &c.

Hilonome fœmina Centaura & biformis, mortuo marito Cyllaro gladio ſuo ĩcu buit. Ouid. lib. 12.

Vt videt extinctum, dictis quæ clamor, ad aures

Arcuit ire meas, telo quod inhæſerat illi

Incubuit, moriensq; ſuum complexa maritum eſt.

Biblis Mileti filia ex Cyane, quum fratrem cannum miſere deperiret, neque eius cõcubitum poſſet aſſequi, vrgentibus furiis ſe occidit, & in fontẽ poſtea Naya dum beneficio mutata eſt. Ouid. 1. de Arte.

Biblida quid referam? vetito quæ fratris amore.

Arſit & eſt laqueo fortiter ulta nefas.

Hercules induta tunica Neſſi Centauri cruore tincta, in tantas furias raptus eſt, vt præ impatientia doloris ſeſe in Oeta monte combuſſerit. Ouid. ad Liuiã, Qua lis in Herculeæ collux it collibus Oetæ, Quum ſunt impoſito membra cremata Deo. Claud. in 3. conſul. Honorii: Iuga deſeris Oetes, Herculeo damnata rogo. Item lib. 12. Theb.

Theſeo in Cretam ad Minotaurum nauiganti Aegeus, pater Athenarũ rex præce perat, ut ſi confecto monſtro incolumis rediret, ad lætitiæ argumentum albis uteretur velis, vt proſpectãtibus ẽ portu amicis ſuperſtitis uitæ fidẽ præſtaret Theſeum tamen cepit obliuio mãdati. Propterea cum iiſdẽ (quibus uenerat) remigraret velis, fecit vt pater nihil de filio ſibi promittẽs, e ſcopulo in mare ſe deturbarit, & aquis nouum impoſuerit nomen. Plutarchus. Quam fabulã, vel (ſi mauis) hiſtoriam Catullus longo admodum proſequitur ſilo. Calent. quoq. lib. 1. Eleg. Itẽ Ouid. in Ibin: Te qui Theſeæ fallacia uela carinæ Vidit, & iliaca miſſus ab arce puer. Huius rei etiã meminit Cælius lib. 10. Lectionum antiqua rum, c. 25.

Hæmon Thebanus iuuenis, quum amore incredibili Antigonẽ Oedipi & Iocaſtæ filiam deperiret, ad eius tumulum mortem ſibi conſciuit. Fuerat autem Antigo ne iuſſu Creontis (qui vetuerat Græcorũ cadauera in humari) iugulata, quod

Q 2 Poly-

Polynicem fratrem mortuũ noctu ſepelire uoluiſſet. De huius adoleſcẽtis morte Propter.lib.2.

Sappho puella ex Lesbo inſula, è Lucade Epyri promõtorio ſe præcipitauit, quod a Phaone liberali forma adoleſcente (quem ſupra fidem hominum deperibat) mutuo non redamaretur. Stat.lib.3.Syl. Saliusque ingreſſa uiriles, Nõ formidata temeraria Leucade Sapho. Et Politianus in Nutricia: Sed tandè Ambracias temeraria ſaltat inundas. Idem Polit.in Eleg. Maſcula quæque ſuos cantat moritura calores, Leucadij Sappho crimen honorq; freti. Vide Volat.

Græcis Thebas obſidẽtibus quum Tyreſias vates prædixiſſet Thebanos expugnatum iri, niſi eorũ (qui ſerpentinis dentibus prognati fuerant) aliquis ſe morti deuoueret: Menecœus vt patriæ ſaluti conſuleret, in ipſis Thebarum mœnib. gladio ſe confodit, confoſſum ad hoſtes deturbauit, Quo uiſo protinus abierũt Græci. Stat.lib.1.Theb.

Iocaſta filia Creontis, & vxor Laij, videns filios ſuos Ereoclem & Polynicem mutuis vulneribus interfectos, horiore tanti facinoris mortem ſibi intulit. Statius libro vndecimo Theb.

Annibale Sagũthum vrbem Hiſpaniæ Romanis amicam obſidente, Mopſus Cretẽſis faueus Saguntinis, vbi filios vidit interfectos, temperare ſibi nõ potuit, quin ſe præcipitaret e turri, & filiis comitem daret. Sylius li.2. At pater geminorum funere Mopſus.

Phædram Hippolyti nouercã furiæ Veneris uſque adeò torruerunt, vt laqueo ſpiritum ſibi interceperit, quòd priuigni (cuius amore æſtuabat impatienter, pruribatque cõcubitũ non poſſet exorare. Moriens tamen ſcelerata mulier, literas reliquit, quibus Hippolytum ſtupri accuſabat, ſuæque mortis vocabat authorẽ Auſonius: Suaſi quod potuit, tu alios modo conſule, dic quos? Phędra & Eliſa tibi dent laqueum aut gladium.

Athamas rex Thebarum furijs agitatus Learchũ filiũ dedit morti. Propterea Ino Cadmi & Hermionis filia & eius vxor ſibi timens, cum altero filio Melicerta ſe in mare præcipitẽ dedit. Quos in deorũ indigitamenta poetæ retulerunt. Cyprianus: Melicerta & Leucothea præcipitantur in maria, & fiunt poſt modũ maris numina. Ouid.li.4.Metam. Seq; ſuper pontum nullo tardata timore Mittit, onusque ſuum.

Phyllis Lycurgi Thraũc regis filia ægreferens ſe relictam & ſpretã a Demophoonte Theſei filio, quem unice deperibat, & ab expeditione Troiana redeuntẽ hoſpitio exceperat, vitam laqueo præfocauit, in amygdalum poſtea (vt fabulantur poetę) conuerſa. Pamphilus Saxus: Exemplum tribuit mortis mihi nobile Phyllis, Pendebat longa corpus inane trabe. Pontan.lib.3.de Stellis.

Aiax Telamonis filius, ægreferens mortui Achillis arma (quæ ſupra modũ appetebat) Vlyſſi data fuiſſe, inuidia motus, & in rabiem conuerſus mortem ſibi intulit. Ouid.lib.13.Metam.

Hectora qui ſolus, qui ferrum, ignesq; Iouemq;, &c.

Iphis puer liberali facie, quum Anaxaretem puellam incredibili amore proſequeretur neque tamẽ redamaretur ab ea, laqueo ſe ſuffocauit, atq. onus infelix elila fauce pepẽdit, inquit Ouidius libro decimoquarto. Demũ quũ celebrarẽtur exequię puella mortui miſerta, ſe quoque interfecit. Pontanus de Stellis libro tertio.

Auctolia Vlyſſis mater, quum falſo nunc audiuiſſet: filium apud Troiam occubuiſſe, laqueo uitam finiuit.

Amphio Iouis filius, interfectis ab Apolline quatuordecim liberis, ſeipsũ gladio interemit. Ouidius in Ibin. Addidit ut fidem miſeris ſua funera natis, Sic tibi ſint uitæ tædia iuſta tuæ.

Althea Thyeſtis (aliàs Teſtij) filia, & Oenei Aetoliæ regis vxor, quum audiuiſſet

Meleagrum

Meleagrum filium ſuis fratribus intuliſſe mortem, ſe pręcipitauit, cõbuſto prius fatali ſtipite, quo cremato Meleagrum ex fato periturum audierat. Boccacius in Genealogia.

Britonia Nympha Cretenſis quum eſſet formoſa, perpetuo virginitatis voto, venationi vacaret, ad vim & ſtuprũ Minois regis declinandum ſe in aquas dedit præcipitem.

Brotheus Vulcani filius propter oris deformitatem illuſus in rogum deſilijt, ibiq. vitam incendio finiuit Ouidius in Ibin: Quodq. ferũt Brotheũ feciſſe cupidine mortis, Des tua ſuccenſæ membra cremanda pyræ.

Æolus Rex ventorum audito Canaces filiæ cũ Machareo fratre inceſtu, ad eam gladium miſit, vt ſcelus voluntaria morte dilueret, & vlciſcerentur. Quod illa fecit. Plutarchus in Paral.

Ceyx Alciones maritus, ad oraculum nauigans naufragiũ fecit, & obrutus eſt aquis, Quod indignãter ferrens Alcyone, mortẽ mariti ſecuta, in mari ſe deturbauit, & in auem ſui nominis mutata eſt Ouidius in Ibin: Nec tibi ſit tumidis melior Neptunus in vndis, Quàm cui ſunt viſæ frater & vxor aues.

Deianyra Herculis vxor, audita mariti morte, ſupereſſe voluit, ac propterea dolore animi ſe peremit. Ouid. Impia quid dubitas Deianyra mori.

Heſperie nympha, Eſcam Priami filium (à quo adamabatur) perſequentẽ fugiẽs morſu colubri in herba latentis interfecta, fecit, vt Eſacus ipſe vitã ſibi acerbã putauit, & aquis ſe obrueret.

Erigone audita patris Icari morte, laqueo ſe ſuſpendit. Ouidius in Ibin. Stat. li. 5. Syluarum: Nec enim Marathonia virgo Parcius extinctum ſæuorũ crimine agreſtum Fleuerat Icarium.

Euenus ægeferens Mapiſſam filiã ab Ida filio Apharei in certamine curuli ſuperatam, ac proptetea ex pacto nuptijs copulatam, ſe in Licormam Aetoliæ fluuium dèmiſit, & cui impoſuit nomen, autor Domitius Calderinus. Vnde Oui. in Ibin: Vtque vel Euenus torrẽti flumine Merſus, Nominades rapidæ, vel Tyberinus, aquæ. Ad hunc ferè modum Plut. Euenus (inquit) Martis & Sterepę filius, ex Alcipppa Oenomai filia Marphiſſam ſuſcepit filiã. Quam ab Aphareo in chorea raptam inſequens, dum comprehendere non poſſet, in Lycormã fluuium ſe præcipitauit.

Iuturna Dauni filia poſt interfectum ab Aenea Turnũ fratrem ſuum mętoris impatiens, ſe dedit in aquas præcipitem.

Ilice Ibyci Lydij filia, dum amores Martis contemneret, Deo factum vlciſcẽte, in furorem uerſa, è ſcopulo ſe demiſit. Oui. in Ibin: Lydia ſe ſcopulis ut uirgo miſit ab altis, Dixerat inuito quæ mala uerba Deo.

Athenienſes dũ mortui Herculis tutarentur liberos, quos inſectabať Euryſtheus, ab oraculo acceperunt ſe ab Euryſthei liberatũ iri incurſatione, ſi quis a liberis Herculis ſemet inferis deuoueret. Quo audito Macaria eiuſdem filia ſeſe ſpontaneæ morti obiulit. Cęlius, & Eraſmus in Chil.

Alceſtis filia Periiai ſeipſam interfecit, ut umbra ſua contenti manes, ægroto marito parcerent. Seneca in Medea. Coniugis fatũ redimens Pheræi, Vxor impendit animam marito.

Tyro mulier Theſſala mortuo marito, ſpontè opetijt mortem. Baptiſta Pius libro 2. Eleg. Carmine cõſpicua eſt Tyro Pegaſæa puella. Quæ uoluit proprij fata ſubire uiri.

Hercules ab Iole cõnubio reiectus, Oechaliã puellæ patriam diripuit. Dolore facti Iole ſe pręcipitem e muro dedit autor Plut.

Charondas Tyrius quum legem tuliſſet, nequis armatus ueniret in cõcionẽ, & tamẽ ipſe rure ueniens, preter ſpẽ aliter fec. ſtetmotus legis ab eo qui proximè ſedebat, uitam ſponte reliquit, & gladio ſuo incubuit, quum tamen culpam

diſſimulare potuiſſet, aut defendere. Valerius Maximus de Iuſtitia.

De Amata Lauiniæ matre, quomodo & quã ob rem ſpiritũ ſibi laqueo intercepe rit, vide eorum hiſtoria, qui ſuſpendio & cruce vitam finiuerunt.

Quum L. Opinius Cõſul, C. Gracchũ Agrarias leges cõtra autoritatẽ ſenatus fer re molientẽ ſuſtuliſſet, Herennius Siculus (quo & aruſpice & amico vſus ſem per fuerit Gracchus) comprehenſus, dũ in carcerẽ traheretur, capite poſti car ceris illiſo ſpiritum depoſuit. autor Valerius Maximus.

Coma latro, frater Diogenis latronũ ducis ad P. Rutilum ductus, dum interroga retur de genere belli à ſeruis & latronib. moti, càpite in crura demiſſo, ſibi ipſi ſpiritum intercluſit. autor Val. Max.

Cleombrotus ſeu Theombrotus ex Ambracia, quũ legiſſet opus Platonis de ani marum immortalitate à Socrate inſcriptũ, ſpõte ſe præcipitauit. Oui. in Ibin: Vel de præcipiti venias in tartara ſaxo, Vt qui Socraticũ de nece legit opus La ctantius: Quid (inquit) Ambraciotes illi qui quũ eundem librum perlegiſſet præcipitẽ ſe dedit, nullam aliam ob cauſam, niſi quod Platoni credidit. Quod ſi ſciſſet Plato, ac docuiſſet a quo, & quomodo, & quib. & quæ ob facta, & quo tempore immortalitatis tribuatur, nec Cleombrotum impegiſſet in mortẽ, nec Catonem. Cicero lib. 1. Quæſt. Tuſc. Callimachi, inquit, Epigramma in Ambra ciotam Cleombrotũ eſt, quem ait, quũ nihil ei accidiſſet aduerſi, è muro ſe in mare abieciſſe lecto Platonis libro.

Annibal Amilcharis filius, dux Carthaginenſiũ, poſt L. Cornelium Scipionẽ pa trem Scipionis maioris ſuperatum. Sempronium ad Trebiam, C. Flaminiũ ad Traſimenũ magnis cladibus affectos P. Æmiliũ apud Cãnas cũ toto exercitu deletum, Claudium Marcellũ occiſum, à Scipione Iuniore poſtremò victus & fugatus, ad Antiochum primum, deinde ad Pruſiã Bithyniæ regẽ cõfugit De cuius fide dubitans, quoniam videbat Flamniũ legatum a Romanis miſſum, ac ſe paulatim a militibus circũſeptum, venenum, quod in anulo gerebat, hauſit.

Aſdrubal dux in tertio bello Punico à Scipione Æmiliano victus, in medias vr bis flammas ſeſe cũ filijs iecit. Sed quoniam multi eius nominis fuerũt, vide vt de quo loquaris, intelligas.

Ariſtarchus grammaticus Alexãdrinus, homo doctiſſimus, quũ hydropiſi labora ret, ſeipſum cibi abſtinẽtia interfecit, annos natus 72. Hic ille eſt Ariſtarchus, qui ſub Ptolemæo Philometore floruit, Olympiade 156. cuius & filiũ erudijt. Scripſit cõmẽtarios ſupra mille. Diſcipulus fuit Ariſtophanis grãmatici. Fuit autem cẽſura adeò critica, ſeueroq. iudicio, vt prouerbio locũ penè fecerit. eos enim vocamus Ariſtarchos, qui nihil nõ examinant, & omnia diligenter expẽ dunt Duos habuit filios, Ariſtarchum & Ariſtagoram degeneres, & patri omni no diſſimiles. Fuit alter eiuſdem nominis Tegates Poeta, Euripidis coætaneus, quem Æſculapius morbo liberauit.

Calanus Indus vnus ex Brachmanibus (quo nomine dicebantur Indorũ philoſo phi) ex ipſa India ad Perſidem vſque Alexandrũ ſecutus, vltrò & nullo cogẽte in rogum ſe coniecit. Quod videns Alexãder, percõtari cæpit, vellet ne aliquid mãdare moriẽs. Tũ ille, Nihil, inquit, propediẽ te videbo. Nec multis poſt die bus Alexãder veneno interijt. Cic. li. 2. quæſt. Tuſc. Calanus Indus (inquit) in doctus ac barbarus in radicib. Caucaſi natus, ſua voluntate viuus cõbuſtus eſt. Idẽ lib. 1. de Diuinã. Ad mortem proficiſcens Calanus Indus, quum incederet in rogum ardentẽ: O præclarũ diceſſum, inquit, è vita, quum (vt Herculi conti git) mortali corpore cremato, in lucem animus exceſſerit. Quumq. Alexander eum rogaret, ſi quid vellet, vt diceret: Optimẽ, inquit, propediẽ te videbo. Qđ ita cõtigit. Nam Babylonæ paucis poſt diebus Alexander eſt mortuus. Teſtes etiam Val. Max. de Miraculis, & Plutar. in Alexandro.

Cleomenes dux Lacedęmoniorum ab Antigono victus, ad Ptolomæũ ſe recepit, à quo

a quo benigne primum exceptus.poſt modũ a Nicagora proditionis accuſatus, in carcerẽ detruſus eſt.Vbi cum aliquot alijs voluntariam opperijt mortẽ. Mortum rex pelle nudauit,& affixit cruci, autore Plutarcho Herod.ait Cleomenẽ a furis incipientem,ſe detrũcaſſe; carneſque e tibijs ad femora ẽ femoribus ad coxarum uertebras proſcidiſſe,atq; in reſcindẽdo vtero expiraſſe. Plutarchus:

Dinocrates Meſſenius uicto primũ Philopomene Achæorũ duce, ab ipſis poſtremo Acheis ſuperatus,mortem ſibi,intulit,ne in eorum veniret poteſtatem. author Plutarch.in Philopomene.

Demoſthenes Athenienſis,dum Antipatri(qui Alexandro ſucceſſit)odium incurriſſet, decerneretq; Demades vt capite plecteretur, aufugit ĩ Calabriã Aegæi maris inſulã.Vbi ab Archia Tyrio comœdiographo,& Antipatri ſatellitib.deprehenſus,ſumpto calamo,quaſi prius epiſtolam ad Antipatrum daturus,venenum illic incluſum ebibit Habuit Demoſthenes patrem eiuſdẽ nominis admodum pauperem,vt qui cultellos factitaret.Hic quum non eſſet apta ſatis pronũciatione,multitudinemque & tumultum expaueſceret,propè littoris marini ſonitus dicere aſſueſcebat.Literam R.difficile enunciabat, quã calculis in os cõiectis proferre conabatur.Nunquam dicebat,niſi præmeditatus:propterea de eo Pytheas prædicabat,Demoſthenis Enthymemata lucernã olere. Nõ ignoro pleriſque hoc viſum iri ſuperuacaneum,Dabitur tamen venia.Opera enim dedita excerpo,quæ ad doctrinam conferre video.

Eratoſthenes Cyrenęus , Callimachi poetæ diſcipulus, & præfectus bibliothecæ Ptolemæi,quũ diuturno quoque morbo torqueretur,neque remedium inueniret,cibum ſibi ſubſtraxit,& inedia ſe premit,anno ſuæ ætatis 70.

Menippus Phœnix Philoſophus Cynicus,quũ eſſet ex eorum numero,qui auri cupiditate pruriunt,& inexplebili rerum libidine torrentur, miſſis diuitijs aqueo uitam finiuit.Autor Diogenes Laer.

Mithridates Iunior,qui annis 56.Bellum cum Romanis varia.geſſit victoria, poſt occupatam Aſiam,Q.Oppum & Aquileium in vincula coniectos,Rhodũ oppugnatam,Athenas per Archelaum præfectũ occupatas,a Lucullo primum,demũ a Pompeio ſuperatus poſtremo a Pharnace filio adoleſcente ingratiſſimo(qui à patre ad Pompeium defecerat)bello petitus & obſeſſus,venenum hauſit.Quo nihil ad mortem propter ſumptum antidotum proficiens, auxilio Galli cuiuſdam militis Vitigis nomine ſe interfecit.

Monyma Mileſia,& Veronica Chia,duæ Mithridatis vxores,audita eiuſdẽ miſerabili fortuna,per Bochidem Eunuchum ambæ vitam ſponte reliquerunt.Nam Monyma primam ſe ſuſpendit.Sed quum corporis grauitate cõfractus eſſet laqueus,O execrandum,inquit,diadema,quo neque in tã triſti miniſterio uti poſſum,Bocchidi poſtmodũ ſe dedidit iugulandam . Veronica verò calicẽ veneni hauſit,quo per venas ſerpẽte,quum durius torqueretur & langueret, Bochidis quoque auxilio accelerauit ſibi mortem.

Statyra quoque & Roxana Mithridatis ſorores,quæ annos ferè 40.virginitatẽ ſeruauerant,hauſto veneno fraternam mortem comitatæ ſunt.Poteſt tamen dubitari an eo perierint:quoniam Plutarchus ſcribit Roxanam a Statyra in puteum demerſam,uiſi fortaſſe hoc ad alias eius nominis ſit ferendum.

Critolaus dux Achæorum uictus a Q.Cæcilio Metello apud Thermopylas,veneno ſibi mortem conſciuit.autor Liu.lib.52.

Nicias Dux Athenienſis,Imperator cõtra Syracuſanos cum Demoſthene miſſus, rebus infeliciter geſtis,captus eſt cum collega:amboque in carcerẽ detruſi,ſibi manus intulere,ne hoſtibus eſſent ludibrio. Videtur autem hic Demoſthenes alter eſſe ab eo,de quo iam ſumus locuti.

Homerum poetarum omnium facile principem ferũt, quum iã ſenio cõfectus ad quoſdam naturas diuertiſſet,propoſitũque ab eis ęnigma nequijſſet diſſoluere,

pudore motũ ſe ſuffocaſſe laqueo. Quod ego plane iudicio fabuloſum. Neque enim credibile eſt, virum illum philoſophiæ peritiſſimum tanta rerum experiētia præditum, tam leui, tamq; nullo argumēto vitam relinquere voluiſſe. Nā quæ fuerat ignominia, inanem & friuolam remigum quæſtionē ignorare? Imo verò prudētiæ maiori tribuitur, nihil abiectis & ſemitarijs hoc genus homũculis reſpondere, quum vulgò dici ſoleat, Aſinum plura poſſe percontari, quā reſpondere philoſophum. Quare neque hoc probo, neque comprobantibus pedariam fere ſententiam.

Athenienſes & Lacedæmonij quum de Thyræatium agro inter ſe contenderēt, tādem ita pepigerunt, vt trecentis militibus ſummam rei cōmitterent, qui ſua pugna omnium litem dirimeret. Vbi omnes interfecti ſunt præter vnam Othryadem Lacedæmonium, qui ne ſolus in caſtra rediret, ſeipſum inter hoſtilia cadauera gladio confixit. autor Valerius Maximus de fortitudine.

Themiſtocles Athenienſis Nicoclis filius, inuidia ciuium relegatur, ad Artaxerxē cōfugit. A quo dum in patriam pugnare cogeretur, vitam cum morte volens cōmutauit, hauſto ſanguine taurino: quē ideò peſtiferũ potu ſcribit Cælius, quod celerrimè coeat, atque obdureſcat. Porro ſanguis taurinus recens, anhelitus difficultatem ac præfractionem infert cum ſpaſmo prævalido.

Midam Plutarchus quoque ſcribit, contracta ex ſomniorum diritate animi ęgritudine, quum formidabilis affectio in dies augeretur, nec occurreret remediũ mali, tauri ſanguine copioſius hauſto conceſſiſſe ab humanis.

P. Terentius amiſſis 108. Fabulis, (quas è Græcis Latinas fecerat, & cōuerterat ex Menandro) ſe ſubmerſit. Quod quamuis plerique falsũ opinentur, credibile eſt tamen. Si enim permulti amiſſo theſauro ad mortem properauerit, quanta mentis ęgritudine videntur tibi laborare, qui momēto perdunt & in nictu oculi, quę improbo labore, diuturnis vigilijs, magna olei impenſa, longo ante ſeculo fabricauerunt, demum accuratoriè ſtudio incudi rediderunt, & ad vltimā reuocauerunt limam? eſt (ſi periculum non feciſti lector) inſania & rabies maior, quàm vt fidem poſſit capere.

Theoxena mulier a Philippi Macedonum regis militibus in mariā ſepta, quũ nullum ſalutis effugium videret, in mare ſe deiecit, maritum (qui prius eadem morte perierat) ſecuta. Idque ne in regis poteſtatem veniret. Vide Bononienſem comentatorem in Suetonium.

Democles puer, dubium maiore pudicitia, an forma pulchriore, quum a Demetrio Poliorcete ad ſtuprum traheretur, neque vim tyrāni poſſet effugere ſe in proximam aquæ feruentis lebetem cōiecit, atque ibidem enecauit. Pulchrum dij boni facinus, omniumque facundarium magniloquentia dignum.

Hipponax poeta Iambographus & amarulentus, grauiter ferens & indignāter ſe a Bubalo pictore, de formi facie pictum, ad propellandam iniuriam tā grauiter in eum ſcripſit & inuectus eſt, vt laqueo vitam finire coegerit. Vnde Horat. in Epodo. Qualis Lycambe ſpretus infido gener, Aut acer hoſtis Bubalo. Et Hipponactæum præconiũ pro infami nota poſuit Cicero in Epiſtolis familiaribus, ita ſcribens: Eũque addictũ iā tũ puto eſſe Calui. Licinij Hipponactæo pręconio.

Cleanthes philoſophus cognita animarum immortalitate, vitam ſpōte reliquit, & voluntariam oppetijt mortem. Lactātius, Multi (inquit) ex his (qui æternas eſſe animas ſuſpicabantur) tanquam cœlum migraturi eſſent, ſibi ipſis manus intulerunt, vt Cleanthes & Chryſippus, vt Zeno & Empedocles.

Cambyſes & Zary Dianę ſacerdotes & magi, miſſi ad inſinuandā Taurino epiſcopo idolatriam, quum operam luſiſſent, ac nihil profeciſſent, gladijs ſuis ſe confoderunt.

Seſoſtris Aegyptiorum rex ſeu ſenio, ſeu morbo, ſeu alia fortuna, oculis captus, ſe ipſum interfecit.

Deceba-

Decebalus rex Dacorum a Traiano ſecũdum victus,ne in Romanorum poteſtatẽ veniret, ſua manus vſus interiit, mortuique caput Romam perlatum eſt.autor Dion.Caſſius.

Anaxagoras Philoſophus ab Athenienſibus in carcerem cõiectus,quòd Solẽ(quẽ illi pro deo habebant)ignitum dixiſſet lapidem,venenum hauſit.

Socrates Athenis capitis damnatus,volens hauſit venenum. Vnde Ouid. in Ibin. Sollicitaque bibas, veluti doctiſſimus olim Imperturbato quòd bibit ore reus.

Adraſtus Gorgij filius,dum Athym Cræſi filium ſuæ fidei creditum in venatione apri loco percuſſiſſet,ſe ſuper eiuſdem tumulum confodit.autor Herodotus.

Sargapiſes Thomyris filius a Syro rege Perſarum captus,dũ manicas & brachiorum vincula eximi ſibi impetraſſe,ſeipſum interfecit.Autor Herod.

Praxaſpem idem ait,virum inter Perſas opibus & dignitate pollentem è turi præcipitem ſe dediſſe.

Boges Perſa,amicus Xerxis, ab Athenieñſibus & Cimone Milciadis filio obſeſſus, licet accepta fide poſſet egredi,abnuit tamẽ,& ad extremũ perſtitit.Inde vbi in mænibus nihil commeatus fuit reliquum,accenſo rogo,liberos, cõiugem,cócubinas,familiam interemit,eosque omnes in pyram cõiecit. Deinde omne aurũ vrbis atque argumentum è muris diſperſit in Strymonem,ac poſtremo ſe in rogum coniecit.Author Herodotus.

Empedocles Siculus poeta immortalitatẽ nouo mortis genere affectans,ſe in Aetnam coniecit.Vnde Hora.in Arte.Dicam,Siculique poetæ Narrabo interitum. Deus immortalis haberi Dum cupit Empedocles,ardentem feruidus Aetnã Inſiluit.Itẽ Ouid.in Ibin:Aut tu Trinacrij ſalias ſuper ora Gygantis,Plurima qua flammas Sicanis Aetna vomit.Item Lactantius libro tertio de Falſa ſapiẽtia,capite 18.Multi ex his, qui æternas eſſe animas ſuſpicabantur, tanquam in cœlũ migraturi eſſent, ſibi manus intulerunt, vt Cleantes & Cryſippus, vt Zeno & Empedocles,qui ſe in ardentis Aetnæ ſpecum in tempeſta nocte deiecit, vt cũ repente non apparuiſſet,abijſſe ad Deos crederetur.Itẽ Politianus in Nutricia: Ceu maximus ille Aeriſonas,&c.

Sardanapalus Aſſyriorũ rex ab Arbacto ſeu Arbace præfecto,ob molliciẽ,muliebresque mundicias(nam habitum mẽtitus fœmineũ,inter puellas ſuſos tractabat & penſa,omnesque laſciuia anteibat,& libidine)bello peritus:vbi vidit res ſuas profligari:& peſſum ire,etiam ad triarios redigi,ne captiuus traheretur,pyram in regia ingentem extrui curauit, atque vna cum amicis domino ſuper eſſe volẽtibus,incẽdio ſe dedit:& hoc ſolo virũ ſe docuit,quòd nõ expauerit mortem Iuſtinus hęc Ouid.in Ibin:Inque pyram tecum chariſſima corpora mittas. Quẽ finem vitę Sardanapalus habet.Sidon.Nõ Medis captus Arlacẽ profabor. Nec quam diuite (cũ refugit)hoſtẽ) Arſit Sardanapalus in fauilla Sab.in Hun. orig.Vltimus ille fuit regni corruptor auitĩ,Cuius delicias & mollia ſceptra ſuperbus Non tulit Arbactus,ſed fortia comparata arma,Aggrediturque ſenẽ victumque ad nobile factum Compulit.

Archilochus poeta Parius,repudiũ ac repulsã paſſus in nuptijs Neobolea Lycãbis filiæ ſibi promiſſæ,Iambis a ſe primum repertis ſatyrice adeo & grauiter Licãben ipſum deuouit & inſectatus eſt,vt eum cum filia ad furcam impulerit.Vnde Horat.Archilocũ proprio rabies armauit Iambo.Et Ouid.i Ibin:Poſt modo ſi perges,in te mihi liber Iambus,Tincta Lycambæo ſanguine tela dabit.

Politianus in Nutricia:Licet acrem effuſus in iram,Ori Lycambidas rabioſo occideriŧ,ambas Archilochus.

Calluce filia Lyci,hominis ſanguinarij,& hoſpites immolantis,relicta a Diomede (quẽ Troia redeuntem benignè ſuſceperat,& paternis liberauerat inſidijs)laqueo ſe ſuſpendit.autor apud eundem Plut.Iubas li.3.rerum Africanarũ.

Byſſatia quoq.puella a Calphurnio Craſſo(quem prodit patris victorem fecerat) relicto,

relicto,ſibi ferro iugulum tranſuerberauit.

Cidica Pomminii Laurentini vxor,dum Comminum priuignum maximè deperiret,nequetñ ad concubitũ poſſet inducere, ſe ſuſpendit. Doſitheus apud Plur.

Anius rex Thuſcorum dum filiam Saliam à Catheo adoleſcente raptam non poſſet cõprehẽdere,in fluuiũ ſe demiſit,quẽ à ſuo nomine fecit appellari Anionẽ.

Lactantius ait.Democritum ſua ſponte caput obtuliſſe morti.

Superatis ab Alexãdro Magno Athenienſibus,Democrates Athenien.(qui Macedonum opibus ſemper obſtiterat)venia deſperata,gladio ſe tranſfixit.Cur.lib.5.

Dioxippus Athenienſis ſurrepti inter epulas aurei poculi falſo accuſatus, dũ oculorũ coniectum & iniuriam ferre non poſſet,gladio ſe interemit. Accuſabatur autem non ſine inuidia.Nam ægre ferebant Macedones, Porratam Macedonẽ armatum ab eo inermi, ſpectante rege duello victum,& reſupinatũ. autor Curtius lib.8.

Idem Curtius ait,Boudiceam Britãnorum reginam & pœnium Poſthumum eius præfectum à Romanis duce Suetonio ſuperatos, mortẽ ſibi intuliſſe,hunc gladio illam ueneno.

Milaſias uirgines repente ſine vlla euidenti cauſa volũtatem cepiſſe obeũdæ mortis,ac deinde plurimas vitam ſuſpẽdio amiſiſſe.Cui malo ut mederent Mileſii, decreuerunt,vt quæ corporibus ſuſpenſis demortuæ forent,nudæ cum eodẽ laqueo efferrentur.Quo facto ait, virgines pudore tã inhoneſti funeris deterritas voluntariam amplius non petiuiſſe mortem.Plut.

Hippo & Miletia Scedaſi Bœoti filiæ à iuuenibus Spartanis ſtupratæ,& in puteũ coniectæ ſunt,occultandi ſceleris cauſa.Quod vbi reſciuit pater, ad filiarum tumulos ſeipſum confecit.autor Cælius.

Cambleta Lydorũ regem eo voracitatis progreſſum vt nocte quadã vxorẽ quoq; abſumpſerit,quumq; ſummo mane illius manum in ore comperiſſet,ſemet iugulaſſet.Xanthus apud Cælium autor eſt.

Timagoras quum Meletem Athenienſem liberali forma adoleſcentem deperiret eiuſdẽ iuſſu ſe dedit in præceps,vt qui in omnibus puero vellet obſecutũ:cuius rei pœnitẽtia ductus Meles,eãdem quoque ſubiit mortẽ. autore idem Cælius.

Timanthes Cleonæus Athleta quũ & viribus ſenio defectus,& deſuetudine ingẽrem arcum nõ poſſet intendere,quem iuuenis lunabat & flectebat,furori adeo indulſit,ut eam tantum ob rem gladio ſe perforauerit.autor Cæl.

Tereum idem ait,perpetrato in Philomelam ſcelere ac Ityn,ſibi mortẽ cõſciuiſſe mortuoq; ſacra inſtituta anniuerſaria,in quibus ordei loco,calculis vtebantur.

Derceto Semiramidis mater,cum filiam in adulterio conceptam in deſertis expoſuiſſet,tandem facti & ſceleris pœnitentia in lacum ſe præcipitem dedit.autor idem Cælius.

Mithridates à Pompeio ſuperatus,filiam nomine Diraptim Menophilo eunucho ſeruandam commiſit in caſtello quodam,Sinthorio nomine.Quod quum Mãlius Priſcus obſediſſet,defenſoreſque deditionem parãtes Menophilus ſẽtiret, gladium in viſcera ſua compegit,veritus ne captiua puella raperetur,& violaretur autor Ammia.Marcell.lib.16.

Iuba rex Mauritaniæ a Cęſare ſuperatus,ſibi quoq; mortem cõſciuit Cuius filius puer Romam in triumphum ductus eſt.

Circa Celenum Phrygię oppidũ,quum hiatus terrę, & ingens vorago multos abſorberet,eſſetque reſponſum, ab oraculo, voraginem ipſam nõ prius clauſum iri,quã ad pacanda numina aliquis eo ſe demitteret: Anchurus Midæ regis filius,datis genitori & Cimotheæ vxori cõplexib.equũ adſcẽdit,& intro ſe demiſit,autor Plutar.in Parall.Qui de Curtio adoleſcẽte Romano idẽ cõmemorat.

Cyane puella à patre Cyanippo incognito per vim ſtuprata,vbi tãdẽ autorem ſceleris agnouit,illum prius,demũ ſeipſam interfecit.autor idẽ Plutarchus,teſtem, aduocans

aduocans Doſitheum lib. 3. rerum Sicularum.

Lucretia puella, rarum Romanæ caſtitatis lumen, ægre ferrẽs putiſſimũ ſuę pudicitię florẽ ab infami & turpiſsimo tyranno Tarquinio iuniore, Tarquinij Superbi, Romanorum propterea regũ vltimi, filio fuiſſe correptum & ſtupratum, impatiens acceptę iniuriæ palam ſe occidit, fecitque, ut populus ſcelus vlciſceretur, & regũ principatũ excuteret. Cuius mors quotieſcunque venit in mẽte, lachrymis nequeo temperare, ſed nec puellæ ſatis misereri, aut ſtupratorem cõuicijs ad ſaturitatẽ aſpergere ac denouere. Claud. li. 1. in Eutropium: Viſcerib. fruſtra caſtum Lucretia ferrum Merſit. Stroza libr. 1. Eroticon Vltra nefas animo propriaque Lucretia dextra, I nuicto occurret clara pudore tibi. Sabellicus: Nec ferro occũbens caſto traiecta cruore Fędaſſet patro moriens Lucretia vultus. Liui. lib. 2. Dec. 1.

Lucretius poeta Phyſicus ſumpto amatorio poculo, eò furoris raptus eſt, ut manũ ſibi intulerit, natus annos plus paulo quadraginta. Quinetiã eo priuſquam moreretur delirio diu antè fertur laboraſſe: neque ad ſcribendum carmen animũ appuliſſe niſi interfecta interuallataque inſania. Politianus in Nutricia.

Nec qui phyltra bibit, nimioque inſanus amore.
Mox ferro occubuit, ſic mentem amiſerat omnem. Cæl. lib. 9. cap. 36. & Euſebius in Crinitum.

M. I. Brutus, vnus ex his, qui Cæſarem 23. vulneribus in ſenatu confoderũt, ab Auguſto & Antonio Iulij mortem vlciſcentib. apud Philippos expugnatus, deſperata iam victoria manũ ſibi intulit, iuuantem Stratone rhetore, anno ſuæ ætatis trigeſimo, ne in manus ſibi inimicorum ueniret. Pamphilos Saxus.

Se gladio fodit Brutus, Cato fodit & ille,
Quem timuit Cęſar, quem coluere patres.
Qui rei hiſtoriam auidius ſitiuerit, eat ad Plutarchum.

Portia filia Catonis, audita morte Bruti mariti apud Philippos iterfecti, ferrũ popoſcit ad interẽdam mortẽ. Quod quum amici recuſaſſent, carbones hauſit, & inaudito mortis genere uitam finiuit, autores Plutarchus, & Val. Max. Martial. lib. 1. Epiſt.

Coniugis audiſſet fatum quum Portia Bruti,
Et ſubtracta ſibi quæreret arma dolor:
Nondum ſcitis (ait) mortem non poſſe negari,
Credideram ſatis hoc vos docuiſſe patrem.
Dixit, & ardentes auido bibit ore fauillas.
I nunc, & ferrum turba moleſta nega.

C. Caſſius poſt interfectũ Cæſarem ab Antonio & Auguſto bello petitus, caſtra cũ Bibulo iſixit apud Philippos. Verũ quũ inclinatam videret aciem, vltrò ſibi mortem intulit eodẽ pugione, quo in Cæſarem vſus fuerat, autore Plutarcho: vel (vt allj malunt) Pindaro liberto iugulãdũ ſe præbuit. Quod probat Iouianus de fortitudine bellica. dicens: Potuiſſet Casſius (etiam ſi brutus ceciderit) reparare exercitũ, nec tam repentino conſilio, famulo iugulum ſuum præbere.

M. Antonius audita per falſum rumorẽ Cleopatræ morte ſeipſum gladio cõfodit partim amore vxoris, partim deſperatione rerum, quod ab Auguſto victum ſe ægrè ferret. De hac morte Paulus Oroſius ſic inquit: Antonius ſe ferro trãſuerberauit, ac ſemianimis ad Cleopatram in monumentum (in quod ſe mori certo cõdiderat) perlatus eſt. Itẽ Propertius libro tertio: Caſtraq; Peluſi Romano ſubruta ferro, Antoniq. graues in ſua fata manus. Item Sueton. in Auguſto: Ob ſeſſaque Alexandria, quo Antonius cũ Cleopatra cõfugerat, breui potitus eſt. Et Antonium quidẽ feras conditiones pacis tentãtem ad mortẽ adegit, viditque mortuum. Itẽ Eutrop. li. 7. rerum Roman. Victus eſt, inquit, ab Auguſto nauali pugna clara & illuſtri apud Actium, qui locus in Epyro eſt, ex quo fuit in

Ægyptum

Aegyptum,& deſperatis rebus quũ omnes ab Auguſtum tranſiret,ipſe ſe inte-
remit.Hoc multis verbis proſequitur Plut.in eius vita.

Cleopatra mortuo Antonio marito,vbi intellexit ſe ab Auguſto in triũphum re-
ſeruari,cauſa declinandæ eius ignominiæ brachiũ aſpidi mordẽdum prębuit,
Cæſare Pſyllos veneficos qui ſerpentis venenũ e vulnerib. hauſtu reuocarẽt &
exurgerent,fruſtra admouẽte.Plut.ſcribit eam habuiſſe venenum in laminula
quadam concaua,quã cũ crine occultabat:ſed tamen neq; corpus deformatũ,
nec aliud vllum apparuiſſe veneni ſignum:nec aſpidem ab vllo conſpectã,ſed
tractus dũtaxat uiſo,ipſiusq. brachium duas notas habuiſſe leuiter impreſſas,
& humidas.Quibus Cæſar uidetur fidem dediſſe.Nã triũpho, Cleopatræ ima
ginem tulit cum aſpide mordicus affixa.Propert.de ea li.3.ſic inquit:Fugiſti ta
mẽ in timida vaga flumina Nili,Accepere tuæ Romula vincla manus Brachia
aſpectaui ſacris admorſa colubris,Et trahere occultũ membra ſoporis iter. Itẽ
Hor.li.1.Car.Fortis & aſperas tractare ſerpentes,vt atrum Corpore combibe-
ret venenũ.Deliberata morte ferocior ſæuis Liburnis, ſcilicet inuidẽs Priuata
deduci ſuperbo Non humilis mulier triumpho.Vide Plin.lib.21.c.3.

Neæra & Charmione Cleopatræ ancillæ ſpõtaneã dominæ mortem imitatę ſunt
autore Plutarcho.Ac feminiuæ repertæ reginæ iã mortuæ coronã capite dela-
pſam reponente,immodico magni animi argumento.

Cato Vticenſis minor,primi pronepos,dolens & grauatę ferens Põpeium (cuius
partes fouebat)a Cæſare(cui aduerſabatur)ſuperatũ,ſuo quoque gladio incu-
buit,lecto prius Platonis Phędone de animæ immortalitate cuius audita mor-
te Cæſarẽ dixiſſe ferũt,& ſe Catonis inuidere gloriæ,& ſuæ Catonẽ inuidiſſe.
Sic autẽ abijt de vita,vt teſtimonio Ciceronis,cauſam moriendi nactum ſe eſ-
ſe gauderet plurimũ Dictus eſt Vticenſis ab vtina urbæ Africæ,in qua ſe occi-
dit,autoribus Plinio libro quinto,& Gellio libro decimotertio. De eius morte
plerique meminerũt.Lactãtius:Multi ergo,inquit,ex his,q ęternas eſſe animas
ſuſpicabãtur,tãquã in cęlum migraturi,ſibi ipſis manus intulerunt.Et Roma-
nis.Cato,q fuit in omni ſua vita Socraticæ vanitatis immitator.Itẽ paulò poſt
Homicidæ,inquit,illi omnes philoſophi,& ipſe Romanę ſapiẽtiæ princeps Ca
to,qui antequã ſe occideret,perlegiſſe Platonis librum dicitur,qui eſt ſcriptus
de Æternitate animarum.

C.Carbo propter perpetuam in populari ratione leuitatẽ, morte uoluntaria ſe à
ſeueritate ciuium uindicauit. Quoniam autem duo eiuſdẽ nominis fuerunt,
ambo magni oratores,non conſtat mihi ſatis,uter duorum uitam ſpõte relique
rit.Cic.de clar.Orat.lib.9.epiſto.

P.Craſſius,Craſſi oratoris frater,iuriſperitus quũ factionẽ ſequeretur. Marianus,
ne in manus inimicorum incideret,ſe ipſum interemit.Volater.

P.Licinius Craſſus Conſul contra Ariſtonicũ Eumenis filium profectus,exercitu
ſuo profligato,barbarum quendã ad inferendam ſibi mortẽ prouocauit,ne ab
hoſtibus traheretur captiuus.Volater.

Appius Claud.Regillianus,ſtupratã Virginia Verginij cẽturionis filia,in carcerẽ à
populo crimen ulciſcente coniectus,ſibi manus intulit.

Cor.Merula flamen dialis partiũ Sylla natũ,ingreſſo urbẽ Mario, uenas in Iouis
ęde ſibi ſuccidit, ut contumelioſæ mortis dãnationẽ effugeret. autor eſt Vale.
Maximus.Liu.lib.3.

Dolabella Cęſarianus,interfectorũ Cæſaris hoſtis acerrimus,multis prælijs in Sy
ria cum Caſſio congreſſus eſt,ã quo poſtremo uictus,gladio ſe tranſuerberauit
cauſa declinandę maioris ignominiæ.Appian.lib.4.bell.Ciuilium.

Fl.Fimbria ciuis iniquiſſimus,Aſiã prouinciam ingreſſus,arreptis imperij inſigni
bus,a Sylla poſtmodũ Pergami oppreſſus eſt,& a corrupto exercitu deſtitutus.
Itaque rerum deſperatione ſibi mortem intulit.

Vxor Aemilij adoleſcẽtis,zelotypiæ morbo affecta, dum ſuſpicaretur maritũ alte-
rius puellæ rapidi deſiderio,in ſyluas profectum ſecuta eſt.Vbi cum ad explorã
dã rei veritatẽ,in dumis & vepribus delitеſceret,a canibus feram eſſe oppinan
tibus laniata eſt.Re cognita,Aemilius ſeipſum interfecit,autor idem Plutarch.
qui apud Sypharim Italiæ oppidum hoc commemorat factum.

Licinius Macer prætorius repetundarum poſtulatus,vbi per nunciũ intellexit,Ci
ceronem ſibi aduerſari,faucibus laqueo conſtrictis voluntarieq́ morte pœnã prę
uenit.autor Valer.Maxim de Mortibus non vulg.

T.Manlius,non is qui filium ſecuri percuſſit,ſed alter iuris pontifici peritus,iudex
inter Macedones accuſatores & filium Sillanum cõſtitutus,audita cauſa ita pro
nunciauit:Quum probatum ſit,Silanum filium meum pecuniã accepiſſe, ipſũ
Repub.& prole mea indignum iudico.Itaque Silanus a patre repudiatus,dolo
re animi ſe ſuſpendit proxima nocte: cunis exequis neque pater interfuit neq;
ſua dentibus ut adeſſet,aures præbere voluit Autor Val.Max.de Seueritate.

I.Syllanus Claudii principis gener,erepta ſibi Octauia,dataque Neroni prę dolo
re gladio ſuo incubuit,idque die nuptiarum,ad augendam inuidiã.autor Cor
nelius Tacit.lib.12.

C.Marius Iunior a Sylla è Mithridatica victoria redeũt cum toto exercitu fuſus,
inoppidum Præneſte ſe recepit Vbi obſeſſus, quum nulla effugij pateret rima,
vt via ſalubris,ſe Pontio Telſino,cræbuit iugulandũ autor Liuius.Priusquã au
tem Sylla rediret in vrbem,Marius vniuerſam prope nobilitatem interfecerat,
Quę res fuit in cauſa,vt ſuperatus veniam deſperaret.Ferunt Syllam ex eiuſdẽ
exercitu duodecim millia morti dediſſe.

Cn.Gnorbanus uictus a Sylla exulauit apud Rhodios. Vbi comprehenſus ſeipsũ
interemit.Ideo autem a Sylla bello petitus eſt, quòd eius legatos de pace uiola
uerat:autore Liuio.

Oppia Veſtalis ſtupri comperta ſibi mortẽ intulit,grauioris ſupplici metu, ne ſci-
licet uiua ſub terra defoderetur inſtar Floroniæ alterius puellæ.

Oreſtilla M.Palurium maritum in Aſiam cum 60.manibus profectũ,ſecuta,Tarẽ
ti ex morbo deceſſit.Cuius dum celebrarẽtur exequiæ, & cremaretur cadauer,
Plautius doloris impatiens,& appetens mortis,in rogum ſe cõiecit:quẽ togatũ
calceatũq; corporis vxoris iũxerũt amici.Author Val.Max.de Amore cõiugali.

Põponius Attic.eques Ro.Ciceronis amicus, in vltima ſenectute morbo correp-
tus ſeipsũ cibi abſtinentia necauit. Multa fuerunt in eo laude & cõmẽdatione
digna,quę quamuis ab inſtituto ſint aliena,placet tamen in medium afferre, vt
legentiũ proſint moribus.Tanta imprimis fuit erga domeſticos facilitate,vt iu-
rauerit,cũ matre nonagenaria ſe nunquã in gratiam rediiſſe.Cum ſorore pari-
ter nullam geſſit ſimultãtẽ,dictitãs cũ his minime iraſci oportere,quos diligas,
Abſtinẽtia pręterea ſingulari,vitaq.a luxu,ambitione & cupiditate retũ aliena,
vt q̃ pter patrimoniũ nihil vnq̃ appetiuerit,nihil ędificauerit,nihil emerit.Fuit
& litiũ maxime fugiens popularesq; factiones Vatiniano proſequebatur odio
Propterea quũ vidiſſet Rempub. tumultu Cinnano turbatã, Athenas cõceſſit
vt illic trãquillè viueret. nemine ſtudia interpellãte.Eruditis oĩbus mitũ in mo
dum fauit,adeò vt pulſum ab vrbe Ciceronem, & Brutum fugiẽtem magna iu
uerit pecunia.Mẽdacium nec dicebat.nec etiam poterat pati.Qua propter oẽs
inimicitres ſuas ei curandas dabant,& ſeruandas.Corn.Nepos in eius vita.

Taurea Iubellius Campanus capta a Fuluio Capua, coniugem primũ ac liberos
poſtremo ſeipſum ad pedes Imperatoris gladio trãfixit,ne quid indignum aut
ignominioſum captiuus pateretur.Autor Liuius.

Fannius Cephio deprehenſus in coniuratione aduerſus Auguſtum,ſibi mortẽ cõ
ſciuit,Martial.li.2.Hoſtem quum fugeret,ſe Fannius ipſe peremit.Hic rogo nõ
furor eſt,ne moriare mori?

Aria

Aria mater(nam ſuit eiuſdē nominis filia) damnato Pęto marito fodit corpus gla
dio: quem vulnere educens ipſi Pęto quęrint dedit, vt idem poſt faceret Mart.
li.1.Caſta ſuo gladium quum traderet Aria Pęto,Quem de viſceribus traxerat
ipſa ſuis.Si qua fides,vulnus quod feci non dolet,inquit,Sed quod tu facies,hoc
mihi Pæte dolet.

Feſtus Domitiani amicus, dum mētagra,vſque ad deſperationem remedij labora
ret,gladio ſe traiecit,prius tamen amicos conſolatus.Quam eius mortem Mar-
tialis li.1.ſic deſcribit Indignas premeret peſtis quum rapida fauces, Inque ip
ſo vultus ſerperet atra lues,&c.

Cor.Gallus poeta elegiographus,Vergilii amicus & coętaneus,ab Auguſto præfe
ctus Ægypti deſignatus,Thebarum ciuitatem ſpóllaſſe dicitur. Propterea quū
repetundarum poſtularetur,furtique & populatæ accuſaretur pecunię,nobiliū
indignationem formidās,ſibi mortē intulit,anno ſuæ ætatis 43.Autor Ammia-
nus Marcellinus,qui libro 17.rerum geſtarum ſic inquit: Lōge autē poſtea Cor
nelius Gallus res tenens Romanas,Ægyptij procurator; exhauſit ciuitatem plu
rimis interceptis Reuerſusque quum furtorū arceſſeretur,& populatæ prouin-
ciæ,metu nobilitatis acrius indignatæ(cui negocium ſpectandū dederat Impe
rator)ſtricto incubuit fero. Item Ouidius libro tertio Eleg. Tu quoque ſi falsū
eſt temerati nomen amici Sanguinis,atque animæ prodigie Galle tuæ.Itē Poli
tianus in Nutricia: Ceu Galli Mima Citheris Perſonā falſæ laſciua Lycoridos
affert in ſcęnam,& docto clauſam ſe iactet amanti,Dū miſer ipſe ſuo fodiat prę
cordia ferro.Itē Propertius li.2.Et modo formoſa, qui multa Lycoride Gallus,
Mortuus inferna vulnera lauit aqua. Alia tamen cauſa ad inferendā ſibi mortē
motum volunt plerique,quòd ſcilicet Auguſti domo ei fuiſſet interdictū,vt ſcri
bit Trāquillus Alij ob linguam nimis infrenem. Quod & Ouidius uidetur pro
baſſe,vbi ait: Nō fuit opprobrio celebraſſe Lycordia Gallo, Sed linguam nimio
non tenuiſſe mero.

Syllius Italicus poeta,incurabilis morbis tædio,voluntariam oppetijt mortem an
nos natus 75.Politianus in Nutricia de eo ſic ſcribit: Ipſe obijt plenuſque æui,
natoque ſuperſtes,A ſpera congenito fixus veſtigia clauo.

Sophronia Romana,Chriſtiana Lucretia,quum uim Decij principis ſibi quotidie
inſidiantis non poſſet declinare, arrepto gladio per conſenſum mariti ſe confo
dit,autor Euſebius.

Nero domitij & Agrippinæ filius,fax totius orbis,impuraque ſcelerum omniū ſen
tina, poſt maiora numero flagitia hoſtis patriæ a ſenatu iudicatus , ne quid ſuis
meritis dignum pateretur, aut collo in furcam coniecto virgis cęderetur (ut ait
Eutropius)vrbem ingreſſus,ſequētibus Phaone Epaphrodito,Neophitoque,&
ſpadone Sporo,ſemet ictu gladij traſegit,ad quartum vrbis miliariū , adiuuāte
trepidantem manum impuro Eunucho. Perijt autem anno ętatis ſuæ 32.Cuius
interitu vniuerſa Roma adeo gauiſa eſt , vt plebs induta pileis manumiſſionū,
tanquam ſæuo exempta domino triūpharet. Auſonius: Matricida Nero proprij
vim pertulit enſis.Sidonius: Matricida Nero proprio ſe percutit enſe de Stellis
libro tertio. Sic errant miſeri manes,atque vmbra Neronis. Sic Otho,quiq. in ſe
ferrum ſtrinxere nefandum Suetonius ait, eum in inferenda ſibi morte auditū
fuiſſe ab Epaphrodito a libellis,Eutropius a Sporo.

Otho Imperator quamuis molliſſime ſemper uixiſſet, adeò ut muliebres accede
ret mūdicias, victus tamen a Vitellio apud Bebriacum.auſus eſt ſibi mortē cō
ſciſcere quamuis multas haberet copias,poſſetque victoriā ſperare. Quod feciſ
ſe odio bellorum ciuilium dicitur. Propterea Martialis libro ſexto,eius mortem
Catonianę anteponit. Cato enim interfecit ſe Vticæ, copijs iam profligatis, ne
in hoſtes incideret. Otho uero adhuc integro exercitu,ne bella ciuilia gereren-
tur. Verba Epigrammatiſtæ ſunt hæc:

Quum

Quum dubitaret adhuc belli ciuili Enyo,
Forſitan & poſſet vincere mollis Otho:
Damnauit multo ſaturum iam ſanguine Martem.
Et fodit certa pectora nuda manu.
Sic Cato(dum viuit)ſanè vel Cæſare maior.
Dum moritur,nunquit maior Othone fuit?

De huius Imperatoris morte alij quoque meminerunt.Iouianus li.3.de ſtellis,vt ſupra.Item Sextus Aurel.Victor:Hic(inquit)a Vitelio primum apud Placētiā, dehinc apud Bebriacū victus, ſemel gladio trāsfixit,anno ętatis ſuæ 37.Adeò amabilis militib.proprijs,vt plerique corpore eius viſus ſuis manibus mortem ſibi cōſciuerint.Itē Auſonius.Mox Otho famoſus,ſed clara morte potitus.Tranquillus quoque in eius vita ſic inquit:Poſt hæc ſedata ſiti,gelida aquæ potione, duos arripuit pugiones,& explorata vtriuſq. acie,quum alterum puluino ſubdidiſſet,forib. ab opertis arctiſſimo ſomno quieuit.Et circa lucem demū expergefactus,vno ſe traiecit ictu infra lęuam papillā.Irrumpentibusque ad primū gemitum modo celans,modo detegens plagā,exanimatus eſt, & apud Veliternam(ita præceperat)funeratus 36.ętatis anno 95.die imperij.

Petreius dux Pompeianus à Cæſare in Hiſpania ſuperatus,ſe ferro & inedia interemit.Appian.lib.2.

Labeo Marſus in calamitatē Macedonica(quum celer hoſtis permeret) ſenatūq; gladio traiecit,ne victoris Octaui vultum ſuſtineret,autor Pontanus de Fortitudine bellica.

Gordianus ſenior audita filij morte(qui pro patria in bello occubuerat)laqueo ſe ſuſpendit iā octogenarius:partim dolore amiſſi filij,partim ne traheretur captiuus.Amianus Marcellinus li.26.In Africa(inquit)ſuperior Gordianus in imperiū raptus,aduentantium periculorum angoribus implicatus,vitam,laqueo ſpiritu intercluſo profudit.

Galerius imperator quum Chriſtianos omnibus(quibus potuerat)tormentis affeciſſet,tādē in morbum incidit,cuius impatiētia gladio ſibi latus aperuit. Baptiſta Egnarius ait,illud tædium vitę irrepſiſſe ex genitalib.paulatim putreſcētib.

Valerius dum cū Valeria Tuſculana filia neſcius concubuiſſet, agnita poſtmodū culpa,ſe præcipitauit.autor Ariſtides apud Plutarc.

Papyrius Romanus,quum ſororem Canuſiam grauidam feciſſet,& illa gladio à patre miſſo ſibi corpus cōfodiſſet, ſeipſū quoq. mortuæ ſorori dedit comitem autor Chriſippus lib.1.Rerum Italicarum apud Plutarchum.

P.Catienus Philotimus patronū adeo dilexit,ut hęres omnib.bonis inſtitutus,in eius rogum ſe congeſſerit.autor Plinius lib.7.cap.36.

M.Lollius infamatus regū munerib.in toto Oriente,interdicta amicitia à C. Cæſare Auguſti filio venenum bibit Plinius lib.9.cap.35.

Idem Plinius.li.36.ca.24.ſcribit,Cn.Proculeium Auguſti Cæſaris familiarem in maximo ſtomachi dolore,gypſo poto conſciuiſſe ſibi mortem.

Catulus Luctatius orator,qui Marij collega fuerat ī cōſulatu,& de Cymbris vnā triūphum egerat,ab eodem poſtea mori iuſſus incluſus domi,accenſis carbonibus ſe ſuffocauit.Autor Plutarchus in Mario,& Valerius Maximus.

Agrippina à Trierarcho,alijsq. Neronis ſatellitibus interfecta,Mneſter eius libertus ſe ferro trāſegit.Incertū charitate in patronā,an metu exitij.Cor.Tac.li.4.

M.Portium Latronem præſtanti virum memoria, duplicis quartanæ tędio manū ſibi admouiſſe,atque ita functum fato,annotatum in Cronicis.

Labienus poeta videns libros ſuos ob nimiam carpēdi libertatē publico decreto comburi,ſuis ſuperuiuere non potuit monumentis ac propterea ſpontaneā oppetijt mortem.

Meſſalla Coruinus orator,ante bienniū quàm moreretur,ita memoriā ac ſenſum amiſit,

tē eius aliquando fuiſſe. Qua etiam morte ſe extinxit Petrus Leonius uir in phi-
loſophia excellens,& inſigni pudentia. Idem Crinitus.

QVI DIV VIXERVNT.

Vixit Adam annis 930. Eua totidem. Seth. 912. Enos filios Seth. 905. Cayn filius
Enos 910. Malalehel filius Caynā 895. Iared. filius Malalehel 962. Enoch filius
Iared. 965. Mathuſalem filius Enoch. 969. Vnde Mātuanus: Neſtoreos annos &
Mathuſalemia ſecla. Lamech filius Mathuſalē 777. Noe. 905. Sē filius Noe 600.
Arphaxat filius Sē 338. Sala filius Arphaxat 433. Heber fili⁹ Sale 460. Phaleg fi-
li⁹ Hebr 239. Reu ſeu Ragau fili⁹ Phaleg 302. Saruch filius Ragau 230. Nachor
filius Saruch. 148. Thare fili⁹ Nachor 205. Arā pater Loth. 205. Iſaac Abrahę fi-
lius 185. Iacob fili⁹ Iſaac 175. Aarō frater Moyſi 123. Ioſue 100. Heli iudex 98.
Salomō 94. Iob. 183. Abrā. 175. Thobias 112. Sara 127. Iudith 105. Moyſes 120.
Et Plinio, Argāthoniu Tarteſſiorum rex 150. Sil. li. 3. ait eū vixiſſe 300. ita ſcribens:
Argenthoniacos armat Carteia nepotes, Rex proauis fuit humani diuiſſimus
æui, Ter denos decies emēſus belliger annos. Mant. in Alphonſo: Et vetus ille
auri diues, diuiſſimus æui, Heſperijs quondam rex Arganthonius oris. Cyniras
rex Cypriorum 160. Æginius 200. Epimenides Gnoſius 175. Pictoreus Æto-
lus 300. Reges Arcadū 300. Dando Illyricus 590. Impetris Pulutiniorum inſu-
lę rex 800. Eius filius 600. Perpenna 98. M. Valerius Coruinus 100. metellus Pō-
tifex 100. Liuia Rutilij 97. Statilia 99. Terentia Ciceronis 107. Clodia Ophelli
115. Luceia Mimā centū annis in ſcæna pronunciauit. Emolianā vixit 104. Sam-
mulla 110. Sthephanio ultra centū. Hiero rector Siciliæ 80. Maſiniſſa rex Numi-
diæ ſupra cētū. Gorgias Leōtinus 107. Xenophilus Chalcidēſis 105. Herodotus
ſcribit Aethiopes 130. annos trāſgredi Hippocrates Cous 104. vel 169. Iſocrates
100. Orbilius Beneuentanus 100. Sibyllæ Cumanæ diuturnam vitam aſcribit
Ouidius li. 14. his verbis: Nam iam mihi ſecula ſeptem Actauides: ſupereſt nu-
meros vt pulueris ęquem: Tercentum meſſes, tercentū muſta videre, Tempus
erit, quum de tāto me corpore paruā Longa dies faciet, conſumptaque mem-
bra ſenecta. De ea Statius libro primo: Tu Troica dignus Secula, & Euboici trā-
ſcendere pulueris annos Fertur enim annos ab Appolline perijſſe pro numero
pulueris quē manu prehēderat. Vnde idē Statius alibi. Vel quātos ego Deli po-
poſci. Ouidius patrem ſuū 90. annos uixiſſe ait libro 4. Triſtium, dicens. Et iam
compleerat genitor ſua fata, nouemque Addiderat luſtris altera luſtra nouem.
Narciſſu præſul Hieroſolymitanus 116. Neſtor 300. Iuuenalis Satyra 10. Rex
Pylius (magno ſi quicquā credis Homero) Exemplum vitæ fuit à cornice ſecū-
dæ. Felix heu nimiū, qui per ſecula Mortē Diſtulit, atque ſuo iam dextra cōpu-
tat annos. Tibullus lib. quarto Vixerit ille ſenex quamuis dum terna per orbē
Secula fertilibus Titan decurrerit hortis Idem: Terna minus Pyliæ miretur ſe-
cula uitæ. Propertius libro ſecundo, Nectoris eſt viſus tria ſecla cinis. Idem: At
me ab amore tuo deducet nulla ſenectus, Siue ego Tithonus, ſiue ego Neſtor
ero. Ouidius in Metamorphoſ. Et ſi quem potuit ſpacioſa ſenectus Spectato-
rem operū multorū reddere, vixi Annos bis centum, nunc tertia viuitur ætas.
Antonius abbas 105. Alexander epiſcopus Alexādrinus 98. Alexander epiſco-
pus. Conſtantin. 94. Agilus abbas 100. Titus pauli diſcipulus 101. Democritus
309. Paul⁹ primū heremita 113. Paconius abbas. 110. Proſdocimus epiſcop⁹ 114.
Vādegiſillus comes Palatinus 92. Florentinus presbyter 123. Guarinus ꝓſul Bo-
nonīēſis 110. Viuētius cōfeſſor 120. Homer⁹ poeta 108. Hilon. 98. Helias abbas
101. Heroinus 304. Ioan. de tēporib. 361 De hoc Ioāne intelligit Mātuanus in
Alphōſo. dicēs: Et qui fama refert Hyemes vidiſſe trecētas. Maurus abbas 92.
Mauritius epiſcopus 90. Romualdus heremita 120. Antonius Caſtor 100. Syr⁹
epiſcopus 132. Zancles Samothracenus 104. Pollio Romulus 100. Saturnius Vo-

R lufius

luſius 136.T.Fullonius 157.Artaxerxes 94.Plato 81.Cælius ſcribit Marim quẽdã vixiſſe annos 123.cuius antica corporis humana fuerint,poſtica equina Hyperborei populi mille annis viuunt.Galenus vixit 140.Tithonus(vt fabulantur poetę)ab Aurora adamatus,& in cęlũ relatus,illiusq. ſucco perfuſus,ad tãtam peruenit ſenectutẽ vt tãdẽ obtauerit verti i cicadã:Lucianus:Atq; vltra Tithonum viuebat ſenex,Stat.li. 4.Sylu.Annos perpetua geres iuuenta,Quos fertur placidos obiſſe Neſtor:Quos Tithonia computat ſenectus Propert.lib.2.At nõ Tithoni ſpernes,Aurora ſenectam. Dorotheus præſul Antiochenus 119. Tyro Tullius Ciceronis libertus 100.Theremõ heremita 100.Carneades philoſoph° 100 Cirnæ Indorum uiuunt 140.Terentius Bononienſis 100.L.Teriuleia Ariminenſis 137.Symon Cleophę epiſcopus Hieroſolymitarũ 120.Cronius Anachoreta 155.Appollonius Thyãneus 180.Seneca Cordubẽſis 114.Patricius ſecũdus Niuernẽſis epiſcopus 122.Gratius Aretinus 104.Richardus quidã tẽporibus Caroli Magni 400.Helias Anachoreta 120.

Hugo ſucceſſore S.Bernardi 117.Porro pleraq. ſunt animalia,vitam hominum lõge ſuperãtia,vt Cornices,Cerui,Corui,Phænices. De quibus ſic apud Eraſmũ ſcribit Heſiodus.

Ter tria ſecla hominis tranſmittit garrula cornix,
Quatuor at peragit cornicis ſecula ceruus.
Ceruinam ætatem coruus ter præterit ater,
Coruinos anno nouies agit Indici phænix.
Atqui criſpicomæ ſoboles Iouis alma tonantis.
Egredimur decies Phœnicia ſecula nymphæ.item:
Ter binos daciesque nouem ſuperexit in annos.
Iuſta ſeneſcentum quos implet uita dierum,
Hos nouies ſuperat uiuendo garrulæ cornix.
Et quater egreditur cornicis ſecula ceruus.
Alipidem ceruum ter vincit coruus:at illum.
Multiplicat nouies Phęnix reparabilis ales.
Quam nos perpetuo decies præuertimus æuo
Nymphæ Hamadriedes,quarum longiſſima vi ta eſt.

VIRI CELEBRES MORTVI IN ALIENA TERRA.

Samos genuit Pythagorã,texit Metapontus. Ciceronem Arpini ortum,nutritum Romæ,Sinus Caietanus uidis exanimem.

Plinium infantem lauit athefis,grandęuum extinxit Veſeus.

Vergilium dedit Mantua,brunduſium abſtulit.

Genuit Ouidium Sulmo,ponticum exilium ſuffocauit.

Terentium Carthaginenſem,quem Rom.docuerat,Arcadia ſepeliuit.

Horatium Apulũ,Enniũ Calabrum,Statiũ Narbonenſem,Auſouium Burdegalum,duos Senecas & Lucanum Cordubenſes,Plautum Arpinatem,Lucilium Arũcum,Pacuuium Brũduſinum,Iuuenalem Aquinatem,Propertiũ Vmbrũ, Valerium Antiatem.Catullũ Veronenſem,Varũ Cremonẽſem, Gallũ Forliuienſem,Actium Piſaurenſem,Caſſium,Parmenſem,Claudianum Florẽtinum, Perſium Volateranum tumulauit Roma.

Alexandrum Pella genuit,Babylon peremit.

Cyrum Perſis,tulerat,Scythia truncum tulit.

Craſſum & Pompeium tulerat Roma.Hunc Aegyptus,illum Aſſyria ſuſtulit.

Catoni principium & nomen dederat Roma, finem & cognomen Vtica.

Cornelio Sciplones Roma genuit,Hiſpania obruit.

Decis extra patriam ceciderunt pater cum Latinis pugnãs,cum Ethruſcis filius.

Aemilium Paulum Cumæ,Claudium Marcellum Venuſia,Tiberium Grachũ tumulauit Lucania,omnes natos Romæ.

Druſus

Druſus obijt in Germania Marcellinus Baione,Tarquinius Cumis,Sylla Puteolis expirarunt.Auguſtus Cæſar apud Nolam Campaniæ.

Tiberius apud Campaniæ Miſenum.

Traianus in occidente natus,in Oriente mortuus eſt.

Septimius Seuerus ortum habuit in Aphrica,imperium in Italia,tumulum in Britannia.

Theodoſium ortum in Hiſpania,Mediolanum terra operuit.

Annibalem Africæ lumen cepit vrna Bithynica.

Theſeum,Themiſtoclem & Solonem Athenienſes ſepelierunt Syros, Perſis, Cyprus.

Hæc exempla debes Petrarchæ lector optime,qui in dialogo de moriēte extra patriam hæc affert.Faciamus nunc auctarium noſtro labore.

Sextum Turpilium Romæ natam abſtulit Sinueſſa.Hermolaum Barbarū natione Venetum,Romæ peſtilētia ſuffocauit.Qu.Cornificium Romanum militaris factio foris abſtulit.Æmylius Macer Veronenſis obijt in Aſia. Cn. Norbanus à Sylla victus,apud Rhodios volūtariā operijt mortē Nero extra vrbem ſeipſum confodit Otho apud Bebryacum mortuus eſt.Labeonem Marſum Romanū tumulauit Macedonia Magnentium imperatorem vidit Roma,Lugdunū habuit mortuum.Clemoni Lacedæmonio tumulum præbuit Aegyptus. Demoſtheni Athenienſi Calabria.Critolao duci Achæorum Thermopylę.

Themiſtocles Atheniēſis in Perſide taurinum hauſit ſanguinem,eoque perijt.Iugurtham peperit Numydia,mortuum vidit Roma.Naſcentem Aeneam uidit Simois in Aſia,raptū abſorbuit Numicius in Italia. Didoni patria fuit Phænicia, Carthago tumulus.

Aiacem Oilei rapuit mare,quem Græcia tulerat.

Leādrum Abydenum,Aegeum Atheniēſem,Aegyptium Pharaonem, Menādrū poetam Palinurum,& Miſenum non ſua,ſed piſcium extinxit patria.Reperirē huiuſmodi exempla numero propē infinita niſi timerē ne nimia copia ſaturis plus æquo ſtomachis nauſeam excitaret.

MORTVI QVI REVIXERVNT.

Glaucum quempiam mortuum ferunt pręter omnium expectationē,guſtato melito pharmacho reualuiſſe. Alij multi,accurentibus medicis, herba(quā Draconem vocant)vitæ reſtitutū dicūt,autor Eraſ.in explanatione illius adagij,Glaucus poto melle reſurrexit.

Aeſopum ex Phrygia fabulatorem,Tyndareum quoque & Herculem reuixiſſe,teſtis eſt Cælius lib.8.Lectionum antiquarum.

Palicos Iouis & Thaliæ filios,mortuos ſemel iterū reuixiſſe, Aeſchylus apud Volaterranum ſcribit.Vide Machrobium lib.5.

Athena Cataldi(qui poſtea fuit epiſcopus)mater in partu mortua, ab ipſo Cataldo primū nato ad vitā ſolo amplexu reuocata eſt.Quod ſi verum eſt,mirum in eo futuræ ſanctitatis fuit oſtentum.

Auiola uir conſularis,autore Plinio,in rogo reuixit.Et quoniam ſubueniri non poterat,pręualente flamma uiuus crematus eſt. Valerius de Miraculis. Idē de L. Lamia traditur.

Cælium Tuberonem functum præfectura à rogo relatum,idem ait eſt teſtimonio Meſſalæ.

Conſidium funere locato reuixiſſe & locatorem funeris ab eo relatum , idem ait.

Gabienus fortiſſimus claſſium Cęſaris a Sexto Pompeio captus,eiuſdē iuſſu inciſa ceruice iacuit in littore tota die.Deinde quum adueſperauiſſet,petijt vt Pōpeius ad ſe ueniret,teſtatus ſe ab inferis remiſſum habere,quod nūciaret. Plinius capite 52.lib.7.

QVI IN MORTVOS SÆVIERVNT.

Achilles Hectorem Patrocli ſibi chariſſimi interfectorē occidit, occiſum ter circū Troiæ muros raptauit curru. Quumq; inſtar frendentis beluæ immanitatem ex pleuiſſet, Priamo patri venale cadauer expoſuit. Propert. lib. 2. Et Verg. alibi.

Cyrus rex Perſarum, dum Sargapiſem Thomyris Scytharum reginæ filiū bello ca prum ad mortem impuliſſet: irata mulier nō prius finem fecit furori, quàm mor tuum vltra ſit Contractis itaq; copijs ita conflixit, vt maximam inimicorū partem, cum etiamnum rege occiderit. Nec tamen hoc euentu propterea emollita eſt animi rabies. Mortui enim caput in vtrem humano cruore plenū demiſit, his verbis inſultans. Filij mei ſanguinem hauſiſti, & meum ſitiuiſti Cyre. At ego te cruore ſaturabo autor Herodot. lib. 1.

Cambyſes rex Perſarū, mortuo Pſammenito Ægypti rege (quem victū ad hauſtū cruoris taurini coegerat) è Memphi in vrbem Sain abijt, ibiq; Amaſis cadauer è cōditorio reuelli, reuulsū verberibus cædi & vellicari, ſtimulis denique pūgi, & contumelia infeſtari, ac poſtremo comburi iuſſit Herodotus autor.

Idem Cābyſes Siſamnem iudicē (quòd iniuſte, pecunia corruptus, iudicaſſet) in teremit, interempto coitum detraxit, detractum in lora concidit, eoq; tribunal (in quo perperam & inique iudicauerat) operuit, atque Otanem eius filiū ibidē ſedere iuſſit, & periculo patris ab iniquo iudicio cauere. Idem autor.

Cleomenes dux Spartanorum fugatus ab Antigono ad Ptolomeum ſe recepit. A quoque benigne primum exceptus mox Nicagoræ cuiuſdam calumnia inſidia rum ſuſpectus, ſe interfecit. Interfectū rex pelle nudauit, crucique affixit. Plut.

Tarquinius Superbus Seruium Tullum ſextum Romanorum regem (vt regno ſuc cederet) morti dedit, cuius filiam nomine Tulliā in vxorem prius duxerat. Scelerata mulier eadem regnandi libidine, qua maritus pruriens, vbi intellexit patrē interfectū, vehiculo ſe prope ferri iuſſit, vt interfectori gratularetur. Quū au tem inter eundem, comperto cadauere, qui & auriga conſtitiſſent, erubeſceret que mortuum conculcare, mulier nefaria currum ſuper faciem mortui parentis duci iuſſit. Seneca in octauia: Ouid. in Ibin.

Apuleris Saturnius Tribunus plebis, quum Gracchorum leges Agrarias vellet eſſe fere, a Caio Mario & Lucio Valerio conſulibus in Capitolio obſeſſus, deditionē tandē facere coactus eſt. Captus autē fuſtibus & ſaxis coopertus, ibidem expirauit. Mortui caput C. Rabirius ſenator per conuiuia in ludibrium circum tulit. Vide Suet. & Plini. de illuſt. uiris.

M. Craſſus facile docet inexplebilem hoīum auiditatem nullis auri cumulis, nulla bonorū myrmecia, aut drachmæ grandini expleri, ſed creſcere ſemper, & au geri copia. Nā quum eſſet ditiſſimus Romanorum habereţq; tantum agri, quan tū nec miluus oberrer, ſibi tamē modum præſcribere, aut temperare nō potuit, quin Parthos (quorum opes ſitiebat) aggrederetur. A quibus cum toto exercitu fuſus, immodicæ libidinis dedit pœnas. Non ſolum n. à Pomaxarte occiſus eſt, verum mortuo quoque inſultarunt inimici. Cauſam ſiquidem agnoſcētes, quæ bellū ſuſceperat, in caput interfecti aurum liquauerunt, hisq; irreſerunt verbis: Aurum ſitiſti craſſe, aurum ad ſaturitatem bibe. L. Florus & Sex. Ruffus.

Sylla rerum potitus corpus Marij iam defūcti reuehit, atque diſiecit. Quapropter talionem formidans corpora cremari inſtituit autore Plinius, & Cicero libro ſe cundo de Legibus.

Antonius odio Ciceronis vſq; adeo exarſit, vt mortui caput in mēſa apponi uolue rit; perque diē illud aſpexerit, quouſque tali ſpectaculo animū exatiaſſet. autor Appianus li. 4. bell. ciuil. Antonij quoq; vxor Fuluia caput ipſum maledictis pri mum, ac diris execrata eſt. Deinceps inſpuēs, gremio ſuo appoſuit, acriusq; deſ piciens, linguam illi faucibus extrahit, eamque acicula plerūque confixit. Vnde Quintianus in Cleopoli, Latiam foderet nec Fuluia linguam.

Septimius

Septimus Seuerus Clodio Albino(quē Cæſarem dixerat)tumultuanti caput abſcidit, reliquumq. eius cadauere equo refugienti dedit cōculcādū Spartianus & Capitolinus autores.

Oneſilus Gorgij Salaminorum regis frater, quoniā Cyprios induxerat, vt Dario ſe ſubmitterent,cōprehenſus ab Amathuſis(quibus id volebat perſuadere)obtrūcatus eſt:eiusque caput ſupra vrbis portas ſuſpenderunt.autor Herodotus.

Aroldus rex Anglorum,Cūtonis filius nothus,patri ſucceſſit:quod ægreferēs Audebunthus(qui erat legitimus)mortuū Aroldum refodi iuſſit,refoſſum in mare proijci. Volaterranus.

DE VARIO INHVMANDI RITV.

Inexpiabile quondam ſcelus creditum eſt ſepulchra uiolaſſe,adeò vt lex ſacratū eſſe locum iuſſerit,vbi corpus hominis demortui iaceret,diceretúrq. minxiſſe in patrios cineres,cui omnia ſiniſtrè cadebant,& inauſpicatè. Apud nos quoq; Chriſtianis damnatur cæremonijs,qui aut lotiū in ſepulchretis egeſſerit,aut aliquid aliud ibidem fecerit immundum. Neque hoc ipſum apud nos ſolū religioſum eſt. Nam nulla propè tam efferata gens eſt,quæ nō ſenſerit habēdā ſepulchrorum rationem,preter paucos Barbaros: qui quū belūino propè ritu inter ſe degant,nihil mirū, ſi aliorum veſtigijs nequaquā inſiſtant. Nunc de vtriſq; loquendam: his ſcilicet,quibus nulla eſt funerum cura, & illis, quibus maxima.

Lothophagi ſuos in mare defunctos abijciūt,aſſeuerantes parum intereſſe,humone an aqua,aut igne abſumantur.Cælius cap.43. lib 9.

Albani olim nefas putabant curam mortuorum agere Cælius.

Sabæi corpora defunctorum eodem quo ſtercus modo,dicebant: quinetiā reges reijciebant inter ſterquilinia.Cælius ibid.

Troglodytæ mortui ceruicē pedib.alligabant,& raptim cū iocis & riſu efferebāt, nullaque habita loci ratione,mandabant terræ.

Scytharum verò mos longè melior, qui mortuos inter epulas vorare cauſa honoris conſueuerant.

Hircani non ad alium vſum nutriebant canes, quàm vt eis functos vita vorādos obijcerent.autor Cicero.

Athenienſib.tanta fuit ſepulchrorum cura,vt ſi quis dux bello peremptos ſepulchro honeſtare neglexiſſe,capite plecteretur.

Macedonibus nullum fuit iam ſolenne militiæ munus,quam ſuos ſepelire.

Apud Hebræos,cautum fuit lege,ne in ſepultum hoſtem relinquerent.Cælius libro 9.cap.43.

Ægyptij in domorum ædificatione negligentes,miro ſumptu ſuperbaq; magnificentia conſtruere ſepulchra cōſueuerāt,operæq; prodigioſe pyramides,quod exiſtimarent defunctorum domos ſempiternas: virorū vero domicilia eſſe velut vitæ momento tranſeuntis diuerſoria. Idem mortuos condiunt,et eos domi ſeruant.autor Cicero lib 1.Queſtionum Tuſcul.

Perſæ cęra circūlitos itidē condiunt,vt magis diuturna ſint cadauera.autor Cic.

Mos erat Magorum, non humare corpora ſuorum, niſi prius à feris laniata.autor Cicero.

Pleraque Aſſyriorum corpora in locis paluſtrib. fuiſſe condita feruntur. Cælius.

Apud Gerros,Scytharū populos,quū rex fato conceſſit, corporis auferunt inteſtina poſitisq.inibi aromaticis herbis ventrem demum cōſuunt. Idem c.45. li.9.

Perſarum in luctu mos eſt detondere in lugubri veſte coniuges ac liberos. Ibidē.

Indi pulchrum putāt diē fati præuenire: imò verò ſe viuos cremari iubēt coronatiq.deorū laudes cōcinūt. Nullus honos ſolutis ſenectute corporib. exhibetur.

Solebant plerique Ethinici diebus nomē mortuos flere, vnde Nouēdialiū ſacrorum manauit conſuetudo.

Apud Tauros quum rex moritur, Chariſſimi quiq. ſponte ſimul commoriuntur.
Sindi tot pices in ſepulchra mortuorum mittunt quot hoſtes interfecerunt.
Phryges marmoribus pro ſepulchro ſuſpendunt.
Maſſagetæ eos qui morbo pereunt, tanquam impios canibus dant in prædam: Bello verò interfectos h[illegible]ore maximo proſequuntur.
Mos fuit pleriq; populis muliebres conducticias (præficæ vocabantur) cõparare quæ in eorum morte lugerent, quibus deeſſent parentes.
Mortuo apud Græcos, vel principe, aut quouis alio magnæ autoritatis viro, duodecim hoſtes velut victimæ occidebantur, quemadmodum quoſdam Troianorũ Patroclo contumulauit Achilles.
Syllius Italicus lib. 13. varios funerandi ritus deſcribit his verſibus.

Tumuli, & cinerum ſententia diſcors.
Tellure (vt perhibent) is mos antiquus Ibera.
Exanima obſcænus conſumit corpora vultur.
Regia quum lucem poſuerunt membra, probatum eſt.
Hircanis adhibere canes, Ægyptia tellus:
Claudit odorato poſt funus ſtantia ſaxo.
Corpora, & à menſis exanguem haud ſeparat vmbram.
Exhauſto inſtituit Pontus vacuare cerebro
Ora virum, & longum myrrhata reponit in æuum.
Quid qui recluſa nudos Garamantes arena
Infodiunt? quid, qui ſæuo ſepelire profundo.
Exanimes mandat Libycis Naſamones in oris?
At Celtæ, vacui capitis circundare gaudent:
Oſſa (nefas) auro, & menſis ea pocula ſeruant.
Cecropidæ ob patriam Mauortis ſorte peremptos
Decreuere ſimul communibus vrere flammis.
At gente in Scythica ſuffixa cadauera truncis.
Lenta dies ſepelit putri liquentia tabo.

Porrò lege fuit olim ſancitum ne quis ſepulchrũ faceret operoſius, quã quod homines triduo poſſent abſoluere. Cicero lib. 2. de Leg.
Demetrius lege ſanxit, ut mortui ante efferentur. Cicero ibid.
Funerare in Bella corpora primus docuit Hercules.
In exequijs cupreſſos fores ornare fuit moris, q̃ hęc arbor ſit Plutoni ſacra Blon.
Solon mortem ſuam lugeri iuſſit: contra verò Ennius vetuit.
Cyrus apud Xenophontẽ inhibet, ne corpus ſuum auro aut argento includatur, ſed terræ mandetur protinus.
Thobias ſepeliendis mortuis vacabat.
Machabæus inimicorum interfectorum cadauera ſepeliri iuſſit.
Alexander Darij interfecti corpus matri tumulandum præbuit. Plur.
Antiquitus nemini licebat in urbe Roma ſepeliri, niſi his tñ, q̃ optimè Repub. meruiſſet. Propterea ferunt, Adrianũ imperatorem aureorũ quadraginta pœnam ſtatuiſſe in eos, qui in ciuitate ſepulchrũ feciſſent. Crinitus lib. 21. ca. 12.
P. Aemilij cadauer Annibal hoſtis ſepeliuit.

DE ANIMI SVBSTANTIA DIVERSÆ Philoſophorum opiniones.

Empedocles Animum eſſe cenſet cordi ſuffuſum ſanguinem.
Zeno Stoicus ignem. Cicero 1. Tuſcul.
Ariſtoxen⁹ muſic⁹ corporis intẽtionẽ quãdã, velut in cãtu fidib. q̃ harmonia dr.
Xenocrates numerum, cuius uis in natura maxima eſſet.
Plato triplicẽ poſuit animam, Rationem in capite, Cupiditatẽ ſubter pręcordia, Iram in pectore.

Dicearchus

Dicearchus introducit differentem nihil eſſe animam, nomẽ inane, nullamq; eſſe animam in homine, aut beſtia. Idem eodem.
Aſclepiades Senſuum coexercitamenta animam eſſe dicit.
Talles naturam irrequietam.
Plato Subſtantiam intellectiuam Plut. de placitis Philoſophorum.
Heraclitus Humidiorum quæ in mundo ſunt expurationem.
Euripides Deum Cic. 1. Tuſc.
Alij cor ipſum. Idem eodem.
Alij Partem quandam cerebri. Idem eodem.
Ariſtoteles poſt quatuor principia quintum naturam ponit, è qua ſit Mens. Idem eodem.
Eſſet Iudæi philoſophi animas putant immortales, & de ęthere ſubtiliſſimo inſtinctu naturali in corpora permeantes: a corporibus uero abſolutas, vltra oceanũ degere in locis peramœnis. Cel. lib. 3. cap. 9.
Pythagoras numerum ſeipſum cientem. Plut. in placitis philoſophorum.
Hipparchus animas noſtras dixit partem eſſe cœli. Plin. lib. 1. capit. 26. Cicero corpus modo animæ ſepulchrum, modo carcerem, modo ergaſtulum vocat.
Ariſtoteles ente lechiam, Becichemus in Plinium.
Non tacendum interim duximus Auerrois ſentẽtiam, quo toti hominũ ſpeciei vnicam eſſe animam adſerit, & præter hanc hominum quemque vnã habere sẽ ſitiuam, brutali paulo perfectiorem. Multaque alia dixiſſe, eundẽ & fœda & falſa, quæ videbis apud Cæl. li. lectionum antiquarum ſecundo, c. 2.
Sed præter hæc Seruius (in illud. 4. Aeneid. Et nunc magna mei ſubterras ibit imago.) non uenit ſilentio prætereundus. Tria eſſe dicens, quibus homo cõſtet: Animã, quæ ſupernam ſuã petit originem Corpus, quod in terram deficit: Vmbrã quã Lucretius ſic definit: Supra ſpoliatus luminis aer: quę ſi ex corpore creetur, vna cum eo perit: deinde aliquod dicitur ſimulachrũ, quod inferos petit. Plut. in placitis philoſophorum.

ANIMAE PRINCIPATVM IN QVA CORPORIS parte philoſophorum iudicia ponant.

Democritus, in toto capite eſſe cenſet.
Strato, in ſuperciliorum interſtitio.
Eraſiſtratus circa membranam cerebri.
Herophilus, in ventriculo cerebri.
Parmenides, in toto pectore.
Epicurus in toto pectore. Pult. de placitis philoſophorum.
Stoici, in corde.
Diogenes, in arteriaco ventriculo cordis.
Empedocles, in ſanguinis concretione.
Pythagoras, Viuificam uim circa cor, intellectiuam vero circa caput poſuit.
Xerxes Perſarum rex animam dixit in auribus habitare autor Berolph. in Apuleiũ
Democritus & Epicurus rationem in pectore irrationabilitatẽ vero per totius cõpaginem ſparſam eſſe dicunt. Plut. de placitis Philoſophorum.

ANIMA QVID RECIPIT AB influxu Planetarum.

A Saturno, Ratiocinationem & intelligentiam.
A Ioue, Vim agendi.
A Marte, Animoſitatis ardorem. Macrob. de Somnio Scipionis.
A Solem, Sentiendi opinandique naturam.
A Venere, Deſiderij motum.
A Mercurio, Pronunciandi, & quæ ſentiat interpretandi uim.
A Luna, naturam plantandi, & augendi corpora.

ANIMA CORPORIS ABSOLVTA VINCVLIS quo pergat, ex multiplici veterum iudicio.

Democritus & Epicur. mortalem cenſent, & vna cum corpore emorientem, quod & Plin. ſentire videtur lib. 7. c. 55. Plut. de Placit. Philoſoph.

Plato immortalem eſſe cenſuit. Idem.

Stoici ſi inualidior ſit, vna cum incrementis ſubſiſtere, cuiuſmodi ſunt imperitorũ animæ: ſin ſtrenua, quales ſunt ſapientum, ad flagrantes, vſq; naturas euadere.

Platonici animam viuere dixerunt, dum immutabili parte mũdi cõſiſtit: mori verò, quum ad partem mũdi cecidit mutabilem. Eſt autem Luna mutabilis & immutabilis confinium. Macrobius in Somnium Scipionis.

Dryadæ opinati ſunt, defunctorum animas non deſcendere ad inferos, ſed in alio mundo aut parte eius alia corpus aliud informare: quam opinionem ſic primo Pharſaliæ deſcribit Luc. Vobis autorib. vmbræ Nõ tacitas Erebi ſedes, Ditiſq; profundi Pallida regna petunt. regit idem ſpiritus artus Orbe alio.

Pythagoras in alia poſt mortem corpora migrare. Vnde Plotinus eãdem opinionẽ ſequens, dicit. Eos qui humanam proprietatem ſeruarent, futuros iterum homines: qui verò ſenſibus defecerunt, in bruta redituros. Crin. lib. 11.

Alij iuſtorum animas ad campos Elyſios migrare credunt Verg. in 6. Defunctorũ animæ quæ ſepultura caruerunt, priuſquam ad inferos vehantur, centum errãt annos. Idem eodem.

Eſſei Iudæi philoſophi animas a corpore abſolutas ultra oceanum degere putãt, in locis peramœnis. Cæl. 2. c. 2. Circulus eſt ſplendidiſſimo candore inter flammas elucens, quẽ vocant orbẽ lacteum, quę ſedes eſt horum, & vbi beati ſempiterno æuo fruuntur. Cic. de Som. Scipionis.

Aegyptij primi extiterunt qui dicerent, animam hominis eſſe immortalem, quæ de mortuo in aliud atque aliud ſubinde corpus, vt quodq; gigneretur, introiret atq; vbi per omnia ſe circũtuliſſet terreſtria, marina & volucria, rurſus in aliqđ hominis corpus genitum introire, huncq; ab ea circulum fieri intra tria annorũ millia: quam opinionem vt ſuam nonnulli Græcorum uſurparunt. Herod. lib. 3.

Zoroaſtrem refert Cælius dixiſſe, alatam eſſe animam, fractis alis in elementa ferri præcipitem, tum illis ſuccreſcentibus ad ſuperos euolare Cæl. lib. 9. c. 38.

Porphyrius adſerit vnam Animam ſenſibus, Memoria & ratione præditã, & habere orationẽ interiorem exterioreq;, qua inter ſe loquantur animalia bruta, quorum verba a nobis non intelligi, non mirũ quum barbarum multorum ſermonẽ diſcernamus, neque tã loqui quã indiſtinctẽ vociferari putemus. Addit veterũ multos brutorum inter ſe colloquia & audiuiſſe, & intellexiſſe. Idem eodem.

Qui per diuerſas gentes in cõſtituendis ſacris ceremoniarũ fuerũt autores, aliud eſſe negant inferos, q̃ ipſa corpora, quibus incluſæ animæ carcerem fœdũ tenebris, horridum ſordib. & cruore patiuntur, & omnia quæ illic ſunt ſecũdum fabuloſam perſuaſionem, in ipſis humanis corporib. adſignare ſunt conati: Lethẽ aliud eſſe adſerentes, quam errorem animæ, obliuiſcentis maieſtatẽ uitę prioris qua fruebatur, Priuſquã in corpora dilaberetur: Phlegetõtem, ardores irarũ & cupiditatem: Acherontem, eorum quæ fecimus, aut diximus pœnitentiam. Cocytum, quidquid hominem ad luctum & lacrymas compellit: Stygẽ, quicquid humanos inter ſe animos odijs diſſidere facit. Vulturem immortale Titij iecur rodentem, remordentis conſcientiæ tormenta intelligentes. Tantalũ inter cibũ & potum fame & ſiti tabeſcentẽ, eos ſignificare, quos magis atque magis acquirendi deſiderium cogit præſentem copiam non videre, & in affluẽtia inopes, egeſtatis mala perpeti. Per Ixiona rotæ radijs diſtractũ, eos qui ratione, virtute & cõſilio nil moderantes, & actus ſuos fortunæ permittentes, fortuitis caſibus ſẽper rotãtur. Per ſaxum ingens Siſyphi, eos qui inefficacibus laborioſiſq; conatibus vitam conterunt. Macrobius in ſomnium Scipionis.

ANI-

ANIMARVM SEDES APVD INFEROS NOVEM.

Prima,infantium animas tenet.
Secunda,Eorum qui ſibi per ſimplicitatem adeſſe nequiuerunt.
Tertia,Eorum qui euitantes ærumnas ſibi lethum peperere.
Quarta,Eorum habet animas,qui amauerunt.Verg.per totum ſextum Aen.
Quinta,Virorum fortium.
Sexta,Nocentium,qui a Iudicibus puniuntur.
Septima,Vbi purgantur animæ.
Octaua,Vbi animæ ita purgatæ ſunt,vt redeant.
Nona,eſt campus Elyſius.

FVRIAE TRES.

Furias poetæ Archerontis ex Nocte filias vocant.Vergilius: Dicuntur geminæ peſtes cognomine diræ,Quas & tartaream nox in tempeſta Megærã,Vno eodẽq; tulit partu.Propterea Galterus in Alexandreide decenti epitheto eas vocat Noctigenas,libro 12.vbi ait:Hoc ego Medea ſum,qua nulla potentior inter Noctigenas,ſi me veſtram bene noſtis alumnam. Eadem ratione Mantuanus eas vocat Acherontigenas.Apud inferos dicuntur Canes.Lucanus: Iam vos ego nomine uero Eliciam,Stygiasque canes in luce ſuperna Deſtituã. Apud mortales vocãtur Furiæ,quòd furoris ſtimulos hominum præcordijs inculcẽt.Propterea etiã finguntur ijs colubros immittere,quod ad Maniam trahunt.Vnde Verg.Cæruleis vnum de crinibus anguem Cõijcit, inqũe ſinu pręcordia ad intima ſubdit, Quo furibunda domum monſtro permiſceat omnem.Dicuntur & Eumenides ſenſu contrario,& per antiphraſim.Eumenis enim Beneuolens dicitur. Ouid. Eumenides tenuere faces de funere raptas. Ferũtur & cappillorũ loco,redimitę ſerpentibus & colubris.Catullus:Quare facta uirum mulctãtes vindice pœna Eumenides,quibus ſanguineo redimita capillo Frons expirãtes pręportat pectoris iras,Huc huic aduentate,meas audite querelas.Stat.li.12.Et Anguicomę ducent vexilla ſorores.Mantuan.in Apoll.Exibant de ſede Erebi teterrima mõſtra,Tinſiphone,furiæque aliæ multo angue comãtes,Quippe quib. dominabãtur Plutonides vmbræ.Apellantur etiam Diræ.Verg.At procul ut diræ ſtridorem agnouit & alas,Infelix crines ſcindit Iuturna ſolutos.Idem li.4.Aeneid.Vltricesque ſedent in limine Diræ.Lactan.li.6.de Vero cultu, de his in hunc modũ ſcribit: Tres ſunt affectus,qui homines in omnia facinora præcipites agunt. Propterea poetæ tres furias eſſe dixerunt,quæ mentes hominum exagitent.Ira vltionem deſiderat,Cupiditas opes,Libido uoluptates.

Furiarum prima eſt Alecto,quam Vergilius depingit li.7.Aen.Luctificam Alecto dirarum a ſede ſororum,&c.Quòd autem ſit Noctis filia, teſtis eſt apud eundẽ Vergilius Iuno,hoc modo loquens:Hunc mihi da proprium uirgo ſata nocte laborem,&c.

Teſiphone ſeu Tiſiphone,ſecunda Acherontis filia,hoc modo ab Ouid. deſcribitur:Nec mora Teſiphone madefactum ſanguine ſumit Importuna facẽ,fluidoque cruore rubentem Induitur pallam,tortoque incingitur,angue, Egrediturque domo:luctus comitatur euntem,Et pauor,& terror,trepidoque inſania vultu.Ouidius li.4.Triſt.Fecit inde adiectiuum Teſiphonæus,vbi ait: Cupiasque eradere vitę Tempora,ſi poſſis,Teſiphonæa tuæ. Hanc filiam eſſe noctis docet Sylliuslibro ſecundo dicens: Et palmas tendens,hos inquit noctis alumna, Hos muros impelle manu,populumque ferocem, &c. Mantuanus libr.4.Agelar.dicens:Ite,canes ad ſunt Herebi,crinita colubris Teſiphone, ſpiransque venenum,ignemque Megæra &c.

Megæram tertiam Acherontis & Noctis filiã,Claudianus de laudib.ſtiliconis deſcribit:Improba mox ſurgit triſti de ſede Megera,Quam penes inſani tremitus

animique

animiq́ue profanus Error,& vndantis ſpumis furialibus itæ,&c. Mantuã.libro ſecũdo de Cala.temporũ. Per medias vrbes colubris crinita Megęra,Sãguineiſque caput uittis intorta flagello,&c.

IVDICES INFERORVM.

Iudices inferorum poetæ faciunt,quorũ arbitrio & ſentẽtia puniantur animæ,& cognatur fateri,quę piacula in ſeram noctẽ diſtulerunt, vt inquit Maro. Caſtigant,dolos audiunt,vmbris ſuas ſedes conſtituunt, nullũ ſcelus relinquũt impunitum. De his Seneca. Et qui fronte nimis crimina tetrica. Quęrũt,ac veteres excutiunt reos. Eorum nomina ſunt Minos, Aeacus Rhadamantus.

Minos rex fuit Cretenſium,pater Androgei & Ariadnes,qui propter extremã ſe ueritatem(quam uiuens exercuerat) poſt mortem Iudex inferorũ factus eſt a poetis,vt alij duo iudices. De hoc Verg.libro ſexto Aen. Quæſitor. Minos urnã mouet, ille ſilentium Conſiliumque uocat uitasque & crimine diſcit.

Aeacus Iouis & Europæ filius, propter incorruptam æquitatem iudex quoq. inferorum factus eſt Propert. libro.4. Aut ſi quis poſita iudex ſedet Aeacus vrna.

Rhadamantus Iouis fuit filius & Europe,frater Aeaci,quẽ ęquiſſimum fuiſſe, & incorruptæ ſeueritatis ferunt. Hinc adagium, Rhadamantheo pollere iudicio. Propterea orta eſt fabula,conſtitutum fuiſſe illum vmbrarum iudicẽ. De hoc Vergil.lib.6.Aen. Gnoſius hæc Rhadamãthus habet duriſſima regna Caſtigatq; auditq. dolos,ſubigitque fateri, Quæ quis apud ſuperos furto lætatus inani diſtulit in ſeram commiſſa piacula noctem.

SVPPLICIIS APVD INFEROS damnati ſecundum poetas.

Fabulantur poetæ, Tantalum diis hoſpitio ſuſceptis, Pelopem filium appoſuiſſe comedendũ,vt eorum experiretur diuinitatẽ,ac propterea ad inferos perpetua ſiti ac fame torqueri,aquis & pomis oris imminentibus,quæ nõ poſſit arripere Propert.libro 2.& 4.& Horat.in Epod.Seneca in Octauia.

Siſyphus Aeoli,filius,quoniam ex hoſpitibus alios ſaxo perimebat,alios calce in aquas præcipitabat hanc apud inferos luit pœnam, ut relabẽtem ſemper ſcopulum ad verticem montis cogatur voluere. Ouidius lib.4. Met.

Ixionem Theſſalum rota perpetua uolui dicunt,quod ſe Iunoni gloriaretur cõcubuiſſe Tibull.lib.1.Sen.in Hercule furente.

Tytius Iouis filius propter tentatam ſtupri Latonam,ab Apoline ſagittis cõfoſſus eſt. Hoc autẽ ſupplicio nunc torqueri dicitur, ut renaſcẽtes eius fibras iecurq; vultur ſemper dilaniet. Ouid.4. Met.& lib.1.de Ponto,& in Ibin.

Filiæ Danai(quæ ab auo Belo dicuntur Belides)ꝓpter maritos noctu,excepto Lino,interfectos,perforatis vrnis aquas apud inferos æternum hauriunt. Ouid.in Ibin.Tibull.lib.1.

Prometheus Iapeti filius propter ignem Ioui ſurreptum,formatũque luto hominem,a vulturibus roditur ſub Cauſaco. Propert.lib.2.

Theſeus Aegei filius perpetuo damnatur ocio, quod cum Pirithoo Proſerpinã rapere uoluiſſet. Verg.lib.6. Sedet,æternũque ſedebit,Infelix Theſeus. Seneca in Hippolyto Rota reſiſtat membra torquens,Tangat Ixion humum, &c. Idẽ in Agamemnone; Vbi ille celeri corpus euictus rotæ. In ſe refertur. Vbi per aduerſum irritus,&c.

DE MAGISTRATIBVS TITVLVS V.

REGES DIVERSARVM GENTIVM, QVIBVS nominibus appellantur.

ARgiuorum reges dicuntur Abantiadæ, Perſarum Achæmenidæ, Aegyptiorum Ptolomæi & Pharaones, Latinorũ Murrhanij, Albanorum Syluij, Syriæ Antiochi, Arabum Arabarchæ, Lybicorum Lybiarchæ, Thebanorum Labdacidæ, Parthorum Arſacidæ, Romanorum Imperatores, Auguſti, & Cæſares.

TYRANNI PLERIQVE.

Agathocles tyrannus fuit Syracuſis, Alexander Pheræus tyrannidem exercuit in Theſſalia, Buſyris in Aegypto. Vterque Dionyſius, Syracuſis, Hieronymus in Sicilia. Hipparchus, & Pyſiſtratus eius pater, Athenis, Periãder, Corinthi, Melanus eius filius, Epheſi, Polycrates, & Syloſon fratres, in Samo, Procopius, Conſtantinopoli, Phalaris, Agrigenti, Candaules, Sardibus, Creon, Thebis, Clearchus, Heracleæ, Crabrinus, Cremonæ, Milo, Piſæ, de quo Ouidius in Ibin: Vtq. Milo, ſub quo cruciata eſt Pyſa tyranno, Cæſus in æquoreas præcipiteris aquas Gelon & Hiero, in Sicilia, Ariſtoclides, & Erginus, in Orcomeno, Cypſelus, Corinthi: Ariſtomachus, & Ariſtippus fuerũt Argiuorum tyranni, autor Plut. in Arato. Critias, tyrannus Athenienſis, Hecatheus, Cardianorum, Hippo, Meſſanæ vrbis, Machanidas, Lacedæmoniorũ, Mamercus, Calanæ vrbis Siciliæ, Nicocles, Sicyonorum, Onabis, Lacedęmoniorũ, Arideus, Pamphiliæ, Ariſtagoras, Mileti, Clyſthenes, Sicyonis, Anaxileus, Rheginorum. Inter tyrannos numerantur Tetrici duodecim, Ecelinus, Hiſtiens, Mnaſon, Nabis, Ariſtonicus, Nicocreontes, Hegeſiſtratus, Steneſor, Clander, Sabyllus, Strates, Ariſtratus.

RITVS CANDIDATORVM, ſeu magiſtratus petentium.

Qui magiſtratus populi ſuffragijs petebant, albam veſtem inducere, & vrbem ſupplicantes ambire ſoliti ſunt: quanquam legem a Tribuno in contrarium aliquã dolatam ait Liu. lib. 4. Blon. lib. 8. Rom. triumphorum.

Abſque interiore tunica in forum teſte operti deſcendebant, vt eo habitu ad ſupplicandum modeſtiores accederent. Plut. in vita Coriolani.

Deprehenſos dextra ciues benignis orabant verbis. Idem eodem.

Multi candidati nobiles fecerunt, vt quum minus ſuffragijs valuiſſent, proſternerent ſe populo fracto animo atque humili ſupplicarent. Cic. pro Plantio.

Candida ueſte induti ambiunt, ad animi integritatem denotandam, nã ſolus hic color ſyncerus & purus, & minime inquinatus eſt. Blon. ubi ſupra.

Qui conſulatum peteturi in campum Martium candidati deſcendebãt, deductores ſuffragatoresque ſuos circa ſe habebant Liuius lib. 4. Deca. 2.

Conſueuere candidati qui cicatrices haberent, ad allicẽda populi ſuffragia, nudato corpore manifeſte oſtendere. Plut. ubi ſupra.

In candidatorum ambitũ his uerſibus Lucan. inuehitur: Hinc rapti faſces precio, ſectorq. fauoris Ipſe ſui populus lethatiſq. ambitus urbi Annua uenali referẽs certamina campo. Vbi ſectorem fauoris polum intelligit. uenditorẽ ſuffragiorum. Annua uerò certamina, quia, ut Plut. ait, non ſuffragijs, ſed arcu, gladio, fundaq; pro largitore ad comitia deſcendente, & decertare populũ cerneres,

& tri-

& tribunalia ſæpenumero ſanguine fœdantem: Adde tranſlatione admodum eleganti ad rerũ aliarũ petitionẽ trãſferri candidatũ, vt annotauit Beroaldus in primum Aſini aurei, ſicuti Pli. panegyriſta gloriæ & immortalitatis candidatus fidei. Quintiliano cãdidatus eloquentiæ, qui eloquentiam auſpicatur: & Apuleio li. 1. Aſini aurei lepido dicto candidatus crucis appellatur, qui petit crucẽ, qui veſ uturus eſt iamiam crucifixus.

LEGES SCRIPTÆ QVOMODO, & quibus primum propoſitæ.

Primi qui leges ſcriptas propoſuere, æquãdæ libertatis cauſa, Zephyrij fuere, Aiacis Oilei ſocij: deinde Zeleucus, Spartanorum & Cretenſium placita imitatus (qui à Minoe vetuſtas leges acceperãt) acerbiores leges cõſcripſit, pœnasq. iure debitas, iuris atque iniuriæ regulas ſcripto præfiniuit vt metu iudiciorũ & pœnarũ à criminib. abſtinerẽt. Antea enim omnis animaduerſio criminis, nõ ſcripto iure, ſed iudicis arbitrio edebatur. Poſtea Athenięſes à Dracone & Solone ſcriptas leges in Pritanio ab eo fixas & propoſitas, iuraq. & iudicia acceperũt. Demum Romani moderando iura ſummis infimisque æquando, illorum exẽplo ſcriptas promulgauerunt.

LEGISLATORES DIVERSARVM GENTIVM.

Ceres dea frugum legem dedit Siculis, vnde & legifera à poetis dicta eſt.

Moſes dedit Caldæis, Prophetæ Aegyptijs Caldæi Babilonijs, Magi Perſis, Zoroaſtes Bactrian⁹, Zamolſis Scythis, Triſmegiſtus & Bochorus Thebanis, Cymnoſophiſtæ Indis, Minois Cretenſibus. Philolaus & Andronodus Calcidẽſib. qui ſunt in Thracia, Phido Corinthijs. Hippodamus Mileſijs Charõda Carthaginẽſibus, Druydæ Gallis.

Philolaus Corinthius lege dedit Thebanis.

Androdamus Rheginus leges condidit Chalcidenſibus.

Prothagoras autẽ Thurijs, quibus poſtea abrogatis & inductis. Metellus deuicta Creta, illas, cum Romanis commutauit. Lacędæmonij vero non iure ſcripto, ſed moribus tantũ vſu annorum comprobatis, pro lege vſi ſunt, ideoque Lycurgus leges ſcriptas Spartanis nullas dedit, ſed omnium conſenſus mores, tanquã ſi lex edita fuiſſet, experiundo obſeruarunt. Indi quoque literas non nouere, ſed æquiſſimo, mores legis vice habuere, hiq. adeo tenaces fuere, ut omni ſcripto iuri ante irent.

Charandes Tyrius apud Athenięſes legem tulit, ne quis armatus veniret in concionem.

Cliſthenes Athenienſis primus tulit legem de exilio primusque exulauit.

Plato ſuis legib. docuit, quales deberent eſſe Rep. ciues. Inſtituit & Remp. imaginariam, inuẽtu difficillimam, vt eſt perfectus orator Fabij. Vini vſum uſque ad annum 18. nõ probabat. Iubebat vt iuuenes corã ſenibus vino uterẽtur, vt carperentur ſi indulgentius potaſſent, Volebat pueros operã dare muſicæ, vt ſeria negocia honeſto recrearent ocio. Laudabat veritatem, vt omniũ bonorũ ducẽ.

Draco ſuis legibus (quas Athenienſib. dedit) vnicuiq. vel minimo furto extremũ ſupplicium irrogauit. Vnde dicebat Demades, eum ſanguine, non atramẽto leges conſcripſiſſe.

Bocchorus Dynaſtes Aegyptijs iura conſtituit.

Solon Athenienſib. leges dedit, abrogatis illis quas Draco tulerat. Legẽ tulit Siſachtheam: qua prohibebat, ne creditores ius haberẽt in corpora debitorũ, ſed bona duntaxat.

DE ÆGIPTIORVM DIVERSIS GENERIBVS.

Primum apud Aegyptios periurij pœna erat maxima ac grauiſſima: qui enim hoc crimine conuictus erat, capite mulctabatur, tanquam qui duplici tenerẽtur ſcelere, vt qui & pietatem in Deos violarent, & fidem inter homines tollerẽt, maximum

mum vinculum ſocietatis humanæ.

Si quis iter faciens, aut homines à latronib. cædi comperiret, aut quã liber iniuriã perpeti, neq; veniret auxilio, ſi poſſet, mortis erat reus. Si auxilium ferre nõ poſſet, denunciare latrones tenebatur, & iniuriam accuſatione proſequi: qui ea negligeret, plagis ad certum numerum plectebatur, triduoq; carebat cibo.

Falſo quempiam accuſans, ſi poſtmodum ad iudicium delatus foret, pœnam calũniatoribus ſtatutam ſubibat.

Si quis iniuſto quęſtu viueret, aut mentiretur, in mortis pœnam incidebat. Ideoq; cogebãtur Ægyptij omnes ſcripta ſua nomina ad præſides regionum deferre, & quo exercitio viuerent, rationem reddere. Quæ deinde lex a Solone ad Athenienſis deducta eſt.

Si quis ſponte aut liberum, aut ſeruũ occidiſſet, morte damnari leges iubebãt quę non fortunæ conditionem, ſed conſiliũ facti perpendentes, homines a ſcelerib. deterrebant, & ſimul vindicata morte ſerui, reddebãtur liberi ſecuriores.

Parentibus qui filios occiderẽt, non erat pœnam mortis indicta, ſed tribus diebus noctibusq; continuis edictum, vt circa defũcti corpus aſſiſterent, publica cuſtodia aſtante. Nõ enim iuſtum putabant eum priuari vita, qui vitę filius autor fuiſſet. Sed potius continuo dolore factiq; pœnitentia affigi, quo cæteri ab ſimili facto auerterentur.

Exquiſitam impoſuerũt pœnam parricidis. Nam articulatim pręacutis calamis cęſos iubebant viuos ſupra ſpinarum aceruum comburi, maximũ inter mortales iudicantes ſcelus, ei mortem per vim inferre, à quo vitam accepiſſet.

Mulierum morti deſtinatarum, ſi pgnantes eſſent, fœtus expetabatur, quam legẽ multi Græcorum acceperunt, exiſtimantes penitùs iniquũ eſſe, eũ qui nihil cõmiſiſſet, vnà cum facinoroſo pœnam pati, aut duos plecti, quũ vnus deliquiſſet.

In bellis qui aut ordinem reliquiſſent, aut non parerent ducibus, non plectebãtur morte, ſed maxima omnium ignominia, qua poſtmodum virtute & rectè facto delata, ad priorem ſtatum redibant. Ea lex & homines aſſuefaciebat, vt id dedecus peſſimum malum, morteq; ipſa grauius cẽſerent: & ſimul admonebat, mortuos nil iam vitæ mortalium prodeſſe: ignominia affectos, plurimorum bonorũ virtutis deſiderio cauſam futuros.

Aegyptijs qui belli conſilia, aut ſecreta hoſtibus reuelaſſent, linguam eruebant, ac abſcindebant, ne poſthac nociua linguæ licentia patriæ conciuibus damno eſſent.

Et qui monetam circunciderer, aut adulterinam cuderet, aut pondus vel ſigna immutaret, aut literis inſcriberet, aut deſcripto demeret, aut falſas ſyngraphas afferret, ambæ amputabãtur manus, vt quæ corporis pars peccaſſet, per vniuerſã vitam lueret pœnam.

Et qui mulierem liberam violaſſet, virilia execabãtur, quod vno crimine tria haud parua ſcelera complexus eſſet: iniuriam, corruptelam, & liberorum cõfuſionẽ.

In adulterio ſpontaneo deprehẽſus, virgis cędebatur ad mille plagas, mulier naſo mutilabatur, quo dedecore vultus incontinẽtia maculatus ea mulctaretur parte, qua maximè facies exornatur. Fœnus quod ex ſcripto cõtrahebatur, prohibebant vltra contracti mutui duplum exigi: ſolutio ex bonis debitoris ſolum fiebat, corpus non poterat adduci creditori: putabãt enim oportere bona tantum ſubdita eſſe debitis. Corpora quorum opera & bello & pace vterentur, ciuitatib. addicta eſſe.

Lex præterea priuatim apud Aegyptios hęc erat, quę iubebat eos qui furari volebãt nomẽ ſuum apud principem ſacerdotum ſcribere, atque è veſtigio furtũ ad eum deferre. Similiter quibus res furto credita erat, ad eundẽ rei ſublatę tẽpus, diem ac horam, ſcribere tenebatur. Hoc modo facile inuento furto qui rem amiſiſset, quarta mulctabatur parte, quæ daretur furi.

DE LACEDEMONIORVM LEGIBVS.

Lycurgus Lacedemoniorũ legiſlator, veſtes ab ancillis præberi ſatis putauit eſſe. Sed liberis quidem mulieribus, cum procreationẽ liberorum magnũ quiddã eſſe cenſuiſſet, primùm nihilominus fœminam quàm marem exerceri corporẽ inſtituit. Deinde curſus & viriũ, velut viris, ita & fœminis certamina inuicẽ poſuit. Exiſtimabat enim ex viriuſque robuſtis ſobolem quoque robuſtiorẽ gigni.

Cum verò mulier ad virum venit, intuens ille alios primo tempore immoderatius vxoribus commiſceri, ſanxit & huiuſce rei contraria.

Conſtituit namque & ingredientem ad vxorem virum & exeuntem, ne ab alijs videretur, pudore affici. Si autẽ coeuntes neceſſe eſt, tum ſuauis ſeſe auidiusq; appetere, tũ prolem ſi quam generent, validiorem reddi hoc modo potius, quã ſi ad ſatietatem vſque coniungantur.

Statuit præterea vt nemo pro voluntate vxorem duceret, nec niſi cùm in adultam ætatem peruentum iam eſſet nuptias celebraret: id enim plurimum ipſi fœcũditati ac robori conducturum arbitratus eſt.

Atque ſi quidem contingerit, vt ſenex aliquis iuniorem vxorem habebat, ſanxit, vt cuius viri corpore animoque ſenior ipſe magis caperetur, eo adducto ad vxorẽ ſuſciperet prolem. At ſi quis vxorẽ rurſus nolis ingenuæ aut prolis deſiderio tãgatur, in hãc quoque rẽ legem tulit, vt ſi quam quis fœcundam generoſamq; proſperxerit, ſuaſo eius viro ex ea ſuſciperet natos.

Pro ſeruis & pedagogis, quos priuatim pueris quiſque præficit, virum illis præeſſe voluit ex eorum numero, è quibus maximi magiſtratus conſtant, quos quoniã pueros moderentur, pedonomos appellauit.

His poteſtatẽ dedit, vt & pueros cõgregarent, & delinquẽtes pro merito cęderẽt.

Dedit etiam illis ex puberum numero, qui flagra ferrent, vt verberibus, cũ opus foret, pueros afficerent, quo factum eſt, vt & multa pueri verecundia tenerentur, & iuſſis facile parerent.

Ne quando autem abſente pædonomo pueri ſine magiſtro ſint, fecit vt is, qui ſemper adeſſet ex ciuibus, ius habere, qui quidquid factum optimũ videretur, pueris imperaret, ac ſi quid delinquerent, plecteret.

Ad hæc volens quaſi naturalem his pudorem conciliare, imperauit vt in vijs manus intra pallium haberent, ſilentio incederent, ac nuſquam circunſpicerẽt, ſed humi defixos oculos tenerent.

Præcepit etiam vt in conuiuijs honeſtis ad interrogata tantum pauciſſimis verbis reſponderent, an loquentibus alijs ſtudioſo auſcultarent.

Cum puberem ætatem ſuperaſſent, ad magiſtratus munia honeſtiores promoueri ſanciuit, atque huius ætatis homines veneratione vt ſtatuit.

Pro calceamentis autẽ pedum nuditatẽ inſtituit. Cenſebat enim huiuſmodi exercitatione longè facilius & locum ac cliuem aſcendere quempiã poſſe, & tutius decliuem deſcendere, ſaltare reſilire, & celerius diſcalceatum currere.

Inſtituit præterea vt à ſuperfluis veſtimentis abſtinerent, & vno amictu quotãnis aſſuefierẽt, ratus & aduerſus frigora & calores meli⁹ hoc vtrique pacto muniri.

Cibi autem tantum habendũ ſtatuit, vt & nũquam crapula grauaretur aliquis, & indigentiam ferre expertus ſciret.

Verùm ne rurſus fame premerẽtur, furari quædam ſinebat, vt fames leuaretur, vt ſic & ſtomachum latrantem conciliarẽt, ac ad inſidias, belli caſque artes redderentur inſtructiores.

At cùm efficere voluiſſet, vt ciues inuicem nihil efficientes mutuo bono aliquo fruerentur, ſtatuit pueris quenque ſuis alieniſque iuſta imperare.

Liberos homines vetuit quicquam attingere, quod circa rem pecuniariam verſaretur. Quæcunque autem libertatem ciuitatibus afferebãt, hæc ſola magni ab omnibus facienda putauit.

Dignum

Dignum eſt præterea & hac in re Lycurgũ Spartanorum legislatorẽ admiremur, qui apud Lacedemonios ſuis legib. & inſtitutis id effecerit, vt honeſtam mortẽ turpi anteponerent.

Perpulchrè & in hac re legibus ſanxiſſe uiſus eſt, qui ad ipſam vſque ſenectutem virtutem excolendam uoluerit.

Permiſit eos qui pubertatis annos trãſcẽdiſſent, nutrire comã, ratus hoc pacto & maiores illos, liberaliores grauioresque uideri.

DE ROMANORVM LEGIBVS DIVERSIS.

A condita urbe ad annum ferè trecẽteſimum, populum Romanũ ancipiti bello diſtractum, ſine legibus certis, ſuis tantum moribus vixiſſe neque externas leges conquiſiſſe, ſatis conſtat. Trecenteſimo demũ exacto anno poſt finitimos ſuperatos bello, quietis rebus, cũ reſpublica legibus formanda videretur, Decemuiros legũ ferendarum cauſa creatunt, qui Athenas profecti ad iura ſtatuẽda, vt peregrina inſtituta, ſcita moresque noſcerent, diuino conſilio leges Duodecim tabulis inęs inciſas, in foro propoſuere, excerptas a Solonis legib. quæ axib. ligneis continebantur. In his boni ęquique iuſſa, praui delitorũq; depulſio, tum iudiciorum ordo & bene uiuendi norma pęnaque ac premia conſtituta erãt, à quib. poſtea omnis diuini humanique iuris ſanctio manauit. Quæ quidẽ leges cum longo temporis ab uſu antiquatæ eſſent, & vetuſtate conſenuiſſent, nouis poſtea editis, q̃ eadem illa cõtinerẽt, licet mutatis verbis, eadem tamen ſcita & cõſtituta mãſcere. Lubet igitur pręcipuas leges è tribunis Roman. latas enumerare quarum hiſtoriarum ſtudioſis, in autorem lectione ſubinde mẽtiones ſub obſcuræ occurrunt: recitabimus autẽ ordine alphabetico, vt promptius lector legem quam quærit, inueniat.

Acilius igitur Glabrio de repetundis pecunijs legem tulit, quę Acilia uocata eſt.

Ælia & Fuſia lege cautum erat ne quis per eos dies quibus cũ populo agi liceret, non niſi de cęlo ſeruaſſet, quicquam ageret.

Æmilia lege nõ ſolũ cęnarũ ſumptus, ſed ciborũ genus & modus pręfinitus eſt.

Amaria lex annorũ modum præſcribebat, quibus magiſtratus capiendi poteſtas dabatur.

Annonia lege à Clodio Tribuno lata, frumẽtũ, quod antea ſenis ęris ac triremib. in ſingulos modios dabatur, gratis ſuppeditabatur.

Apuleia lege cauebatur ſi quis publicam maieſtatẽ minuiſſet, capitis reus eſſet.

Aquilius legem tulit de dolo malo, de fraude, de deceptione, de diſſimulatione.

Aterina lex conſtituit, vt quum mos priſcis fuiſſet irrogãdę mulctæ per magiſtratus ouis aut bouis nomine: ouis ęre deno, bos aũt ęre cẽteno definiri ĩtelligatẽ.

Aurelia lege cõmunicata sũt iudicia ſenatui, equitib. Romanis & tribunis ęrarij.

L. Calphurnius Tribunuſpl. primus legem tulit de repetundis pecunijs, Cẽſorino & Manilio conſulibus.

Caſſia lege ſtatutũ erat, vt populus per tabellam ſuffragia ferret. Et quem populus damnaſſet, cui ue imperium abrogaſſet, in ſenatu non eſſet.

Cinthia lege cauebatur antiquitus, ne quis ob cauſam orandam domũ pecuniam ue acceperet.

Clodia lege ſtatutum erat, ne quis per eos dies, quibus cũ populo agi licet, de cęlo ſeruaret, contra legem Fuſiam & Æliam.

Cornelia lex, quæ & teſtamentaria dicta eſt, lata eſt in eos, qui teſtamẽta aut tabulas alias falſas ſcripſiſſent, recitaſſent aut ſignaſſent. Seruos etiã ultimo effecit ſupplicio, liberos autem deportatione.

Falcidia lege cautum erat, ne plus lege Clodia.

Fannia lex ludis Romanis, itẽ Plebei & ſaturnalibus, in ſingulos dies cẽtenos ęris inſumi conceſſit, decemque alijs diebus, in ſingulis mẽſibus tricenos. Cæteris autem omnibus diebus denos.

C. Fannio

C.Fannio & M.Valerio Meſſala cōſulib. principes ciuitatis iuramēto adacti ſunt verbiſq. cōceptis obligati,non amplius in ſingulas cęnas ſumptus facere, quā centenos vicenoſque æris,præter olus ſar,& vinum:neque vino alienigena,ſed patrio vti. Neq; argenti in conuiuio plus pondo quam libras centum inferre.

Gabinius legem tulit,qua bellū Cn.Pompeio de perſequendis Piratis datum eſt, ad verſus L.Trebellij tribuniplebis interceſſionem.

Cornelia alia lege cauebatur,ne quis legatis externarū nationum pecuniā expenſam ferret.Item ne quis in ſenatu legib.ſolueretur,niſi ducenti ad fuiſſent.Ne quis cū ſolutus,eſſet,intercederet, cum ea de re ad populum ferret. Vt prætores item edictis ſuis ius dicerent.

Corn.Cinna Tribunuſpl.legē tulit de reuocādis exulibus.Vnde à C.Octauio collega pulſus,bellum vrbi intulit.

Cotta orator legem tulit,ut liceret Tribuniſp.alios accipere magiſtratus.

Flauia lex de plagiarijs lata eſt contra eos,qui dolo ſeruū aut pecus a domino,aut filium à patre ſubtraxiſſent.

Frumentaria lex a Sempronio Graccho lata eſt qua frumentum è publico diſtribu:retur populo Romano.

Fabius adiecit pęnā ijs,qui nō certo numero,ut antè fuerāt definiti, deducerant & ſectarentur candidatos in campum Martium,in quo comitia habebantur.

Hortenſia lex præcipiebat,ut eo iure quod plebs ſtatuiſſet,& patricij omnes Quirites tenerentur.

Iulia lex contra adulteros lata eſt, itē alia eiuſdē nominis de peculatu, in eos qui remp.uel ſacra furati sūt,vel furātibus auxiliati ſunt,vel furta ſcientes ſuſceperūt. Alia huius legis capita enumerāt à iure cōſultis, quos cōſulere cōueniet.

Iunia lex M.Iunio Siluio lata eſt cōſule,bello Cimbrico ſæuiēte,quod diu praue ſimul & infeliciter geſtum eſt propter diminuta militiæ ſtipendia.

Latoria lege cautū erat in eos, qui pupillorum bona diriperent, aut eorum bona malis artibus alienarent.

Lectoria lex,cū adoleſcentes in contractibus circumueniri ſolent,lata eſt à Q.Lectorio,qui lege pęnam deceptoribus adiecit.

Licinia(quam L.Craſſus diues tulit) erat,vt Calendis,Nonis & Nūdinis,cuique liceret triginta tantū aſſes in cibis cōſumere, reliquis autē diebus ne amplius apponeretur,quam carnis aridæ pondo tria,& ſallamentorum libra.

Licinius Stolo, genere Fabij Ambuſti legē tulit,ne quis plus quā quingenta agri iugera poſſideret. Quā quum poſtea infregiſſet comparatis mille iugeribus accuſatus eſt à M.Popilio Lenate.

Manilia lex illlos etiam ad magiſtratus gerēdos admittebat,quorū maiores in Romana Rep.magiſtratum non exercuiſſent.

Metellus Macedonicus in cēſura legem tulit, ut omnes uxorem ducere cogerēt.

Oppia lex de ſuperfluo mulierū ornatu lata eſt prohibēs ne immodico ueſtitu incederēt,ne ue pilētis,id eſt,thediis penſilibus vterētur,ne ue plus unica in auribus appenderent.

C.Orthus Tribunuſpl.legem tulit,qua numerum conuiuarū præſcribebat, iubebatque vt ianuis patentibus cænaretur.

Othonis lex prohibebat,ne quis,cū ordine equeſtri in ſpectaculis ſederet,niſi ſeſtertia quadraginta poſſideret:quod ſi cōtingeret,quiſquis eſſet ingenuus ſiue libertus,inter equites gradu 14.locum haberet.

Lega Papia cauebat vt pōtificis maximi arbitratu uirgines è populo viginti legerentur,ſortitioq; in concione ex eo numero fieret in cōtrahendis matrimonijs.

Apud Romanos Papyius regis lege in unum volumen cōtulit.Cl. Regillanus decenuit autor fuit cōſcribendarū duodecim tabularum.M.Mutius,L.Brutus,& P.Mālius ius ciuile fūdauerūt.Q.Mutius pōtifex maximus ius ciuile in 18.lib. redegit.

redegit. Seruius Sulp. 180. libros de iure ciuili reliquit.

Plotius Trib. ple. legem tulit, vt qui cum Lepido fuerant, redire in patriam poſſent impunè.

Pompeius Strabo veteribus incolis Trāſpadanis ius Latij dedit, & quod cæteras coloniæ Latinæ habebāt (id eſt petendi magiſtratus & ciuitatis Romæ ius adipiſcerentur) conceſſit.

Portia lege non licebat interfici ciuem Romanum verum virgis verberari. Hoc autē ſignificatur, quod ea re tolleretur dignitas ciuilis, & redigeretur in ſeruū, qui tandem faciebat ſeruum.

Roſcius Otho Tribu. pl. legem tulit, vt equitibus Romanis in theatro 14. gradus primi aſſeruarentur, atque eſſe quiſpiam, qui auderet præripere. Vnde lex ipſa vocatur Roſcia, ab Horatio.

Statinia lege maſculorum concubitores graui ſupplicio afficiebantur, quos vocabant arſenocœtas.

Sempronia lege ſtatutum erat, ut frumentum è publico pop. Rom. penuria rerum laboranti diſtribueretur.

Sumptuarias leges vocabant Romani, quæ ad cohibendum rerum omnium luxū, & prodigas menſas prohibebant, cuiuſmodi ſunt leges Orthia, Licinia, Fānia, Æmilia, & quædam alię.

Lex talionis iubebat reos eadem puniri pœna, quā alijs intulerant, ſi dedita feciſſent opera Ictus enim conſultus & fortuitus, non cadebant ſub eiuſdē talionis ſimilitudine.

Tutelari lege cauebatur, ne quis tutor per ſimulationem pupillum defraudaret.

Valeia lege, quæ a publicola lata erat, nulli magiſtratui licebat corpus Romani ciuis in dicta cauſa condemnare, licebatq. iam damnatis ad populum prouocare.

Varia lex lata eſt, vt quæreretur de ijs, quorum ope conſiliove ſocij cōtra populū Romanum arma ſumpſiſſent. Promulgata eſt autē hęc lex à Q. Vario trib. ple.

Voconia lege cautum erat, ne quis cēſus, hoc eſt pecunioſus, hęredem vnicam filiam relinqueret. Erat autem cenſus ille, qui centum millia ſeſtertium in poſſeſſionem detuliſſet.

Q. Volumnius Trib. pl. legem tulit, ne quis mulierem hæredem inſtitueret.

TRIBVNITII MAGISTRATVS IVRA, & poteſtates.

Tribuni ſoli magiſtratum purpurati non ſunt. Plut. in Problem.

Tribunorum ianua die noctuq. patet. Idem eodem.

Tribunis non licebat vnum diem ab vrbe abeſſe. Gel. li. 3. c. 2.

Tribuni ſenatum non intrant, ſed poſitis ſubſellijs ante ualuas curiæ, decreta patrum attentiſſima cura examinant. Val. tit. de inſt. antiquis.

Conſulem a tribuno in carcerem duci poſſe conſtat. Liu. li. 4. Deca. 1.

Tribuni in ius vocandi poteſtatem non hēnt, ſed prehendendi. Gel. lib. 13. ca. 12.

Tempus comitiorum declarare in poteſtate tribuni eſt. Blon. li. 3. Rom. triumph.

Si alicui cum tribuno lis interceſſiſſet, iudices erat collegæ. Gel. li. 13. c. 12.

Si quis tribuno nocuiſſet, eius caput Ioui ſacrum erat, familia ad ędem Cereris, liberi verò venundabantur. Blon. lib. 4. Rom. trium.

Tribuni nec lictores habent, nec in ſella curuli ſedent ius dicturi. Plut. in Probl.

Tribuni ſignandorum nummorum habent poteſtatem. Crin. li. 17. cap. 7.

Senatuſconſulta non prius valida ſunt, quam interueniente tribuni cōſenſu, quę ſubſcripta T litera a Tribuno viſa, & approbata oſtenduntur.

IVRA ET POTESTATES CENSORVM.

Cenſores creati ab anſerum ſacrorum cura incipiunt, alimenta locando, & imaginum ſplendorem reparando. Plut. in Probl.

Populi partes in trib. diſtribuūt & pecunias i ciuitatis ordines patiunt, Cic. 2. legū

Vitam hominum & morum diſciplina obſeruant Plut.in vitam Cat.in Cenſorij.
Cenſura maximæ omnium magiſtratuum reuerenriæ eſt,plurimæq.poteſtatis,cũ in alijs rebus,tum maximè ad morum emẽdationẽ Plut.in vita Pauli Aemylij.
De nuptijs,de liberorum procreatione,de viuendi ratione, & de conuiuijs diligẽter inquirit cenſura.Idem in vita Catonis Cenſorij.
Sacrificiorum precia curare,Cenſorum eſt. Idem eodem.
Deſcriptionibus genera & reipublicæ officia diſtinguere poſſunt.Idem eodem.
Cenſorum eſt,eos qui maiores honores geſſerunt,in ordinem referre ſenatorum. Valerius de inſt.
Vrbis templa,vias,aquas,ærarium,tuentur.Cic.2.leg.
Equitum, peditumve ſobolem cenſores diſtribuunt, & cœlibes eſſe prohibent. Idem eodem.
Altero ex cenſoribus mortuo,alterum ſe oportet magiſtratu abdicare.Blon.lib.3. Rom trium.
Completo quinquennio cenſoris luſtrabant, & Taurilia ſacrificia de ſue oue, & tauro faciebant.Pomp. Let.de magiſt.
Cum alij magiſtratuum Romanorum annui ſint cenſura quinquennium durat. Vide Crinit.li.4.cap.3. Cic.de legibus.

CENSORIA POENA IN QVOS, ET qualis ferebatur.

Qui agrum paſſus fuiſſet ſordeſere,cenſoria animaduerſione puniebatur.
Qui equum graciliorum aut parum nitidum haberet.
Qui ioco vſus fuiſſet intempeſtiuè.
Qui in cenſorum auditorio ſonorè nimis oſcitaſſet. Gel.li.4.cap.12.
Senator ſenatu obiicitur.
Eques publicum equum perdit.
Plebeius fit ærarius,& capite cenſus.Crin.lib.4.cap.3.
Huc ſpectat tabulas cærites fuiſſe. in quas referri cenſores iubebant, quos notæ cauſa ſuffragiis priuabant,vndè eruditè Flac. in epiſt.ad Numicum dignos cẽrite cæra dicit Romanos,quoniam luxu & voluptatibus turpiſſimis tenerẽtur. autor Gel.lib.16.c.17.& Crin. lib.7.cap.6.

IVDICIORVM, ET SVFFRAGIORVM NOTÆ.

CalculusAlbus in abſolutione,in damnatione Niger,dicente Ouidio,Mos erat antiquis niueis artisq; lapillis,His dãnare reos,illis abſoluere culpa.Oui.15.Met.
Fabæ.Sic Plut.de liberis educandis.
Litera K in damnatione nota fuit.lib.6.cap.6.
Litera A in abſolutione.Idem eodem.
Litera L & N in cauſæ ampliatione,quibus notabatur Non liquet. Idem eodem.
Litera T,Quum tribuni ſenatuſconſulta ſibi placere notabant. Val.de inſt.antiq.
Thita Damnationis nota(Perſio dicente)Et potis es nigrum vitio præfigere Thita.Perſ.Saty.4.
In comitijs circumferri tabella conſueuit,in qua, puncta ad poſita ſignificarent, cui candidatorum ſuffragarentur.Eraſm.in adagijs, Omne tulit punctum.
Tolim abſolutionis nota fuit.Aſconius Pæd.in ſuis commentarijs.
Pollex preſſus fauoris ſignum eſt.Polit.in Miſcellan. cap.17.
Pollex verſus,Denegantium. Idem eod.
Cæra miniatula,quę parum probantur in librorum correctione,notari ſolita ſunt. Cicero li.26.ad Atticum.
Creta notarunt veteres,quæ ſequenda forent,quæ viciſſim fugienda,carbone.Perſius Saty.5.
Pedibus nonnunquam ferri iudicia ſolita ſunt,quum a ſuo loco diſcedentes Senatores ad illorũ ſedes pedib.ibant,quorũ ſententiã volebant ſectari, vnde Peda

rij

rij fortaſſe dicti ſunt: quãquam non me fallit, aliter ſentire Gelium Blon.lib.4. Rom.trium.

Obelo, ideſt ſigno oblongo, in modum haſtæ, improbantur & notantur codicum errores Cicero.epiſt.162.

Signo vngui appoſito vbi quid non placet obſeruatur. Eraſ. in Ada Vngui notatur

Aegyptij iudices ſententiam ferunt impreſſo veritatis ſigno quod aurea cathena ex iudicum principis collo pendet. Diod.lib.2.

Cicero conſul (vt autor eſt Becichemus in præfatione facta in Plinium) docuit per ſigna qđã, & notas multarũ ſimul literarũ uim hñtes ſenatorum dicta colligere.

Britannicus, Perſij interpres, a Criniti opinione multum recedit. Dicit enim K in abſolutione ſcribi ſolere, quod interpretatur calon, ideſt bonum.

SVPPLICIORVM DIVERSA GENERA.

Draco apud Athenienſes. vnicuiq; & quãtulocunque furto extremum ſuppliciũ, id eſt mortem irrogauit.

Pauſanias Anchoram ferream eorũ ceruicibus ad alligabat, quos crudelius uelle caſtigare, eaq; affectos ignominia uniuerſo populo videndos exponebat.

Aporaphanidoſis ſupplicium erat, quo Raphani in pudẽdas reorum partes impingebantur.

Archiuus ſeu Archiuum, locus eſt, ad quem damnati ducebantur, in quo qui legũ placita riſui habuiſſet dieb. viginti vinctus Cyphone perſeuerabat nudus, melle & lacte delibutus, quo moleſtæ eſſent illi apes & muſcæ.

Ad beſtias damnari etiam ſupplicium erat apud antiquos, quo rei cũ beſtijs. feriſque agreſtibus & ieiunis depugnabant. Propterea apud Gelliũ legimus, Androdam a domino datum ab beſtias. Beſtiarij erãt qui beſtijs obijciebantur, aut in eas decertabant. Tertul. Iupiter eſt. Romæ, quem ludis ſuis proluunt ſanguine beſtiariorum.

Colaſis genus erat pœnæ, quę adhibebatur cauſa caſtigandi, aut emendandi.

Colus maſculi generis tormentum erat carnificinæ ſeueritatis, quo rei flagellabantur ipſum erat Goriaceum, autore Feſto.

Crurifragium ſupplicium erat, quo crura maleficis mutilabãtur, & infringebãtur Apul.li.9. Tunc vxor egregia diras eum deuotione deprecata, & crurifragium eius abominata exangui formidine trepidantem adulterum abſcõdit. Eodẽ modo Plautus Lumbifragiam vocat Lumborum fracturam in Amphit. dicens. Nã ſi me irritaſſes, hodie Lumbifragium hinc auferes à me.

Culeus ſaccus erat, in quo Simia, ſerpens, canis & gallus gallinaceus cũ parricida includebantur, ac demum præcipitabantur in aquas Iuu.Sat.8. de Nerone: Cuius ſupplicio nõ debuit una parari Simia non ſerpens vnus non culeus vnus. Valer. ſcribit, M. Tullium duumuirum culeo inſutum in mare obiici iuſſum eſſe a Tarquinio rege, ob librum ſecreta ſacrorum continentem, quem exſcribendũ dederat.

Cyphon ligneum erat uinculum aut ferreum, quo maleficorum colla inuoluebantur Cynophiſmus ipſum eſt ſupplicium. Hoc ad huc noſtra ætate viſitur.

Exilium ſeu mutatio patriæ, numeratur inter pœnas reorũ. Exules aliter dicũtur Relegati & Deportati Differũt tamẽ. Relegatis enim licebat uti bonis proprijs in exilio. Deportati uero nihil poſſidebant ex ſuis bonis.

Fuſtuarium dicitur caſtigatio fuſtium, virgarumque ſuppliciũ. T. Liuius: Fuſtuariũ meretur, qui ſigna relinquit, aut præſidio decedit. Antiquitus in militari diſciplina duo ferunt ſuppliciorum genera, Fuſtuarium, & Decimatio. Eũ qui virgis cædit, Plautus virgatorem vocat. Liberum erat, cędi fuſtibus: virgis, feruile. Erat & Crates ſupplicium apud priores, quoquis deiectus in aquã, Crate ſuper nẽ iniecta, ſaxis congeſtis obruebatur.

Gemonię Scalę ſeu Gemonij gradus locus erat eminens qui gradib. quibuſdã cõ

S 2 ſcende-

ſcendebâtur. Eo trahebantur damnatorum corpora, Legimus enim M. Claudio (quod fœdam cũ Corſis pacem feciſſet) ademptam libertatem, mox & ſpiritũ extinctum. Corpus demum contumelia carceris & deteſtanda gemoniarum ſca
larum nota fœdatum. Dicuntur autem Gemonię a loco gemitus & calamitatũ
Suetonius in Cæſare Tiberio: Imputauit etiam, quòd non laqueo ſtrangulatũ abiecerit in gemonias.

Gyaros eſt inſula in mari Ægeo, quò mittebãtur noxij. Iuuenalis Satyr. I. Aude aliqui breuibus Gyaris & carcere dignum, Si uis eſſe aliquid.

Ecrion erat inſtrumentum, quo martyres cruciabantur.

Ad metalla damnari ſupplicium fuit apud antiquos, quo uincti ſontes in opus metalli trahebantur, ſeu in metallicas mittebãtur, fodinas. In Calcariam quoq; & Sulphurariam damnabãtur aliqui. Nam Iuriſconſulti inter pęnas metalli nominant Sulphurariam & Calcariã: hoc eſt, fodians calcis & ſulphuris. Item Lathomiam, vbi cęduntur lapides Plaut. Tyndarus in Lathomias Lapidarias ab Egione dãnatur fuit & Lathomiæ locus carceris Romę, & Syracuſis carcer. De Metallorũ pęna Tranquillus in Caligula: Multos honeſti ordinis deformatos prius ſtigmatũ notis ad metalla & munitiones viarum, aut ad beſtias condemnauit, aut beſtiarum more quadrupedes cauea coercuit, aut medios ferro diſſecuit. Plin. in Epiſt. Erat fuſtibus caſus, damnatus ad metallũ, ſtrãgulatus in carcere.

Neruus ferreum erat vinculum, quo impediebantur pedes. Eo etiã ligabãtur ceruices. Hinc Cato apud Gellium feſtiue dicit, priuatos fures in neruo & compedibus uitam agere, publicos in auro & purpura niſi.

Paratilmos ſupplicium erat, quo pauperes in adulterio deprehẽſi puniebãtur. Ditiores enim ſe pecunia redimebant, vt conſtant ex verbis Ciceronis, qui ſcripſit Saluſtiũ vęnale expoſuiſſe domum paternam ut ſe adulterij crimine purgaret.

Rota tormẽtũ eſt, Germanis peculiare. Ariſtophanes apud Cœlium: Rota torquere te illic neceſſe eſt, vt exculpatur, quod perperam feciſti. Erat autem ſeruile ſupplicium. Rotæ inſerebantur noxij, & membratim radijs rotarum conuulſi lenta morte perimebant.

Stigma dicitur nota, quę inuritur fronti reorum in perpetuum probri monumentũ. Mart. Frons hæc ſtigmate non me notando eſt: Iuuen. Sat. 10. Mirius id ſanè, quod non & ſtygmate dignũ Credidit. Quintianus in Cleopoli: Nota nulla doloſi Criminis, hâc preſſo ſignabat ſtigmate frontẽ. Suetonius de Auguſto: Valerium Catullũ (a quo ſibi verſiculis de Mamurra perpetua ſtigmata impoſita nõ diſſimulauerat) ſatisfacientem eadem die adhibuit cęnę. Vbi ſtigma metaphoricè poſuit pro infamia & ſugillatione. A Stigma fit ſtigmaticus i. publica nota & ſ infamia Cicero: O miſerũ, qui fideliorem & barbarũ & ſtigmaticũ putaret, quàm coniugem. Plin. ſcribit columbino ſimo deleri ſtigmata.

Suſpẽdium eſt ſuplicij genus, quo ducti ad furcas malefici faucibus laqueo cõſtrictis infelicem reddunt ſpiritum. Qua mors maxime erat probroſa. Nam in pontificalibus libris cautum fuerat, vt tales inſepulti abijcerentur. Vnde & Ver. de amata Lauiniæ matre ſic ait, Et nondũ informis lethi trabe nectit ab alta. Plerique mortem hac præpoſteram vocant. Ea hodie apud nos puniuntur latrones & homicidæ.

Vnus &c nomen eſt tormenti, nam infames multiq; flagitijs adobruti, poſt mortẽ vnco trahebãtur in ſentinas, & ſordium receptacula. Mortuo Commodo Imp. ſenatus hunc in modum acclamauit, Qui ſenatum occidit, vnco trahatur. Qui templa ſpoliauit, vnco trahatur. Hoc & alia inſtrumenta Carnificinæ quum oſtentaret Carnifex ferunt Neronem ad voluntariam mortem coactum Sueton. de Vitellio ſcribens, ait: Tãdem apud Gemonias minutiſſimis ictibus excarnificatus & confectus eſt, & inde vnco tractus in Tyberim.

Cyprianus apud Cælium prodit, Vngulam fuiſſe tormenti genus, aitque Aſcias,

& Runcinas inter ſæuitiæ tormenta reperiri.

IN EXILIVM MISSI.

Clineſtenes Athenienſis (qui primus legem tulerat de exilio) primus exulauit.

Conon dux Athenienſis impatiens cladis, quã a Lyſandro Lacedęmnio in cõflictu nauali acceperat, ſpontaneũ delegit exilium. Fugitque ad Artaxerxẽ regẽ Perſarum in Cyprum, cuius auxilia libertati patriã aſſeruit, cuius prius ſeruitutem attulerat.

Demarathus Lacedæmonius quum apud Athenienſes exularet, non potuit tamẽ furtim non monere patriam belli apparatus, qui Athenis fiebat.

Dion Siracuſanus quũ plerunque monuiſſet Dionyſium (apud quem in ſumma dignatione & familiaritate viuebat) vt patriæ libertatẽ reſtitueret, factus eius ſuſpectus, & in exiliũ pulſus eſt. Vbi tamẽ ad liberandas Syracuſas animũ ſem per adiecit. Nam facto Apollini ſacrificio, habitaq; ad milites concione, contra tyrannũ copias, mouit, quẽ facta deditione coegit exilium capere, quod prius alijs dabat. Hinc adagium natũ: Dionyſius Corinthi. De his, qui à proſpera fortuna ad humilem redacti ſunt.

Demoſthenem Athenienſes in exilium miſerũt, quòd pecunia fuiſſet, corruptus ab Harpalo, qui fugerat ab Alexandro, & Athenas ſe receperat.

Egeſiſtratus Epheſius ob tribulis ſui necem exulauit.

Ariſtides Athenienſis poſt multa in Remp. beneficia, tãdem ſua virtute incidit in odium malorum quorũ inuidia pulſus in exilium: vbi tamẽ deos præcatus eſt, vt omnia Athenienſibus pro uoto & animi ſententia bene ſucederent.

Hypiax dux Athenienſis pulſus in exilium, Darium in patriã cõmouit. Iuſtinus libro 2.

Xenophanes an. 65. exulauit a patria.

Prothagoras Abderites, Menadri filius, & auditor Democriti, accuſatus ab Athenienſibus, quòd Perſarum magiam & religionem didiciſſet, ſponte exulauit.

Philiſtũ Syracuſanum (qui res Siculas libris duodecim complexus eſt) Dionyſius ſenior in exilium pepulit, vbi tamen bonam hiſtoriæ partem abſoluit.

Traſybulus dux Athenienſis relegatus eſt à triginta tyrannis, Athenas per vim occupantibus: quos demum collecta aliorum exulum manu, iuuãte Lyſandro Lacedæmoniorum duce, expulit, patriæque libertatem peperit.

Thucydides Athenienſis miſſus Amphipolim (quã rex Philippus per uim occupauerat) quum in proditionis ſuſpicionem ueniſſet, & actus eſt in exiliũ: quã tamen fortunam conſtantiſſime tulit.

Sponte Pythagoras Samon liquit, Athenas Solon, Lycurgus Lacędemona, Romã Scipio.

Interrogatus Socrates cuias eſſet, reſpondit ſe ciuem mundi.

Tarquinius Superbus, qui occiſo Seruio Tullo regnum ſceleſte occupauit, miſſus eſt in exilium cum Tarquinio Collatino filio ſuo, propter ſtupratum ab ipſo filio Lucretiam.

Tullia Seruij Tulli filia, acta eſt in exilium, quòd ſuper faciẽ parentis mortui, currum traxiſſet.

M. Marcellus Pompeianarum partium, vbi uidit Cæſarem victorem, Athenas, profugit in exilium. Vnde proconſul Africæ, Domitiani tempore dãnatus repetũdarum, quòd Africam diceretur expilaſſe, actus eſt in exilium.

Liuius Salinator, quum de Illirijs triumphaſſet, inuidiam ſibi gloria cõparauit. Iudicatus enim reus peculatus, in volũtariam exilium profectus eſt, poſtea tamẽ reuocatus Annibale Italiam opprimente.

M. Æmilius Lepidus, quũ vellet exules in urbẽ reuocare, ipſe vrbe detruſus eſt. Reuerſus demum ad obſidionẽ vrbis, a Catulo conſule & Põpeio pulſus, & hoſtis patrię iudicatur, exulauit in Sardinia, vbi dolore animi perijs.

L. Apuleius Saturninus tribunuſ pl. cum propter Agrariā legem (quā per uim tulerat) aliasq. item factiones videret ſe odioſum pleriſque ſummatibus Rhodū profectus eſt in voluntariam exilium Liuius lib. 69

P. Rutilius conſ. Cn. Manilij collega, relegatus eſt a Syllanis Deinde quū reuocaretur Malo, inquit, vt patria exilio meo erubeſcat, quam reditu mæreat.

L. Opinius poſt Ful. Flaccum virum conſularem & C. Gracchū tribunitiū oppreſſus iudicio circumuentus, & in exilium actus eſt.

M. Pompilium Romani in exilium egerunt, quod miſſus contra Numātinos, rem ſua culpa male geſſiſſet.

Decius Magius quum Annibali Capuā intranti ſolus aſſurgere nollet, ab eodem relegatus eſt quum autē in exilium traheretur, aperto capite vociferans. Habetis inquit libertatem Campani quam petijſtis: Semper enim patriæ deditionē diſſuaſerat. Liuius lib. 23.

P. Nigidius Figulus, quē Lucanus Aſtrologiæ, peritū fuiſſe ſcribit, mortuus eſt in exilio teſte Euſebio.

Metellus Numidicus (qui de Iugurtha triūphauit) relegatus eſt, ꝙ in legē Apuleiam per uim latam iurare voluiſſet.

T. Ann. Milo Maſſiliæ, exulauit, ꝙ cliēs fuiſſet Ciceronis, in cā cædis, Clodianę

Cicero ob Clodij inimicitiam actus eſt in ex[illegible]ū. Quod ægre adeò tulerūt Romani, vt viginti hominū milia veſtem mutauerint. Tand[illegible]m tamen redijt magno omnium plauſu, & vniuerſa prope Italia illum ſuis humeris reuehente.

Montanum Vatienum oratorem, patria Narbonenſem, Tiberius relegauit a[illegible] Baleares.

In exilio ſupra ſeptē annos uerſatus eſt Ouidius, vbi tamē barbaras gētes adeò ſibi demeruit, vt i eius obitu Getharæ ac Tomi[illegible] lacrymas cohibere nequierit.

Boetius imperāte Zenone, exilio damnatus eſt à Theodorico rege, ob affectata libertatis ſuſpicionem.

Hoſtaſius Rauennæ dominus à ſuis ciuib relegatus eſt, ꝙ in ocio & ignauia [illegible]peſceret, publicæque adminiſtrationi ineptus videretur

Berengarius Imperator, & Albertus eius filius, ab Othone victi, & in exiliū [illegible] ſunt Benedictus Pontifex Maximus ab Othone Imperatore relegatus, eſt [illegible]cto Leone Octauo.

Lucifer præſul Caralitanus à Liberio Pont. ad Imperatorē Conſtantiu[illegible]us miſſus, relegatus eſt Palęſtinam.

Euſebius Vercelenſis præſul ob rel[illegible]gionem & doctrinā à Conſtantino pri[illegible] miſſus eſt Capadociam in exilium.

Hylarius præſul Pictauienſis, [illegible] ſcripſit in Arrianos, relegatus eſt in Phry[illegible].

Ioannes Gethus præſul G[illegible]ūde[illegible]s, quum ſub Phoca principe Arrianam ſ[illegible]ctam oppreſſiſſet, ab hæretici relegatus eſt.

Meletius præſul, Arrianæ hæreſis, ſectator, ſub Diocletian[illegible] pulſus eſt in exilium quòd præter opinionem fidem noſtram defendiſſet quū tamen Arriana v[illegible]et tutari.

Euſtathius Pamphilus, præſul Antiochenus, ſub Conſtantino principe in exilium pulſus eſt [illegible] Thraciæ ciuitatē, quod Arri[illegible] pl[illegible]cita refel[illegible] Oribaſius Sardia[illegible]us mortuo Iulia[illegible] principe, qui cū illo ſumma familiaritate vixerat inuidia ſuccedentium prin[illegible] ipsum & bonis ſp[illegible]atus eſt, & in ex[illegible] truſus: vbi tamen in omni calamitate conſtanti mani[illegible] philoſophum verum exhibuit.

Paulus Diaconus Aquileienſis a Carolo Ma[illegible]gatus eſt ad Diomedis inſulā quòd Deſiderio Longobardorum regi, ei[illegible] Caroli ini[illegible] fauerer.

IN CARCERIBVS MORTVI.

Syphax rex Numydarum, quum à Romanis ad Carthagi[illegible] defeciſſet, victus à

Scipio-

Scipione, & in triumphum ductus, Tiburi in cuſtodia mortuus eſt.
Ariſtonicus ob Aquilo conſule in triumphum ductus, & in carcere ſuffocatus eſt.
Iogurtha Manaſtabalis filius nothus, Micipſæ regis Numidarũ nepos, propter Adherbalem & Hyempſalem fratres, regni conſortes occiſus, a Mario bello petitus, victus, & in triumphum ductus, poſtremo in carcerem coniectus eſt, vbi expirauit. Plut. in Mario.
Henricus tertius imperator, ab Henrico filio captus, & Leodij cuſtoditus, pædore carceris miſeram exhalauit animam. Bapt. Egnat.
Aldegiſius Deſiderij Longobardorum regis filius, a Carolo Magno victus, & in carcerem coniectus eſt, vbi & clauſit vitam.
Celeſtinus V. quum ſummo pontificatu ſe abdicaſſet, a Bonifacio octauo (cui rei ſummam commiſerat) ſucceſſore, in carcerem detruſus, & ibidẽ extinctus eſt.
Ioannes primus Pontifex, a Iuſtino in carcerem coniectus, ibidem pædore emarcuit, & extinctus eſt.
Ioannes XIIII. a Romanis inedia & pædore in carcere interfectus eſt.
Agatha virgo Catanenſis, ſub Quintiano conſule in carcere extincta eſt
Romanus martyr ſub Aſclepiade præfecto in carcere prefocatus eſt.

IVGVLATI, ET STRANGVLATI.

Dinarchus Corinthius iuſſu Polyperconτis iugulatus. Plut. autor.
Darius Caudemum Athenienſem (quem de apparatu exercitus percontatus fuerat) recta mouentem iugulari fecit. Curtius lib. 3. de geſtis Alexandri.
Antiſtius, autore Plu. in ſenatu iugulatus eſt, quòd ob Pompeium Syllanam ſequi factionem videretur.
Sergius Galba, quum Piſonem in conflatæ inuidiæ remedium adoptaſſet, in medio foro ab Othone iugulatus eſt.
P. Cor. Lentulus Prætor vrbis comprehenſus in cõiuratione Catilinæ, iuſſu Ciceronis iugulatus eſt in carcere. Salluſt.
Cethegus, Statilius, Gabinius & Lẽtulus Catilinarij, in carcere iuſſu Senatus ſtrãgulati ſunt. Salluſt.
Commodus poſt tertiumdecimũ Imperij annũ ſtrangulatus eſt, Læto autore & Martia cõcubina. Sextus Aurel. ait, Martiã prius tentaſſe, vt eũ veneno pderet.
Apries ab Amaſi ſuperatus, datus eſt Ægiptijs iugulandus. autor Herod.
Gandulphus martyr, ſuaſu vxoris adulteræ (cum qua diuortiũ fecerat) noctu ab adulterio iugulatus eſt.
Lucilla Nemeſij tribuni filia, Romæ ĩ via Appia ſub perſecutione Valeriani iugulata eſt.
Albanus martyr à latronibus hoc morti genere ſuffocatus eſt.
Galſonda. Atanaglidi. Gothorum regis filia, à Chilperico marito noctu iugulata eſt, ſuaſu Frecundæ pellicis. Volat.
Amalaſuntha Gothorũ regina, Atalarici mater, a Theodato (quem mortuo filio regi ſocium aſciuerat) in balneo iugulata eſt Paulus Diac.
Gerontius. Comes à militibus ſuis iugulatus eſt, quòd Conſtantem Conſtãtini filium feciſſet primi. Idem autor.

DECOLLATI.

Alebas rex Lariſſe vrbis Theſſaliæ, à ſuis ſatellitibus ob crudelitatem obtrũcatus eſt. Ouidius in Ibin: Quoſq. putas fidos, vt Lariſſæus Alebas, Vulnere nõ fidos experire tuo.
Cãtharus fuit quiſpiã Athenienſis caupo, quẽ Athenienſes ipſi ob malefica, & impoſturas ſupplicio capitis affecerunt. autor Zenodotus apud Eraſmum. Vale.
Timagoras Athenienſis capitali ſupplicio affectus eſt, quòd Darium (quem legatus miſſus fuerat) more Perſarum adoraſſet. Plut.
Sp. Caſſius affectatæ dominationis ſuſpectus, ſupplicio capitali affectus eſt domo

eius diruta. Valerius de Seueritate Liuius lib. 2.

Sp. Melius ordinis equeſtris, largitione frumenti ex Ethruria aduecti in plebem facta, ad regnum aſpirare creditus eſt, ac propterea à Seruilio Hala obtruncatus. Liuius lib. 4.

Didius Iulianus imperator à Septimio Seuero ſucceſſore ſuo in abditas palatij balneas ductus, exrecta damnatorũ mõ ceruice, decollatus eſt. autor Sex. Aurel.

Opilius Macrinus ab Heliogabalo victus, quinquagenario maior obtruncatus eſt.

Patricius Senenſis in factione vrbis Romæ ſecuri percuſſus eſt. Plerique martyrũ hoc ſupplicio vitam finiuerunt, vt Anſanus, Agathon, &c.

Theodora virgo Antiochena, ſub Diocletiano hac extincta eſt morte.

Iulia comes Fulaliæ, ſub præſide Diacono capite truncata eſt Volat.

Margarita virgo Antiochena, ſub Olybrio eadem morte affecta eſt. Volat.

Victor. Præſul Carteiæ vrbis Hiſpaniæ ſub Maximiano nõ procul Mediolano hoc ſupplicio vitam finiuit. Sabell.

Philippus Maria dux Mediolanenſis Italianum Foroliuieſem, vnũ ex ſuis ducib. ſecuri percuſſit, quòd cum Florentinis (in quos bellum gerebat) diceretur clàm conſentire. Volater.

PRÆCIPITATI.

Troia diruta, Troianisq; profligatis ne quid ſupereſſet reliquiarum, quod in poſterum vrbis & populi ruinam vlciſceretur, Vlyſſes Aſtianaſtem Hectoris filiũ in præceps dedit, mira quidẽ immanitate. Ouidius li. 13. Metamorph. & in Ibin. Et Seneca in Troade.

Lycas ab Hercule præcipitatus eſt, quòd ei tunicam cruore Neſſi tinctã, & veneno imbutam attuliſſet Sabell. in Ibin.

Lycurgus Trachum rex (teſte Lactantio) à ſuis in mare præcipitatus eſt, quòd primus mero aquam miſcuiſſet.

Aeſopus fabulator Phrygius, quum veniſſet Delphos, ibidẽ furti ab æmulis falsò accuſatus, (phialam enim argenteã inter eius ſarcinulas clam poſuerãt) de rupe inſons præcipitatus eſt. Plutarch. de ſera numinis vindicta.

Nauplius palamedis pater, quum intellexit Diomedẽ & Vlyſſem naufragio liberatos (quibus tamen hoc malum per inſidias machinabatur) ſeipſum præcipitauit. Seneca Igne fallaci moriturus Argis Nauplios pręceps cadit in profũdum.

Theſſalus (à quo Theſſalia nomẽ ſumpſit) Hæmonis filius, ab Euryalo quodam aduena ex Oſſa mõte pręcipitatus eſt. Ouidius in Ibin: Vtq. dedit ſaltus e ſummo Theſſalus Oſſa, &c.

Sabinis Romam obſidentibus, quum Tarpeia virgo Capitolium prodidiſſet ob armillarum & anulorum (quos illi gerebant) pactionem; vbi in arcẽ introducti ſunt, obſequi immemores puellam pręcipitauerunt. Plut. & Liuius teſtes.

M. Manlius (qui Gallos in obſidione Capitolij obrepentes per ardua depulerat) cõuictus de regno occupando cõſilium miſſe, damnatus, è ſaxo Tarpeio pręceps datus eſt. autor apud Gell. M. Varro. Cor. Nepos ſcriptum reliquit, eum verberãdo fuiſſe necatum.

CRVCE ET SVSPENDIO MORTVI.

Omnium qui cruce perierũt, nemo maiori ludibrio affectus eſt, nemo pluribus tormentis afflictus, nemo frequẽtioribus plagis mutilatus, quàm intemeratæ virginis innocens filius. Nulli meo peccati ſcintilla reperta eſt, nihil deliquit vnquam mundus ex munda matre natus eſt. Munde vixit, iuſtitiam & æquitatem verbo ſemper & opere docuit. Neque tamẽ puduit verpos illos & recutitos canes liuore & inuidia tabeſcentes, cauſam machinari, qua eum morti traderent. Quam licet nullam reperiſſent, agnum tamen primùm flagellis vbique membrorum mutilauerunt, frontem corona ſpinæ perforauerunt, faciem immundis deformauerunt ſpinis, colaphis immanibus totũ caput cõtuderunt, latronis more

vinxerunt,

vinxerunt,vinctum ad maiorem ignominiam traxerunt cõpitatim,& ad extremum inter latrones veluti latronem ſuſpenderunt.Quod quum ad mortem nõ putarent ſufficere,manus & pedes clauis,latus lancea confoderunt.

Illum ego de Libyca natum iurabo leæna,
Arcadiasq; inter delituiſſe lupas.
Cui tua crux lacrymas non mouerit ô bone Chriſte.
Ille erit & ferro durior & chalybe.

Diſmas Ægyptius natione,vnus fuit eorum latronum,qui cum Chriſto patibulati ſunt.Huic autẽ Dominus in cruce pepercit,& ſtatim poſt mortem ſua clemẽtia ad cœlum euocauit.

Beatus Andræas & Petrus pro Chriſti nomine arboribus ſuffixi ſũt: hic ſub Nerone,ille ſub Ægea proconſule: hic capite deorſum demiſſo,ille ſurſum verſum erẽcto.De vtroq; Ioan.Fran.Mirandula ſic ſcribit in hymnis:Extenditq; alacer, figendaq.brachia lætus Porrigit Andræas,verſaq.ſub arbore pendet.Et caput ĩ terrã ſimili ſub ſtipite Petrus Præbuit,atque Iubens protendit in aere plantas.

Polycrates tyrãnus Samiorum,& pater Siloſontis,quum tota vita feliciſſimis fuiſſet,ad extremum ab Orœte Perſa comprehenſus,& in ſurcam erectus, docuit cũ Soloni nihil,omni ex parte beatum.autor Herod.in Thalia,& Strab.li.14.Mãtuanus de Fortuna Gonzagæ:Inuenies vnum toto qui vixerit æuo,&c.

Sataſpes Perſa & Theaſpis filius à Xerxe rege cruci affixus eſt,ꝙ Zopyri filijs Megabyſi filiã virginẽ vitiaſſet, quodq; etiã totam Aſricam nõ peragraſſet, quod ſe feciſſe ad diluendum ſtuprum dixerat.autor Herodotus.

Idem Xerxes Leonidem Spartanorum regem ac principem,Bellica virtute clarũ, iuſſit abſciſſo capite in crucem tolli.autor Herod.

Achæus rex Lydiæ quum noua tributa à populo vellet extorquere,in factione populari ſuſpenſus eſt,pedibus ſurſum verſũ erectis,& capite in aquas Pactoli demiſſo,Ouidius in Ibin:More vel intereas capti ſuſpẽſus Achæi;Qui miſer auriſera teſte pependit aqua.

Dario in Græcos bellante,Hiſtiæus Mileſius,ab Hapago Darij tribuno captus, & cruci affixus eſt.autor Herod.

Artayctes vir Perſa Sexti præfectus,ab Athenienſibus Xantippo Anthiphronis filio duce captus,ſtipiti ſuffixus eſt.autor idem Herod.

Arachne Lydia puella,lanificij periti ſſima, ægre ferens opus ſuum à Pallade(qua cũ certamẽ ſuſceperat)confractũ,laqueo iugulum præfocauit.Ouid.li.6. Meta. Non tulit infelix,laqueoq; animoſa ligauit Guttur:appendentem Pallas miſerata leuauit.Atq; ita,vince quidem,pende tamen improba,dixit.

Marſya ubicẽ ab Apolline victus,pependit laqueo Quod innuit Plin.li.16.c.45. Ibi,inquit,platanus oſtenditur,ex qua pependit Marſya victus ab Apolline.

Daphitas Grammaticus quum reges conuicijs aſpergeret, & probris notaret, comprehenſus in Thorace monte itidem erectus eſt in crucem.Vnde eſt adagium: Cauere Thoracem.Strabo li.14.Eraſ.in Chiliad.

Helena poſt mortem Menelai,a Megapẽtho & Nicoſtrato filijs Oreſtis fugata, in Rhodũ ad polyzo vxorem Theopolemi peruenit. Cui quũ ſuſpecta eſſet ob uiri zelotypiam,eiuſdẽ mãdato arbori ſuſpenſa eſt.autor Pauſanias apud Volat.

Alexãder Macedo mortuo Epheſtione(quẽ vnicẽ diligebat)medicum eius Glaucum cruci ſuffixit.autor Plut.in Alexan.

Amata Latiniæ mater ægreferens filiam Aeneæ copulatam, quam cõtra votũ patris Turno nuptam dari volebat,ſeipſam ſuſpendit,& vitã laqueo finiuit. Amabat enim Turnum adeò,vt cum exiſtimaret eum mortuũ, ad mortem ipſa accurrerit. Verg.12.Infelix,&c.

Bomilchar Amilcaris filius,Pœnorum dux,ueniens in ſuſpicionem Carthaginenſiũ cũ Agathocle conſpiraſſe,in medio foro patibulatus eſt. Ferũt aũt, eũ cruci

tam

iam affixum magnis clamoribus,multiſque cõuicijs,ſubditorum ingratitudine obiurgaſſe,& inter clamores ſpiritum emiſiſſe. Iuſtinus libro ſecundo.

Hanno Cartaginenſis(qui Philippi regis Macedonum floruit ętate)quũ ob potentiam tyrannũ vellet induere,captus à ciuibus,virgis primùm cæſus eſt,deinde effoſſis oculis fractiſque cruribus & manibus cruci affixus.autor Trogus.

Val.Beſtius à L.Imbrico affixus eſt cruci,quòd Ruſcium ipſius imbrici filiũ,ſuæ fidei commiſſum interfeciſſet,vt eius auro potiretur Ariſtot.apud Plut.

Capronia virgo Veſtalis ſtupri cõperta,ſuſpendio affecta eſt.Oportebat enim eas in virginitate perſiſtere,quæ miniſterio Veſtæ allegabantur.

Symæon filius Cleophæ,poſt Iacobum fratrẽ Domini Hieroſolymarũ epiſcopus, ſub Traiano imperatore crucis patibulo ſpiritum emiſit.

Zoe Nicoſtrati martyris vxor in furcam erecta,ibidem cum morte vitam mutauit: partim cruci tormento, partim fumo(quem carnifices ad arboris radicẽ poſuerant)ſuffocata.

Petrus Aulanus tẽpore Diocletiani & Maximiani imperatorum, ſupplicio crucis vitam finiuit,ſub Seuero præſide.

Alexander & Epipodius martyres paſſi ſunt apud Lugdunũ,ſub Antonino Vero, & pro Chriſti nomine patibulo crucis affixi.

Claudins quoque,Aſterius & Menon,dum Chriſtianam profiterẽtur religionẽ,& gentilem inſectarẽtur hæreſim,poſt multa ſuppliciorum genera iandem in crucem erecti ſunt,eaque morte ſpiritum Domino reddiderunt.

S.Agricola Vitalis magiſter,itidem pro fide orthodoxa ſuffixus eſt patibulo, tẽporibus Diocletiani & Maximiani imperatorem.

Iulia virgo Carthaginenſis,dum idola & ſimulachra deorũ contemneret,Chriſtianamque profiteretur religionem,eodem mortis genere animum efflauit.

Nemeſius martyr ſententia Aemiliani iudicis apud Aegyptum inter latrones patibulatus eſt.

Neſtor epiſcopus eandẽ ſubijt mortẽ ſub Decio Imperatore,& Pollione præſide.

Ludouicus Hutinus Philippi Pulchri filius,rex Gallorum,Euguerranum quendã inter Gallos autoritate & opibus pollentem crucifigi fecit.

Plerique alij vitam ſuſpendio & furca clauſerunt,vt lycambes,Biblis,Phylis,Monyma Mithridatis vxor,Calluce,Anaxarete,Anctolia,Bubalus,Silanus,T.Mâlij filius,Iudas,Erigone.De quibus quoniã iam ſuimus locuti,nihil hic repetemus.

Simon puer Tridentinus,ſedente Sixto 4.Pontifice,die Veneris(quo Chriſtus pro nobis in cruce immolatus eſt)in Iudæis clam cõprehenſus,omnibusque tormẽtis prius affectus demum cruci affixus eſt.

Dorothæus & Gorgonius martyres pro Chriſtiana pietate vitam ſuſpendio finiuerũt,ſub Diocletiano imperatore:mortuorumq; corpora famelicis canibus obiecta ſunt,quæ illæſa remanſerunt.

Narſes rex Italiæ Sindualdum Brentorum regem prius victum,donatũque venia, quum iterum rebellaſſet,captum in trabe ſuſpendit.autor Paul.Diac.li.2.de geſtis Longobardorum.

Arnulphus 7.Gallorum imperator,Bergamo capta:Ambroſium eius loci principẽ ſuſpendio enecauit.Sabell.

Hadingus rex Danorum regreſſus è bello Suetico, vbi ærariũ pecunia ſpolijsque bellicis furto violatum comperit,cuſtodem eius Glumerũ ſuſpendio affecit.autor Saxo,Grammaticus.

COMBVSTI.

Medæa ęgreferens ſe ab Iaſone relictam,ſibique Creũſam ſeu Glaucã Creõtis filiam ſuperinductam fuiſſe,nouę nuptæ dona quędam miſit nuptialia,quę eidẽ & toti domui incendium attulerunt.Propertius lib.2.Aſpice quid donis Euriphyla inuenit amaris, Arſerit & quantis nupta Creuſa malis. Nigid.tamen

apud

apud Marſerium ait, Cornithi fontem eſſe Glaucem nomine, in quê ſe præcipitauit, quum aduerſus Medeę veneficia ignelque id ſibi ſperaret profuturum.

Alexander Mileſius, Polyhiſtor cognominatus, libertus Cor. Lentuli gramaticus apud Laurentes ex incendio crematus eſt. Syllæ tẽporibus. autor Suidas apud Volaterran.

Alcibiades Cliciæ filius, dum in Phrygia ab Atheuienſibus exularet, percuſſorũ (qui immiſſi fuerãt) decreto viuus ĩ cubiculo crematus eſt. Ouidius in ibi: Cly ciadæque modo circũdatus ignibus atris, Mẽbra feras Stygæ ſemi cremata neci. Inſt. libro quinto.

Perillus rogatus a Phalaride Tyranno Agrigentino, vt nouum tormenti genus ad plectendos reos comminiſceretur: taurum æneum excogitauit, quo incluſi flãmis ſuppoſitis perirent & boum mugitus imitarentur. Quam pœnã primus expertus eſt Ouid. in Ibi. Aere Perillæo veros imitere iuuencos, Ad formã tauri conueniente ſono. Idem libro 5. Triſtium: Ipſe Peryllæo Phalaris permiſit in ære Edere mugitus, & bouis ore queri. Plin. cap. 8. lib. 14.

Phalaris tyrannus Agrigentinus, dum ciues ſuos multis torqret ſupplicijs, à populo vna cum liberis & coniuge crematus eſt, & in eodem tauro, quo reos puniebat, lege talionis ſuffocatus. Ouid. in Ibin: Vtque ferox Phalaris lingua prius enſe reſecta, &c.

Nicias fuit inter venatores quſpiam venãdi ardore concitatior, dum feras immiſſis canibus ardentius inſectaretur, in carbonariam præceps decidit fornacẽ. autor Cælius cap. 59. lib. 12.

Plutarchus ſcribit Pythagoram philoſophum viuũ fuiſſe à Cylonijs exuſtũ. Laertius ait hoc factum fuiſſe in Nicoclis Crotoniatæ demo, à quodam, quem in diſciplinam admittere noluiſſet.

Macedon mulier (a cuius nomine Macedonia dicta eſt) igne cœleſti vnà cũ marito abſumpta eſt. Oui. in Ibin: Vt Macedon icta eſt rapidis cũ coniuge flãmis: Sic precor ætheri vindicis igne cadas.

Scribit Plin. lib. 7. Nat. hiſtor. Auiolam conſularem in rogo reuixiſſe. Sed quoniam ſubuenire non poterat, præualente flamma uiuum fuiſſe crematum.

Plinius Secũdus quum nihil in maiore negocio haberet quam rerũ naturaliũ cauſas ſcrutari, periit in Veſeui montis incendio, dum rationem vellet inquirere.

Fama eſt Cæſium Baſſum poetam lyricum in ſuis prædii, ardente Veſeuo, lataq; uagantibus flammis, cum villa ſua conflagraſſe.

Nigrinum quendam Ammianus, Marcellinus fuiſſe ſcribit, qui propter excitatũ bellum viuus ſit exuſtus.

Valens Imperator, frater Valentiniani, prælio ſuperatus à Gothis, in tugurio (quò ſpe ſalutis confugerat) ab eiſdem crematus eſt: Sex. Aur.

Euſtatius Traiani alicuius, dum ceruũ in uenatione ſectaretur, viſo inter eius cornua crucis ſimulachro, audita que hac voce. Cur me perſequeris, ſtatim conuerſus eſt vna cũ Theophila vxore. Quod vbi poſtea reſciuit Traianus ambos in tauro æneo comburi iuſſit. Volat.

Polycarpus Ioannis diſcipulus, & Smyrnæ præſul, pro Chriſtana pietate palã & ſpectante populo in amphitheatro combuſtus eſt. Volat.

Laurentius & Tyburtius martyres pro Chriſti nomine incẽdiũ volentes pertulerunt. Io. Fr. Mirandula lib. 2. Hymn. Iucundia incendia Laurens Suſcipit, Empyream multũ irroratus ab vnda, Atq. per ardẽtes prunas illæſus abibat, Maiores in corde ferens Tyburtius ignes.

Emerita Lucii Anglorum regis ſoror, pro Chriſtiana itidem pietate flãmis extincta ſpiritum domino reddit.

Fuerunt & alii permulti qui incẽdio finiuerunt vita, vt Empedocles, Dido, Euadne Hercules, Sardanapalus, Catulus, Luctãtius, Aſdrubal, Portia, Dedalĩõ, Brotheus.

theus. Quorum mortem reperies in eorum hiſtoria, qui ſe occiderant.

Martyrum quoque plurimi hoc mortis genere vitam reliquerunt, &c.

Innocentius tertius iuſſit Almericum hæretium (qui dicebat Ideas in mẽte diuina creare, & creari) apud Luteriam comburi, Volaterran.

Clotarius rex Gallorum cum Conabro Britonum duce bellum geſſit, victumq. interfecit, & Crominum eius filium nothũ, una cum vxore & liberis cremauit.

Saxo libr. 7. Hiſtoriarũ Danicarum ait, Frothonem regem incendio conſumptum fuiſſe, & in antro, quo confugerat, flamma & fumo fuiſſe ſuffocatum.

EXCORIATI.

Maryſas ab Apoline (quem ad tibiæ certamẽ prouocauerat) victus, & excoriatus eſt. Oui. in Ibin: Mens quoq. ſic furij vecors agiteiur vt illi, Vnum qui toto corpore vulnus habet. Idẽ: Nuda ve direpta pateat tua viſcera pelle, Vt Phrygij, cuius, nomina flumen habet. Claudian. libro ſecundo Eutrop.

Manes hereticus (qui diuinam ſolũ in Chriſto naturam ponebat) à rege Perſarũ cute direpta interfectus eſt, quòd eius filium morbo laborãte interfeciſſet, quẽ tamen ſanaturum ſe promiſerat. autor Suidas apud Volaterranum.

Bartholomeus Apoſtolus, regis Syriæ fili⁹ iuſſa Aſtyagis excoriat⁹ eſt. Vnde Ioan. Fr. Mirandola Hymnis. Hinc etiam pellem Ptolomæi filius ardens Depoſuit.

NVNCII ET LEGATI.

Iris fertur eſſe nuncia Iunonis. Verg. Item de cęlo miſit Saturnia Iuno.

Mercurius Iouis & omnium deorum. Ouidius lib. 2. Met. Hinc ſeſe ſuſtulerat paribus caducifer alis.

Cyneas legatus fuit Phyrrhi. Ilioneus Aeneę. Idmō Turni. Ver. li. 12. Nũcius hæc Idmon Phrygio mea dicta tyranno Haud placitura refert.

Pontius Caij principis. Pli. Pontius legatus Caij principis eas tollere conatus eſt libidine accenſus.

Longinus legatus fuit Traiani, autor. Dion. Caſſius.

Agiſis legatus fuit Arſacis regis Parthorum. autor Plut. in Craſſo.

Proculeius Auguſti Cæſaris, vt etiam Thyreus, quem Antonius poſt mutuũ cum Cleopatra ſermonem verberari iuſſit doli ſuſpicione.

Clathis Darij, Hippocrites Chalcidonis, Thaſiles & Iſidorus Mithridatis, Syllus Ageſilai, Turullius Antonij, fuerunt legati & præfecti copiarum.

NOMINA ET VALORES PONDERVM.

Siliqua primum minimumq; pondus granum thecæ incluſum. Scrupulus. Latine Obulus, ſex ſiliqs cõſtat. Dracma trib. ſcrupulis cõficitur. Vncia 8 dragmis cõſtat. Libra Italica vndecim habuit vncias. Sextertiũ antiquũ Dipõdius & ſemis.

Sextertiũ antiquum paruum libras viginti quatuor habens.

Talentum Aphricum libras quinquaginta.

Talentum Ægyptium quindecim pondo. Blon. lib. 9. ex Varrone.

Talentum Atticum magnum octoginta libra & quatuor vncias.

Deunx, vncias undecim, Dextrus vncias decem, Dodrans, nouem. Beſſis, octo. Septunx, Septem. Seunx, Sex. Quincunx, Quinque. Triens, Quatuor Quadrans, Tres. Sextans, duas. Semiuncia Dimidium vnciæ. Sexticula vnciæ. ſexta pars.

Reliqua nomina ex cõpoſitione naſcũt ſatis, vt Theſſis decuſſis, Viceſſis, Triceſſis, Cẽtuſſis, id eſt, tres, decem, viginti, triginta cẽtũ aſſes continens. Sed aduerte multa alia fuere talẽta, vt Rhodium, Euboicum, Antiochem, Babylonicum, Ptolomaicũ, &c. quæ, quia libræ apud alios maiores, apud alios minores fuerũt non idem vbique volẽt. Eſtq. de eorum valore opinionum confuſa diuerſitas: nec me fallit. Pli. li. naturalis hiſt. 21. ca. 34. de Græcis ponderibus dixiſſe, Dragma denarij argentei põdus habet, Denarius ſex cõtinet obulos, obulus 10. Calchos. Cyathus pẽdet per ſe dragmas decem, Hemina dragmas ſexaginta, Mna, quam Minã vocãt, dragmas pẽdet Atticas centum. Præter hæc, Nota nummũ

argen-

argenteum Romanum quatuor ſcrupulis æquipollere,& inde reduc pōdera a numerorum uſum & valorē.Hæc multe pluta tibi ſuggeret Budæi noſtræ ætatis doctiſſimi lectio in libro cui titulum fecit de Aſſe & partibus eius.

MENSVRAE QVAEDAM.

Acetabulum menſura eſt continens quartam heminæ partem,ideſt drachmas 15

Artaba menſura 72.ſextariorū de qua Herodotus: Artaba,inquit,Perſica eſt menſura, capacior quam Atticus Medimnus trib.Chœnicibus Atticis.

Beatus Hebraicum eſt vocabulum Capit.ſextarios 72.Sabellicus. Cui quādiu opus tenuit,ex Iudæa quotānis Coros tritici viginti millia dono miſit Salomon, totidemque Batorum olei.

Ceramium Græci amphoram uocant.

Chus menſura eſt Attica capiens heminas octo.

Chœnix mēſura eſt eſce diurnæ.Hinc Chęnici inſidere dicūtur,qui ſuper futuro victu curioſi ſunt.Herodotus in Frato: Regibus ad cœnam non euntibus mittātur binæ Chœnices farinæ, & uini ſingulæ cotylæ,i. Sextarii. Eſt & Chęnix ſemodium.Grammatici aiunt Chęnicas 48.modio contineri.Homerus in Odyſ. Chœnica accepit pro cibo,vbi ait: Nā quæcūque mea dignabor Chęnice, prorſus Haud ceſſare ſinam, quanquam procul aduena fertur. Citantur hi uerſus a Budæo.

Congius menſura eſt ſex ſextariorum, & eſt pars amphoræ.

Cotula eſt tertia pars Chœnicis.

Cubitum ſeſquipedale eſt,conſtatq.digitis 14.Græci vocant pygnon.

Culeus menſura eſt cōtinens uicenas amphoras,vel vrnas quadragenas.Pli.de vinea Palæmonis grāmatici loquens: Quando & poſtea ſæpænumero ſeptenos. culeos ſingula iugera, hoc eſt amphoras centenas quadragenas muſti dedere.

Cyamus Aegyptius grammata 12.Sed alia ſunt menſuratum apud nos vocabula

Decempeda decem pedum mēſura.Cicero Quam iā petitus metator,& calidus, decempeda ſua,ſaxa diuiſerat.Horat. Nulla decēpedis Metagia priuatā porticus excipiebat Arcton.Hinc decempedator, qui pertica decem pedum vtitur.

Dolichos ſtadiorum 12.Hinc Diaulodromi & Dolichodromi.

Drachma attica pondus habebat denarii argenti,efficiebatq; ſex obolos pondere Obolus decem calchos autor Plin.lib.12.

Gruma eſt menſura,qua ſlexæ uiæ ad lineam diriguntur.Hinc Degrumati,uiā dirigere: & Exgrumati,a uia recedere.

Hemihectum ſeu Hemihecteum dicitur ſe miſextarius Medimni.

Hemina mēſura dimidiū ſextarii cōtinēt.Gellius: Si ex ſextario hemina fuſa eſt

Hexapeda ſex pedum pertica aut menſura.

Libra vncias 12.Vncia drachmas 8.Drachma grāmata 3.Grāma obolos duos Obolus ceratia 3.& chalcos 8. Ceratium chalchos duos.

Mina Græca habet uncias 16.Romana 20.

Medimnus ſex modios continent Herodotus Singulis quoq.calēdis inſtantis mēſis ſingula pecora utriq; è publico dētur Apollini immolāda,& farinæ Medimnum,ideſt ſex modia,& vini Laconicus quartarius.

Metreta decē congios continent.Et capitur pro amphora vinaria Mart.Plurimus Hiſpanas mittat mihi nauta metretas.

Modicus cōtinēt duo & uiginti ſeſtertia. Hic Semodius & Trimodius Col.Eadē quatuor modiis,nonnumquam tribus, etiā duob.ac ſemodiū iugerū occupat.

Orygia ſenum pedum,& quatuor cubitorum menſura.

Palmus maior eſt digitorum 12.Græce uocatur Spithama,& Latinè Dodrās.Minor 4.digitorum, Gręcè Paleſtes.dicitur etiam Palmum,in neutro genere.

Paſſus quinque pedum eſt, ideſt duorum greſſuum.

Paraſanga apud Perſas erat menſura quinquaginta ſtadiorū.Plin.lib.6.Incōſtantiam

viam menſuræ autorum diuerſitas facit,cum Perſæ quoq; Schænos,& Paraſangas alia menſura determinent.

Pes eſt 4.Palmorum ſeu 16.digitorum,ſed hæ ſunt viarum menſuræ.

Plethrum menſura eſt centum pedum,& ſexta pars ſtadij.

Schœnus Aegyptiorum eſt menſura,capiens ſtadia 60.teſte Herodoto.

Semiſſis menſura eſt dimidij aſſis Semiſſem hominem, vocamus vilem & abiectū.

Sextarius continens octo Chœnicas.

Sitometra menſura eſt frumentaria.

Stadium pedum DC.

Stathmos,i.manſio,millia continent 28.ſemis,& eſt menſurarum maxima Stathmi etiam dicuntur diuerſoria tabellariorum curſorum, ideſt certa ſpatia, quæ vno actu ſolent conficere.

Triens ſeu Hecteus,ſextarius eſt Medimini,capitq; Chœnices octo. Porrò autē culpam me oportet deprecari, quòd hic varium menſuras, liquorum & aliarū rerum menſuris cōfudero.Scribebā enim vt occurrebant variæ lectiones. Præterea nemo eſt,vt opinor,adeò ſimus & expers naſi,qui prima ſtatim frōte diſcrimen non intelligat.Varia menſurarum genera leges apud doctiſſimum Budæum.Pleraque etiam in antiquis lectionibus Cælij.

STADIA DIVERSA.

Stadiꝰ 12.noſtros efficit paſſus hoc eſt pedes 625.Hoc Cēſorinus italicū vocat.Olipicum pedibus.600.cōſtat.Pythicū circiter mille. Vitruuius ſtadiatas domorū porticus appellat prælongas,& magnificas.

DE NVMEROSO EXERCITV.

Moſes exercitus habuit 603.milliaz.imbellis autē popelli 550.millia. Tota ſumma millies mille & centum quinquaginta.Ioſeph.lib.3.

Hieroboam rex Iſraelitarum in exercitu(quem contra Abyam Iudæorum regem duxit(habet 80.millia bellatorum.Abias verò 40.Bela quarto Andreæ Hieroſolimitani filio apud Pannonios regnante,Tartari cum quingentis armatorū mil libus.Pannoniam ingreſſi ſunt,a quibus ſuperatus Bela aufugit. Volater.

Seſoſtris rex Aegypti(qui inſuetam ſeruitii Arabiam ſubegit,maximā Libyæ partem occupauit)habuit in pedeſtrib us copiis ſex cēta peditū millia, equitū uero 24.currum bello aptorum octo milia & uiginti.Diog.lib.2.

Ninus Aſſyriorum rex,armauit In Bactrianos decies ſepties cētena millia peditū. equitum ducenta, curruum centum millia.

Xerxes rex Perſarū,in Græcos dimicaturus, habuit de regno ſuo ſeptingenta millia,de auxiliis trecēta, Roſtratas naues mille & ducētas, Onerarias ad tria millia,Toto numero habuit tria millia nauium,in quibus fuerunt hominum Myriades 23.Terreſtris autē exercitus fuerunt centum & ſeptuaginta Myriades equitum octo.Herod.lib.7.

Ad vindicandum Helenæ raptū Græci armauerunt in Troianos. 886. bellatorū millia.Contra uerò Troiani habuerunt 676.millia.Carinas circiter mille.autor Dares Phrygius.

Mardonius Perſa(quem Xerxes apud Salaminē reliquit, ut diſpalatos milites reſarciret) habuit in exercitu peditum ducenta millia,equitum viginti millia.Victus eſt tamē apud Plateas a Pauſania Lacedemonio,turmis longē minorib. ſtipato,Cælius.c.62.lib.16.

Acheorum exercitus in Cleomenem ducem Spartanorum, fuit viginti milliū peditum,equitum mille.

Athenienſes in Syracuſanos certa ruti duce Alcibiade,habuerunt ſupra 140.triremes,centum & quinque millia peditum,tum ſagittarios & funditores mille & trecentos.Tormentorum præterea ac machinarum expugnādis urbibus copiā ingentem.Plut.in Alcibiade.

Artaxerxis exercitus regis Perſarum in Caduſios habuit triginta peditũ millia, equites mille. Sabell.

Certaturus in Alexandrũ Darius habuit ſexcenta hominum millia. Plut. ſcribit, Dario fuiſſe decies centena millia militum.

Alexandri copiarũ qui minimum afferunt numerum, trecenta millia peditũ, equitum vero quinque fuiſſe tradunt. Fertur in Aſiam traieciſſe cum millib. armatorum non amplius 48. Iuſtinus lib. 2.

Antigonus Philippi filius, & pater Demetrij Poliorcetis Macedoniæ regis, habuit in exercitu cõtra Seleucum Syriæ principẽ, & alios reges ſupra 70. millia peditum, equitum verò decem millia. Item Elephantos 75.

Seleucus verò, & Antiochus eius filius, armarunt in ipſum Antigonũ 93. millia peditũ, eqtes ſupra decẽ millia, elephãtos quadringẽtos, currus centũ & viginti.

Pelopidas dux Thebanorũ, duxit contra Syracuſanos ſeptuaginta millia militũ.

Carthaginenſes Siciliã cum ſeptuaginta millibus militum, ducentis triremibus, & mille nauibus inuaſerũt. Quos tamen ſuperauit Timoleõ dux Corinthiorũ, eorumque caſtra diripuit, deſideratis decem millibus.

Demetrius Antigoni & Stratonices filius, & Macedoniæ rex, habuit in copijs peditum decem millia, equitum decem, naues quingentas.

Antigoni exercitus habuit peditum uiginti millia, equites trecentos.

Antiochi exercitus 300. millia armatorũ, quibus Romanos inuaſit. Falcatis etiam curribus, & elephantus aciem inſtruxit. autor Plut. in Ruffo.

Idem ait, certum non eſſet quantæ fuerint Annibalis copiæ. Alij cẽtum millia peditũ, & viginti equitum fuiſſe dicũt, quidã aiunt addita ex gallis & Liguribus 80. millia peditũ, decem equitum. Quamuis autem exactus ad fidem numerus dari nequeat hoc tamẽ argui poteſt numeroſum habuiſſe exercitũ, quod amiſſis in Alpiũ, traiectu triginta millibus, adhuc Romanorũ potẽtiã nõ expauerit.

Perſeo Macedoniæ regi in Paulum Æmylium dimicaturo fuere quatuor millia equitum, peditum vero 48. millia.

Tigrani regi Armeniæ fuere ducenta quinquaginta quinque armatorũ millia cõtra Romanos, qui è tanto exercitum peditũ centum millia, equitum verò quinquaginta Lucullo duce interfecerunt.

Mithridates rex Ponti habuit peditũ cẽtũ millia, equitum decem, currus falcatos nonaginta. Cælius ad hunc modum de Mithridate: Habuit (inquit) equitum quinquaginta, peditũ 250. millia, machinarũ uero ac omnis bellici inſtrumẽti par eius ſummæ. Depugnabãt cum eo reges Dynaſtæque Armeniæ ac Scytharum, qui circa Pontum incolunt, ſupraque Mæotidem paludem.

Eumenes rex Pergami habuit in exercitu contra Macedones 36. millia bellatorũ.

Terentius Varro conſul, & Aemylij Pauli collega, habuit in exercitu octo & octoginta hominum millia contra Carthaginenſes.

Quintius Flamminius in bello cõtra Philippũ Macedoniæ regem habuit 26. millia hominum.

L. Aemilius & Attilius cõſules, principio ſui cõſulatus quatuor legiones vrbanas in Gallos armauerunt, quarum ſingulis quinque millia & ducẽti pedites, equites vero trecenti inerant. Habebant & ex ſociorũ auxilij triginta millia peditũ equitum vero duo millia. Cui numero Thuſci & Sabini ſeptuaginta addiderũt millia, vbi primum Galli Apæninum trãſire nunciati ſunt. Poſt hos Vmbri & Sarſennatæ Apænin incolæ viginti millia cõtulerunt. Samnites 70. millia peditum, Equitum ſeptem millia. Iapigenſes & Meſapij quinquaginta millia peditũ, equitũ 16. mil. Lucani 30. mil. peditũ, equitũ tria millia. Marſi, Maricini, Ferẽtani & Veſtini peditũ viginti millia. Eoque modo cęteræ totius Italię vrbes ſuas ſuppetias contulerunt, ita vt numerus excreuerit ad ſepties cẽtena millia peditum, Equitum uerò 70. millia. autor Polybius.

Exerci-

Exercitus Marij & Catuli contra Cimbros habuit quinquaginta hominũ millia cum 300.millibus Plut.

Exercitus Craſſi cõtra Parthos habuit peditum legiones ſeptem, Equitũ quatuor millia, ac totidem velites.

Senonũ dux Brennus (qui primus Romanã ſuperbiã retudit) habuit 300.millia.

Bellans in Parthos M. Antonius habuit 60. Romanorum peditũ millia & his auxilia equitum adiũcta Hiſpanorum & Gallorum decem millia. Cæterarum nationum equitum peditumque trecenta millia, Plutarchus.

Parthorum uerò exercitus in Antonium habuit 400.millia equitum.

Exercitus Antonij contra Cæſarem habuit peditum centũ millia, equitũ 22. Naues quingentas.

Exercitus Cæſaris cõtra Antoniũ habuit naues ducẽtas quinquaginta, peditum 80.millia, equitum 22. Plutarchus in Cæſare.

Pompeij in Cæſarẽ dimicãtis acies habuit 40.mill. peditum, equitum in ſiniſtro cornu ſeptem millia, in dextro quinque. Præterea Orientis auxilia totam vrbis nobilitatẽ, Senatores, Prætorios, Conſulares.

Cæſar in acie habuit peditũ 30.millia, eqtes nõ amplius mille autor Eutropius.

Põpeius in bello contra Piratas habuit quingẽtas naues, peditũ 120.millia, equitum quinque Plutar.

Neruij (quos Lucanus rebelles vocat quique noſtro tempore Tornacẽſes vocantur) in bello contra Cæſarem ſexaginta hominum millia amiſerunt.

L. Luculli copię in Mithridatem Armeniæ regem, fuerunt triginta millia peditũ, equitum duo millia quingentis.

Obſeſſis a Veſpaſiano Hieroſolymis vndecies cẽtena millia ferro & fame perierunt. autor Ioſephus.

Radagaſus Gothorũ rex (quo floruit Arcadij & Honorij Imperatorũ tẽporibus) habuit in exercitu ſupra ducenta bellatorum millia. autor Paulus Diaconus.

Theodoricus Clodouei primi filius in Italiam cum 80.millib. traiecit, quib. impetu repentino Beliſarij copias fregit, omnemque trãſpadanam ſubiugauit regionem. Volateranus.

Tãburlanus Scytharum rex Euphratem fluuium cum ſexcẽtis peditum milibus, equitum verò trecẽtis traiecit, quo numero Aſiam minorem obtinuit, Regiem Turcarũ Bazaitem captiuum duxit, Scythas, Medos, Albanos, Meſopotamiam, Parthiam, Perſiam, Armeniam ſibi ſubiugauit Volater. in Georg.

Vectiges rex Gothorum, poſt Attalaricum filiũ Amalaſunthæ reginę, ad obſidionem vrbis Romæ cum ducentis armatorum millibus profectus eſt. Volat.

Soli Aruerni (modica Gallorum portio) ducenta bellatorum millia obiecerunt Æmyliano Maximo ad Iſarę Rhodani confluentia. Strabo.

Heluetiorum in Galliam Aquitanicam irrumpere volentium, tempore Iulij Cæſaris, exercitus habuit trecenta hominum millia. Volat. in Georg.

Credibile eſt Ariouiſtum Germanorum regẽ numeroſas habuiſſe copias, vel hoc vno argumento, quod à Cæſare victus octoginta militũ ſuorũ millia amiſerit. Autore Plutarcho.

Carolo Marcello Gallorum regi fuerunt trecenta armatorum millia.

Porro autẽ Lacedæmones prodibant in bellum cum tibiarũ modulatione, vt ſuauiſſimo cantu deliniti non reminiſcerentur periculi.

Pari modo Cretenſes canebant cithara.

Maſſagetæ rubras ĩduebãt tunicas, ne vulneratorũ cruor terrorẽ cęteris afferret.

Parthi in fuga ſagittas à tergo iaculãtur. Lucanus: Ocyor & miſſa parthi poſt terga ſagitta.

BELLA,

BELLA, IN QVIBVS MVLTVM cruoris effuſum eſt.

Albias Iudęorum rex bellans in Heroboam regem Iſraelitarũ quinquaginta mil lia ex eius exercitu deleuit. Ioſephus lib. 8.

Phaceas rex vno die deleuit ex copijs Achab Iudæorũ regis poſt Ioathã 120. mil lia bellatorum & ducenta vtriuſque ſexus millia captiua duxit.

In bello Benadab Syriæ regis cõtra Achab Iſraelitarũ regem perierunt ferro ho minum centum millia.

Gedeõ nocte vna apud Iordanẽ centum & uiginti millia Madianitarũ interfecit.

Cyrus Perſarum rex, traiecto Araxe cum ducẽtis millib. in Scythas profectus, tã infeliciter bellauit, vt ne nuncius quidem tantæ cladis ſuperfuerit. Idem.

Milciades Atheniẽſium dux, in Marathonę Atticæ campo cẽtum millia ex Darij Perſarum regis exercitu profligauit: Sunt etiam qui ducẽta, dicãt deleta, Sabel.

Coſroes rex Perſarum Paleſtinam cũ Hieroſolyma, ac nonagentis millibus Chri ſtianorum euertit.

Vkodoniam ſeu Hadrianopolim, Thracię vrbem, quum cepiſſet Scythæ, in ea cẽ tum hominum millia iugulata ſunt.

C. Cæſar dictator prædicare ſolitus dicit, vndecies centum & nonaginta millia, præter eos qui ciuilib. bellis perijſſent, ſuo ductu & auſpicijs Cæſa Sabellicus in exemplis.

M. Claudius & C. Cornelius conſules, quinquaginta Gallorũ millia profligarunt. Volaterranus.

Claudius princeps 300. millia Sarmatarum cæcidit ad Martinopolim.

Claudius Nero & Linius Salinator ſexaginta Pęnorũ millia apud Metaurũ Vm briæ fluiũ cæciderũt, dũ Aſdrubal fratri ſuo Annibali ſuppetias ferre conaret.

Q. Fabius Allobrox de exercitu Bituiti Aruenorum regis 120. millia hominũ cæ cidit. Liuius lib. 6.

Cæſa ſunt ab Alexãdro ex Darij exercitu ſupra vndecim millia. Cęſa ſunt à Craſ ſo duodecim millia de Spartaci exercitu. Cæſa ad Cãnas Romanorũ 50. millia Cæſa ad Granium flumẽ à Lucullo ex Mithridatis copijs hominũ viginti mil lia, pręter captos. Cæſa ſũt a Põpeio ex liberis 9. millia. Cęſa à Sylla ex Maria nis 20. millia Decẽ millia ex Mithridatis exercitu à Pompeio. Cęſa à Ptolemæo ex Demetrij exercitus 50. millia. Cæſa ab Alexãdro Perſarũ 22. millia. Cæſa à Parthis Romanorũ decẽ millia, duce Craſſo. Cęſa ex Scipionis et Catonis exer citu à Cæſare quinq. hominum myriades. Cęſa à Mithridate ſeptẽ Romanorũ millia. Cæſa a Lucullo ex Tigranis Armeniæ regis exercitu peditũ cẽtũ mil lia equitũ quinquaginta. Cęſa 8. millia Cilicũ a Lucullo. Cæſa 80. millia Ger manorũ ſub Ariouiſto duce a Cæſare. Cæſa Pęnorũ 40. millia a Scipione. Cęſa 15. millia Romanorũ ad Traſymenum. Cęſa 60. millia Naruiorum a Cæſare. Cæſa 30. millia hominum de exercitu filiorum Pompeij a Cæſare. Cæſa in bel lo Macedonum contra Lacedæmonios quinq; millia, & trecenti, ex Macedoni bus trecẽti & nõ amplius. Cæſa in vrbis Hieroſolimitanæ excidio vndecies cen tena millia. Cæſa a Britãnis Romanorũ 70. millia, ducimus Petilio & Suetonio. autor Cornel. Tacit. Cæſa paulo poſt a Romanis Britãnorũ 80. millia. Quã cla dẽ ægreferens Boudicea eorũ regina, veneno clauſit vitã. Cæſa a Gratiano Im pera. triginta Alemanorũ millia, apud Argẽtariũ oppidũ. autor Sex. Aurelius.

Friola filius Alphonſi Catholici regis Hiſpaniæ. 50. millia Sarracenorum in bello occidit.

In bello Eduardi 4. Anglorum regis, contra Scotos, perierunt Scotorũ 60. millia. Anglorum 7. ſolum.

In agro Tholoſano Athila rex Hunnorũ congreſſus eſt cum Etio & Theodorico Gothorũ regibus. In quo conflictu 180. millia uirorum decubuere. Paul. Diac.

Quantam ſuorum ſtragem acceperit Eadiſlaus rex Pannonię,dum in Amuratē regē Turcarum confligeret,hinc ſuſpicari licet,quod ex ipſis etiam victoribus quadringenta millia poſt pugnam deſiderata ſint.Sabell.

Carolus Martellus Gallorū rex,Abidiranum Viſigothorum regem(qui in Galliā hoſtiliter irruperat)ad Burdegalem domuit,cæciditq.eius exercitus 350. millia quum tamen Franci non amplius mille perierint.Sabell.

In bello Rhoderici regis Gothorum contra Saracenos 700.millia hominū vtrinque perierunt.

BELLICOSI VIRI, CVM ILLVSTRIBVS VICTORIIS.

Gedeon iudex Hebræorum percuſſit quatuor reges Madianitarū,Oreb,Zeb,Zebeę,& Salmanam. Interfecitque ex eorum exercitu 120.millia hominū apud Iordanem nocte vna Ioſephus lib.5.

Cyrus Aſtyagem regno Perſarū expulit,trāslato in Perſas Medorū imperio Babylonios cum Cræſo Lydorum rege domuit,quem primo venia donatū,ac ſecundo rebellantem vita & regno ſpoliauit.Subacta Aſia,ac toto Oriēte,aggreſſus eſt Scithas,vbi à Thomiri eorum regina victus eſt,& interfectus.

Darius Hiſtaſpis filius Babylonios perdomuit.Ionas nauali p̄lio ſuperauit. Athenienſibus congreſſus eſt,ſed magno ſuo incommodo.

Xerxes rex Perſarum centena millia armauit in Græciam.Athon montē aceto dirupit,diruptū fecit per viuū velis.Cum Temiſtocle congreſſus eſt,& apud Salaminem ab eodē victus.Poſt aliquot annos cū Cimone Athenienſium duce manum conferens,quum fortunā vbiq.nouercam experiretur,voluptati ſe dedit.

Arſaces obſcurę cōditionis homo,collecta Scytharū exulū manu,Parthos ſubegit Syriæ regem Seleucum & Hircanos redegit in ſeruitutem.

Cleomenes dux Lacedæmoniorum Aratum ducē Achæorum multis affecit cladibus Argos antea nulli expugnatum in poteſtatē recepit.Annos 14.feliciſſimè imperauit,reliquit multas illuſtres victorias.

Demetrius Poliocretes,Antigoni Macedoniæ regis filiꝰ, traiecto Euphrate Babyloniam occupauit,Athenas Caſſandri & Ptolemęi imperio redemit.Cyprū,expugnato Ptolemæo,nauali bello recipit Bęotios accepit in deditionem Pyrrhū ab oppugnatione Theſſaliæ repreſſit. Ad extremū fortuna inſidiante venit in manus Antiochi.

Epaminūdas Thebarum princeps,cū Lacedæmonijs congreſſus,victorias retulit. Traiectus lancea,& in caſtra ſemianimis relatus,vbi audiuit ſaluū eſſe, ſcutum ſuum,nec ab hoſtibus captū,Bene res habet,inquit mortē hāc morior lubens. Atque ita veluti gratulabundus expirauit.

Lyſimachus Agathoclis filius, leoni famelico, Alexandri iuſſu,datus in prędā(ꝙ Calliſtenī captiuo ad remedium calamitatis dediſſet venenū)manum amiculo inuolutum in os leonis intulit,arreptaque lingua feram exanimauit. Quo illuſtri facinore conciliatus eſt Alexandro.Trogus lib.15.

Leonidas Spartanus quatuor,nec amplius ſuorū millibus ſtipatꝰ,auſus eſt manū conſerere cū numeroſo illo omnium poſt homines natos populoſiſſimo Xerxis Perſarum regis exercitu,apud anguſtias Thermopylarū vbi parta victoria immortale quoque ſi nomen peperit.Idem quoq. milites ſolebat,hortari, vt prāderent,tanquā apud inferos cænaturi: quo verbo iubebat eos eſſe vacuos metu.Iuſtinus lib.2.

Fecit Themiſtocles filium ſuum Cleophantū in equeſtri facultate adeò ſtrenum vt equis tectus inſiſteret,& rectus iacularetur,aliaque permulta efficeret ſtupēda.Cælius cap.12.lib.8.

Conon dux Atheniēſis fuit bellica virtute clariſſimus, qui Lyſādrū Lacedæmoniorum ducē terreſtri,prœlio uicit, & Athenarū reſtituit libertatē.Vnde factū

adagium.

adagium. Bellum Canoni curæ fuerit. Iuſtinus lib. 5.

Timoleon dux Corinthus Syracuſus a Dionyſij tyrannide liberauit, tyrãnum in exilium miſit. Leõtinorum principem, nomina Icetem, bello captum interfecit Mamercum Catanę tyrãnum in fugam vertit. Leptinum (qui Apolloniam per uim ceperat) captum & uinctum Corinthum miſit. Carthaginenſes in Siciliã irrumpentes ſuperauit, eorumque caſtra diripuit.

Ceneus Theſſalus quum multis interfuiſſet pręlij, nunquam tamen lædi potuit. Hinc natum prouerbium, In vulnerabilis vt Ceneus. Neſtor apud Oui. li. 12. Veſter fuit vnicus quo Conteptor ferri, nulloq; forabilis ictu Cycnus: at ipſe olim patientem vulnera mille Corpore non læſo Perrhębum Cęneauidi, Cęnea Perrhæbum, qui factis inclytus Othryn Incoluit.

Archidamus Lacędemoniorum princeps. Methonem ad Athenienſes deficientẽ recepit. In bello cõtra Pylon primus e naui proſiliẽs, nec vulneratus eſt, nec ſcutum amiſit. Aduerſus Amphipolim ſtrenuẽ decretauit. Tandem inſimulatus, ꝙ Agnoni Thraciæ regni faueret, damnatus eſt.

Bodrus Athenienſium rex, cum in bello Peloponeſiaco accepiſſet ab oraculo, victricem fore gẽtem cuius princeps bello periret: relictis veſtibus imperatorijs, gregariam ſe finxit militem, eoque modo inimicis occidendum ſe præbuit.

Idanthyrſus Scytharum rex bello res magnas geſſit, multum Aſiæ ſubiugauit, & totam prope Aegyptum peruagatus eſt.

Aratus dux Sicyonius, collecta cõiuratorum manu patriam ſeruitute liberauit, ex eulitque Nycoclem tyrrannum Compoſito patrię ſtatu dux Acheorum factus, eorum Rempub. ann. 14. feliciſſimẽ adminiſtrauit. Locridem & Calydoniã depopulatus eſt, Acrocorintum expugnauit, Macedonibus inde repulſis. Argeorũ tyrannos Ariſtonicum primo, deinde Ariſtippũ bello ſuſtulit. Aetholos Achæis inimicos plerũque debellauit. Sublatus demum dicitur, & veneno potus a Philippo Macedonum rege, cui erat formidoloſus.

Seleucus Nicanor, rex Syrię, Babylonem cepit, Bactrianos expugnauit, penetrauit ad Indiam. Compoſitis in Oriente rebus Lyſimachũ domuit, & interfecit. Trogus lib. 15. & Volat. Georg.

Antiochus maximus Syriæ rex, Babyloniam, Aegyptum, & Iudęã patrio adiecit Imperio. Græciam cum ſexaginta millibus intrauit.

Mithridates Phraatis filius Parthorum auxit imperium, Armenios nunquã antea ſub iugum miſſos adortus eſt. Babylonis accepit in deditionẽ fratre interfecto quem ſubditi regno pfecerant ob ipſius Mithridatis crudelitatem. Cum Romanis bellum gerens Craſſum cum filio, ac toto exercitu deleuit.

Gylippus vir Lacedemonius, bello ſtrenus, Athenienſes multis bellis multiſque cladibus affecit. Tibull. li. 4. Non magni potior ſit fama Gylippi.

Sũt & alij plerique virtute bellica memorabiles, vt ex Troianis Priamus, Aeneas Hector, Paris, Deiphobus, Troilus. Et Gręcus Agamemnõ, Menelaus, Achilles, Aias vterque, Patroclus, Vlyſſes, Neſtor, Diomedes. De Achille, Catullus: Nõ illi bello quiſquã ſe cõferet heros Hor. Scriptor honoratũ ſi fortẽ reponis Achille, Impiger, iracũd. iexorabilis, acer. Iura neget ſibi, nata, nihil nõ arroget armis.

Bellicam Aenea uirtutem Diomedes apud Verg. li. 11. his aperit verſibus.

> Munera, quæ patrijs ad me portaſti ab oris,
> Vertite ad Aeneam: ſtetimus tela aſpera contra,
> Contulimusq; manus: experto credite, quantus.
> In clypeum aſſurgat, quo turbine torqueat haſtam, &c.

His adduntur, Adraſtus rex Argiuorum, Ageſilaus, Brenus, Cambyſes, Catilina, Cimon Athenieſis, Cœſus, Euãder, Iugurtha, Iaſon, Hercules, Pacorus rex Parthorũ, Perſeus, Theſeus, Pyrithous, Pyrrhus, Achillides, Thideus, Thraſybulus & alij plerique poetarum carminibus cantatiſſimi.

Pyrrhus Epyrotarum rex, Leuinum cõſulem apud Heraclem bellorum nouitate turbauit. Ad vigeſimũ ab vrbe lapidem caſtra poſuit, Curio & Fabritio cõgreſſus eſt, argos obſedit, vbi tegulæ iactu ad extremum fertur perijſſe.

Philippus Macedo Athenienſes vicit. Traiecit in Illyricũ, Lariſſam vrbem cepit, expugnauit Theſſaliam, & Methonẽ Magneſiæ vrbẽ. Dux a Thebanis delectus cõtra Phocẽſes, eos diripuit. Olynthios deleuit, Ariſbã Epyri regem regno deiecit. Byzantium obſedit, vbi longa mora cõſumptus ad Piraticã ſe conuertit. Scythas ſtratagemate ſuperauit. Rebellantes iterum Athenienſes domuit.

Alexander Macedo, Philippi ex Olympiade filius, tantũ nomẽ bellica virtute ſibi comparauit, vt recens quoq. ſit ſemper eius memoria. Viginti natus annos Thebas euertit. Traiecto Helleſponto Iliũ profectus eſt, vbi animaduerſo Achillis ſepulchro, Achillem ipſum felicem prædicauit, quòd laudum ſuarum præconẽ habuiſſet Homerum. Darium Perſarum regem ad Granium flumẽ perdomuit, cęſis viginti Perſarum millibus, vbi Darium ipſum cum vxore & filiabus captiuum duxit, quem tamen iterum donauit uenia. Verũ vbi tertio redintegraſſet copias, victor regnũ eripuit eius tamẽ interfectorem Beſſum ſupplicio affecit. Scythas demum laceſſiuit. In India Porum regem numeroſis armatum copijs, & quatuor cubitis cum palmo procerum fudit, cui & pepercit. Curtius & Plutarchus autores.

Annibal Amilcharis filius, viginti annos natus, Saguntum expugnauit. In Italiã quinto menſe, ſuperatis Alpibus, ab Hiſpania peruenit. Apud Ticinum Corn. Scipionẽ, patrẽ Africani maioris, occurrentem ſuperauit. Sempronium conſulẽ apud Trebiam ingẽti clade affecit. C. Flaminium quoque profligauit ad Thraſymenum, interfectis eius copijs 25. millibus. P. Aemilium, & Terẽtium conſules cum exercitu deleuit apud Cãnas, vbi ſenatores 9. alij. ad 49. millia perierunt, vbi & annulorum modij tres reperti ſunt. Inde omniũ metu acceſſit proxime Romam, & ad tertium vſque lapidem Claudium Marcellum Romanorũ ducem iterum fudit: & ad extremum victus a Scipione, Romam liberauit metu. Liuius.

Manlius Torquatus Gallum prouocãtem, ſcuto & gladijs duobus armatum, ornatumque torque & armillis, viribus, adoleſcẽtia, magnitudine, & virtute atteſtantem cæteris, occidit, mortuo torquem detraxit, eamque ſanguinolentam collo ſuo impoſuit. Quo facto; ipſe poſteriq; eius Torquati cognominati ſunt. autor Gell. cap. 13. lib. 9.

Attilius Regulus conſul fuſis Salentinis triumphauit. Primus Romanorum ducũ ĩ Africã claſſe traiecit. Quaſſata Amilcharis claſſe, naues lõgas 63. oppida 200. ac totidem hominum millia cepit. In Africa portentoſæ magnitudinis ſerpentẽ occidit. Ceptus demum inſidijs Xantippi Lacædemonii mercenarii militis, miſerabili exitu ab inimicis enecatus eſt.

C. Acilius Cæſaris miles, nauali ad Maſſiliã prælio. iniecta in puppim hoſtiũ dextra, & obtruncata, eam læua apprehendit. Nec ante dimicare deſijt, quàm captã profundo mergeret, Athenienſem illum Cynegirum imitatus, qui in conſectanda Xerxis claſſe, idem legitur feciſſe. Herod. lib. 6.

Achilinus Beliſarii miles, ſolus ad portam Pincianam Gothorum repreſſit impetũ Procopius.

Furius Camillus Faliſcos obſedit. Veios decẽnali obſidione domuit: Gallos Senones Roma pepulit, eisq; vexilla Romanorum extorſit. Quinto dictator Celtas iterum Romam petentes ad Anienem fluuium ſuperauit.

M. Curius Dentatus triumphauit de Samnitibus Iterum de Sabinis Tertio de Lucanis ouans urbem ingreſſus eſt. Pyrrhum Epyrotarũ regem ex Italia pepulit. legatis Samnitum aurum offerẽtibus, reſpondit, ſe malle imperare aurum habẽtibus quam acciperes.

T.Q.Flaminius (eius Flaminij filius,qui ad Thraſymenum Annibali inauſpicate cógreſſus, cecidit cũ exercitu(Philippum Macedoniæ regẽ pręlio fudit caſtris exuit Theſſaliã, iuuantibus Aetholis & Acarnibus vexauit Ciuitates quæ ſub Philippo erant per præconem liberas eſſe pronunciauit Demetrio obſidẽ accepit,quẽ poſtea pecunia multarum in regnum reſtituit.Nabin Lacædmoniorum tyrannum ſubegit.Legatus in Græciam contra Anthiochum & Aetholos ad cõfirmandas in fide Romanorum ciuitates miſſus eſt.

T.Sempronius Gracchus Cracchorũ pater Celtiberos in deditionem accepit.Præter Galliã domuit Subiugauit Sardiniã,cui⁹ ĩcolas plurimos expoſuit venales.

Manlius Capitolinus ob Capitolium a Gallis defẽſum,nomen ſortitus, annos 15. natus militem voluntariũ ſe obtulit.Militarib.donis 37.à ſuis ducibus donatus eſt Cicatrices habuit 33.in corpore.Plin.

M.Claudius Marcellus Gallos qui ſe Inſubribus iunxerant)iuxta Padum uicit,interfecto eorum duce Viridomaro Annibalem inuictiſſimũ ducẽ primus apud Nolam ſuperauit Contra Syracuſas etiã profectus triẽnio urbem appugnauit. Tandem interfectus eſt ab Exercitu Annibalis apud Venuſiam.

C.Marius ſepties conſul, Iugurtham captũ triũphum duxit Cimbros in Gallia, Teutones in Italia ſuppreſſit,deq.his triumphauit. Apuleium & Glaciã pręto-res ſeditioſos interemit, Syllam victum coegit Minturnis deliteſcere inter paludes Spiculatorem Gallum ad inferendam ſibi mortem miſſum,uultus maieſtate deterruit,Plutarch.& Liu.

Scipio Africanus annum agens 17.principio ſecũdi belli Punici ductus in caſtra, circũuentũ ab hoſtib.patrẽ liberauit.Poſt Cãnenſem cladẽ quum iuuentus de relinquẽda Italia cogitaret, ipſe gladio ſupra capita erecto iurare ſingulos coegit,ſe non relicturos patriã.Mortuo in Hiſpania patre, quum omnes id bellũ refugerent, ſponte ſe obtulit, natus annos 24. vbi Carthaginem nouã vno die, expugnauit. Aldrubalẽ ſuperauit.Maſiniſſæ nepotem in bello captum auo remiſit.Syphace regẽ vicepit.Annibalem ex Italia accerſitum ſuperauit,Carthaginẽq.Romanis fecit tributariam.Reuerſus Romã triumphauit.Conſul in expeditionem Aſiaticã profectus,omnia ſuis auſpicijs rexit:Antiochum ſubiugũ miſit.Accuſatus demum,quòd prædam Aſiaticam non totam in ærarium cõtuliſſet.Linternum ſeceſſit in villam ſuam pertęſus ingratitudinem vrbis.Liu.

Scipio Aemilianus,Pauli Aemilij filius,Numãtiam euertit,Carthaginem penitus ſuſtulit.

Paulus Æmilius,Æmilij Pauli conſulis,collegæ Terentij Varronis filius,de Ligurib. triumphauit,Perſeum Macedoniæ regem cepit, demũ in triumphũ duxit. Proconſul in Hiſpania cum Vaſcetanis & Luſitanis aduerſo marte pugnauit.anno tamen ſequenti Luſitanos fudit,cęſis ex eorum exercitu octodecim millib. Captis vero 530.

L.Sicinius Dentatus propter ingentem fortitudinem Achilles Romanus vocatus eſt.Pugnauit in hoſtem 120.prælijs.Cicatricem auerſam nullam,aduerſus 45. tulit Coronis donatus eſt aureis 8.obſidionalis vna, Muralibus tribus, Ciuicis 14.Torquibus 83.Armillis plus centũ & ſexaginta,Haſtis 18.Phaleris itẽ quinquies viciesq; Triumphauit cum imperatoribus ſuis triumphos nouem. autor Plinius & Gellius.

M.Sergius(vt ſcribit Plinius)ſecundo ſtipendio dextram manum perdidit. Stipẽdijs duobus,ter & uicies vulneratus eſt.Bis ab Annibale captus. Bis vinculorũ eius profugus 20.menſibus nullo nõ die in cathenis & compedib. cuſtoditus, Siniſtra manu ſola quater pugnauit,duobus equis inſidente eo ſuffoſſis.Dextrã ſibi fecit ferream,atque religata præliatus eſt. Cremonam obſidione exemit. Placentiam tutatus eſt.Duodena caſtra hoſtiũ in Gallia cepit.Vicit etiam Fortunam,Solinus & Pontanus de uirtute bellica.

Porſena rex Ethruſcorum dum Tarquinios in vrbem reſtituere tẽtans, Ianiculũ cepiſſet, Horatius Cocles pro ponte ſublicio ſtetit, ſuſtinuitque hoſtilem impetum, donec pons a tergo frangeretur, quo cum in Tyberim decidit. Sabel. Quique ſibi puntem paſſus poſt terga reuelli, Ipſa licet contra ſtaret Ethruſca phalanx.

M. Scæua Centurio Cæſaris in Gallia ſolus in acie reſtit. Quum in hoſtes reueret & iam telo femur transfixus eſſet, contuſusque caput ictu ſaxi, clypeo & galea diſiectis, gladioque fracto duplici lorica munitus, ſe in mare proiecit. Et cũ natando perueniſſet ad ſuos, Parce (inquit) imperator, arma perdidi. Tranquillus ſcribit, eum effoſſo oculo, trãsfixisque humeris & femore, ac clypeo cẽtũ, & viginti foraminibus terebatro caſtelli commiſſi portam non reliquiſſe.

Pompeius Magnus Syllæ primũ partibus adhæſit Domitium expugnauit. De Iarba rege Mauritaniæ triumphauit, nondum patientibus annis. Contra Sertoriũ in Hiſpaniam profectus, metelli copiis ſe coniugens, eum cum tota factione ſuſtulit. Piraticum bellũ tribus confecit mẽſibus. Triũphauit de Mitridate rege Ponti Tigranẽ vicit regem Armeniæ, quem tamen ad genua ſua prouolutũ regno reſtituit. Iberos, Albanos, Iudæos debellauit, capto eorum rege Ariſtobolo & in triumphũ vna cum filio Tigranis ducto. Reuerſus ex Oriente triumphũ egit biduo, prænotatis victarum gẽtiũ titulis. Ad extremum verſo fortunæ Zephyro, victus à Iulio Cæſare in cãpis Philippicis coactus eſt velut profugus ad Aegypti regem Ptolemæum ſe recipere, vbi hoſpitis (cui ſe commiſerat) perfidia interfectus eſt.

Victor Pompeij Cæſar Galliam omnẽ decennio ſubegit, eamque redegit in prouinciæ formã. Germanos, ponte ſuper Rhenum fabricato, maximis affecit cladibus Aggreſſus eſt Britãnos ignotos antea, ſuperatisque pecunias & obſides imperauit. Macedoniã transgreſſus, Pompeium per quatuor penę mẽſes, maximis obſeſſum operibus, ad extremum Pharſalico prælio fudit: & fugientem Alexãdriam perſecutus, occiſum vt deprehẽdit, cum Ptolemæo rege bellum difficillimum geſſit. Victor Aegypti regnũ Cleopatræ, fratriq; eius minori permiſit. Ab Alexãdria, Syriã & inde Põtũ tranſijt vrgentibus de Pharnace nũciis, quẽ Mithridatis Magni filiũ, multis iam ſucceſſibus praeferocem intra quintum (qua affuerat) diem vna profligauit acie. Dehinc Corn. Scipionem, Pompeij ſocerũ & Iubam reliquias partium Africę refouentes deuicit, & Põpei liberos in Hiſpania Confectis bellis quinquies triumphauit: Primum triumphum egit Gallicum. Sequentem Alexãdrinũ, ex victo & interfecto Ptolemæo. Huic proximũ Africanum ex Iuba debellato. Deinde Ponticum de Pharnace. Nouiſſimum, Hiſpaniẽſem de Pompeij liberis. Reflãte demum Fortuna, quum optimatiũ partibus eſſet formidoloſus, Bruti, Caſſij, & aliorum coniuratione, tribus & viginti vulneribus in ſenatu confoſſus eſt, Sueto & Plut.

M. Antonius Triumuir, interfecto Cæſare, fœdus cum Lepido & Auguſto cõtraxit. Brutum & Caſſium Cæſaris interfectores vicit in Macedonia. Profectus in Aſiam, multos in Oriente reges debellauit. Antigonum Iudæorum regẽ ſecuri percuſſit. Phraati Medorum regi congreſſus, cum victor euaſiſſet, victũ ab Araxem vſque perſecutus eſt. Armeniæ regem, Alexandriam duxit triumphum. Cum ergo vidit re poſitum in gremio luxuriantis Fortunæ (in quo parũ ſibi canet mortalitas) deliciis captus incidit in amorẽ Cleopatræ, quã repudiata Octauia Auguſti, ſorore ſibi copulauit. Hinc orta fax belli ciuilis. Hinc Auguſti nata indignatio, cui apud Actiũ congreſſus, & ad extremũ victus profugit in Alexãdriam, ibique gladio ſe confodit.

Auguſtus Imp. Cãtabros, Aquitanos, Rhetos, Vindelicos, Dalmatas Romano ſubiecit imperio. Sueuos, Cattosque deleuit. Sicambros in Galliam trãſtulit Pãnonios ſtipendiarios adiecit. Getarum populos, Baſtcrnasque laceſſitos bellis con

cordiam

cordiam impulit.Obſides accepit a Perſis,creandique regis arbitrium . A d cũ
Æthiopes,Indi,Scythæ,Garamantes legatos cum donis miſerunt. Bella ciuilia
quinque geſſit,Mutinenſe & Actiaticum aduerſus M. Antonium Philippenſe
in Brutum & Caſſium: Peruſinum aduerſus L.Antoniũ Triumuiri fratrẽ.Sicu-
lum aduerſus Sextum Pompeium Cn.Pompeij filium.In bello Mutinenſi non
modo ducis,ſed etiam militis functus eſt munere.Nam aquilifero legionis ſuę
grauiter vulnerato;ipſe aquilam humeris ſubijt,diuq; portauit.Quod fuit argu
mentum & indicium magnæ fortitudinis.

C.Tacitus prodit,Veſpaſianum conſueſſe anteire agmen, locũ capere cibo fortui
to,veſte habituque vix a gregario milite diſcrepãte.legiones habuiſſe exercitas
bello,noctu ſteтiſſe in Excubiis,milites ſtratagematib.doliſq; bellicis inſtruxiſ
ſe.Probus imperator,bello Sarmatico tribunus,tranſmiſſo Danubio multa for-
titer fecit Donatus eſt haſtis puris quatuor,coronis vallaribus duab.ciuica,vna
vexillis puris quatuor,armilis aureis duabus,torque aureo vno,patera una libra
rum quinque ad rem diuinã . Sabellicus in Elegiis Romanos quoſdã belicoſos
his verbis enumerat.

Et quem deceptæ plectentem crimina dextræ
　Cernere magnanimus Porſena non potuit.
Tercentum Fabios,aſſertoreſq; Camillos,
　Nec quibus agnomen Africa terra dedit.
Non Catulos Decioſq; duos,geminoſq; Catones,
　Non Capitolini nomina magna laris.
Nec taceat Coſſum,nec te Marcelle relinquat,
　Nou curios porcos,Fabriciumq; ſenem.
Tollat in im menſum Syllam Marioſq; feroces.
　Pompeioſq; duos,Cæſareamq; domum.

Aurelianus Imp.irrũpẽtes in Italiã Sarmatas bello fudit,è quibus vno die octo &
quadraginta ſua manu interfecit. Zenobiam quoque Palmyræ reginã in trium
phum duxit.Profectus in Galliam,Tetricũ ſubiugauit.Mox in Aegyptum traij
ciens,regionem pacauit,ſublato Firmo,factiones ibidem ſuſcitante.Romã po
ſtremo reuerſus,de his omnibus triumpauit. Fl. Vopiſcus.

Iuſtinianus Imp.Perſas domuit. Vandalorum gentem deleuit Africã Ro.imperio
totam reſtituit Gothos iterum in Italiã irrumpens fudit . Mauros Africam in-
trantes cũ Attila rege ſubiugauit. Quæ magna ex parte auſpiciis Beliſaris geſ-
ſit.Propter tot victorias dicebatur Alemanicus,Gothichus,Alanicus, Vandali-
cus,Africanus.Paulus Diaconus lib.8.rerum Rom.

Clodoueus Gallorum rex,Alemanos domuit, Gothos regno ſuo expulit, Alaricũ
eorum regẽ excidit,aliaque permulta egit facinora,quibus docuit gentem ſuã
ad arma natam.

Huius filius Theodoricus Turingiam cum rege ſubiugauit.Traiecit in Italiam cũ
80 millibus armatorum. Beliſarij copias repentino fregit impetu.Tranſpadanã
regionem vicit. Decem Burgundiorum milia Gothis auxilio miſit.

Carolus Marcellus Pipini primi filiꝰ Aurelianos vno impetu fudit.Traiecto Rhe
no Alemanos,Suetuos,Bauaros,regno Francorũ adiecit.Saracenos ab Eudone
duce in Aquitaniam vocatos profligauit,cæſis ex eorũdẽ exercitu 385.millib.
Amor rerum alterum eorum regem,ſuppetias Athimo apud Narbonẽ obſeſſo
ferentem,deleuit. Gothos(qui Hiſpaniam citeriorum Galliæ partem annos ia
300.turbauerant)profligauit.Omnem poſtremo Galliam Frãcorũ regno ſubie
cit. Volaterranus.

Carolus Magnus Pipini ſecũdi filius,euidens virtutis Gallicæ reliquit argumẽtũ
In primis Aquitanorum regem Himuldum in deditionẽ accepit. Accerſitus ab
Adriano Pont.,Longobardos cum duce Deſiderio Italia expulit , quam annos

iam 204. poſſederant. Domũ reuerſus bellum Saxonum (quod annos prope 34 durauerat) quamuis interpolatum, proſecutus eſt. Quos ſub iugũ redactos, ad Chriſtianæ quoq; pietatis cultum induxit. Aigolandũ Sarracenum, Hiſpanosq; malè de Chriſto ſentientes, ſubiugauit. Beneuentanorũ (qui duce Araiſo in Romanum Pont. tumultũ parabant) repreſſit Taxilonẽ Bauariæ ducem, res nouas molientem, ſola pacauit legatione, Hunnos (qui Pannoniam occupauerant) magnis affecit cladibus. Godefredum Normanorum ducem, Francorum ſocios vexantem, in poteſtatem ſuam redegit. Leonem Tertium Pont. a Romanis expulſum, ſuæ ſedi reſtituit. Cui tantæ virtuti adiecit amorem literarum, quas vſque adeò & amabat & mirabitur, vt Pariſienſem Academiã primus inſtituerit erat corpore procero, vaſtis præter conſuetudinem viribus.

Tamburlanus Scytharum rex, Mœdos, Albanos, Meſopotamiã, Perſiam, Parthiã, & Armeniam ſubiugauit. Traiecto cum 600. millib. peditum, equitum vero trecentis Euphrate, Aſiam minorem obtinuit. Regem Turcarum Pazaitẽ captiuũ in laqueos coniecit, tanta feritate, vt eum inſtar beluæ clatris incluſum ſecũ ſẽ per duxerit, & ſub mẽſa, in modũ canis, micas, & fruſtilla comedere iuſſerit, equumq; aſcenſurus, eius humeros pro ſcabello pedibus conculcauerit.

Amurathes rex Turcarum, Theſſalonicam vrbem vi captam, diripuit, Epyrum, & Aetholiam ſubiugauit, Pannoniam cum centum armatorũ millibus ingreſſus eſt, Pannonios bello bis fudit.

Arturus rex Britanniæ, adeo bellica virtute excelluit, vt quadringẽtos & ſexaginta viros ĩ prelio ſolus interfecerit, ac regna plurima ſuæ adiecerit ditioni. Vtebatur galea aurea, in qua ſculptum draconem præferebat. Ferebat clypeum, in quo picta erat Chriſti parę genitricis effigies, vt omni diſcrimine, rebus omnibus eã ſemper haberet prę oculis, velut adiutricem. Vtebatur lancea ardua, & inuſitati ponderis, quam ſecum deferri ſemper uolebat. Cãtatiſſima eſt eius virtus, & recens prope memoria, frequenq; fama in ora omnium.

MACHINÆ QVÆDAM BELLICÆ, & tormenta.

Arcubaliſtæ & Carrobaliſtæ dicebãtur minores machinæ, quæ curriculis ferebatã

Balliſta bellicum erat tormentum ex ferro, aut taxo, aut oſſe, quo magni lapides emittebantur, vt ait Sulpicius Ouidius li. 3. de Triſtib. Quam graue balliſtę mœnia pulſat onus Cic. li 2. Quæſt. Tuſc. Vt enim balliſtæ lapidum, ita reliqua tormenta telorum Balliſta formabatur ea magnitudine, vt lapides 120. põdo eiacularetur. Balliſta maior ſaxa contorquet. Hæc a Phœnicibus reperta eſt. De hac Syl. li. 1. Phocais effundit vaſtos balliſta molares. Balliſta maior haſtam iacit, & parua ſpicula. De hoc videtur intellexiſſe Luc. li. 3. dicens: Nec enim ſolis excuſſa lacertis Lancea, ſed tenſo balliſtæ turbine rapta, &c.

Bombarda Galli uocãt machinam abombo & ardeo, vt autumat noſter. Nicolaus Beraldus, execrabile prorſus inuentum, quo nihil fulmini magis ſimile, luce, impetu, & odore terrimo Cuius inuentori (vt inquit ille) robur & æs triplex circa pectus erat, illum parentis crediderim ſui Ceruicem, & penetralia ſparſiſſe, nocturno cruore Hoſpitis &c.

Graphicam tormenti huius deſcriptionem, vide apud eundem Beraldus in Ruſticum Politiani, ex verſibus Ioannis Mariæ Catanei, Ricardus Bartholinus Bombardam vocat turrifragam, nouo, ſed tamen conuenienti epitheto. Volat. ait, Bõbardam primam a Germanis domo Venetis datam, quum hi apud Clodiam foſſam Genuenſes obſiderent.

Cochleæ dicebantur rotundæ machinæ, in quibus per circuitum obſeſſores cõſcẽdebant in muros inimicorum.

Exoſtra ponis erat turris ambulatoria, per quem obſeſſores in muros obſeſſarũ vrbium tranſmeabant.

Falces

Falces & Harpagæ armorum genera ſũt apta murorũ oppugnationi. Siſenna apud Nonium, Falces iniectas cõminũt Pluteos proprius collocatis Harpagis deijcitur, mittunt è turribus.

Malleoli erant quædam miſſilia, quę arcu iaciebãtur, materiam habentia ad cõcurrendum Liuius. Aliqui uenerunt ferientes ſtuppiam, picem, & malleolos.

Muſculi dicuntur minores machinæ, quibus protecti obſeſſores vrbis foſſarũ (verbũ eſt Vegetii) comportatis lignis & lapidibus cõplent, & ſolidãt, vt turres ambulatoriæ ſine impedimẽto admoueãt, & applicẽtur muris. Minores ſũt uineis, & plureis firmiores. Vocantur autem a ſimilitudine muſculorum piſcium. Nam quemadmodum illi quum minores ſint, tamen Balænis auxilium adminiculũque exibent: ita quoque hę machinæ ſub ſidio ſunt ambulatorijs turribus ad parandam viam, præmuniendaq; itinera.

Phalarica genus erat teli, quod ex phalis, id eſt, turrib. ligneis intorquebatur. Erat autem præfixa vallido ferro in modum haſtæ intra tubũ, cuius haſta ſulphure, reſina, bitumine, & ſtuppis conuoluebatur, infuſo oleo, quod incendiarium vocabant, & è baliſta emittebatur.

Plutei contexebantur ad ſimilitudinem caſſidis è vimine, cilicijs protegabuntur, corijs, ternisq; rotulis, quarum vna in medio, duæ in capitibus opponebãtur, admouebantur in quamcunq; partem, more carpenti, & applicabantur muris: horum munitione protecti obſeſſores, ſagittis, fundus, & miſſilibus obſeſſos de propugnaculis ciuitatis excutbabant, vt ſcalis aſcendendi facilior pateret occaſio.

Sambuca fiebat ad ſimilitudinem citharæ. Nam vt in cithara ſunt cordæ, ita in trabæ, quæ turri admouebatur, erant funes, qui pontem de ſuperiori parte trocleis laxabant, vt deſcenderent ad murum, exibantq; ſtatim bellatores, & per eam tranſeuntes mœnia vrbis inuadebant.

Scorpiones machinæ ſunt, quæ Vegetij tempore dicębantur Manubaliſtæ. Ideo autem nomen hoc traxerunt, quod paruis ſubtilibusq; ſpeculis inferrẽt mortẽ. Aliter Scorpio vocatur Onager, ꝙ aſini feri quum a venantibus agitantur ita eminus lapides poſt terga calcitrando emittunt, vt perforent pectora ſequẽtiũ, aut perfractis oſſibus capita ipſa diſplodant Saxis autem per Onagrum contortis non ſolum equi elidebantur & homines, ſed etiam hoſtium machinamenta frangebantur.

Tele non machina fiebat hoc modo. Trabs vna in terram prææalte deſigebatur, in cuius vertice connectabatur altera longior, dimenſa medietate eo libramento, vt depreſſo vno capite, erigeretur alterum. In vnoquoque capite cratibus & tabulis contexebatur machina, in qua pauci collocabantur milities. Depreſſo itaque per funes altero trabis capite, altero vero (in quo erant) eleuato imponebantur in murum.

Teſtudinem machinã fuiſſe bellicã, Vegetius ait, de materia ac tabulis contextã, q̃ ne exureretur incendio, corijs, vel cilicis centonibusq; veſtiebãt. Hæc intrinſecus accipiebat trabem adunco ꝑfixã ferro, quod Falx vocatur, ab eo quod incurua eſt, vt de muro lapides extrahat. Idẽ ait, caput eius veſtiri ferro, appellarique Arietẽ, ꝙ frontẽ habeat duriſſimã, q̃ ſubroat muros, & arietum more retrocedat, vt cum impetu vehementius feriat. Habes autem teſtudo machina ſimilitudinem cum teſtudine vera? nam ſicut hæc modo reducit modo ꝓfert caput, ſic illa interim reducit trabem, & quandoq; exerit. Vide Ammia. Marcel. quoq. De Ariete Ver. Labat ariete crebro Ianua, & emoti ꝓcumbunt cardine poſtes Ouid. li. 11. Met. Nec leuis pulſata ſonat, q̃ ferreus olim. Quum laceras aries baliſtave concutit arces. Hinc Arietate verbum, id eſt, cum impetu percutere. Vergil. Arietes in portas, & duros obice poſtes. De Ariete Pamphil. Rumpo fores, muros quatio, demolior arces Cornua ferrata ſub trabe dura gero.

Turres

Turres Ambulatoriæ, ſunt machinamenta trabibus tabulatiſque cõpacta, crudis corijs, & centonibus communita, ne hoſtili cremẽtur incẽdio. Fiebant interdũ tanta proceritate, vt & muros, & lapideas turres altitudine ſuperarẽt. Voluebãtur multis rotis arte mechanica ſuppoſitis. Quũ muris admouebãtur, præſens erat ciuitatibus periculum. Nam ſurſum uerſum habebant ſcalas, quibus irrũpebatur in vrbẽ, Deorſum uerſum arietes, quorum impetu diuellebantur muri In earum faſtigio collocabãtur ſagitarij, qui obſeſſos cõtis ſaxis miſſilib. protrudebant, & ita capiebant ciuitatẽ ſine mora. Obieſſis enim nulla ſpes erat auxilij, quum ſupra ſe aſpicerent altiorem hoſtium murum.

Vinæa (quas aliter Cattos vocant) fiebãt hoc modo: De lignis leuioribus machina colligabatur, lata pedibus octo alta pedibus ſeptem, longa 16. huius tectum munitione duplici tabulatis cratibusq́. cõtexebatur: latera ſepiebantur vimine, ne ſaxorum telorumque impetu penetrarentur: extrinſecus autem ne immiſſo cõcremaretur incendio, crudis ac recentibus corijs ac centonibus operiebantur. multis in ordinem iũctis ſe ſupponunt milites, qui tuti penetrant ad excauãda murorum fundamenta. De Vinea Propertius libro 4. Dumque aries murũ cornu pulſabat aheno, Vineaque inductum longa tegebat opus.

Inter machinas etiam numerantur Triſaces, Catapharatræ, Plumbatæ, Tribali.

Inter noſtri tempori machinas habentur Colubrina & Cerpentina, quod oblõgæ fiant, habeantque effigiem prope Serpẽtis & Colubri. Pamphilus Saxus: Vis, ſonitus, rabies, motus, furor, impet⁹, ardor Sũt mecũ, Mars hęc ferreus arma timet

ARMORVM VARIA GENERA, & bellorum inſtrumenta.

Ancyle dicitur breue ſcutũ Nonio. Hoc ex utroque latero reciſum erat, vt nullus videretur angulus, & ſummũ infimumque latus eius medio pateret, Ferunt, ancylia principante Numa Põpil. cœlitus fuiſſe demiſſa. Ouid. li. 5. Faſt. Ecce ancyle uocant, quod ab omni parte reciſum eſt, Quaque oculis ſpectes, angulus omnis abeſt.

Capiſtrum & Frænum, vincula ſunt capitis equorum. Martialis: Paret purpureis aper capiſtris.

Cætra ſcutum eſt loreum, quo vtuntur Afri & Hiſpani. Lucan. libro 7. Illic pugnaces commouit Iberia Cætras. Verg. Læuas Cætra tegit. Cætrati dicũtur, qui vtuntur huiuſmodi ſcutis.

Ephippia ſunt ſtragula, quibus equi teguntur, uel ſellæ eis ad inſidiendũ poſitę. Cato. Fuit mihi equus ſine ephippio Equi ephippiarij dicũtur, quibus imponũtur ſellæ, ne graui inceſſu vulnerent ſeſſorem: Ephippiati equi, ſuis phaleris ornati Hora. adagiũ fecit, Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. vbi quis vult ea curate, quorum eſt ignarus.

Galea dicitur caſſis, ſeu ferreum inſtrumẽtum a galero, quo veteres uſi ſunt. Ouid. in Epiſto. Et galeam preſſa ſubſtinuiſſe coma. Ea ornata criſtis & pẽnis maiorẽ ſolet in catere terrorem. vnde Verg. lib. 8. Aen. Terribilem criſtis galeam flammasque vomẽtem. Idem ſignificat Caſſis. Dicimus etiam Caſſida. Prop. Aurea cui poſtquam nudauit caſſida frontem.

Lorica dicitur ferreum corporis munimentum, quale apponebatur antiquis regũ & imperatorũ ſtatutis. Dicitur autem Lorica, velut cõnexa loris Squallebat ferri laminis, vt ariſtis colchearum. Vitruuius: Non patietur lorica teſtacea lædi latera Modeſtus: Centuriones nimiũ bellicoſas loricas tranſuerſis caſſidũ criſtis (vt a ſuis facilius noſcerentur) habebant Martialis: Inuiã Sarmaticis domini lorica ſagittis: Hinc Loricare eſt armare ſeu loricã induere. Plinius de Ichneumone in Aſpidem certaturo Mox (inquit) vbi pluribus eodem modo ſeſe coriis loricauit, in dimicatione pergit.

Ocreæ dicuntur crurũ munimẽta. Apuleius. Ille galea caput, ille crura Ocreis inuoluit.

uolait. Hinc Ocreati, ocreis ornati. Plin. Ad reliquos vſus laborioſe euchitur ocreatis cruribus. Vergetius: Pedites ſcrutati præter cataphractas, & galeas etiã ferreas, Ocreas in dextris cruribus cogerẽtur accipere. Ver. 7. Aen. Aut ocreas leues lento ducant argento.

Parma fuit breue ſcutum, peditib. peculiare. Verg. li. 11. Enſe leuis nudo Parmaq; inglorius alba. Dicimus & Parmula Horatius: Tecũ Philippos & celerem fugã Senſi relicta non bene parmula.

Pelta dicitur Clypeus Amazonum, in modũ Lunæ recuruus. Ver. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis. Stat. lib. 5. Syl. Hinc peltiferæ dicũtur Amazones. Ouid. Qui modo peltiferas fudit Mæotidas, &c.

Phaleræ ornamenta ſunt equorum, qui inde dicuntur phalerati. Ver. li. 5 Aen. Primus equum Phaleris inſignem victor habebat.

Pharetra repoſitorium ſagittarum, quanquam & pro ſagittis interim capiatur Ouidius primo Metamorph.

Stapedes machinulæ ſunt ferræ, quibus pedes ſuſtinent equitantes.

Thorax dicitur ferreum pectoris munimẽtum, & quicquid collo ad coexendicam prætenditur in anteriori corporis parte Thoracati, Thorace induti. Pli. Parrhaſius pinxit. Nauarchum, thoracatum. Fiebant olim thoraces cratib. conſtarũ ferreis, vnde & nexiles vocantur Statio, & multiplices, libro 12. Multiplicẽ tenues iterum thoraca cateruæ.

Vmbo dicitur pars clypei eminẽtior. Capitur & pro toto clypeo. Ver. li. 10. Sed ſuſtinet æreus vmbo Stat. lib. 18. Euboicum duris rumpunt vmbonibus agmen.

NOMINA DIVERSA AD MILITIAM SPECTANTIA.

Exercitus dicitur magnus militũ numerus, ab exercitatione. Cui præeſt, qui legiones cum ſuis auxilij comminiſtrat. Eiusq. officium conſiſtit non ſolum in dada ſed etiam obſeruãda diſciplina. Is vocabatur à Romanis tribunus militaris, cui iubebantur parere milites. Eius intererat milites in caſtris cõtinere, ad exercitationes producere, claues portare, vigilias interdũ circuire, annonæ & commeatibus cõſulere, compeſcere tumultus militares, delicta ſecundum autoritatem caſtigare, audire commilitonũ querimonias, & multa id genus alia. Dicebatur autem tribunus a tribu, quoniã Romulus primus milites ex tribu legit. Tribunorum militarium alij dicebantur Ruffuli, qui creabãtur in exercitu alij Comitiati, q designabãtur in comitijs. Dicti ſunt & Rutuli, quòd Rutilius Ruffus legem de his creandis ab exercitu quãdoq; tulerit. Equeſtris ordinis nomẽ ſepe mutatum eſt. Nam qui ad equitatum trahebãtur, primũ Flexumines & troſſuli dicti ſunt, quum oppidum in Thuſcis eo nomine ſoli ſine peditatu cepiſſent.

Miles ſuberat Centurioni. Centurio, Tribuno Tribunus, Legato. Legatus, Cõſuli. Conſul Dictatori. Cẽturio cẽtum peditibus præerat. Is erat, quem nunc primipilum dicimus. Mirias continebat decem millia. Hinc Myriarches, qui decem millibus præeſt.

Legio à delectu militum dicta eſt, autore Nonio. Romanorũ legiones habebãt ſingulę ſena millia, & interdum amplius, vbi res poſtulabat. Differebãt autem ab Auxiliatoribus. Nã Auxiliatores cõducebãtur ad præliũ ex diuerſis locis, nec diſciplina inter ſe, nec notitia, nec affectione conſentiẽtes, alijsq; inſtitutis vtẽtes, & diſſimuli armorum vſu. Iungebanturq. legionibus adminiculi, nõ principalis ſubſidij loco. Legio autem proprijs cohortibus conſtabat, habebatque grauis armaturæ principes Haſtarios, Triarios, & Anteſignanos Item leuis armaturæ Ferentarios, Sagittarios, Funditores, Balliſtarios, vt proprios vnoque animo, & pari cõſenſu caſtra munientes. Erat in legionibus tãta armorum exercitatio, & fiducia, vt nuſquam legantur plures fuiſſe legiones, quã due. Qui legionem matriculis inſeri volebant, hoc eſt, numerari inter legionarios, ſolebat iurare, idque Sacramẽtũ dicebatur. Iurabant autem per deos & Impera. maieſtatem ſe fidem

fidem ſeruaturos inuiolatam, æternumq; famulatum ſuo principi exhibituros, militiam nunquã deſerturos, nec recuſaturos mortem pro Rep. Habebat Legio decem Cohortas. Quarũ prima habebat pedites 1105. Equites loricatos 132. Secũda pedites 555. Equites loricatos 66. Tertia pedites 555. Equites itidem 66. Quarta pedites 600. Equites 66. Quinta totidem. Hæ autem primæ ordinabãtur in prima acie, tanquam magis ſtrenuæ. Sexta pedites 555. Equites 66. Septima pedites 555. Equites 66. Octaua, Nona & Decima, ſingulæ totidẽ. His decẽ cohortib. perficiebatur legio, quæ habebat pedum ſex millia, Equites 732. A numero & ordine legionum millites dicebantur Primani, Secundani, Decumani, primæ & ſecundæ, aut decimæ legionis.

Cohors diuidebatur i quinquaginta manipulos Manipulus in 25. millites Manipulũ autẽ Varro ait, eſſe minimam exercitus manũ, quæ vnum ſequitur ſignum. de quo verbo Ouidius: Illa quidẽ fæno (ſed erat reuerentia fœno, Quantum nunc aquilas cernis habere tuas) Pertica ſuſpenſos portabat lõga maniplos, Vnde Maniplaris nomina miles habet. Lucanus lib. 1. Conuocat armatos exemplo ad ſigna maniplos. Hinc Maniplares milite dicti, à manipulo fœni, q sequebãt.

Centuria dicebatur cẽtenarius militũ numerus, cui qui præerat uocabatur Cẽturio Conſtabat Turma ex 32. equitibus. Varro turmã ait dictam eſſe mutata e in u, quaſi ternam, quòd terdeni milites ex trib. tribubus, Lucerũ, Rhamnenſium, & Tatienſium fiebant.

Phalanx dictió eſt Macedonica, quadratã aciẽ, & cuneum militarẽ proprie ſignificans, quando pes pedi, clypeus clypeo, vir viro in acie conferebatur: qui mos erat Macedonum peculiaris. Curtius: Macedones, inquit, phalangem vocat peditum ſtabile agmen, quum vir uiro, & armis arma conferta ſunt. Capitur tamẽ pro quouis exercitu. Verg. li. 6. At Danaum proceres, Agamẽnoniæq. phalãges. Quoniam autem vocabulum eſt Macedonicũ phalãx, proprio epitheto vocatur Sariſſigera, à Sariſſis, Macedonum haſtis.

Porrò autem Haſtati dicuntur, qui pugnant haſtis: Pilani, qui pilis.

Ordinarij dicuntur, qui in prælio præſunt, & primos ordines ducunt.

Arguſtales dicebantur, qui ab Auguſto ordinarijs iuncti fuerant.

Aquiliferi, qui portabant aquilam Romanorum inſigne. Luca. Pars aquilas, & pila minantia pilis.

Imaginarij vel Imaginiferi qui Imperatorum portabant imagines.

Signiferi qui ſigna portauit.

Theſſerarij, qui teſſeram per cõtubernia militum nunciant, Theſſera autẽ vocatur pręceptum ducis, quo ad bellum aut aliquod aliud opus mouetur exercitus.

Campigeni dicũtur anteſignani, ideo quòd eorum opera atque uirtute exercitij genus creſcit in campo.

Metatores, qui præcedentes locum deligunt caſtris.

Beneficiarij, qui in tribunorum beneficio promouentur.

Librarij, qui in libros rationes referunt ad milites pertinentes.

Tubicines, Cornicines Buccinatores, qui tuba, ęreo corno, vel buccina committere ſoleant prĉlium: vt Liticines, qui lituo canunt. Marcellinus i poſt exactum iam diem occinente liticine, reuocatus inuictiſſimus miles, prope ſupercilia Rheni tẽdebat. Dicũtur etiã Menſores Suetonius i C æſare dictatore. Inter eos (iquit) & ænatores rapta ab uno tuba proſiluit ad flumen. Marcellinus. Quũ supereſſet exiguum noctis ænatorum clangore ductore vrbem, vt mox caſurã terribili corona cinxerunt. Buccinatores, autore Vegetio, ornamẽtum erant otius legionis in ingreſſu conflictus & eius reditu. Hinc per metaphoram Buccinator pro laudatore ſolet accipi.

Menſores, qui in caſtris demetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant, vel hoſpitia in ciuitatibus præſtant.

Torquati

Torquati ſimplares,& Torquati duplares,quib.torquis aureus ſolidis virtutis ſuie præmium,quem qui meruiſſet,præter laudem interdum duplas cõſequebatur anonnas,duplares duas.

Candidati milites dicũtur,qui priuilegijs muniuntur:reliqui vocãtur municipes quod propter munera facere militiam cogantur.

Anteſignandi dicebantur milites,qui erant ante ſigna,quos tanquã duces reliqui ſequebãtur Apul. Anteſignani noſtri partem(qua manus humerum ſubit)ictu per articulum medium temperato prorſus abſcidimus.

Vexilarij & Vexilligeri,qui vexillum gerunt.Idem Apul.Tunc itaq;(inquit)ſubli mis ille vexillarius noſter Lamathus.T.Liuius,Ordo,inquit,ſexagenos milites, duos centuriones, vexillarium unum habebat.Idem autor eſt, ſub vno vexillo fuiſſe homines 180.Vexillationes antiqui nominauerunt alas equitum. Eadẽ ra tione Aquiliferi dicebantur,qui aquilas Romanorum ſigna,ferebãt. Suetonius in Cæſare Dictatore: Inclinatam (inquit)aciem ſolus ſæpe reſtituit, obſiſtens fugientibus,retinensque ſingulos,& contortis faucibus conuertens in hoſtem, & quidem adeò plerunque trepidos , vt aquilifero moranti cuſpide ſit comminatus.

Draconarij,qui Dracones ferebant in vellis,vt aquilas.Claudianus:Stãt bellatrices aquilę,ſæuiq; dracones.Primũ ſignum(inquit Vegetius)legionis eſt aquila quam aquilifer portat. Dracones etiam per ſingulas cohortes a Draconarijs feruntur ad prælium.

Primipilus ſeu primipilaris,dicebatur Centurio,qui 4.cẽturias,ideſt,400. milites regebat in acie prima:eratque caput legionis.Tranquillus in Tiberio. Quũ(in quit)Pollentina plebs funus eiuſdẽ primipilaris non prius ex foro miſiſſet. Idẽ in Caligula:Teſtamenta primipilarum(qui ab initio principatus,neque illum, neque ſe hęredem reliquiſſent)vt ingrata reſcidit.

Manipli ſeu maniplares dicebantur ſigniferi,qui imperante Romulò,quũ Romani & Latini ſub vno centurione bellum agreſſuri eſſent, Maniplo herbę haſtæ alligato pro ſigno vtebantur Ouid.Vnde maniplaris nomina miles habet.

Nauarchus dicebatur nauis princeps . qui in bello nauali remigibus & militibus exercendis quotidianam curam,& iugem exhibebat induſtriam..

Bellatores qui ad decertandum inſtruuntur,armisq; aduerſarium inuadunt.

Imbelles in exercitu dicuntur,qui ſequuntur copias ad alium quam cõflictus vsũ. vt medici,& tabernarij,& ſerui.

Velites dicuntur leuiſſimæ armaturæ milites.Hi loricam nõ induebant,nec ocrea muniebantur.Non clypeum aut ſcutum graue ferebant,ſed telis tantũ vteban tur,& ſagittis. Ouidius in Ibin. A Velitibus fit Velitari verbum,ideſt, leuiter contendere:& Velitatio,leuis contentio.Alcui armatura Velites aliter dicebantur Expediri.

Peltati leuis armaturę milites nominabãtur,a Pelta breui paruoq; ſcuto, quo vtebantur,cum contis Sariſſa paulo breuioribus.

Catafracti dicuntur,qui nõ ſolum ſua corpora,ſed etiã equos lorica vndique muniunt.Hos Marcellinus Catafractarios vocat,vbi ait:Et ne qua interueniret mora,adhibitis Catafractarijs ſolis & balliſtarijs parum ad tuendum rectorem idoneis,præcurſo eodẽ itinere ad arua Succorum peruenit.Eſt etiam Cataphracta militaris lorica ſiue thorax.De cataphractis Marcellinus: parſit,inqfiit,catafracti equites(quos Clibanarios dictãt)perſonatim thoracũ muniti ligaminibus, & lumbis ferro cinctis.Inter quas,inquit,cataphractarijs erant ſagittarij, formidabiles genus armorum.

Haſtati dicuntur,qui manus cõferunt,& cominus haſta decertãt:vnde & Trãquillus in Caligula,Haſticos vocat,ludos,qui haſta conficiebantur.

Scutati,Cetrati,& Clypeati,qui ſcuto & clypeo ſe pręmuniunt:Nam cętra ſcutũ

eſt

eſt breue & loreum,quo(vt iam diximus)vtebātur Afri & Hiſpani.Syllius.Barbarica plaudentem carmina cætra Frequens eſt apud Liuium Cætratorū Mētio Scutatos Marcellinus & Scutarios vocat.Nec Scutarios (inquit)adeſſe didicerat.Itē Suetoni⁹ i Auguſto: Affuit & cliētib.,ſicut Scutario euocatu quōdā ſuo.

Scutigerulus è Plauto dicitur armiger,qui gerit ſcutū domini in bello.De clypearis Marcel.Et incedebat hīc inde ordo heminus armatorū,clype⁹ & chriſtatus.

Ferentarij equites dicūtur,qui eminus ſolent dimicare:quorum alij iaculis, alii arcu vtuntur Ferentarij etiā dicebantur ab auxilio ferendo,erantque leuis armaturæ milites,ex curſu leues,armisque grauibus non impediti, enſe tātum & telis inſtructi.Saluſtius.Poſtquam eo ventum eſt, vnde a Ferentarijs prælium cōmitti poſſet.

Arcitenentes & Sagittarij,qui arcu utuntur,& ſagittas intorquent. vocantur etiā Sagittiferi.

Vbi pugnabantur Elephātis,qui vni tātū præerat,vocabatur Zoarchus ab animalis pręfectura.Qui tribus,Therarchus.Qui quatuor,Epitherarch[illegible] Qui octo, Ilarcha Generali vocabulo Elephantorum pręfectus dicitur Elephantarcha.autor Helianus.

Chiliarchi dicebanī,q mille millitib. pręerāt Chilias.n.dr millenarius numerus.

Tyrones dicūtur noui milites,fortes,tamen & robuſti ad præferendos labores militiæ,quorum prima exercitatio vocatur Tyrocinium,velut rudimentum,vnde & Tyrunculi dicuntur etiā qui ſunt rudes in re aliqua.Tranq.in Cæſ.Tyrones neque in ludo,neq.per laniſtas,ſed in domib.per equites Ro.ac etiam per Senatores peritos armorū erudiebat . Hieronymus in fœminino genere Tyrūculas puellas vocat.Tyrocinium etiam pręter illud militare rudimentum,dicebatur ab eruditis,quum adoleſcentuli togam ſumebant, & ponebāt barbam, eloquētiamque in foro auſpicabantur.Nam tunc etiam dicebantur Tyrones. Seneca in declam.Ille in foro primum dicturus,tyro dictus eſt.

Claſſiarij dicebantur bucinatores,qui cornu ducebant exercitū, quique Claſſicū canebant Imperatore pręſente.Claſſiarij etiam dicūtur remiges, & frequētius militantes in claſſibus. Corn.Tacitus.Anicetum cēturione claſſiario comitatū. Tranquillus in Cæſare Tiberio.Vnde damnatos poſt longa & exquiſita tormēta præcipitari coram ſe in mare iubebat,excipiente Claſſiarrorum manu.

Rorarij teſtimonio Varronis,dicebātur, qui primi omnium in cōflictū prodibāt, erantque leuis armaturæ,vt velites. Nec dimicabant acriter,ſed leui quadā cōtentione prælium tentabant,quemadmodum ros prius inchoat,quam pluuia.

Exauctorati milites dicebantur,qui obligatione militari & ſtipendio ſoluti erant, habuerātque miſſionem. Hoc autem uerbum quandoque in malā partem capitur,vt apud Lāpridium,qui ſcibit,Alexandrū tumultuantes legiones exauctorauiſſe.Nam orta quondam ſeditione militari,non timuit conſcēdere tribunal, & oratione ſeueriſſima tumultuantes increpare,quamuis omnes armati circūſiſterēt.Poſtremo illis adhuc fremētibus quū inclamaſſet,Diſcedite,arma deponite:omnes depoſitis armis ſagulisque militarib.ad diuerſoria receſſerunt.Tūc vnam legionem totam exauctorauit,quam mox loco ſuo reſtituit. Simile eſt dictū Tranquilli de Cæſare dictatore ſcribentis: Nouam legionem apud Placentiam,quāquā adhuc in armis.Pompeius eſſet,totam cū ignominia miſſum fecit

Gregarij milites dicebantur vulgares,non electi.Tranquil.in Auguſto: Nam quū ſpectaculo ludorum gregarium militem in 13. ordinibus ſedentē excitari per apparitorem iuſſiſſet.

Triarii milites erāt omnium fortiſſimi,qui in poſtrema legionum parte collocabātur:in his autem ſira erat tota ſpes,& ultimum perfugium. Erant omni armorū genere inſtructi.Genu poſito ſubſidebant,vt ſi primam aciem vinci cōtigiſſet, ab his integrato pręlio victoria repararetur.De his Modeſtus ad hunc modum ſcribit.

ſcribit. Hi vt requieti & integri inuaderent hoſtes, poſt vltimas acies ſedere cõſueuerũt, & ſi qd in primis ordinib. accidiſſet, de eorũ virib. reparationis ſpes tota pẽdebat. Hinc formatũ adagiũ, Res ad triarios redijt: vbi prope deſperatur victoria, resq. eo periculi redacta eſt, vt extremo conatu ſummiſq; viribus ſit emittẽdũ: qb. ſi nihil proficiatur, iã nullus relictus eſt effugi & ſalutis locus.

Elaphri dicebãtur equites leuiter armati, qui diſcurſu faciles erãt, iaciebantque miſſilia ſeu ſagittas.

Accẽſi dicebãtur, qui miniſterio ac ſeruitio publicẽ adijciebãtur legionibus, quũ fas nõ eſſet milites (qui pecunia publica alebantur) cuiquã ſeruire, dicebãturque Accenſi velut accedentes.

Dimachæ dicũtur, qui duplici pugnæ genere decertãt, equo ſcilicet, & vt pedites, vbi regio nõ eſt apta equitatui. Hos primo ferũt inſtitutos ab Alexandro, qui etiam triginta puerorũ millia ad militarem diſciplinam curauit inſtruenda.

Finguntur etiam quandoq. huiuſmodi nomina ẽ nominibus telorum ut Lancearij Doryphori, ideſt, ſpiculatores. Dory enim Græce, lanceã ſignificat Latinẽ. Trãquillus in Nerone. Et quum affatim defeuiſſet, vt conficeretur ã Doryphoro liberto.

Machærophori ã ferẽdis Machæris gladijs. Cicero, Machærophoris centũ ſequentibus miros riſus nobis edidere. Enſiferi, ã ferendis enſibus.

Sariſophori ã Sariſſis, quas Macedonum haſtas eſſe diximus. Spatiferi ã Spatis.

Mucronigeri Cultriferi, Cutelliferi, Teligeri, Teligeruli, Iaculiferi, Iaculatores. Spiculiferi, Spiculatores, Haſtigeri, Haſtiliferi, Vrbiniferi, eadẽ forma dicũtur.

Tortores quandoq. dicuntur qui lapides tormentis iaciunt. Vnde & Tortores balliſtarum uocat Ammianus.

Scorpionarij qui ſcorpionibus, ſeu machinis iaculantur. Eiuſdem notæ ſũt Balliſtarij, Arcuballiſtarij, Colubrinarij.

Funditores, Fũdibularij, qui funda lapides intorquẽt Salluſtius, ipſe cũ expeditis cohortibus adhuc funditorum & ſagittariorum delecta manu.

Pyrobolari: qui ignitas glandes tormentis eiaculantur.

Clauigeri ã ferenda Claua, Græcẽ vocantur Corynophori.

Sunt & quædam principatuũ & præfecturarũ nomina vt Imperator, Rex, Dominus, qui in malam partem olim accipiebantur pro tyranno. Vergilius: Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem Impoſuit.

Megiſtanes dicũtur proceres & primates. Cor. Tacitus, Et Megiſtanes Armenios (qui primi ã nobis defecerant) populi ſedibus.

Monarcha ſeu monarches vnicus omniũ priceps, & monarchia principatus ipſe.

Hecatontarchus centum hominum vel ciuitatum princeps.

Dynaſtes dominus regni: Dynaſtia potentatus. Cic. ad Atticum: Erit nẽbulo iſte cum iſtis Dynaſtis in gratia.

Nauarchus princeps nauis.

Strategus dicitur pfectus militaris, & ſtrata, præfectura ipſa. Vñ & legimus Thraciam fuiſſe diuiſam in Strategas 50. Ita enim uocant præfecturas.

Archipolis princeps ciuitatis.

Demarchus tribunus plebis. Demarchia tribunatus.

Agoranomus apud Plautũ uocatur ædilis, ubi ait in Captiuis, Hunc fecerunt ſibi Ætoli Agoranomum.

Eparchus dicitur prouinciæ præſes. Eparchia prouincia.

Ethnearches princeps gentis. Ethnearchia principatus.

Genearcha generis princeps, Geneſis eſt generatio. Irenarches ſeu Irenarcha, qui præficitur in ciuitate ad auferendas diſcordias, parcandosq. tumultus ciuiles.

Philarchus amator imperij: Latine dici poteſt imperij candidatus.

Coſmuarchus mundi princeps.

Demo-

Democraticus qui fouet principatũ populi. Democratia, populi principatus.

Ephorus dicitur præfectus, & ſuper inſpector Ephori magiſtratus erãt tales apud Lacedæmonios, quales apud Romanos Tribuni plebis.

Decharcus, qui decem præeſt militibus.

Tetrarcha, qui quartam regni partem obtinet.

Dubenus apud antiquos capiebatur pro domino. Pacuuius Tũ Dubenus ſeruos ligatos peſſime verberat.

Trierarchus præfectus triremis Cic. Actione 3. in Verrem: Qua de re Charidemũ Chium teſtimonium priore actione dicere audiſtis, quum eſſet Trierarchus.

SAGITTARII ET IACVLATORES PERITISSIMI.

Inter ſagittarios principem locũ obtinet Apollo, quem ideò poetæ Sagittiferum & Sagittipotentẽ dicunt. Vnde Claudianus, Mars clypeo melior, Phœbus præſtãtior arcu. Hor. li. 1. Car. Nec te metuende certa Phębe ſagitta Val. Flac. Arcu potens aduerte precor nunc denique Apollo.

Getæ, Scythæ, Ituræi. Perſæ ſeu Parthi, Sarmatę, Cretẽſes, Arimaſpi, & omnes ꝓpe Orientales arcu & iaculis claruerunt.

De Getis Scythiæ populis Oui. li. 5. de Triſt. Sarmaticæ maior Geticæq. frequentia gentis, Per medias in equis itque reditque vias. In quibus eſt nemo, qui nõ Coryton & arcũ, Telaque viperea Lurida felle gerat. Et lib. 1. de Ponto, & 3. & in Ibin.

De Scythis Septẽtrionalib. populis Claudianus, de ſpolijs Scythicos arcus, aut rapta Gelonis. Cingula Plin. lib. 4. Vt ſit plane arcus Scythici forma.

Ithera ſeu Ithura, vrbs eſt in Tauro mõte Parthiã verſus, cuius habitatores Ithuręi arcu & ſagittis claruerunt, quod quemadmodũ in cæteris arguitur poetarũ epithetis quum arcũ vocant Ithuræũ, ſagittas Parthicas neruos Geticos, pharetras Sarmaticas, & ita in cæteris: Sabel. in Oraculo. Quæ turba pharetris Certat Ithuræas ſumptis imitarier artes.

Parthi ſeu Perſæ Oriẽtales populi, ſagittis adeo claruerũt, vt fugiẽtes à tergo iacularẽtur, auerſiq. ſequẽtes res hoſtes læderẽt, pinde ac aduerſi, vt iã diximus. Luc. Ocyor & miſſa Parthi poſt terga ſagittas. Cat. Siue in Hircanos, Arabasq; molles ſeu Sacas ſagittiferosq. Parthos. Ouid. li. 1 de Remedio: Vince Cupidineas pariter, Parthasq. ſagittas. Io. Fr. Mirã. In molli pharetratę Perſidos vrbe.

A Sarmatis Scythiæ populis doctiſſimis iaculorũ, Arcus vocatur Sarmaticus. Oui. lib. 1. de Ponto, Moris an oblitus patri contendere diſcam Sarmaticos arcus.

Cretenſes omnes hac etiam arte clariſſimi extiterunt. Ver. in Cyri, Attica Cretæ aſternabat rura ſagitta.

Inter inſulę populos pręcipui ſagittarij fuerunt Dictęi, Gnoſiaci, Cydonij à Dicte Gnoſo, Gortyna & Cydone vrbibus dicti. De Dictęis Syllius li. 13. Dictæa per auras Tranat, & in mediũ perlabitur vrbis arũdo. Stat. lib. 4. Thebaid. Dictæque tela Ipſam & Amycleas humeris aptaſſe pharetras.

De Gnoſo & Gortyna vrbibus Cretæ Lucanus: Gnoſosq. agitare pharetras Docta, nec eois peior Gortina ſagittis.

A Cydonæ Cretæ oppido, tela Cydonia dicũtur, quòd eius loci incolæ periti fuerint ſagittari. Vergilius, Ire libet Partho torquere Cydonia cornu Spicula tanquam hæc ſit noſtri medicina doloris. Stat. li. 7. Thebaidos: Cydonias anteibãt Geſa ſagittas. Claudia. Quæ vires iaculis, vel quum Gortynia tendis Spicula, ꝙ felix arcu, certique petitor Vulneris, & ceruũ mentiri neſcius ictum, Scis quo more Cydõ, qua dirigat arte ſagittas Armenius, refugo quæ ſit fiducia Partho.

De Orientalibus populis Val. Flac. lib. 5. Quos neque Iber neq; tuta ſuis Aurora ſagittis Suſtinet. Per auroram intelligit Orientales Syll. lib. 12. Eois quanquam certet Gortyna ſagittis. Stat. lib. 3. Syll. Et Eoas iaculo damnare ſagittas.

Lycia

Lycia regio minoris Aſiæ,populos habuit peritos iaculãdi. Vnde Vergilius Lycias uocat ſagittas,lib.8.

Erithræ quoque,ſiue Erithra,Aſiæ ciuitas arte ſagittãdi claruit.Sidonius,Fortè ſagittiferas Euã popularis Erithras.Crinitus ait Scotos(qui vicini ſunt Britanis) indirigendis ſagittis acres & egregios.

Paulus Diaconus ait,Gothorum gentem nullo armorum genere magis quã arcubus vti conſueſſe.

Arimaſpi populi iuxta Riphæos in torquendis ſagittis(quarum sũt péritiſſimi)alterum inflectunt oculum,vt altero melius cernant. Hinc & nomen traxerunt. nam & Ari Scythicè vnum,& Maſpos,oculum ſignificat.

In Balearibus(quæ ſunt inſulæ maris Hiſpanis)primum repertus eſt vſus fũdę,& adeò celebratus,vt matres filios ſuos alijs auibus ueſci non paterẽtur, niſi quas funda fuiſſent adepti.Verg li. Georg.Stuppea torquẽtur Balearis verbera fundæ.Stat.lib.1.Roboraque & grauitas fundæ Balearis habenas.

Hippocoon,Mneſtheus, Euritíon ſagitarij fuerunt,qui teſte Vergilio, cõtenderũt de palma,& una iaculati sũt in ludis illis exequialibus,quos Aeneas ad tumulũ patris Anchiſę celebrauit,quũ relicta Africa ĩ Italiã nauigaturꝰ redit p Siciliã.

Idem Verg.li.9. ait,Chorineum Italum,fuiſſe peritum iaculatorem:Aſylam verò Troianam,arcu & ſagittis nobilem.

Acaſtus venator fuit ſagittis clarus,qui cum Meleagro ad occidendum,aprũ(qui Calydona vaſtabat)profectus eſt. Ouidius libro 8. Metam. Leucippusq; ferox Iaculoq.inſignis. Acaſtus.

Fuit Paris adeò ſagittandi peritus,vt Achillem ſolo pede vulnerabilẽ telo traiecerit.Verg.lib.6.Aeneid.Dardana qui Paridis direxit tela.Oui.in Epiſt.Paridẽ ſic loquentem inducit,Ne ve putes,non me niſi cominus eſſe timendum,Fingitur iuſſo noſtra ſagitta loco Stat.libro 3.Syluarum.

De Licota Ouid.lib.12.Iaculatoremque Lycotam Sternit.

Moſpum Cretenſem ab arte ſagittandi comendat Syl.Italicus lib.1.

Ilerdes fuit iaculator quiſpiam, qui tã certis iaculabatur ictibus, vt etiã volucres in medio aere percuterer. Syllius,1ã ſocius volucresq; vagas deprehendere nube Aſſuetꝰ iaculis idẽ & bellator Ilerdes Cuiludꝰnullã curſu nõ tollere damã.

Alcon Cretenſis fuit ſagittarius,cuius filium quũ rapiſſet Draco, tanta arte ſagittam direxit,vt illæſo filio,Draconem ipſum confecerit. Val.Flac.lib 1.Argõ.Vacua nam lapſus ab arbore,paruum Ter quater ardenti tergo circũuenit anguis Stat.procul intendens dubium pater anxius arcũ. Sidonius, Vetuiſſet Caſtore frẹnos,Pollucem cæſtus,Alconem ſpicula noſſe.An.Politianus in Epigram.Vidit vt implicitum puero pater anxius anguem, &c.

Deucalion Hyperæſij filius ex Hypſo nympha,fuit etiam peritus ſagittarius.Val. Flac.lib.1.Argon.Deucalion certus iaculis.

Æthalides præco fuit inſignis, qui propter eloquentiam Mercurij filius creditus eſt Hinc euam telis clarũiſſe ceſtis eſt Val.Flac.lib.1.

Catenes miles fuit,qui ictibus adeò certis deſtinata feriebat,vt aues quoq; ab ipſis nubibus exciperet.autor Curtius lib.6.de geſtis Alexandri.

Docuit Hercules,quanta ſagitiandi arte clareret,dum Centaurũ Neſſum,quãuis remotum,& ceruã æripedem certo traiecit ictu, Harpiasq; volucres in medio confecit aere,dicente Seneca:Petijt ab ipſis nubibus Stymphalidas.

Eurytus rex Ochaliæ,pater Ioles,Herculem ſagittandi artem docuit.

Fuit Domitianus Imper. Doctus adeò ſagittarum, ut inter diſtẽtos uiri procul poſiti,dignos tela tranſmitteret. autor Sextus Aurelius.Tranquillus ait centenas uarijs generis feras,in Albano ſeceſſu,ſagittis plerunq.cõfoſſas multis uidẽtib. Ex induſtria ita quarũdã capita nõnũqua figebat vt duobus ictib.quaſi cornua effingeret.Nonnunquam in pueri procul ſtantis præbentisq.pro ſcopo diſpẽsã

dextræ manus palmam, ſagittas tanta arte direxit, ut omnes per interualla digitorum innocuè euaderent.

Commodus Imperator Fauſtinæ & Marci principis filius cerũ ictibus in arena totidẽ feras ſtrauit, tã validis viribus, vt multas vno cõficeret ictu Adeo certa fuit ei manus, vt quicquid oculo deſtinaſſet, iaculo aut ſagitta cõtingeret. Hero. li. 1.

Saxo Grammaticus ſcribit Enarum fuiſſe ſagittariũ magno corporis artisq. robore præditum, qui tanto rigore arcum intendebat, vt excuſſum ab eo iaculum nulla rerũ duricia ſiſteret, quo minus citato motu uniuerſum penetraret obſtaculũ.

Nihil erat tam paruum tamq. exiguum, quod plumbea æneì tormenti pila nõ cõcuteret Andræas Agidarius, ſi illud oculo conſequi poſſet.

Toco, miles fuit quiſpiã autore Saxone doctus adeo ſagittator, ut ſermone inter conuiuas temulentibus habito, iactauerit tanto includandi vſu ſe prędìtum, vt exiguum quolibet pomum, baculo procul & longiſſimè remoto ſuperpoſitum, prima ſpiculi direptione feriret.

Pontanus Aſparẽ quendã Garamanta à præſtantia torquendarum miſſilium his verbis cõmẽdat: Hinc Aſpas Garamas, quo non præſtantior alter. Aut torquere manu iaculum, aut dare vulnera funda.

TELORVM BELLICORVM ET gladiorum nomina.

Telorum vocabula Gell. lib. 11. ca. 52. multa ponit ad hũc modum Haſta. pilũ, phalarica ſemiphalarica, ſoliferra, geſa lancea, rumigeſti, faces, tragulæ, frameæ, meſanculę, cateiæ, rumpgeæ, ſcorpius ſcibones, ſilices, uerura, enſes, ſicæ, machere, ſpharæ, lingulę pugiones, clunachula.

Sequentia iaculorum nomina enumerantur a Crinitio, ubi de telorum generibus meminit: Spari, cateię frameę caię, rumigeſti, musãculę, ſibini, geſa, uerura, aclides, rompheæ, lanceę. pila, ſariſſe, ſcribones, tragulę, telones, haſtę, ſudes, Phalaricę, iſſi, faces, ſemiphalaricę, caſtra, ſoliferrea, ſcorpij.

Aclides, Seruius ait tela eſſe adeò antiqua, ut nec vſquã commemorẽtur in bello Legitur tamen, quòd ſint clauę cubito & ſemis factę, eminentib. hinc inde acuminibus, quę ita in hoſtem iaciũtur religatę loro uellino, vt peractis vulneribus poſſint ad dominos redire. Putatur tamen eſſe teli genus, quod per flagellum in immenſum iaci poteſt Verg. lib. 7. Aen. Teretes ſunt alides illis Tela.

Acynacis gladius eſt Parthorum genti peculiaris Hor. lib. 1. Car. Vino & lucernis Medus Acynacis immane quãtũ diſcrepat. Curt. li. 5. de geſtis Alexandri: Strictoq. acynace interfecturos videbãt, ui prope Beſſus Bactrianiq. deprecarẽtur.

Aeganea ſpecies eſt leuioris iaculi. autore apud Cęlium Euſtarchio.

Ancyle iaculũ quoddam, quo qui u tuntur uocãtur Ancyliſtæ, quamuis etiam Ancile ſignificet anſam iaculi.

Anſatæ ſunt iacu'amenta cum anſis.

Catapulta dicitur uelox iaculum, uel ſagitta Plautus: Atque ita te neruo torquebo ut Catapultæ ſolent.

Cateia gladius eſt falcatus, Germanis olim frequentes Syllius: Pãda manus eſt armata Cateia Pona. lib. 5. de Stellis: Armaque, Pilaque Cateias.

Clunaculum dicitur a ſciendis victimarum clunibus.

Copidas eſſe Curtius ait gladios leuiter curuatos. Falcibus ſimiles, quibus appetebant beluarum manus.

Culter ſeu Cyltrũ (vtrũq. enim dicimus) propriè dicebatur gladius victimariorũ, quo ſcindebãt victimæ. Hinc Coltarij dicebãtur victimicidæ. Propertius: quũ fallẽda meo pollice cultra forẽt. Eius prope generis sũt Glunaculũ & Seceſpita.

Dolones tela ſunt bellica. a lædendo dicta, autore Donato. Nam dolos Gręce lęſio dicitur. Syllius libro tertio: Nec tereti dextras in pugnam armata Dolone. Tranquillus in Claudio Cæſari: Reperti & equeſtris ordinis duo in publico cum

Dolone,

Dolone,ac venatore cultro præſtolantes.

Falces,Harpagones,Fundæ,Fuſtibale,Plumbatæ,Onagri,Scorpiones,numerãtur à Vegetio,inter tela naualia Fundis qui vtuntur,vocantur Funditores.

Framea gladi⁹ eſt Marti peculiaris.Iuuenalis:Et Martis frameã,& Cyrrhæi ſpicula vatis Martial.Capella : Gradini frameã nõ auſus poſcere falſem. Corn.Tac. vbi de populis Germaniæ loquitur,frameas pro haſtis videtur accipere,dicens: Rari gladijs,aut maioribus lanceis vtuntur. Haſtas,vel ipſorum vocabulo Frameas gerunt,anguſto & breui ferro,ſed ita acri,& ad vſum habili,vt eodẽ telo, prout ratio poſcit,vel cominus vel eminus pugnet.Et eques quidem ſcuto frameaq; contentus eſt,pedites & miſſilia ſpargunt.

Geſa Gallorum ſunt tela.Vergilius li.8.Aenei.Duo quiſque Alpina coruſcent Gaſa manu.

Geus ſiue Geum,dicitur telum omnino ferreum.

Harpe incuruus eſt Mercurij gladius,quo vſum ferunt Perſeum.Lucanus:Et ſubitus præpes Cyllenida ſuſtulit Harpen:Harpen alterius monſtri iam cæde rubẽtem.Pontanus li.4.de Stellis:Quæ Martem clypeo,galeaq; adamantideq; Harpe Inſtruxit.

Haſta dicitur,quod ſtans vel à ſtãte ferri ſoleat.Vnde & haſtile deductum,Moris erat antiquitus haſtæ ſubijcere res,quæ exponebantur vænales per auctionem: Hinc Haſtarium,dicebatur auctionaria illa venditio. Tranquillus in Auguſto Ipſum bonaq; eius ſubiecit haſtæ Haſtici ludi,qui haſta conficiũtur.Idẽ autor in Caligula;Edidit & peregre ſpectacula i Sicilia Syracuſis haſticos ludos. Haſta pura dicitur,nullo ferro præpilata.Vergilius:Ille vides pura iuuenis qui nititur haſta Suetonius in Claudio: Poſidem ſpadonem Britãnico triumpho inter militares viros haſta pura donauit Haſtis puris enim milites ob fortitudinẽ donabantur.Hinc ſcribit Plinius, Sicinium Dentatum donatum fuiſſe haſtis puris duodeuiginti.

Iaculum,quicquid iaci poteſt.Hinc Iaculari verbum.Iuuen.Stat.1.Et quantas iaculetur Monycus ornos,Dicimus etiam Iaculo & Eiaculo.

Lingulam veteres dixerunt gladiolum oblongum in ſpeciem linguæ factũ.Cuius meminit Neuius apud eũdem Gellium:Sin mihi gerere morẽ, videat lingula.

Domitius in Martialem ait, lingulam etiam capi pro inſtrumento,quod ad ſimilitudinem linguæ conflatum vſui eſſe poteſt ad aromata tectanda,vt in illo verſiculo.Martial.Gracileſq; lingula,cæreſq;,chartæque.

Machæra Græce gladium,ſeu cultrum Latinè ſignificat.Apuleius: Cõminabatur ſeſe conciſurum eum machæra fruſtratim.Plautus.Si tibi eſt machæra,& nobis eſt vrbani domi.Quod adagium dici ſolet,quũ malum malo opponitur. Vrbina enim genns etiam eſt teli.

Manobarbulus genus eſt teli,ſimilis plumbeæ pilæ,quo vtebantur milites,qui manobarbuli dicebantur.

Materis telum eſt oblongum,breuius tamẽ lancea.Siſcennã:Gallia materib. Sueui lanceis configunt.

Nouacula culter eſt raſorius,cuius artifices dicuntur Nouacularij.Martial. de ferramentis tonſorijs. Tondentis hæc arma tibi ſunt apta capillis, Vnguibus hæc longis vtilis,illa genis.

Paltum teli genus eſt,ſeu minoris iaculi,quod in itinere torquetur.

Patazonium gladii genus,quod accingi ſolet zonæ.

Pilum dici poteſt quinque pedum haſtile.Sul.ait,Pila Romanorũ eſſe miſſilia triũ pedum,vtrinque præfixa ferro trigono vnciarum nouem.Luc. Infeſtiſq; obuia ſignis Signa,pares aquila,& pila minantia pilis.

Pugio genus teli, ſeu gladii breuiuſculi, à pungendo dicitur, vel quòd punctim feriat, vel quòd punctum teneatur. Hinc diminutium Pugiunculus. Cicer.

Hiſpanienſem Pugiunculum Cn.Piſonem appellabat.
Rompheagenus eſt teli Thraciæ nationis. Val. Flac.li.6. Argon. Aequaq; nec ferro breuior nec Romphea ligno. Mantuan. mediam produxit, dicens. Quã gerit ad verſus feriat Rompea cohortes.
Runa teli genus latam habentis cuſpidem.
Sagitta iaculum quod arcu mittitur. Hinc Sagittare verbum, ideſt iaculari. Hierõ. Vt ſagittent in oculis immaculatum. Sagittarius, qui ſagittas intorquet. Trãq. in Flauio Veſpaſiano: Syriacum præmiſit exercitũ. Hinc 40. millia ſagittariorũ Sagittarios equeſtres Græci Hippotoxatas vocant Omnium optimi ſagittarii ſũt Parthi, qui fugientes & auerſi iaculantur, & lędunt perinde ac diuerſi. Lucanus Ocyor & Miſſa Parthi poſt terga ſagitta. Fiũt etiam compoſita Sagittifer & Sagitti potens Cicero in Arati Phęnomenone: Mẽſe ſagitti potens ſolis quum ſuſtinet orbem Ruffus Feſtus: Membra ſagittifero cedunt poſtrema reuecto.
Sariſſa dicitur haſta præ longa Macedonum genti peculiaris. Vnde & Alexandri ſtipatores Sariſſophorus vocat Curtius, Liuius. Prælongus haſtas Macedones Sariſas vocãt. Luc. 8. Primi Pellęas arcu fregerẽ Sariſſas Ouid. li. 12. Qui clypeo. gladioq; Macedoniaq; Sariſſa conſpicuus.
Seceſpita á ſecando, gladius erat ferreus & oblõgulus, manubrio eburneo rotũdo quo Flamines, Flaminicæ, & Pontifices vtebantur ad ſacrificia. Tranquil. in Cæſare Tiberio: Nam & inter Pontifices ſacrificanti ſimul pro ſeceſpita plumbeũ cultrum ſubijciendum curauit.
Sibina ſeu Sibinis, telũ eſt venabulo ſimile Illyrijs peculiare. Ennius: Illyrijs reſtãtſicis, Sibiniſque fodentes.
Sigymnum iaculi genus eſt autor Cæl. ex Lyophrone.
Sica gladius eſt occultus, inuaſorius, qui incluſus ligno formã habet baculi. Hoc qui vtũtur. Sicarij vocantur. Horatius, Si quis erat dignus deſcribi, quòd maius aut fur, Quod mæchus foret, aut ſicarius. Mart. li. 11. Inuaſit medic' ſica Phreneticus Eucli.
Spara minimi generis ſunt iacula, á ſpargendo dicta. Sunt autẽ ruſtica tela in modum pedis recurua, Verg. li. 10. Agreſtisq; manus armat Sparus. Nam vtrumq; dicimus in Maſculino & neutro genere. Salluſt. Cæteriq; vt quoſq; caſus armauerat ſparis, aut lanceis: alij præacutas ſudet portabant: Luc. Tum murices portantur tragula porro.
Spatha genus eſt gladij. Iulius Capitolinus de Maximino Imp. Fecit & Spathas argenteas, fecit ẽt aureas, & oĩno quicquid pulchritudinem eius poſſet iuuare.
Tragula á traiiciendo vel quòd infixa ſcuto trahatur. Metaphorice pro dolo capitur, Plaut. Tragula in te inijcere adornat.
Triphorum dicitur telum longitudine trium cubitorum, quod Catapulta mittitur Ennius, Aut permaneret paries percuſſus triphoro.
Venabulum venãtium haſta lato præpilata ferro. Ouid. in epiſt. Phedrę, Siue tenes lato venabula cornea ferreo.
Veruina telum eſt ſimile veru. Sidonius, Cui noſter ſermo erit pro veruina.
Verutum eſt telum breue & anguſtum: autore Nonio. Salluſt. 3. hiſt. Auxiliumque manebant in modum Veruti militaris.

TELA PROPRIA GENTIVM.

Frammea, Germanorum. Romphea, Thracum, Lancea, Hiſpanorum. Vnde Varro apud Cellium ait, Lanceam non Latinum, ſed Hiſpanorum eſſe verbũ. Pila, Romanorum. Iſſi, Boiorum. Sariſſæ. Matedonum. Sibini, Illyricorum.

TELA, ET SCEPTRA DEORVM.

Claua fuit Herculis telum Ouid. in epiſt. Deianyræ: Inſtruxitq; manum claua domitrica ferarum. Idem lib. 15. Vulnera clauigeri quæ fecerat Herculis arcus.

Frameam

Frameam poetæ uocant Martis haſtam.
Simulachro Apollinis apponebatur arcus ſagittæ,Clypeus & Lyra.Claudianus.
Mars Clypeo melior,Phębus præſtantior arcu.
Fuſcina telum fuit triſulcum,inſigne Neptuni,vt apud Priapeiam:Neptuni Fuſcina telum.Mar.libro primo.Fuſcina dente minax,nexu fuit anchora curuo. Dicitur & Tridens,uelut tres habens dentes.Neptunus apud Ver libro 1.Æn.Et Luc.4.Ouid.8.
Harpe gladius eſt falcatus Mercurij. Vnde & Ouid. Harpen vocat Cylleneidem, lib.5.Metam.
Septrum & fulmen Ioui tribuuntur.Vnde & poetæ Iouem appellant fulminatorem,fulmigeram,fulguratorem,tonitrualem,ſceptrigerum.Quintianus in Orpheo:Aſtant cælicolæ intenti,quæ fulminiger rex Præcipias,Bapt.Pius.Iunxit Agenoridæ ſeptrifer ipſe tonans.

VINCVLA DIVERSA.

Boiæ dicuntur uincula tã lignea q̃ ferrea,quod ſic illaqueant,ut iuga ſuos boues.
Capiſtrum capitis vinculum in equis & iumentis.Martialis.Paret purpureis apex capiſtris.
Cataſta compes erat ſeruilis.Perſius: Capadocas rigida pingues pauiſſe Cataſta Capitur etiam pro loco,in quo vænales pueri & puellæ ſeruabantur.
Circites circuli ſunt ex ære facti.
Cohum lorum eſt,quo temo buris iugo ad alligatur.
Compes uinculum eſt pedum,quo alligantur rei,ne carceres effugiant.Horatius Ibericis perulte funibus latus,Et crura dura compede.
Epidromes funes ſunt,quibus retia tenduntur circa ſummam & imam partem.
Lorum uinculum eſt ex corio:capitur etiam pro retinaculo iumẽtorum, & cingulo Veneris.Gellius:Videbamus Andropum & leonem loro tenui reuinctum vrbe tota circũ tabernas ire.Lorarij dici poſſunt carnificum famuli, qui reos loris vinciunt imperantibus dominis.
Manicæ dicuntur propriè manum uincula.Vergil.Ipſe uiro primus manicas atq; arcta leuari Vincula iubet Priamus.
Numella uinculum eſt ligneum, quo reorũ pedes & colla in foramina rotũda immittuntur,& ibidem conſtringuntur,vt ſe nequeant educere.Plautus in Aſina. qui aduerſum ſtimulos,laminar,crucesque,compedesq; neruos,catenas,carceres,numellas,pedicas,boias.
Panagron appellatur rete piſcatorum.
Pantheron genus eſt retis ex eo nomen habens,quod omnes aues concludat.
Pedica laqueus pedum.Mantuanus in Bucol. Vt captam pedicis circũdat aranea muſcam.
Retia ſeu Reticula,dicuntur caſſes venatorum,ad illaqueãdas feras.Capiũtur & interim pro alijs vinculis.

CORONAE DIVERSAE.

Variæ fuerunt olim coronæ,quibus penſabatur hominum uirtus,ut ex ignauis torpor excuteretur & in generoſis virtus creſceret.Pli.li.22.numerat Gemmatas, Aureas,Vallares,Murales,Roſtrales,Ciuicas,Triumphales,quibus nobiliorem fuiſſe Gramineam dicit.
Caſtrenſem donabat imperator ei,qui primus hoſtium caſtra pugnãs introuiſſet. habebat autem inſigne valli.
Ciuica dabatur ei qui ciuem a morte liberaſſet.Fiebat fronde querna,aut ilignea. Cælius.Aduehuntur,inquit,cum ilignea corona & chlamyde.L.Hel.vir Cenſorius cenſuit Ciceronem conſulem hac ornãdũ corona,quòd eius opera atrociſſima illa Catilinæ coniuratio deleta,uindicataque fuiſſe.

Muralis dabatur ab imperatore ei, qui primus murum ſubijſſet, & in oppidum hoſtium per vim aſcendiſſet.

Naualem merebatur, qui in maritimo prælio primus hoſtiũ nauẽ vi armatus tranſiluiſſet. Ea roſtris nauium erat inſignita Muralis autem, Caſtrenſis, & Naualis fiebant ex auro.

Obſidionalem coronam dabât obſidione liberati, ei qui liberauerat. Ea fiebat gramine vnde & Graminea dicta eſt. Hanc S.P.Q.R. Fabio Maximo dedi, ſecundo bello punico, quod vrbem Romam obſidione liberaſſet.

Oleagina ob conuerſum hoſtem dabatur. De coronis vide Gellium li.5.c.5. Blondum Foroliuienſem de Roma Triumphante lib.6. Volaterranum li.26. Philologiæ. Plinium lib.16.

Ouālis corona erat Myrtea vtebantur imperatores, qui ouantes vrbem introibāt. Onatio minor erat triũpho. Ouationis cauſa eſt, non triumphi, quum aut bella non rectè indicta ſunt, nec cum iuſto hoſte geſta: aut quũ hoſtium nomẽ humi de eſt, vt ſeruorum, aut piratorum: aut quum deditione facta, incruēta parta eſt victoria. Hæc fiebat ex Myrto.

Triumphales coronæ ērãt aureæ, mittebãturque imperatoribus ob honorẽ triumphi. Hæ vulgo dicitur aurum coronarium, inquit Gellius. Aureis poſtmodum ſucceſſerunt Laureæ: eranque eiuſdem & virtutis & honoris præmia.

TRIVMPHATORES, SEV QVI DE DIVERSIS regibus, & populis triumphauerunt.

L. Attili' Calatinus triũphauit de Sardis Cn. Cominius de Aruenis & Bathuleorũ duce. Liuius Salinator de Illyriis. M. Attili' Regulus de Salētinis. Paulus Aemylius iunior de Ligurib. & Perſeo. Meneuius Agrippa Lanatus de Sabinis. M. Antonius triumuir de Armeniæ rege. M. Aquilius cõſul de Ariſtonico rege. Iunius Bubulcus Brutus dictator Equos ſubegit, ac die octaua de eiſdem triumphauit. Furius Camillus Veio decēnali obſidione domuit, ac de iiſdem triũphauit. Sp. Caſſio duo triumphi cõtigerunt. M. Curtius de Sānitibus & Sabinis. P. Decius iunior de Sānitibus. Cn. Duilius primus de nauali victorias triũphauit. Fabius Rullianus de Appulis. Nucerinis, Samnitibus, Vmbris, Marſis, ac Thuſcis triumphauit. Fabius Gurges de Sānitib. Q. Fabius maximus de Liguribus, C. Folui' Flaccus de Sānitibus. M. Fuluius nobilior ouauit de Atholis, triũphauit de Ambraciēſib. L. Lucretius Tricipitinus de Volſcis, Marius de Teutonibus, & Iugurtha. Propert. lib.4. Dij melius quantus mulier foret una triumphus. Ductus erat per quas añ Iugurtha, & vias Q. Ce. Metell' de Iugurtha, & Numidis. L. Mumi' de Achæis. M. Hor. Conſul de Sabinis, ſine autoritate Senatus. L. Papyrius Curſor de Sānitibus. L. Papyrius Craſſus, eius filius, de Priuernatib. Cn. Pōpeius, Magni Pōpeij pater, de picentib. Pompeius magnus de Iarba, Mitridate, Ariſtobolo rege Iudæorũ. Aul. poſthumus Tubero de Volſcis. L. Aemylius Paulus de Ligurib. Q. Capitolinus quinquies cõſul de Volſcis. Scipio Africanus de Annibale & Syphace. Sulpitius de reliquijs Brenni. L. Valerius Valeſij filius de Veiētib. & Sabinis. Valerius Coruinus (qui ſexies fuit cõſul) de Samnitibus. L. Valerius de Volſcis, & Eqs, ſine autoritate ſenat'. M. Attilius Glabrio de Antiocho, & Ætholis, Aurelius Imperator, de Zenobia Palmyrenorum regina. Septimus Seuerus imperator de Arabib. & Adiabenis Dagobertus rex Frãcorũ de Saxōnibus. Papyrius Naſo de Corſis. Iulius Cæſar cõfectis bellis quinquies triũphauit, primum triumphum egit Gallicã, ſequentem Alexandrinum, deinde Pōticum, huic proximum Africanum, nouiſſimum Hiſpanienſe, Triumphauit Bacchus de Indis, Tatius de Sabinis, Gordianus de Perſis. Auguſtus Curules triũphos tres egit: Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum, continuo triduo. Antonius Commodus triũphauit de Germanis, Domitianus de Dacis, & Cattis. Papyrius Curſor de Corſis, in monte Albano.

Porro autem lege fuit cautum,ne quis triumpharet,qui minus quã quinq; millia una acie ſuperaſſet. Nulli item licuit triũphare,qui nec Dictator, neq; Prætor, nec Cõſul res geſſiſſet. Itẽ nemini prius decernebatur,triumphus, quam regionem(de qua triumphaturus erat) ſucceſſori pacatam reliquiſſet. Triumphãtes auratis curribus vehebantur, quos albi traherent equi Pompeii tamẽ currũ in triumpho Africo traxerunt. Elephantes quẽ imitatus Cæſar, vectus eſt elephãtis quadraginta,dextra læuaq; lichno geſtantibus,autore. Thanquillo. Et Gordiano quadrigæ Elephantorũ decretæ ſunt triumphos Perſico. Habuit & Aurelianus currum quatuor ceruis iunctum Moris quoque fuit, vt in triumphatum curru ſederent eorũdẽ filii. Vide & Æmylius Paulus ſpecioſiſſimo triũpho filium duxit,quem triduo poſt amiſit. Triũphantes ſequebantur laureati milites Moris item fuit, Imperatores belli ciuilis uictoria,quantumuis magna,non triũphare:quia ciuẽs,nõ hoſtes:occidiſſent. Item,vt millites & abiectiſſimi quiq. diuerſis cõuiciis triumphantes inceſſerent,ne proſpera illa fortuna plus æquo ſuperbirent & inſoleſcerent. Sic triumphante Cæſare milites dixerũt;Galliã ſubegit Cæſar Nicomedes Cęſarem. Item Romani ſeruare vxores. Mœchũ caluũ uobis adducimus. Ventidium quoq. Baſſum in Parthico triũpho ſecuti milites decantarũt:Qui mulos fricabat,factus eſt cõſul. Porro lege cautũ erat,ne dux ante triumphi initium vrbem ingrederetur. Paulus Oroſius & cũ eo Blondus ſcribunt,Romanos triumphos numero fuiſſe 310.

Omnium vltimus triumphauit Probus Imperator.

Hæc de Triumphis,de quibus qui plura ſcire cupiet,videat Blondum Foroliuiẽſem lib. 10. de Roma triumphante.

DE IIS, QVI OB PECVLIARES QVASDAM virtutes Statuas meruerunt.

Seſoſtris rex Aegypti, ſtatuam præclaris facinoribus & bellica virtute apud ſuos adeptus eſt.

Ariſtogitoni & Armodio ſtatuæ ab Atheniẽſibus erectæ ſũt,quòd Athenas ipſas tyrannide Piſiſtrati liberaſſent. Plin. lib. 34.

Aſtylo Crotoniatæ(quum tribus cõtinuis Olympicis uiciſſet ſtadio)poſita eſt ſtatua. Autolycus Pancratiaſtes ſtatuam habuit in Prytaneo teſtis apud Volaterranus. Pauſanias.

Demetrius Phalereus,auditor Theophraſti,ab Athenienſibus(quorum Remp ſũma virtute ac prudẽtia 10. annos adminiſtrarat) 360. ſtatuis honoratus eſt. Quas cum poſtea inuidia diſieciſſent,ſatis habuit hæc dicere: At uirtutes non euerterunt,quarum gratia eas erexerant. Laertius & Plinius.

Eunomio Locrenſi artis citharœdicæ præſtantia ſtatuã peperit,quã Volaterranus adhuc in Italia Locris oſtendi teſtis eſt. Euthymus apud Plinium legitur.

Meruit & ſtatuam Athenis Fauorinus philoſophus,quæ(quum in odiũ Hadriani ueniſſet) deiecta eſt. Phil. apud Vol.

Iſocrates orator Athenienſis ſua eloquentia ſtatuam in Olympia meruit.

Gorgias Leontinus Delphis in templo ſibi poſuit auream ac ſolidam ſtatuam,primus teſte Plin. c. 4. lib. 33.

Mithridates Platonis gloria motus eidem ſtatuã dicauit egregium Sylonis opus, quam hoc modo inſcripſit: Mithridates Rhodoatæ filius hanc Platonis imaginẽ Muſis dicatam erexit. autor Plutar.

Pauſanias Cleombroti filius,quũ præclaris facinoribus Lacedæmones ſibi demeruiſſe,ſtatua ab eiſdem honoratus eſt,quam tamen poſtea euerterunt,quòd arripere tyrannidem uoluiſſet. Thucydides lib. 1.

Phryne meretrix ſtatua donata eſt ob formam & pulchritudinẽ cuius cauſa prius in iudicio fuerat abſoluta,quum tunicam pectore deduxiſſe. Quintil. lib. 2.

Ptolemęus philopator Homero poetarum maximo templum cum ſtatua dicauit. Æ lianus apud Volaterr.

Epicurũ Athenienſem philoſophum ob doctrinam ſtatuis æreis patria decorauit. Tortellius.

Athenienſes Phocioni ſuo principi mortuo æreã ſtatuam dicauerunt, ob plurima in Remp. beneficia, inuẽtasque eius reliquias publicis sũptibus tumulo mãda uerunt. Plut. in eius vita.

Beroſo ob veriſſimas rerum prædictiones ſtatuam poſuere Athenienſes inaurata lingua. Plin. lib. 7.

Archyas Hyblæus, quum tres ordines Olympia ſimul & Pythia viciſſet, ſtatuã cũ Epigrammatis inſcriptione meruit. Volater. in Phil. 3.

Arcadius & Honorius petente ſenatu, ſtatuam Claudiano poetæ Alexãdrino in foro collocari iuſſerunt.

Demoſthegi mortuo Athenienſis populus erexit ſtatuam, cui hoc inſcripſerũt: Si pares ingenio uires Demoſthenes habuiſſes, nunquã Gręcię dominatus fuiſſet Macedo. Plut. in eius uita.

Cononi Atheniẽſium duci, & Euagorę, poſitæ ſunt ſtatuæ prope Iouis ſeruatoris ſimulachrum. Plut. in Euagora.

Idem in Alcibiade, ait, multas Athenis ſtatuas Mercurio fuiſſe erectas.

Polydamas Herculani roboris athleta, qui leonẽ in Olympia inermis iugulauit, & correptũ inuſitatæ magnitudinis taurũ, quamuis præ rabido impetu profiliẽtem retinuit, quadrigãsque tota ui concitatas altera manu remoratus eſt, ſtatuã meruit in Olympia. Cælius lib. 7. c. 56.

Cylon quamuis tyrannidem affectaſſet Athenis nihilominus tamen ob excellẽtẽ formam (quæ nullum non allicit) ſtatua ænea honeſtatus eſt. Cæl. lib. 13. cap. 7.

Oppian⁹ poeta, ex Anazarbo Ciliciæ ciuitate (qui de piſcib. ſcripſit) a ſuis ciuib. magnifica ſtatua honoratus eſt cum hoc Elogio: Oppianus ſum ſuaui loquens vates, quẽ crudelis atq; inhumani inuidia fati ante diẽ eripuit. Quòd ſi lõgius in lucẽ moras dediſſet, nullus mihi par gloria mortaliũ in terris foret. Volater.

Numa quoq;, & Seruius ſtatuas apud Romanos ſua virtute meruerũt. autor Plin.

Minutio Augurino ſtatua extra portã trigeminam erecta eſt, populo ſtipe collata, quòd farris precium in trinis nundinis ad aſſem redegiſſet. Plin. lib. 18. c. 5.

Trebius in Aedilitate aſſibus populo frumẽtũ præſtitit. Quam ob cauſam & ei ſtatuæ in Capitolio & palatio dicatæ ſunt. Plin. ibidem c. 3. Notatũ eſt autoribus. L. Actium poeta in Camœnarum æde maxima forma ſtatuã ſibi poſuiſſe, quũ breuis admodum eſſet. Plin. c. 5. lib. 34.

M. Portius Cato fuit Rom. adeo gratus, vt ſenatus ſtatuam ei conſularem in tẽplo collocau erit, cũ inſcriptione reſtitutos ab eo mores teſtãte. Plut. i Catone Cẽſ.

Titum Corucanum quum Tenſa Illyricorum regina liberius locutum occidiſſet, mortuum ſenatus ſtatua decorauit. Plin. lib. 24. c. 6.

M. Attilius Glabrio quum apud Thermopylas Antiochum, Aſiæ regẽ deuiciſſet, compos voti factus, ſtatuã auratam patri erexit in æde Pietatis, quod nemini antea Romæ contingerat. Liu. lib. 4. & Valer. de inſtitutis antiquis.

Horatio Cocliti ſtatua fuit, quod Ethruſcorum aciem in Sublicio põte ſolus ſuſtinuiſſet donec pons a tergo interrumperetur, quo cum in Tyberim decidit. Plut. ait, fuiſſe poſitam in æde Vulcani.

Chlœliæ virgini Romæ equeſtris ſtatua poſita eſt in uia ſacia, quod armata & equo inſidens Tyberim traieciſſet, ad declinandam uim porſenæ Ethruſcorũ regis. Liu. li. 2. & Plut. in parall.

Plutarchus in uita publicolæ ait, poſitam fuiſſe porſenæ ſtatuam iuxta curiam.

M. Claudius Marcellus, quum propter Gallos iuxta padum, & Annibalem apud Nolam ſuperatos, oppugnatas item Syracuſas, in præmium uirtutis ſtatuam

habuit

habuit in æde Palladis cum Epigrammate.

Mutuo Sceuolæ (qui coram Porſena Etruſcorum rege Romam obſidente dextrâ flammis admouerat, urbemq; obſidione liberauerat) Romani ſtatuâ erexerũt, eique prata dederunt trans Tyberim.

Cheronenſes ſtatuam lapideam in foro prope Liberum patrem publice Lucullo conſtituerunt, autor Plut. in Cimone.

Iunio Ruſtico Philoſopho ſtatuam erexit M. Antonius Imperator. Capitolinus.

Mantuani, mortuo Vergilio multis poſt ſeculis ſtatuam in celebriore ſuæ vrbis loco erexerunt, tanti adhuc viri memores, quem multis ante diebus ſuffocauerunt Parcæ. Pontanus de Obedientia.

Verrius Flaccus grammaticus, nepotum Auguſti præceptor ſtatuâ habuit in Præneſte oppido. Tranquil. de Illuſt. Grammaticus.

Claudio II. Romanorum Imperatori ſtatua cũ auro clypeo erecta eſt, quòd Gorthos Macedoniam vaſtantes magna attriuiſſe clade. Eutropius.

Octauio oratori Romani S.P.Q.R. ſtatuam erexit, ꝙ legatus ad Antiochũ miſſus regem ipſum reſpondere ſine cunctatione & mora compuliſſet. Plin. hoc adſcribit Cn. Pompilio. Crinitus lib. 7. c. 3.

Veſtritius Spurina Lyricus poeta, in Bructerum regẽ imperator conſtitutus, parta uictoria triumphalem meruit ſtatuam Plin. Iunior Epiſt. 7. lib. 2.

Nerua Cocceius Imperator ſtatuas & imagines, Soſiæ, Palmæ & Celſo conſtituit, quos uiros præ cæteris coluit, & ſummo in honore habuit, autor Dion. Caſſius.

Ioſephꝰ Iudæus pp libros de captiuitate Iudaica ſcriptos, ſtatuâ Romæ obtinuit

Antonio Muſæ medico Roma ſtatuâ Æſculapio proximam locauit, ob Auguſtũ morbo ſanatum Suet. in Auguſto.

Caia ſeu Tranquil. mulier laudatiſſima, & Tarquinij vxor ſtatuâ in tẽplo meruit.

ARTES ET ARTIFICES

TITVLVS VI.

MVSAE NOVEM.

MVSAS Poetæ fingunt eſſe Iouis & Memoriæ, ſeu Mnemoſynes filias, quod doctum oporteat fœcũda eſſe memoria. Dicunt inſuper has Muſicæ præeſſe, & carminum inuentrices vocant, ꝙ muſa cantum ſignificat, & poeſis ꝓxime ad Muſam accedat, quũ præſertim & numeris cõſtet, & proſodia. Fingũt earum ſedem eſſe in Helycone, Bœotiæ monte, prope phocidem, a quo, vt a confinibus locis diuerſa meruerunt nomina. Vocãtur ſiquidem Helyconides & Helyconiades, ab Helycone: Parnaſides, a Parnaſo phocidis mõte, vbi etiam finguntur habitare: Aonides, & Aoniæ ab Aonia, quæ eſt propinqua phocidi: Cytheriades a Cytherone Bœotiæ monte: Pierides, a Piera regione Macedoniæ, vbi etiam Muſarum domus eſſe dicitur Teſpiades, a Theſpia oppido Helyconi ꝓpinquo: Pegaſides, a Pegaſo equo Bellerophõtis, qui pedũ vngulis fontem è terra dr elicuiſſe, ſacrum Muſis, nomine Hippocrenem, a quo & Hippocrenides dicũtur: Libethrides, a Libethro Macedoniæ monte ſibi ſacro: Pympleides, ſeu Pymplææ, uel a Pymplæo Macedoniæ fonte; vel monte Orchomenorum: Caſtalides quoq; pari ratione dicuntur a Poetis, a Caſtalio fonte Parnaſi, quem etiã ſacrum Muſis fabulantur. Supereſt vt hæc omnia teſtimonijs confirmemus. Vergil. in Bucolicis: Nymphæ noſter amor Libethrides. Col. li. 11. Nũc vos Pegaſidũ comites Acheloidas oro. Ouidius

dius in Epi.Sapphus: At mihi Pegaſides blandiſſima carmina dictãt. Idem ibi
dem.Nec mihi Pierides ſubeunt, Dryadesſve puellæ, Nec me Theſpiadũ cæte
ra turba iuuat Lucr.li.3.Adde Helyconiadum comites, quorũ vnus Homerus.
Ouidius libro quarto Faſtorum.Pãdite mandati memores Helyconis alumnæ
Statius libro 1.Sil.Nunc opus Aonidus comitis tripodumq.miniſtri.Stat.lib.2.
Syl Et ſuper Pymplæa ſitim.Sidonius Hippocrenilattas iũgebat Pergaſus alas.
Dicuntur etiam Aganippides,& Aganippeę ab Aganippe Bœotæ fonte.Marul
lus:Nec melior vita ſcientia eſt, Exemploq; Aganippidum. Itẽ Iliſſiades a flu-
uio Athenarum:Lygiæ,ob cãnorũ genus:Corycides,a colle vel antro apud Del
phos:Mnemo ſynides,a memoria:Calliope dicitur bona vox:Clio gloria,vel ce
lebritas:Erato,amor,vel.cãtus moris:Thalia,cãtus laſciuia: Melpomene,cãtus:
Terpſicore.exultans chortis:Euterpe,concẽtus ſuauitas.Polyhymnia multitu-
do cantionum,& hymnorum.Varia ſunt earum inuenta.Clio inuenit Hiſtoria
Thalia Georgiam,& circa plantas Pragmatia,Euterpe mathemata,Terpſichore
Pędiam,Erato Orcheſi,Polyhymnia,lyram,Melpomene cantũ,Vrania Aſtrolo
giá,Calliope Poeſim Nuſis in Helicone rem primum diurnã fecerũt Othus &
Epialtes,ſacrumque illis dixerunt montem,quas tres tantum intelligi voluere,
Meleten,Mnemen,Adœn.Nouem poſtea fecit Pierius Macedo omnibus (quæ
nunc habentur) impoſitis,inquit,Cælius cap.8.lib.10.

PRÆCEPTORES, ET PÆDAGOGI.

Cryſippus,Eraſiſtrati.Aſclepiades,Themiſonis Protagoras,Euatli.Agonas,Zoroa
ſtrix Callimachus,Eratoſthenis.Eratoſthenes,Ariſtophanis.Volcatius,Geſelij
Anaxagoras & Damõ,Periclis.Molo,Ciceronis.Poſſidoniũ quoque Ciceronis
magiſtrũ fuiſſe,Cicero in libro de Fato, Eũ audiendi gratia Rhodũ adijt, vt in
eius vita Plutarchus.Socion,Senecæ.Seneca,Neronis.Cebes Phedonis. Phile-
tas Co⁹,Ptolemęi.Pãphilus Amphipolyta,Apellis.Empedocles,Gorgię.Plutar
chus,Traiani Donatus & Victorinus,Heronimi Palemon,& Flauius Virgini⁹,
Perſij.Architas,Empedoclis.Saccas Ammonius,Plotini.Serbidius Scæuola,Pa
piniani.Arnobius.Lactãtij.Liuius,Herculis.Lyſias,Epaminũdæ Policet⁹,Argii,
Aſopodori.Alexis & Ariſtidis,pictorum.Ageiades,Myronis Soſtratus,Lyſippi.
Phydias,Alcamanis,& Coloris Myrõ,Lycij,Lyſipp⁹,Phœnicis Euxinidas, Ari
ſtidis.Eupõpus,Pamphili.Theophraſtus,Demerii Phaleri. Chirõ & Phœnix,
Achillis.Lynus,Orphei,Thamirę,& Herculis Pherecides,Pythagoræ.Marian⁹
Matthæus,Frãciſcus Puteolanus Beroaldi:Lyſimachus,& Leonides,Alexãdri
Connidas,Theſei.Sarpedon,Catonis.Zopyrus,Alcibiadis.Achillas,Ptolemæi.
Sadrageſilus,Dagoberti.Sicin⁹,liberorũ Themiſtoclis.Hopleus,Tydei.Acetes,
Pallãtis Hyagenes tibidẽ,Marſiæ.Põtanus,Marulli.Silenus,Bacchi. Rainerius
Foroliu Bartoli.Bartolus,Baldi.Baldus docebat Ticini Paul⁹ Caſtrẽſis,& Anto
nius Roſellus,Paduæ.Benedict⁹ Capra,Peruſii.Barbaria Siculus,Bononię.Fuit
& Victorinus Fertinus Gonzagarũ pædagogus. Antonius Panormit.Alphonſi
Aragonis,Siciliæ regis præceptor.Andronicus Theſſalonicẽſis,Politiani.Calci
dias,Iouiniani Grammatici.Andalus Genuenſis,Bocatijs.Amonius,Origenis.
Anacreon,Smerdis filii Polycratis Samiorũ regis.Thales Mileſius, Anaximandri
Anaximenis.Anaximenes,Anaxagorę.Philoxen⁹,Antigenidis muſici.Socrates
Antiſthenis.Antiſthenes,Diogenis.Euphranor,Appionis grãmatici. Aſcelpia-
des,Apollodori grãmatici Apollodor⁹ Pergame⁹,Cæſaris Auguſti.Menecrates
Arati poetæ.Anaxagoras,Archelai Mileſii.Plato,Ariſtotelis. Socrates,Ariſtip-
pi.Ariſtophanes grãmaticus,Ariſtarchi.Crates,Bionis Hermocrates, Callima-
chi,Ariſtoteles,Calliſthenis.Anaxagoras,Carueadi Socrates,Cherepõtis Hero
dotus,Chœrili.Diogenes Cratis Thebani.Paulus,Dioniſii Areopagitę Prodic⁹
& Socrates,Euripidis.Docuit Ariſtoteles annis 30.Quintilianus 20 Põponius
Lætus Romæ.10.Cãpanus,peruſiæ.Chriſtopholus Landinus,Florentiæ bonas

artes profeſſi ſunt. Poſſem infinitos huiuſmodi cōgerere, quos prætermitto, qđ hoc ipſum modici videatur momenti: rum etiam, quòd non putem poſſe fieri, vt quis ex maiori congerie fructum ſibi faciat, cui hæc nihil profuerint.

GYMNASIA.

Gymnaſium propriè dicebatur locus, in quo nudi palæſtritæ oleo perūcti cōcertabant. Nūc pro quocunq; exercitij loco ſolet accipi. Vnde & Gymnaſtes præceptor. Gymnaſiarcha gymnaſij magiſter.

Craneum gymnaſium erat apud Corinthum.

Eſt & Cyllarauium gymnaſij nomen aupd Plutarch. in Cleomene.

Lyceū, Academia, Prytaneū, Canopum, Pęcile, Tempe, gymnaſia Athenis fuere. Nā & Canopum agnoſcit Philoſtratus in Herodis Attici uita. Pœcile verò porticus varia à Latinis appellatur. Nobilitata etiam pręter picturam Marathonicæ pugnæ, Zenonis Stoici cōuentu. Vnde a porticu Stoici dicti. Lyceum Ariſtotelis, Academia Platonis ſcholæ fuerunt. Verſus Ciceronis: Inque Academia vmbrifera, nitidoq; Lyceo Fuderūt claras fęcundi pectore artes. De Prytaneo, Cicero libro 1. de Oratore: Et ut ei victus quotidianus in Pritaneo publicè præberetur.

MEMORIA CLARI.

Eſdras ſacerdos vniuerſas Hebræorum doctrinas habuit in memoria.

Themiſtocles tanta fuit memoria, vt Simonidi artem memoriæ pollicēti, dixerit ſe malle artē obliuionis, quod etiam meminiſſet, quæ nollet: & obliuiſci non poſſet, quæ uellet. autor Cicero lib. 2. de Finibus.

Carmides in Græcia, quæ quis exegiſſet uolumina in bibliothecis, legentis modo repræſentabat. autor Plinius.

Aiunt & Theodectem Ariſtotelis diſcipulum multæ fuiſſe memoriæ.

Cyrus rex nomina cunctorum militum in exercitu tenebat.

Cyneas Pyrrhi legatus Romam à domino miſſus, omniū ſenatorum nomina edidicit vno die, quorum confeſſum totidem regum ſibi videri retulit Pyrrho.

Mithridates duarūm & viginti gētiū, quas habuit ſub ditione, linguas percalluit, earumque gentium uiris ſine interprete locutus eſt. Autores Plin. & Gell.

Scipio in exercitu Romanorum tenebat nomina.

Habuit Lucullus diuinam quandā rerum memoriam, maiorem verborum Hortē ſius. autor Cic. lib. 4. Quæſt. Acad.

Hortenſius orationē iiſdē verbis ſcriptitabat & pnūciabat, quibus meditabatur.

Tanta fuit portio Latroni memoria, vt quæ dicturus erat ediſcendi cauſa nunquā relegeret. Edidicerat quū ſcribebat. Dicebat ita, ut in nullo vnquam uerbo memoria eum deciperet. Iubebat aliquem nominari ducem, ſtatim illius geſta ad unguentum reddebat.

Iulius Cæſar eodē tēpore quaternas dictabat epiſtolas. Plinius ſcribit eum legeres ſimul dictare, & audire conſueſſe.

Seneca ſcribit, memoriā in ſeipſo adeo excelluiſſe, vt non ad uſum modo ſufficeret, ſed in miraculum uſq; procederet. Nam duo millia nominum recitata, quo ordine erant dicta, referebat. Ducentos uerſus ab vltimo incipiens, recitabat.

Ælius Adrianus tanta fuit memoria, vt locos negocia, milites abſentes quoq; nuninibus recenſeret.

Antoni^9 Rauēnas ętate Antonij Sabellici multa rerū millia ſtās pcipiebat animo.

OBLIVIOSI, ET QVI MEMORIA EXCIDERVNT.

Atticus Herodis Sophiſtæ filius, tanta fuit ingenij hebetudine, ut ne elementorū quidem nomina perdiſcere, aut retinere unquam potuerit.

Thraces tam obtuſo ſunt ingenio, & adeò in fęcunda memoria, ut quaternarium numerando nequeant tranſcendere.

Curio pater nā nulla fuit memoria, ut olim totā cām i iudicio ſit oblit^9: teſte Cic.

Meſſala

Meſſala Coruinus morbi diritate ſui nominis oblitus eſt: autore Plinio.

Bamba rex Gothorũ hauſtu veneni ab Heringio ſucceſſore dati memoriã amiſit.

Franciſcus Barbarus, Hermolai amicus, Græcas literas (quarum prius erat doctiſſimus) in extrema ſenectute oblitus eſt.

Seneca ſcribit, Caluiſium Sabinũ iam fragili, aut nulla potius extitiſſe memoria, vt illi modo, Vlyſſis, modò Achillis, modò Priami nomẽ excideret, quos tamen mouerat optimè.

Orbilius Beneuentanus in extrema ſenectute excidit memoria. Vnde Bibaculus: Orbili vbi nam eſt literarum obliuio?

Georgius Trapezuntius in extrema ſenectute oblitus eſt literarum.

ALII, QVI VERBA FACTVRI, memoria exciderunt.

Theophraſtus apud Athenienſem populum dicturus præ pudore obticuit.

Demoſthenes apud Philippum regem Amyntæ filium. Herodes Atticus corã M. Antonio, Heraclitus Lycius ſophiſta coram Seuero principe verba facturi præter ſpem obmutuerunt.

Hipparchion veniens in certamen cum Ruffino citharędo, ſpę omnium eluſa conticuit. Hinc adagium, Mutus Hipparchion.

Bartholomęus Sothimus nomine ſuæ ciuitates Alexãdro Pontifici maximo gratulaturus, in media ꝓpè oratione excidit: ut Fran. Barbarus apud Philippus. Inſubrium ducem.

DOCTI VIRI HABITI IN magno precio & honore.

Quanti olim æſtimatæ ſint bonæ literæ, quantũq. doctis ſit conceſſum, nullo certius argumento, quàm ſequentibus patet exemplis.

Daniel propheta Cyro regi (quem Theologiæ myſteria perdocuit) familiariſſimè vtebatur; autor Theodoritus Cyrenenſis.

Alexander magnus captos inter ſpolia Darij Perſarum regis vnguentorũ ſcrinio (quod erat auro, gemmis ac margaritis pretioſum) libros Homeri (quos tãto dignos loculo exiſtimabat) incluſit. Plin. li. 7. cap. 29.

Idem quum Thebas euerteret, & in omnes ſine diſcrimine ſæuiret, Pindari vatis penatibus parci iuſſit.

Idem Ariſtotelis præceptoris ſui nomini Patriã cõdidit, eique multa hominũ millia parere iuſſit, ad ſcribendos rerum naturalium libros.

Archilochi poetæ interfectores Apollo arguit Delphis.

Sophoclem Tragicum poetam defunctum ſepeliri Liber pater iuſſit, obſidẽtibus męnia Lacedęmonijs, & Lyſandro eorũ rege inquieta ſępius admonito, vt pateretur humari delicias ſuas. Lyſander vbi intellexit Sophoclem mortuũ, pacẽ funeri dedit. Solinus.

Platoni Siciliam uenienti Dionyſius tyrannus, quamuis ad ſuperbiam ſęuitiamq; natus uitatam nauẽ miſit obuiam, & egredientem in littore quadrigis albis excepit. Plutarch. in vita Dionis.

Annicetus Cyreneus eundem ab Æginetis captum, & inter mancipia vænalẽ expoſitum ne quid indignum pateretur, Minois aliquot mercatus eſt & honeſto comitatu Athenas ad ſuos remiſit. Quam pecuniã quã à Platone ſibi remiſſam intellexiſſet, Profectò, inquit, peccatum videri poteſt, quod maiore ſumma nõ iuuerim tantum virum.

Platonẽ ipſum tanti fecit Ariſtoteles diſcipulus, vt nomini eius aram in tẽplo cõſtruxerit, ſtatuamq. conſecrauerit, in qua ſcriptum erat, hunc eſſe illum, quem probi omnes meritò debeant imitari, & cõmẽdare. Vnde extant Crinit. verſus in Parthenicis, Hæc illa eſt ara florib. redimita ſuaue olentibus, Quam gratus benemerenti ſtatuit in diſcipulus ſeni, Tituloq. hoc teſtatus animum ſuũ, atque

officium

officium Platonem probandum probe à probis.
Viginti talentis vnam orationem vendidit Iſocrates.
Aeſchines Demoſthenis orationem(qua tamẽ in exilium miſſus fuerat)eorũ amicis laudauit in ſua calamitate.
Athenienſes Thucydidem rerũ ſuarum ſcriptorem ab exilio reuocauere,eloquentiam mirari,cuius virtutem damnauerant.
Menander Comœdiographus ab Aegypti regib.per legatos magnis præmijs inuitatus eſt.
Cleombrotum medicũ Ptolemæus rex centum donauit talẽtis,ſeruato Antiocho reges parte ſuo. Habeo codicem Plinianũ in alterutro li.mendoſum. nam lib.7.c.37.de Cleombroto ſcribit,lib.verò 19.c.1.de Eraſiſtrato.Bud.2.de Aſſe.
Olim tantus erat artis oratoriæ quæſtus, vt Gorgia Leontinus auream ſtatuam & ſolidam ſibi poſuerit Delphis.Plin.c.4.lib.33.
Athenienſes(vt iam diximus)Demetrio Phalereo 360.ſtatuas erexerunt.
Zeuſis tantas opes arte dicturæ ſibi comparauit,vt oſtentatione earũ Olimpiæ aureis literis in palliorum teſſeris intextum nomen ſuum oſtentaret.Pli.li.25.c.10.
Pamphilius pictor neminem docuit minoris talento annis decem,quam mercedẽ Apelles & Melanthius ei dedere.Plin.35.cap.10.
Apelles Alexandro Magno adeo charus extitit vt rex Campaſpen amaſiam ſuã liberali forma puellam eidem dederit.Plin.ibid.
Attalus rex vnicam tabulam Ariſtarchi pictoris centum talentis emiſſe dicitur.
Argonautus Cycliæ pictoris tabulã,talentis 140.mercatus eſt Hortenſius orator. Plin.lib.35.cap.11.
Zenonem philoſophum Athenienſes tanto honore proſecuti ſunt,vt apud eũ claues vrbis deponerẽt,ipſumq; ornarent aurea corona,& imagine ærea.Laertius.
Democritus Diagoram Mileſium philoſophum ſeruũ mille drachmis emit, vt eũdem erudiret.Apud eundem.
Artaxerxes rex Perſarũ Hiſcani præfecto Helleſpõti,literis ſcripſi,vt Hippocratem medicum quibuſcunque fieri poſſet præmijs in familiam ſuam inuitaret. Epiſtola ad hunc ferè modũ ſe habebat:Rex regum Magnus Artaxerxes Hiſcani S.Hippocratis medici,Aeſculapio prognati,ad me fama peruenit.Da igitur operam vt aurum illi tribuas,quantum capit,aliaq; item quorum indiget,& ad me mitte.Erit enim per honore ſummis in Perſide viris.Et ſi quis alius fuerit in Europa vir clarus,hunc amicum noſtræ domui redde,nec parce pecunijs.Eidẽ Hippocrati ab Illyrijs,redeunti eoſdem honores(quos Herculi)decreuit Græcia ob prædictam peſtilentiam.Suidas.
Philippus Macedo Amynthæ filius,quamuis omni fermè tẽpore negotijs belli eſſet implicitus nunquam tamẽ à liberali muſa,ſtud ijsq; humanitatis receſſi.Propterea ſcribens ad Ariſtotelem gloriabatur natum ſibi Alexandrum tãti philoſophi tempore, a quo doctrinam imbiberet cum virtute: Epiſtola autem extat apud Gellium lib.9.
Alcibiades ambitione quadam munera in Socratem cõgerebat,dignã viri doctrinam multò amplioribus exiſtimant.Cæl.lib.11.c.73.
Euripides Tragœdiographus Archelao Macedonum regi ſola virtutis admiratione fuit familiaris,adeo vt frequẽtib.cõuiuiis ab eo exceptus fuerit,& aureo donatus poculo.In eius quoque gratiam Syracuſani pleroſque Athenienſim (qui apud ſe ſeruitutem ſeruiebant) libertate donatos domum incolumes remiſere. Cæl.lib.13.cap.7.
Lampſaco vrbi Helleſponti pepercit rex Perſarum propter Themiſtoclem.autor. Marcel.lib.22.
Phalaris Agrigentinus tyrannus, aliàs ſæuiſſimus, templum Steſichoro ædificandum curauit,ſuaſitq; diuinos illi honores in vrbe patria habendos,quem tamẽ olim

olim capitalem inimicum habuerat. Pont. in Obedien.
Democedes medicus a Dario (quem ſanitati reſtituerat) duob. aureorum compedum paribus, & ab vxoribus ipſius Darij aureis phialis donatus eſt, autor Herodotus in Thalia.
Ptolemæus Philadelphus ſenes 70. Bibliacæ hiſtoriæ ſcientiſſimos ab Iudæa vſq; in Ægyptũ uocauit, quos regia vrbe acceptos, hoſpitaliter & benigne aluit, magniſque muneribus donato dimiſit. Sab.
Propter Ialiſij imaginem a Protogene pictã, Demetrius Rhodon non ſuccendit, ne ſimul tabulam conflagaret. Plin. lib. 25.
Candaules rex, Bularchi picturam Magnetem haud mediocris ſpacij repẽdit, autor Plin. c. 8. lib. 35.
Scipio Africanus ſtatuam Ennij poetæ (quem in ſuis expeditionibus comitem ſẽper habuerat) ſepulchro ſuo imponi iuſſit, cui uiuenti hortos ſuis proximos donauerat. Ouid. lib. 3. de Arte: Polit. in nutricia.
Ciceronem ab vrbe pulſum Pomponius Atticus ſeſtertijs ducentis, & quadraginta millibus iuuit, & proſecutus eſt, Corn. Neptos in vita Attici.
Cæſar Dictator duas Timomachi tabulas 80. talentis emit in templo Veneris dicaturus. Plin. 35. c. 11.
Cn. Pomp. Poſſidonij ſapientiæ profeſſoris domum intraturus, fores percuti de more a lictore vetuit, & faces lictoris ianuæ ſubmiſitis, cui ſe Oriens Occidẽſque ſubmiſerat. Vide Strab. lib. 11.
Auguſtus carmina Verg. cremari contra teſtamenti eius verecundiam vetuit. Eidem in theatro recitari vniuerſus pop. Rom. perinde ac Imperatori aſſurrexit. Hactenus Pli. li. 7. eiuſd. Verg. diem natalem (qui fuit Ibid. Octob.) quotannis celebrabat, & quibuſdam velut cæremonijs venerabantur. Syl.
Conſtant. Imp Ablabium Ægyptium philoſophum, prætorij ſui præfectũ, & vna cum Conſtant. filio imperij rectorem conſtituit Eunapius apud Volat.
Frontoni philoſopho M. Antonius princeps ſtatuam erigi fecit, autore Capitolino quem Auguſtus quoque conſulari ornauit dignitate.
Anaxeroni Citharœdo è Tiana ciuitate M. Antonius tributa quatuor ciuitatum lagenda præbuit. Strab. lib. 14.
Auguſtus Alexandrinus (in quos bellum gerebat) tribus de cauſis faſſus eſt ſe pepercíſſe. Ob Alexandri memoriam, Vrbis pulchritudinem, & amorem Arrij philoſophi. Plut. in vita Antonij.
Iã diximus erectam Claudiano ſtatuam Archadij, & Honorij Imper. patrocinio.
Dionem Pruſięum ſophiſtam, & philoſophum, Traianus curru ſuo plerunq. dignatus eſt, Romam etiam ingreſſus cum triumpho. Suid. apud Volat.
Iulius Calidius poeta, quum a Publico Voluſio in proſcriptiorum numerum relatus eſſet, ab Attico propter ingenium, & elegantem eruditionem, abſolutus eſt Cor. Nepos in vita Attici.
Cor. Gallus Elegiographus fauore Auguſti ad præfecturæ gradum conſcendit, tribunuſq; cohortium effectus eſt. Crin.
Veſpaſianus tantum conceſſit Salcio Baſſo poetæ Lyrico, vt propter ingenium ſingularemq; eruditionem auri quinquaginta ſeſtertia eidem ſit elargitus. Tacit. in Dialogo de Oratoribus.
Statium Domitianus magnifico atque paratiſſimo donauit conuiuio, coronaq. in ſigni, & alijs munerib. honeſtauit. Crinit. de Latinis Poetis.
Eiuſdem Imp. beneficio Syllius ad tertium conſulatũ prouectus eſt. Vnde Mart.
Auguſto piathura victimaſq;
Pro noſtro date Syllio Camœnæ.
Biſſenos iubet en redire faſces, &c.
Stertinius vir clariſſimus tãtũ cõceſſit, Martialis ingenio & doctrinæ, vt ei adhuc
viuenti

viuenti imaginem more veterum in ſua bibliotheca poſuerit. Crin.

Auſonius Cæſ. Gratiani (cuius filiũ Gratianum iuniorẽ erudierat) beneficio & honeſtiſſimis ſuffragijs dignitatem adeptus eſt conſularem. Idem.

Aurelius Pruden. beneficio Theodoſij Imp. ad præfecturam milit. prouectus eſt.

Leneus ludi magiſter in vrbe Roma ob ingenium a Pompeio manumiſſus eſt. Pli. de illuſtribus Grammat.

Ouidius quum ſeptem annis apud Getas in exilio duraſſet dijs iubentibus ĩ fata cõceſſit. Cui mortuo gens illa quamuis barbara & inelegans, & à mãſuetiorib. muſis prorſus aliena, ſolemnes tamẽ exequias celebrauit, & ſepulchrũ erexit magnificum. Pontanus de Magnificentia.

Quid? non ne mirum eſt, hiſtriones maiore quondam in precio habitos, quã nunc habeantur vel egregie literati, quum Roſcio Actori Theatrico annulum aureũ cum cenſu equeſtri donauerit Sylla? Quem etiam ferunt mercedem diurnam de publico mille denarios ſine gregalibus accepiſſe. Cic. quoq; elegãtiſſima oratione populum Rom. obiurgauit, quod Roſcio geſtum agẽte tumultum mouiſſet. Macrob. lib. 3. cap. 7.

Decius Laberius quũ in ſpectaculis mimos ſuos egiſſet palam donatus eſt quĩgẽtis ſeſtercijs, cũ anulo aureo, qui erat in ſigne cenſus equeſtris. autor Tranquil.

Quintilianus ex Hiſpania veniens ſtipendiũ a fiſco accepit ab Euſebio ſub Domitiano. Bud. lib. 2. de Aſſe.

Oppianus poeta, quũ Antonio Imperatori, Seueri principis filio poema de Piſcibus nuncupaſſet, ab eo totidem aureis donatus eſt nummis, quot illic erãt verſus. Volater.

Plinius Iunior referebat potuiſſet ſe (quũ procuraret in Hiſpania) vẽdere ſuo cõmentarios Largio Licinio quadringentis milib. nũmum, Quis nunc regum (inquit noſter Budæus) emere bibliothecam confertiſſimam decẽ aureorũ millibus velit, quanti à Plinio ciuis vnus priuatus regeſta quædam ex tẽporanea licitari auſus eſt Plin. lib. 3. Epiſt.

Iunio ruſtico philoſopho M. Antonius Imperator publica omnia, priuataque conſilia ſolebat credere: quem poſtea conſulatu, & mortuũ ſtatua decorauit. Iulius Capitolinus.

M. Pompilius Andronicus opuſculum quoddam annalium 16. millibus nũmũ vẽdidit. Tranquill. de Gram. illuſtrib.

Arrianum Hiſtoricũ (qui hiſtoriæ Mag. Alexãdri ſcripſit) Adrianus & Antonius propter literas ad honorem conſularem euexerunt: Heliconius apud Volat.

Aſinius Pollio Varonis imaginem in bibliotheca collocauit.

Cyrus Panopolita poeta, beneficio Theodoſij iunioris, & Eudoxiæ eius vxoris, præſul factus eſt. Suid. apud Volat.

Thadeus Florentinus medicus, tanta fuit nominis celebritate, vt ad curã ægrotorum extra vrbem vocatus, non vilius quam quinquaginta aureorũ mercede in ſingulos dies peregrinaretur: vocatusq; ab Honorio Quarto cẽtũ ſibi ſtatui voluit, à quo curato decem millia reportauit. Volaterran.

Ioanni Campegio Bononiẽſi in Patauium Gymnaſium (quò ad publicã literarũ profeſſione fuerat inuitatus) pficiſcẽti, ab vrbis magiſtratib. Gymnaſiarchisq; magna hominum frequentia obuiam itum eſt. Sabell.

Vincentia ciuitas Sabellicum argentea pantera magni ponderis donauit.

Mathias rex Pãnoniæ, Ioan. Monte regiũ, hominem Germanum, & Epemeridũ ſcriptorem multis auxit honoribus & diuitijs. Volat.

Quum Hermolau, Barbarus Venetorum legationes obiret in Italia, & ad vrbem Florẽtiam accederet, Laurentius Medices tanto viro cum multis amicis obuiã proceſſit, quamuis podagricus, eumq; in Caiana villa honorificẽtiſſime accepit quam cum inſtructiſſima bibliotheca eidem obtulit. Cri. lib. 15. cap. 9.

Robertus

Robertus Siciliæ rex Fr. Petr. omnesq. eruditos; viros i precio habuit. Vol. in Phil.

LITERARVM ET LITERATORVM qui fuerunt amantiſſimi.

Anaxagoras omne patrimonium ſuis conceſſit, remque omnem publicã & priuatam neglexit, vt liberius vacaret philoſophiæ. Laert. & Val. Max. de ſtudio.

Nauigauit in Aegyptum Democritus in Perſide vſque ad rubrum mare, vt & Caldæos conſuleret, & melius philoſopharetur. Idem quoq. oculos ſibi eruit, quòd rerum naturalium & diuinarum contemplationi impedimento eſſe videretur. Exiſtimabat enim, cogitationes commentationesque animi ſui contemplandis naturæ rationib. vegetiores & exactiores fore, ſi eas uidẽdi illecebris, & oculorum impedimẽtis liberaſſet. Vt autẽ commodius amplecteretur ſtudia, diuitias omnes reliquit, quæ tantæ fuerunt, vt pater eius Xerxes exercitui epulum dare potuerit, autores Gellius cap. 17. lib. 10. Cicero lib. 5. de Finibus. Val. de ſtudio.

Pythagoras ad perdiſcẽdũ philoſophiã ſolum uertit, exilio ſuſcepto verius quam peregrinatione. Profectus ad Perſas magorum prudentiæ ſe formandum tradidit, á quibus ſiderum motus curſuſq. ſtellarum didicit. Cretã de inde & Lacedæmona nauigauit, quarum moribus & legib. inſpectis ad Olympicũ certamẽ deſcendit. Quod & de Empedocle ſcribit Plinius lib. 30.

Alexander quum eſſet legendi & diſcendi percupidus. Iliadem Homeri (quã rei militaris viaticum ſolebat appellare (Ariſtotele exponente perdidicit: eã ſemp vnã cum pugione ſub puluino iacentẽ tenere ſolitus. Oneſcritus apud Plut. in Alexandro.

Euclides Magarenſis, quũ diſciplinæ Socraticæ percupiens eſſet, neq. tamen Athenas (ubi profitebatur Socrates) auderet ire, quòd capitale ferẽt, ſi quis Megarẽſium Athenis, aut Athenienſium Megaris propter mutuum vtriuſq. vrbis odiũ, deprehẽderetur, ſub noctẽ tunica longa muliebri indutus ad ipsũ philoloſophũ commeabat, vt uel noct:s aliquo tempore conſiliorum ſermonumq; eius fieret particeps. Rurſus ſub lucem eadem indutus veſte redibat. Gellius li. 6. cap. 10.

Ferunt Platonem quum tenui admodum eſſet pecunia, tres tamen Philolai Pythagorici libros decem millibus denarium mercatum, quòd preciũ á Dione quodam Syracuſano acceperat. Idẽ octogenario maior moriens ſub capite Sophronis numeros habuiſſe fertur. Sic nec extrema quidẽ eius hora agitatione ſtudij uacua fuit, inquit Val. Max. de ſtudio Gell. lib. 4. cap. 17.

Ariſtotelem quoque traditũ eſt, pauculos Speuſippi libros poſt mortẽ eius emiſſe talentis tribus Atticis. Gel. li. 4. cap. 17.

Fuit Hippocrates diſcẽdæ medicinæ adeò ſtudioſus, vt eum non puduerit vel retrimẽta guſtare, vt inde morbi naturã perſcẽtiſceret. Quod tamẽ aliqui Æſculapio aſcribunt. autor. Cæl cap. 12. li. 16.

Monymus Corinthij cuiuſdam Trapezitæ filius, quum philoſophiæ amore caperetur, cuperetq; magnopere dare operam Diogeni, neque tamen hoc ipſum á domino poſſet impetrare, ſimulata inſania monetam cępit ſpargere, eoque modo dimiſſus, ad philoſophiam ſe conuertit, Diogenemq; ſecutus eſt. Laertius.

Ptolemæus rex Alexandrinus doctiſſimos quoſque ad ſe vocatus, ſalarijs doniſq; proſequutus eſt. Pont.

Dionyſius Syracuſanus Heliconẽ Cyzenum talẽto, donauit, quòd Solis deliquiũ prædixiſſet.

Lyſander ob pauculo verſiculos Antilochi poetæ pileum argẽto impleuit. Pont.

Carneades philoſophus quum cibi capiẽdi cauſa recubuiſſe, philoſophicis cogitationibus interdum vſq. adeò inhærebat, vt manum ad menſam porrigere obliuiſceretur. Idem cum Criſippo diſputaturus helleboro ſe antẽ purgabat ad exprimendum ingenium ſuum attentus, & illius refelendum acrius. Val. Max.

Captis Syracuſis Marcellus Arcimedis philoſophi precibus parci iuſſit, cuius tñ, machinatio-

machinationibus victoriam ſuã multũ ac diu inhabitã ſenſerat. Pli.lib.7.c.37.

Confectus ſenio Socrates fidib.tractãdis operam dedit, vt tantis doctrinæ ſuæ diuitijs muſicæ rationis adderet elementum Cic.de Senectute.

Cryſippus 80. Iſocrates quartum & 80. nati annos opera ſcripſerũt:hic Panathenaicon,ille Logicon acutiſſimæ ſubtilitatis volumen Valerius.

Clehantes, quæſtu extrahendę aquę nocturno tempore inopiã ſuam ſuſtentabat diurno Cryſippi præceptis præcipiendis operã dabat. Idẽ quum centeſimum attigiſſet annum, auditores tamen erudiebat.

Sophocles centũ propè natus annos Oedipodem tragędiam conſcripſit. Cicero in Catone Maiore: Sophocles, inquit, ad ſummam ſenectutem tragędia fecit.

Simonides poeta octogeſimo anno & carmina docuit, & in eorum certamẽ deſcendit. Valerius.

Scipio in medijs difficillimi belli apparatibus bonarũ artium ſtudia nõ prętermiſit, philoſophorum ſcholas crepidatus frequentãs. Et ne poſt tot inſignes victorias animum ſibi inſoleſcere proſperis ſucceſſibus rerum permitteret, cum literis & literas frequens uerſabatur. Pont.de Fortitudine.

Scipio Africanus Pędiam Cyri de manibus non ponebat. Beroaldus autor.

Cato cenſorius anno 86. ætatis cauſam pro ſe egit aduerſus temerariam iuuentutem Literas Græcas didicit, & ius ciuile. Defedit Galbam oratorẽ accuſatum. Flauius lib.4. & Val.de ſtudio.

Cato Vticẽſis ne quid tẽporis, abſq. aliqua exercitij parte effluerer, in curia Græcẽ lectitabat, tantiſper dum cogeretur Senatus. Cic.lib.3.de Finibus.

Liuius Druſus ætatis uirib. & acie oculorũ iam defectus, ius ciuile tamen populo iterptat⁹ eſt qđ cupiẽtib. diſcere vtiliſſima cõpoſuit monumẽta. Val.de ſtudio.

Publius Craſſus quum in Aſiam ad Ariſtonicũ regem debellandũ Cõſul veniſſet tantum Græcæ linguæ ſtudiũ impendit, ut eam in quinque diuiſam genera per omnes parteś ac numeros didicerit. Valerius & Blondus lib.4.

Tarentinus Varro annos ſeculi ſupergreſſus interijt ſcribendo. Blondus lib. 4.

Iulius Cæſar (vt eſt apud Suetonium) omnes medicinæ & liberalium artium profeſſores ciuitate donauit, vt libentius urbem incolerent.

Veſpaſianus Imp. ingenia et artes maximè fouit: primusq. è fiſco Latinis Gręcisq. rhetorib. annua centena conſtituit præſtantes poetas muneribus ornauit, & bibliothecas incendio abſumptas reparauit Suet. & Blondus lib. 4.

Gordiano Imperatori bonæ literæ adeò placuerũt, vt pluris fecerit librorum, quã auri, uel argenti, ſibi theſaurum cõparare. Habuit enim in bibliotheca 62. millia librorum. Iul.Cap.

Adrianus Imperator impenſe adeò Gręcę doctrinę inuigilabat, vt a pleriſq Græculus vocaretur. Sextus Aurelius.

Tacitus Imperator Cor. Taciti uiri cõſularis hiſtoriã de Romanis imperatoribus non modò in omnib. bibliothecis iuſſit collocari, ſed etiam edicto cauit, vt decies quotannis ad uſum publicum traſcriberetur, atque in bibliothecis poneretur. Flauius Vopiſcus.

Nemo ſtudia bonarũ artiũ fouit indulgẽtius, q̃ Carol. M. vt qui Parrhiſienſes gymnaſiũ & Papiẽſe acceerſitis undecũq; doctiſſimis uiris inſtituerit. Bap. Egnatius.

Fuit & Carolo Craſſo ſingularis beneuolentia in literatos homines, quos ad ſcribendum ſolebat adhortari. Idem Egnatius.

Sigiſmundus Imperator doctos homines, etiam fouit, & magnis honeſtauit dignitatib. Accuſauit etiam plerunque Germanos principes, qui latinas odiſsẽt literas. Reprehenſus a quibuſdam, quòd viros humiles, ſed literatos foueret: Ego (inquit) eos amo, quos uirtutibus & doctrina (quibus nobilitatem metior) cęteris antecellere video. Bap. Egnatius.

Antonius cognomento Pius, Rhetoribus ac philoſophis non ſalaria modo, uerum

X etiam

etiam honores ac prouincias decreuit. Pontanus de Liberalitate.
Alexander Seuerus non modo literatorum genus omne, uerum aruſpices, & architectos (in quo quiſque eluceſceret) proſecutus eſt. Idem autor.
Cyprianus diem nullũ ſine Tertulliani lectione permittebat affluere, cuius libros cum peteret, dicere ſolebat, Da magiſtrum, autor D. Hieronymo.
Beatus Hieronymus Romæ primum, mox in Bizantio & Antiochia, demum apud Solymus diſcendi ſtudio varijs præceptorib. operam dedit. Habuit in literis Hebræis Barbanum & Nicodemum Iudæos: in humanioribus literis Donatum & Victorinum: in ſacris Gregorium Nazanzenum, Apollinarem Antiochenum, & Didymum Alexandrinum. Crin. cap. 6. lib. 6.
Auguſtus liberalibus ſtudijs, præſertim eloquentia, in tantum incubuit, vt nullus, ne in procinctu quidem laberetur dies quin legeret, ſcriberet, declamaret.
Carolus 7. Sexti filius Gallorum rex, ſolenni Epiſcoporum cõcilio Pigmaticã inſtituit ſanctionem, vt qui magni olei impẽſam euaſiſſent literati, ad ſacerdotia proueherentur. Prius enim curæ animarum (quas vocant Beneficia) mulionib. aut etiam leonibus præſulum dabantur: ita ut vtilius multo uideretur, in aulica vita eius rei gratia paraſitari, & ſcurram agere, quàm ſtudium literis impertiri. Aſini enim portabãt myſteria. Doctos oportebat ſua fama contentos uiuere, nec aliud ſperare quicquam.
Beſſarionis presbyteri Cardinalis (qui ſub Eugenio quarto floruit) domus fuit liberalium artium officina, doctiſſimosque uiros sẽper aluit, atque fouit. Nec minus ipſe in literis verſabatur. Platonẽ in primis obſeruabat, in cuius defẽſionẽ commentarios edidit contra Trapezuntium peripateticum Volater.
Abundauit uiris doctis Nicolai Quinti Pontificis Maximi, & Alphõſi regis alua: quorum hic Antonium Panormitam ob ſcriptum de dictis ac factis ſuis librũ mille aureis donauit Poggium Florẽtinum quingentis, ob conuerſum ẽ Græco in Latinum Xenopontis librum, qui Cyri prædia inſcribitur. Idem.
Iulius Maſſanienſis Alphonſi regis cenſui rationib. præpoſitus, ita Iouianũ Pontanum poetam elegantiſſimum iuuit, ut Pontanus ipſa omnia ſua eidẽ referat accepta. ibidem.
Ferdinandus rex grandem pecuniæ ſummam quotannis ex ærario pendendã ſtatuit Rhetorib. Medicis, Philoſophis & Theologis, q. publicè Neapoli docerẽt. Egregium ſanè factum (ait Pontanus) ingenia proſequi, uirtutes ornare, & ad colendos animos excitare iuuentutem.
Borſus Ferrarienſium princeps, ingenijs magnopere fauit, quæ vndecunq. accerſita domi alebat, & in his T. Strozium poetam Florentinum, Ioannem Auriſpã, Hugonem medicum, & Petrum Bonum lyriſtem egregium. Volat. in Georg.

INDOCTI, ET QVI LITERAS ODERVNT.

Herodes Atticus, quum ingenio & eloquentia nulli ſecundus haberetur, filiũ habuit adeò hebetem, vt nc prima perciperet elementa. Philoſtratus in eius vita.
Cælius ſcribit, Heraclidẽ Lycium hebeti fuiſſe ingenio, & ad literas, politioremq. cultum ineptiſſimo.
Philonides fuit Melitenſis quiſpiam prægrãdi corpore, cæterùm inſulſus & indoctus. Vnde adagium floruit Eraſmo poſitum: Indoctior Philonide.
Licinius imperator fuit literis adeò infeſtus, ut uirus ac peſtẽ publicã eas appellaret. Sed cur, inquit Bapt. Egnat. eas nõ odiſſet, quarum adeò expers erat, vt ne decretis quidem ſubſcribere poſſet.
Valentianus quoque imperator, Gratiani filius, magno literarũ odio cõflagrauit.

MVLIEBRES DOCTAE.

Delbora mulier de tribu Effraim uaticinio.
Minerua Iouis primi filia, non aliam ob cauſam relata eſt in numerum deorũ, quã propter bonarum artiũ (quarum fuit inuentrix) peritiam. Vnde & ueteres illæ

Athenæ ſui nominis immortalitatem mutuatæ ſunt.

Corinnæ tres fuerunt. Prima Thebana, ſeu Tanagræa, Archelodori & Procrariæ filia & Myrtidis diſcipula, quæ Lyricorum principem Pindarũ quinquies uiciſſe & Epigrãmatũ quinque libros ediddiſſe fertur. De hac Proper. li. 2. Et ſua cũ antiquæ committit ſcripta Corinnæ. Stat. li. 5. Syl. Secunda fuit Theſpia, veterum quoque monumentis celebrata plurimum. Tertia floruit Ouidij temporibus, poetæ chariſſima.

Erinna poetria Teia, aut Teia (eſt enim Telos inſula prope Gnydõ) floruit Dionis Syracuſani tẽporibus. Scripſit Dorica lingua elegans poema, trecentis uerſibus abſolutum aliaq; item Epigrammata Ferunt eius carmina ad Homericã acceſſiſſe maieſtatem. Mortua eſt annos 19. nata. De hac Properr. lib. 2.

Sappho Lesbia Lyrica. floruit temporib. Alcæi & Steſicohri poetarum. Maritũ habuit Cercylam ditiſſimum virum ex Andro ex quo filiã ſuſcepit Clio nomine. Scripſit Lyricorum libros 11. Præterea Epigrammata, Elegias, Iãbos, & Monodias. Carmini Sapphico (cuius inuentrix fuit) dedi nomẽ. Sunt qui dicãt aliam fuiſſe Lesbiam poetriam quoque, quæ adoleſcentẽ Phaonem adamauerit, & è Leucade in aquas ſe dimiſerit. Vtraeunque fuerit, vnam tantum commendant Latini poetæ. Stat. lib. 5 Syl. Steſichorusque ferox ſaltusq; ingreſſa viriles, Non formidata, &c.

Aſpaſia mulier Mileſia, magna doctrinæ fama claruit: in ſtudijs philoſophicis abũde promouit. Rhetoricen exercuit. Fuit Periclis magiſtra, & tandem vxor. Plutarch. in Pericle.

Cleobulina Cleobuli Lindij (qui fuit vnus ex ſeptẽ ſapientibus Græciæ) filia, ſcripſit ænigmata quædam verſibus hexametris, quorum vnũ adhuc extare fertur: Eſt vnus genitor, nati bona pignora bis ſex, Triginta cuius natę, ſed diſpare forma, Hæ niueæ aſpectu, nigræq; coloribus illæ. Atq; immortales omnes moriuntur ad vnam. Laertius.

Hypathia mulier Alexãdrina, Theonis Geometræ filia. & vxor Iſidori philoſophi uixit Imperante Arcadio. Scripſit in Aſtronomiam, profeſſa Alexandriæ varia diſciplinarum genera magno & frequenti auditorio, conuolantibusque turmatim, & undecunque diſcipulis. Suidas apud Volat.

Leontium Gręca adoleſcentula, philoſophicas diſciplinas adeò ſectata eſt, vt etiã nõ dubitauerit cum magni ſui nominis laude in Theophraſtu philoſophũ alioqui laudatiſſimum, ſcribere.

Praxilla Sicyona fuit poetria, quæ in ſuis carminibus Adonidẽ inducit ab inferis interrogatum, quid apud ſuperos pulcherrimum reliquerit? reſpondere, Solem, cucumeres, mala. Quod quũ vehemẽter inſulſum uideretur, cucumeres & mala cũ Sole componere, fluxit inde prouerbiũ, Stultior Praxillæ Adonide: in homines nullius iudicij. Vide Eraſmum.

Phemonoe prima Apollinis Delphici uates fuiſſe, carmenq; heroicum inueniſſe dicitur. Suidas apud Volat.

Soſipatra uates fuit Lyda, multis diſciplinis cumulatiſſima, quam propterea creditum eſt a numinibus quibuſdam fuiſſe educatam. Eugapius apud Volat.

Theano mulier fuit apud Locros, in Lyricis præcellens. Alia fuit Metapõtina, ſeu Creſſa genere, mulier Pythagoræa, uxor Brotini Crotoniatæ: quæ ſcripſit commẽtario in Philoſophia, de virtute. Poemata quoq; & Apophthegmata Pythagoreæ Laertius.

Zenobia regina Palmyreorũ, Græci Aegyptiiq; ſermonis fuit peritiſſima, & Latini non ignara. Scripſit epitomen in Orientalem Alexandrinamque Hiſtoriam. Herennianum & Timolaum filios, literis erudiit. Elegantiſſimas orationes ad lites ſuos plerunque habuit, qua galeata recitabat. Pollio Trebellius.

Manto Tyreſiæ vatis filia (quæ Mãtuæ nomẽ indidit) doctrina quoq; & vaticinijs

claruit, ad eo vt ex pecudum fibris, ex totumque intuitu, futura præſentiſceret ac præſagiret.

Nicoſtrata ſeu Carmentis, Græcas literas impenſe docta pleraſque ex Latini primum reperit. Quo conie ctare licet, mulierem verſatili ingenio, variaque doctrina fuiſſe præditam.

Themiſtoclea ſoror fuit pythagoræ, cuius placitis & opinionibus pleriſque in locis uſus eſt Pythagoras.

Iſtrina Scytharum regina, Aripithis vxor, Sylem filium Græcam linguã literasq; edocuit, autor Herod. in Melp.

Amalthea Sibyllæ Cumanæ libris non ſecus ac diuinis oraculis in imperij admiſtratione populus Rom. ſemper vſus eſt.

Damophila Græca, vxor Pamphili, ſocia Sapphus poetriæ, poemata ſcripſit amatoria, & Dianæ laudes Theophraſtus in uita Apollonij.

Laſtheniam Mantineam, & Axiotheam Phliaſiam Platone vſas præceptore ſcribit Plut. ornatuq; interim virili auditorium ingreſſas Laertius.

Michaele Centaurea mulier, docuit Theſſalas remedium amoris. Seneca.

Diotima & Aſpaſia mulieres ad eò in philoſophicis promouerãt diſciplinis, vt alteram Diotimã appellare magiſtram, alterius lectionionibus intereſſe non erubuerit Socrates, philoſophorum omnium longè optimus. Plato in Sympo. & in Menex.

Lactã tius ait, philoſophos nullas vnquam mulieres philoſophari docuiſſe, præter vnam ex omni memoria Themiſtem. Sed quæ nã hæc & cuius fuerit, nõ docet.

Arete mulier eo doctrinæ conſcendit, vt filium etiã inſtitueret, qui appellatus eſt Ariſtippus: fuit Cyrenaica, & Ariſtippi patris Socratici dogma ſequuta eſt. Mortuo patre ſcholam rexit in philoſophia magno & frequenti auditorio.

Dama Pythagoræ filia & ipſa philoſophię ſectatrix, ingenium & doctrinam in exponendis paternis ſententiarum inuolucris exercuit.

Thargliam quoque fœminam ſola illuſtrauit philoſophia. Plut. in Pericle.

Ferunt & Muſeam poetriam fuiſſe Lyriam, quæ & epigrammata ſcripſerit, & Lyricos nomos. Cæl. lib. 8. c. 1.

Fuit multorum carminũ autor Charixena, cuius meminit Ariſtophanes Comicus. Celebratur item Mœro, condito in Neptunum hymno.

Fuit Agallis Corcyræa illuſtris in arte Grammatica, cui inuentum pilæ nonnulli adſcribunt. Cælius ibidem.

Teleſillam in poetica illuſtrem celebrat Pauſanias, cui etiam apud Argos ante Veneris templum ſtatua erecta. Hanc Fulgoſus Theleſelidem vocat Plut. in lib. de virtutibus mulierum.

Philoſophicis quoq; diſciplinis valde excelluit Hipparchia mulier Græca. Laert. de Hipparchia.

Caſſandra Priami filia, vaticinio & doctrina illuſtris habita eſt, & apud hoſtes in Lacedæmone templo fuit inſignita.

Luceia Mima, autore Plinio, centum annis in ſcena pronunciauit.

Fabiola Romana mulier, quũ magno ſtudio ſacras literas amplecteretur, Prophetias, Euangelia, & Pſalm. frequentiſſimo reoluebat vt iterata plerumq; lectio amore diuinæ religionis (qua deflagrabat) augeret magis. Vnde & D. Hieronymus librum de veſte ſacerdotali eidem nuncupauit.

Marcella Romana propter ſacras literas (quas egregie callebat) frequẽtibus epiſtolis a D. Hieronymo ſalutata eſt. Ad eam enim ſcripſit de Mundi contemptu, De decem nominibus quibus apud Hebræos dicitur Deus, De fide noſtra, & hæreticorum doctrina, De blaſphemia in Spiritum ſanctum, De Studio Theophili epiſcopi Alexandrini & alia id genus permulta.

Cornelia vxor Africani & Gracchorũ mater, ornatiſſimè ſcriptas reliquit epiſt. vũ

& filium

& filiorũ,fluxit eloquentia. Vnde Quin. Nã Gracchorum eloquentiæ(inquit) multum contuliſſe accepimus Cor. Matrẽ,cuius doctiſſimus ſermo in poſteros quoque eſt epiſtolis traditus.

Idem de filiab. Lælij,& Qu. Hortenſij ſic inquit: Lælij filia reddidiſſe in loquẽdo paternam eloquentiam elegantiorem dicitur. Et Q. Hortenſij filiæ oratio apud Triumuiros habita legitur,non tantum in ſexus honorem.

Liciniarum quoque in dicendo lepos à patre L. Craſſo emanauit.

Muiæ duæ filiæ ab vtroque parente eloquentiam didicere.

Cornificia ſoror Cornificij poetæ, elegantiſſima ſcripſit Epigrammata.

Statius Papinius vxorem habuit nomine Claudiam,magno ingenio,doctrinaq; non vulgari prȩditam.

Polla Argentaria,Lucani fuit uxor(teſtimonio Martialis: Hæc eſt illa dies,quę magni conſcia partus Lucanum populis,& tibi polla dedit)tanta dicitur fuiſſe doctrina,vt maritũ iuuerit in emendandis tribus primis libris Pharſaliæ. Stat. li. 2. Syl. Huc caſtæ titulum decusque Pollæ Iucunda dabis allocutione.

Euſtochium Paulæ mulieris Romana filia Latinarum, Hebraicarũ & Grȩcarum literarum ſtudijs plurimum excelluit. Vnde & ſuo tempore nouum orbis prodigiũ vocata eſt. Ingenium ſacris literis deuouit maximẽ;atque adeo,vt Pſalmos Hebraicè legeret curſim & mira celeritate. Qua in re amorẽ beati Hieronymi multum ſibi demeruit.

Proba Valeria Romana puella,Græcis Latinisq; literis eruditiſſima,trũcatos,Vergilij verſus,ad fidẽ & myſteria Catholicæ religionis conuertit: fecit de Chriſti geſtis & eius morte opus nobiliſſimum,quod Centones appellauit.

Eudoxia Theodori iunioris vxor præter egregiam formam,ſingularemque pudicitiam etiam literis excelluit,adeò vt librum quendam emiſerit. Egnat.

Catherina virgo,Coſti Alexandriæ regis filia, ſacris literis partim ſtudio,partim diuini ſpiritus afflatu adeò fuit imbuta,vt accerſitos a patre vndecunq. doctiſſimos viros & philoſophos ad perſuadẽdam idolatriam, refellendamq; vnius dei religionẽ,viuaciſſimis terruerit argumentis,ſuæque opinioni attraxerit,ne dum non ſuccubuerit eorum rationibus.

Ioanna Anglica ab ephebis virũ mentita,Athenas ſe contulit,vbi literis ſtudioſè adeò operã impertiuit,vt Romã rediẽs,paucos haberet doctrina pares ĩ ſacris literis. Vnde tantũ apud oẽs beneuolentiæ & autoritatis ſibi demeruit,vt artibus illis Pontificatum ſit adepta poſt Leonem quartum,quum vir eſſet crederetur. Sabel. lib. 9. Æn.

Alpaides virgo,cum religione magno cultu amplecteretur,cȩlitus meruit, ſcripturæ ſacræ bibliorumque ſenſum percipere.

Anaſtaſia diſcipula Chryſogoni martyris fuit,& vxor Publij Romani,cuius thorũ ſimulato morbo euitauit. Scripſit epiſtolas ad Chryſogonũ quib. cõquerebatur facultas ſuas à ſacrilego viro abſumi,ſeq. in carcere detineri. Hęc ad palum cremata eſt,quod ſanctis miniſtraret. Volat.

Genebria mulier natione Veronenſis,tẽpore Pij II. Pontificis Romani,ſua egregia eruditione meruit nomẽ immortale Epiſtola ſcripſit luculentas & maxima refertas doctrina. Recitabat decoro geſtu,voce virili permixta ſuauitate.

Conſtantia Alexãdri Sfortiæ vxor numeratur inter claras mulieres, & excellẽtes doctrina. Ab infantia bonis diſciplinis operã dedit,adeò vt imparata quoq. diſertiſſime loqueretur. Habebat aſſidue præ manib. opera Hieronymi, Ambroſij,Gregorij,Ciceronis & Lactantij. Valebat etiam ſcribẽdis ex tempore carminibus,nõ ſine magna multorũ admiratione. Quod ſine præceptore ferebatur didiciſſe. Nec defuit tam illuſtri fęminȩ germen ſimile. Habuit enim filiam Baptiſtam nomine tanta doctrina,vt doctiſſimos quoſque ſua terreret eloquẽtia.

Polit. in Nutricia pleraſque mulieres doctas & eruditas carminibus enumerat.

Elizabeta Abbatiſſa Germanica, multas orationes ad ſui cōuētus ſorores cōſcripſit, opusq; de uijs quibus ad Deum itur.

Baptiſta prima Galeatij Malateſtæ Piſaurienſis principis filia,& Guidoni Monte feltrenſi Vrbinatium Comiti matrimonio copulata, cum doctiſſimis viris plerūq. magna ſui laude diſputauit Libros quoq; de humana fragilitate, & de vera religione conſcripſit.

Iſota Nouarola, Veronenſis, philoſophiā verbo & opere profeſſa eſt. Scripſit quādoque ad Nicolaū Quintum, & Pium ſecūdum pontifices. Scripſit quoq; dialogum, quo diſputatur vter grauius peccauerit Adam ne, an Eua. Quib. literarū laudibus adiecit perpetuum virginitatis uotum.

Politianus magnis laudib. commendat Caſſandram Fidelem, Venetam puellam, quam ait pro lana librum, pro fuſo calamū, ſtylum pro acu tractaſſe, Latinasq; epiſtolas ſcripſiſſe. Sic enim de ea principio cuiuſdam epiſtolæ meminit. O decus Italiæ virgo, quas dicere gratas. Quaſve referre, parem, quod etiam honore me tuarum literarum non dedignaris,&c.

QVI MVLTA SCRIPSERVNT.

Scripſit Thophraſtus trecēta librorū volumina Chryſippus ſeptingenta. Seruius Sulp. 180. libros de iure ciuili. Atteius Capito 60. Empedocles tria & quadraginta. Galenus 130. Beda 36. Ariſtarchus grammaticus, Ariſtophani grāmatici diſcipulus, ſcripſit commentarios ſupra mille.

QVI DE MODICIS REBVS OPERA SCRIPSERVNT.

Syneſius Cyrenenſis ſcripſit de laudib. Clauitij. Dion. cognomēto Chryſoſtomus liberum de comæ laudibus.

Batrachomachiam luſit Homerus.

Buſiridem tyrannum laudauerunt Polycrates & Iſocrates.

Iniuſtitiam Glauco.

Therſiten & quartanam febrem Fauorinus.

Muſicam & Paraſiticam Lucianus.

Scripſit Plutarchus Grylli cum Vlyſſe. Dialogum.

Lucianus & Apuleius aſinum.

Themiſon de laude plantaginis herbæ.

Homerus librum vnum de laudibus vini.

Ephren Syrus de vituperatione ryſus.

Marcion Græcus de raphano.

Hippocrates librum vnum de laudibus ptiſanæ.

Orpheus & Heſiodus de ſuffitionibus multa ſcripſerunt.

Iuba rex de Euphorbio herba magno præconio volumen edidit.

Lyſimachiam herbam ſcriptis celebrauit Eraſiſtratus.

Anonymos herba ab Iceſio medico celebrata eſt.

Democritus numerum quaternarium volumine decorauit. Idem de Cameleonte animali aliud volumen conſcripſit.

Pythagoras librum vnum compoſuit de Bulbis. Diocles magnis laudibus raptam extulit. Chriſippus medic. braſſicæ uolumen priuatim dicauit.

Muſeus & Heſiodus Polion herbam multis verbis commendauerunt.

Phanias phyſicus condidit laudes vrticæ.

Antemis herba magnis laudib. celebrata eſt ab Aſclepiade. Idem librum vnū de muſto compoſuit.

Cato Braſſicæ laudes cecinit.

Meſſala ſingulos libros de ſingulis litteris.

Maro Culicem & Moretū, atque etiam de apibus animalium ferè minimis ſcripſit fuſiſſimè.

Seneca Claudii apotheoſim.

LABO-

LABORIOSI ET VARIARVM ARTIVM PERITI.

Cleantes philoſophus inopia mercenarium ſe fecit, ac noctu quidem in hauriẽdis aquis uictum ſibi comparauit, interdiu liberalibus ſtudiis dedit operam. Pinſebat quoque farinas ſæpenumero, ut Pæniam illam, neceſſarium pleriſque malum, excuteret.

Legimus, Alexandrum Magnum (quum dormitaret) brachio extra cubile protẽto pilam tenuiſſe argenteam ſuppoſita pelui, vt quum neruorum rigorem ſopor laxaſſet infuſus, geſtaminis lapſi tinnitus abrumperet ſomnum. author Ammianus Marcellinus li. 16.

Sophocles, Plato, Iſocrates, Hieronymus, & alii complures ad extremã ſenectutẽ ſcribentes labores ſubierunt, finemque dicendi cum uita fecerunt. Vol.

Gelius Hippias ſophiſta prӕter literarũ ſtudia (in quibus ӕtate ſua nulli fuit ſecũdus) Olympicis ludis Zonam, ueſtem, calceos, ampullam, anulum, gemmam (in qua ſignum inſculpſerat) ſibi fecit, habuitque artem multarum rerum, quӕ mortales plurimos ornare potuiſſet. Quintilianus li. 12. inſtit. orat.

Diodorus Siculus ne in deſcriptione orbis (vt alii plerique) erraret, bonam Aſiæ & Europæ partem magno ſuo incommodo peragrauit.

Virtuti maximӕ tribuendum eſt Niclaux Aegypti & Aethiopum reginӕ, quòd audita Salomonis ſapiẽtia, ab extremo Arabiæ in Iudæam iuerit, vt eum audiret.

Apollinus Tyanӕus, vt Bragmanum ſcientiam haurire poſſet, Perſas, Caucaſum, Albanos, Scytas, & Maſſagetas prætergreſſus, in Indiam penetrauit. Quibus auditis per Elamitas, Babylones, Chaldæos, Meddos, Parthos, Aſſyrios, Phӕnicas, Arabes & Palæſtinos, in Aegyptum rediit, vt quaqua trãſiret, ibidem a doctis (ſi qui eſſent) proficeret, & aliquid decerperet. Tranſiuit & in Aethiopiam ad Gymnoſophiſtas.

Antiſthenes audito Socrate, ſtatim conuerſus ad diſcipulo, monuit, ut aliũ quærerent præceptorẽ, ſibi ſe inueniſſe dictans. Quo facta, relictis omnibus fortunis, Socratem ſecutus eſt.

Porcius Latro incӕpta ſemel ſtudia non poterat interrumpere, vbi ſe ad ſcribẽdũ concitaſſet: iungebantur noctib. dies & ſine interuallo ſibi inſtabat, nec deſinebat, niſi deficiebat. Quum ſe ſyluis & montibus tradiderat, omnes illos agreſtes in ſyluis & montibus natos laboris patientia ac uenandi ſolertia prouocabat. Cæl. cap. 35. li. 5.

Iulianus Imp. dimidiata nocte ſẽper exurgebat, non è plumis perdicũ ſubalarib. ut Heliogabalus, aut ſtragulis ſericis ambiguo nitore fulgẽtibus ſed ex aſperis, ſtratis in quibus vix decumberent abiectiſſimi uernæ. Marcell. ibidem.

Turanius fuit quiſpiam exactӕ dilignti ӕſenex, cui quum Cæſar poſt 90. annũ procurationis vacationem vltro induliſſet, id ægre ferens, componi ſe in lecto, & velut exanimen a circũſtante familiam plãgi iuſſit. Nec ante triſtitiæ finẽ fecit, quam priſtino labori ſit reſtitutus. Cæl. li. 6. Marcell. 16.

Iulius Cæſar cõſumptis in re bellica diebus noctes tamẽ ad tripartita diuidebat, officia: quietis ſcilicet, publicæ rei, & muſarum. Marcell. 16.

Adrian⁹ imp. fuit Arithmeticæ peritiſſimus, & Geometriæ. pinxit egregie, Muſicẽ tenuit, Aſtronomiæ ſcientia omnes ætatis ſuæ facile ſuperauit.

Fuit Aurelius Alexander optimus aruſpex, excellens Augur, Muſicis inſignis, & utramque oratione eruditiſſimẽ ſcripſit. Quibus rebus tãtam impendit operã ut conſueuerit in conuiuiis uel legentes audire, uel aliis ueſcentibus legere.

Nihil unquam legit, Plinius, quin excerperet: nec in bibliotheca tãtum, ſed in mẽſa, ſed in lectica, ſed equitans quoque uel ſcribebat, uel ſcribendum aliquid dictabat.

Pugnabat Plautus in paupertatẽ dies & noctes. Scribebat. n. fabulas ſuas inter diu noctu uero operam locabat, piſtori, & in agendis molis (quas truſatiles uocat)

qualecunq; faciebat quæſtum. Tarro apud Gell.cap.3.li.3.

Alphonſus Aragonius Siciliæ rex iam quinquagenarius, præceptori tamen ſe ſub
miſit,ne loquendi vſu careret.

BIBLIOTHECÆ MEMORABILES.

Tyrannion Gramaticus(qui floruit ætate Magno Pomp.) ſupra tria librorum mil
lia poſſedit. Plut.in Sylla.

Gordianus imperator coaceruauit ī bibliotecha 62. millia voluminū, Capitolin⁹.

Plutarchus in Antonio ſcribit, pergamenas bibliothecas habuiſſe ducenta libro-
rum millia.

Porrò ex antiqnis Bibliopolis vnicus ferè Triphon celebratur. Mart.li.4. Non ha-
beo,ſed habet bibliopola Triphon. Hic ille eſt,ad quem ſcribit Fabius in limina
si Inſtitutionem oratoriarum epiſtola.

MAGI ET ALII VENEFICI.

Ioſephus li.8.antiquitatum ſcribit Salomoni a Deo conceſſum fuiſſe, vt artem cō
tra dæmones diſceret ad hominum ſalutem: curationes item inſtitueret,qui b.
ægritudines poſſent mitigari. Quam edoctus artem Eleazarus,ſpectante Veſpa
ſiano,eos curabat,qui a dæmonibus vexabantur. Porrò vim artis magicæ Ouid.
exprimit his verbis: Carmine læſa Ceres ſterilem vaneſcit in herbam, Deficiūt
læſi carmine fontis aquæ. Ilicibus glandes,cantataq; vitibus vua Decidit,& nul
lo poma mouente fluunt. Quanto autem in precio fuerit primis ſeculis, vide
apud Plin.li.30.natur.Hiſt.cap.1.

Simon Samaræus magicis artibus & ope dæmonū ſuffultus, egregie adeo Roma
nos luſit & faſcinauit,vt pleriſque fecerit ſe numen, merueritq; inter duos pō
tes ſimulachrum,hoc titulo: Simoni Deo ſancto.

Ceteius magus fuit,cuius augurio Bocrebiſta rex Getarum Romanos vicit.

Dardanus fuit ſceleratiſſimus quiſpiam magus,a cuius nomine artes magicę vocā
tur Dardaniæ. Colum. At ſi nulla valet medicina repellere morbum, Dardan æ
veniunt artes. Hinc etiam Dardanij dicuntur propolæ,qui omnia præmunt, vt
carius poſtea vendant,Latinè Reuēditores. Hic Dardanus libros de magia ſcri
pſit, quos ī ſepulchro fertur conſtituiſſe. Eos Democritus editis commentar js
illuſtrauit,diſciplinamque ex illis reconditam accepit.

Conuenit inter autores, Magicam artem in Perſide a Zoroaſtre inuentā, qui etiā
centū millia verſuum de ea ſcripſit,quæ Hermippus commentarijs explanauit.
Præceptorem in ea vanitate habuit Zoroaſtres Agonacem,qui aliquot annorū
millibus floruit ante bellum Troianum,autore Plin. Nam ſi uera eſt Coſmogra
phorum ſupputatio,Troia capta eſt,annis 4020.poſt mundi creationem.

Plinius inter primi ſeculi magos recenſet,Apuſcorum & Zaratū Mædos,Babylo-
nem Marmaridium. Hippocum Arabem,& Aſſyrium Zarmocenidam,q orum
tamen nulla extant monumēta. De Magia etiam commentatus eſt Ho thanes,
Xerxen regem Perſarum bellum inferentē Græciæ comitatus. Cuius artis ſemi
na adeo diffudit,vt quacunque commearet, inficeret & interficeret plurimos

Pythagoras,Empedocles,& Democritus ad eam perdiſcendam exilium patr æ ſi
bi propoſuerūt,quā reuerſi prędicauere,& velut myſterium aliquod in arca is
habuere. De ea etiam ſcripſerunt Apollonices & capudenes,quorum opera De
mocritus ſuis commentarijs locupletauit circa bellum Peloponneſiacum.

Plinius ait,aliam fuiſſe Magicæ artis factionem,quam exercuerit Moſes,ſed mul
tis annis poſt Zoroaſtrem.

Fuit Hoſtanes ſecundus Alexandri Magni comitatu exornatos,qui huic ar a o
ritatem & incrementum addit profeſſione. Eam etiam apud Gallos exercuerūt
Druydæ eorundem philoſophi.

Plinij tēporibus Britanni tātis cęremonijs eā celebrabāt, vt dediſſe Perſis videri

poſſent,

poſſent,quibus tamen eius artis commentum refertur acceptũ,nũc apud Chriſtianos iam deſinit ea vanitas.

Tyridatem regem Armeniæ magum fuiſſe, indicant uerba Plinij, qui ait: Neronem ab eo cœnis magicis initiatum, adeo vt maior citharæ aut canthus libido non ei fuerit,quam eius artis.

Ferunt & Appollonium Tyanæũ arte magica inſignẽ fuiſſe teſte Lactantio: adeò ut cum Domitianus eum punire vellet,repente in iudicio non comparuerit.

Medaurenſis quoque Apuleius non aliam ob cauſam fingitur commutatus in aſinum quam ob earum uanitatum peritiam.

Cobares natione Mœdus,magicæ artis profeſſione celeber habitus eſt,quo tẽpore Alexander bellum monebat in Bactrianos.autor Curtius li.6.

Aegyptij crediderũt Amphiona Thebanum magicę artis peritũ fuiſſe, ac propterea factum eſſe fabulam de arborib.auritisq; ſcopulis eius cãtui obtemperãtib.

Gobrias fuit Magus,a quo Socrates multa didicit de pœnis animarum,& beatitudine.Idẽ dicebat,mortaliũ animas in occultiorem locum ſub terrã demigrare, in quo Iunonis eſſet regia Crinitus cap.11.li.5.

Craca mulier,Thor & Othinus,nomina ſunt magorum apud Saxonem.Quorũ illa,ut ait,appoſitas dapes in aliarum rerum formam commutabat: hi ludificatis idiotarum mentibus,diuinitatis faſtigium ſibi arrogabant.

Cynops magus fuit,qui Ioanni reſiſtens fingebat ſe ſuſcitare mortuos,& dęmonibus colloqui in Pathmo inſula, quæ eſt vna ex Sporadibus Mirandula in hymnis. Et Cynopem magię confiſum diſpulit altæ Mentis Ioannes.

Arnuphis Aegyptius philoſophus,arte magica & dæmonũ præſtigijs in aera ſe ſublimabat.Idẽ tẽpore M.Antonij principis,quum Romanorum exercitus aquarũ ſit iret penuria, imbrẽ cũ fulgure & tõnitru æſtiuo tẽpore fertur ſuſcitaſſe.

VENEFICI.

Venefici apud Perſas hac pœna legibus puniebantur:ampla erat petra, in qua capita eorũ impoſita alia petra feriebant,quoad faciem & caput infregiſſent. Quo mortis genere Gyge interijt autor Plut.in Artaxexe.

Veneficarum autem uis eſt,ut ſuis cãtibus homines in porcos commutent,fruges excantent,ſcabiem & uelut peſtem quandam armentis eorum(quos oderunt) immitant,herbas cogant areſcere,mentes illaqueent,oculos faſcinent,membra illigent,manus & pedes ſic perſtringant,vt ſuum ſatis officium nequeant facere dureſcere faciant limum,ceram liqueſcere,quoſdam tabeſcere ſenſim emoriẽtes,vmbras ſepulchris eruere,accerſere cacodæmones, deducere lunam cœlo, & alia relatu mira,& creditu difficilima facere.Cuiuſmodi ſunt ea, quæ Tibullus memorat li.1.dicens:Hanc ego de cœlo ducentem ſidera vidi,&c.

Circe ſolis & Perſę nymphe filia,quum uenefica eſſet peritiſſima, poetarum fabulis dicta eſt commutaſſe ſocios Vlyſſis in porcos.Habitauit autem non procul a Caieta Campaniæ urbe.Verg.in Bucol Carminibus Circe ſocios mutauit Vlyſſis Tibullus li.2.Quicquid habet Circe, quicquid Medea veneni.

Marſi populi Italiæ a Circe oriundi,herbarũ vires & veneficia apprime calluerũt vnde Syll.li.8.Ac Marſica pubes,Et bellare manu,& Chelydris cantare ſoporẽ Vipereũq; herbis hebetare & carmine dẽtẽ,&c.Gell.li.16.c.11. Gens in Italia Marſorũ, orta fertur a Circes filio Marſo. Propterea Marſis omnibus ui quadã genitali datum,vt ſerpentum virulentorum domitores ſint,& incantationibus, herbarumq; ſuccis faciant medelarum miracula.

Pſylli populi fuerunt in Africa Naſamonibus cõtermini,quorum terra quum Auſtri flatu exaruiſſet, collecto exercitu ſumptisq; armis, in auſtrũ ipſũ perinde ac hoſtem,profecti sũt.Cõtra uero uẽtus magno ſpiritu occurrens, eos oẽs arenarum cumulis adobruit.Quod priuſquã accidiſſet, ferũt eos eadẽ ui & potentia eadem in ueneficiis preditos fuiſſe,qua & Marſos.De Pſyllis Plin.li.7.ſic ait

Horum

Horũ corpori ingenitũ fuit virus exitiale ſerpẽtibus.ex cuius odore ſopirẽt eas.

Crates Pergamenus apud Plinium teſtis eſt, Ophiogenes populos eſſe in Helleſponto,ſerpentum ictus contactu leuare ſolitos,& manu impoſita venena extrahere corporibus.

Populi ſunt in Triballis & Illyrijs,qui viſu effaſcinant & interimunt,quos diutius intuentur iratis præcipue oculis.Huius generis & potentia ſunt fœminæ in Scithia,quæ vocantur Vitio.

Vmbro fuit ſacerdos,è gente Marrubiorum prope Fucinium lacum habitantium, adeo peritus ueneficij & herbarum potens,vt hydros ſopiret, & innocuos ſerpẽtes tractaret manib.Verg.li.7.Quin & Marrubia uenit de gẽte ſacerdos,&c.

Guthrune fuit venefícia,quæ ſuis incantamentis pleroſque excæcauit,nulla morbi cauſa apparente.

Onomacritus ſortilegus fuit apud Athenienſes,& Muſęi ſocius,quẽ Hipparchus, Athenis expulit.autor Herodotus in Polyhymnia.

Medea filia Acetæ regis Colchorum & Ipſeæ,ac ſoror Circes,multarum herbarũ ac radicũ vires inuenit,eamq; artẽ didicit a ſorore, & adeo exercuit, vt tauros flammas faucibus eructantes,draconemq; peruigilem aurei velleris cuſtodẽ ſopiuerit,ne rapturo vellus ipſum Iaſoni incommodarent. Quo beneficio permotus Iaſon,eam ſibi copulauit vxorem. Vbi autem ambo in Theſſaliam peruenerunt,Medea Æſonem patrem Iaſonis iam ſenio cõfectum,ſuis artibus reduxit ad iuuentutem. Nihilominus Iaſon obſequij oblitus,eam poſtea repudiauit, & Creuſam filiam Creontis regis Corionthiorum ſuperinduxit. Qua ingratitudine permota Medea,nouę nuptæ diſſimulato odio pallã venenis infectã muneri miſit:quam quum illa induiſſet,ſubito flagrauit incẽdio, pariq; exitio periերũt Creon,& eius regia Quo facto Medea filios ex Iaſone ſuſceptos laniauit,palã demum a Draconibus in aerem ſubleuata Athenas deuolanit,ibiq; iterum nupſit Ægeo,cuius filium Theſeum potauit Cerberi ſpuma:ac demum nubes carminibus excitauit,quibus cum Medo filio(quem ex Aegeo ſuſceperat)inuoluta peruolauit in Aſiã. Hęc ſunt notiſſima omniũ Medeę ueneficia Ouidius li.7. eam inducit loquentem vbi artis ſuę peritiam fatetur , deos omnes alloquẽs, ut Aeſone iuuẽtuti reſtituãt,Tuque triceps Hecate,quę cœptis conſcia noſtris: &c.Idem in Epiſt.Barbara narratur ueniſſe ueneficia tecum.Propert.li.2. Non hic herba valet,non hic nocturna Cithæris, Non per Medeæ gramina cocta manus.Idem li.3.Val.Flac.li.8. Contra tartareis Colchis ſpumare venenis , Cunctaque Lethæi quaſſare ſilentia rami Perſtat Plin.li.25. Certe quid non repleuere fabulis Colchis Medea,aliæque.

Mycale nomen eſt ueneficæ mulieris apud Ouid.li.12.ſcribẽtem:Mater erat Mycale,quam,deduxiſſe canendo,Sæpe reluctantis conſtabat cornua Lunæ.

Erictho magna fuit Theſſala,multis ueneficijs famoſa,de qua Luc.li.6.Hos ſcelerũ ritus,hæc diræ carmina gentis,Efferæ damnarat nimiæ pietatis Erictho,&c.

Si quis appetit videre graphicam ueneficię artis narrationem.uideat apud eundẽ Lucanum.Nemo Latinorum Poetarum melius rem aperuit.

Dipſas nomen eſt vetulæ ueneficæ apud eundem Ouid.li.1. Elegiarum ſcribẽtẽ, Eſt quædam,quicunque uolet cognoſcere lenam.

Audita eſt quædam nomine Dipſas anus.

Paſetes fuit quiſpiam præſtigiarum & magiæ peritiſſimus,qui ſuis incantamentis faciebat,vt repente conuiuium omnibus epulis inſtructiſſimum appareret.Rurſus quum nolebat,omnia iubebat euaneſcere.Quum quid emebat,precium & nummus redibat a uenditore ad emptorem. teſtis Eraſmus in explanatione illius adagij,Paſetis ſemiobolus.

Exagonus legatus Oblogenum(qui populi ſunt iu Cypro) quum Romã veniſſet, ibique de herbarum viribus multa diſſereret,uolens cõiectus eſt a cõſulibus in

dolium

dolium plenum ſerpentib. experimenti cauſa, vbi ſerpentes ipſi non ſolum nō eum mordebant, at etiam demulcebant linguis. autor Plinius lib. 28.

Eriphila venefica fuit, & faſcinatrix, quæ cū aliquod animal inſpiciebat, illi acci debat mali quidpiā. Hinc adagium, Anus Eriphus: in mulierem excātatricem.

Thracia fuit nympha ſaga & faſcinatrix, quæ propter peritiam herbarū & venefi ciorū habita eſt loco numinis apud Thraces, quorū etiā regioni dedit nomen.

Neuri populi fuerunt in Scythia, incantatores maximi, vt qui ex hōminibus in lu pos ſe uerterent. autor Herodotus.

Choatræ populi (quos Plinius circa Metim locat) fuerunt etiam incantatores ma ximi. Vnde Val. Flac. li. 6. Argon. Centoras, & diros magico terrore Choatras.

Apud eundem Choaſtes nomen eſt venefici, vbi ait maximus hos inter Stygia ve nit arte Choaſtes.

Harcalo venificus fuit, qui innocuos leones impunè attrectabat manib. Syl. lib. 1. Harca nō pauidus fędas mulcere leænas. Apud eundem Atyr nomē eſt incan tatoris, qui ſerpentes ſolo tactu ſopibat, de quo ſic ait: Nec non ſerpentes diro exarmare veneno Doctus Atyr, tactuq; graues ſopire Chelydros, Ac dubiam admoto ſobolem explorare Ceraſte.

Paryſatis mater Cyri, famulā habuit Gygem nomine, qua vtebātur ad veneficia.

Locuſta apud Cor. Tacitū nomē eſt mulieris veneficæ, quæ boletos venenis infe cit, quibus Agrippina Claudium maritū ſuffocauit. Capitur etiam Locuſta pro quacūq. venefica. Iuuenalis Sat. 1. Inſtituitq. rudes melior Locuſta ꝓpinquas.

Canidia Neapolitana fuit vnguentaria, faſcinatrix & venefica. Hor. in Epod. An malas Canidia tractauit dapes. Idē: Canidia breuib. implicata viperis Crines & icōptū caput, Iubet ſepulchris caprificos erutas, Iubet cupſſos funebres, &c.

Apud eūdem Sagana, Veia & Folia nomina ſunt ueneficarum, quę Varum puerū prætextatum ſuis ueneficijs incantarunt, De Sagana ſic inquit: At expedita Sa gana per totā domū Spargens auernales aquas, horret capillis. De Veia: Abacta nulla Veia cōlciētia, Ligonib. duris humum Exhauriebat, ingemens laboribus De Folia: Non defuiſſe maſculæ libidinis Ariminenſem Foliā, & ocioſa credi dit Neapolis.

De Męri ueneficio Vergilius in Bucolicis ſic ait: Has herbas, atq; hæc Ponto mihi lecta uenena. Ipſa dedit Męris, naſcūtur plurima Ponto: His ego ſæpe lupū fie ri & ſe condere ſyluis Męrin, ſępe imas animas exire ſepulchris, Atque ſatas, a liò vidi traducere meſſes.

ASTROLOGI.

Babylonij primi omnium aſtrologiam dicuntur inueniſſe, omnemq. curam in cō templatione ſiderum collocaſſe Lucretius li. 5. Vt Babylonica Chaldęū doctri na refutans Aſtrologorum artem. Ab his Gręci polum, gnomonē, & duodecim horas diei didicerunt.

Anaximander Mileſius, Thaleti diſcipulus, ſphęrā conſtruxit, horologium & gno monem inuenit. Conuerſiones, ſolis notauit & equinoctia. Plin. lib. 2.

Apollonius Tyaneus ſcripſit libros de Aſtrologica diuinatione quatuor.

Eudoxus Gnydi⁹, nobilis fuit aſtrolog⁹, Platonis ęqualis. Scripſit poetice de Aſtro logia. Habuit etiam cum Aſtrologia Geometriam quoque & Medicinam.

Thales Mileſius aſtrologiæ ſecreta penetrauit omniū primus. Primus Solis ecly pſim prædixit, & de Vrſa minore diſſeruit.

Theon philoſophus Alexandrinus ſcripſit de aſtrologia & commentarios in Pto lemeum. Item paruum Aſtrolabium.

Ideo poetæ fingunt, Atlantē cælū humeris ſuſtinuiſſe, quod ſyderali ſcientia cla riſſimus extiterit. Sunt enim qui Sphæræ inuentum eidem referant acceptum.

Cęli ſigna primus dicitur aperuiſſe Cleoſtratus, autore Plinio.

Sidus Veneris, quod naſcentē Solem præuenit, & in ortu Lucifer, in occaſu reful

gens nuncupatur Veſper primus Pythagoras enarrauit,eiusq; docuit naturam.
Lunæ rationem & naturã primus deprehedit Endimiõ.Hinc poetæ fabulati sũt, eum à Luna fuiſſe adamatum.
Anaxagoras ſcientia cœleſtium literarum prædixit,quibus diebus ſaxũ caſurum eſſet è Sole,Anno ſecundo Olympiadis 78. Quod factum eſt ad Egos flumen Thraciæ.Plin.li.2.cap.60.
Eius quoque artis peritia: Pherecydes Syrius hauſta è puteo aqua futurũ ibidem terræmotum prædixit.
Beroſo ob ſyderalium rerũ peritiam, diuinasque prędictiones, ſtatuam inaurata lingua poſuerunt Athenienſes in publico gymnaſio.Pli.lib.7.cap.37.
Soſigenes fuit Aſtrologus, quem Cæſar dictator annos vitio Pontificũ per inter calandi licentiam turbatos,ad Solis curſum redigens adiutorem ſib i adhibuit. Plin.lib.18.cap.25.
Melon nomẽ Aſtrologi apud Plutarchus in Nicia,qui quum eſſet militiæ, videret quę peſſimè ſuæ parti futurum,inſaniam mentitus eſt,atque etiã domum incẽ dio dedit, vt miſſionem & militiæ vocationem impetraret. Plut.in Vitis Alcibiadis & Pyrri.
Apud eũdẽ in Alcibiade Metheon ponitur Aſtrologus,qui Athenienſib.in Syra cuſanos expeditionẽ agitantibus quum ex Aſtrologiæ diſciplina præuideret futuram belli calamitatem,combuſta domo, ſuaque fortuna palã in concione deplorata,ſic populum commouit, vt pręter conſuetudinẽ filium ſuum recepe rit ab omni militia exemptum.
Hipparchus Nicæus ſcripſit de Stellis fixis,de Lunæ motu contra Platonẽ. Inſtru menta Mathematicis inuenit.De hoc Plinius lib.2.cap.11.& 26.loquitur.
Manethus Aegyptius ſcripſit Phyſiologiam & aſtrorum effectus verſib.Cælius li bro 11.cap.67.
Meſon aſtrologus Athenienſib. in expeditionem Siciliæ nauigaturis tẽpeſtatem prædixit futuram, atque etiam inſanũ ſe finxit,necum eis traheretur inuitus. Suidas apud Budæum ponit Zoroaſtrẽ in numero aſtronomorum, atq; floruiſ ſe Nini regis Aſſyriæ tempore.
Cicero li.4.Quæſt.Acad.ait,Polyenum quendam magnũ fuiſſe mathematicum, qui Epicuro poſtea adhæſerit,totamq; Geometriam falſam crediderit.
Neceplus rex fuit Ægyptiorũ in aſtrorũ cognitione peritiſſimus,de quo Auſoni us ſcribit:Quiq.magos docuit myſteria vana Necepſi.Iulius Firmicus,Necep ſus inquit,imper.iuſtiſſimus Aegypti,& aſtrologus valde bonus,per ipſos decanos.omnia vitia,valetudinesq; collegit.
Aratus poeta floruit Antigono regnãte,ſcripſitq.Phęnomenona Latio iure à Cic. & Cæſare Germanico donata.Item multa alia opera,vt docebimus in Poetis.
Conon mathematicus,Aegyptius natione,libros de Aſtrologia ſeptẽ reliquit.De hoc Verg.in Bucol.In medio duo ſigna Conon, & quis fuit alter.Deſcripſit;ra dio totũ qui gẽtib. orbẽ. Hic quum vellet inire gratiam Ptolomæi regis,dixit crinem reginę Berenices in cęlo collocatum.
Architas Tarentinus Mechanica primus expoſuit,& in Geometria cubũ inuenit. Ab eo deſcendit.Horus etiam in Aſtrologia clarus.De vtroque & Conone Pro pertius libr.4. Me creat Architæ ſoboles Babylonius Horus,Horus & à proauo ducta Conone domus.
Oenopides Chius aſtrologus, dedicauit in Olympia æreũ libellũ in quo magnũ annum prædicabat.
Palamedes Naupli & Climenes filius,quum eſſet Aſtrologiæ peritus,annum mẽ ſesque ad curſum ſolis apud Græcos accommodauit.Primusque viſam multo rum metu in caſtris eclipſim,dixit rem eſſe naturalem & minimè timendam.
Protagoras,Diogene teſte, fuit Aſtrologus, in quem Euphoriõ ſcripſit Epicediũ

Ptolo-

Ptolomæus Ægyptius (qui floruit Antonini temporibus) in Aſtrologiæ ſcientia
antiquos omnes æquauit. Primus apud Græcos cæli rationē omnē explicuit in
uentaq; ab Hipparcho inſtrumenta, clarius illuſtrauit. Edidit cōpoſitionē illā,
quam Almageſtum vocant. Scripſit & de his, quæ ad practicam aſtrorū progno
ſticam ſpectant & alia permulta.

Iulius Hyginus familiaris Quintiliani, ſcripſit de mundi & ſphæræ ratione. Prętе
rea de ſignis cœleſtibus libros 4. Item commentarios in Verg. qui non extant,
& librum nomine Gnomaticon, de modo obſidendarum vrbium, & caſtrorū.

P. Nigidius Figulus ſecta fuit Pytagoræus, Aſtrologiæ & Medicinæ peritiſſimus.
De quo Lucan. lib. 1. At Figulus cu cura deos, ſecretaque mundi Neſſe fuit, quem
non ſtellarum Aegyptia Memphis Aequaret viſu, numeriq; mouentibus aſtra.

Tarnutius vir fuit cum philoſophiæ, tū mathematicæ imprimis ſtudioſus, qui cū
in Aſtrologia putaretur excellere huic impoſuit Varro, vt Romuli cōceptionē
in diem & horam deduceret, inſpectisq. eius vitę inſtitutis ac rebus geſtis, ex il
lis conſequentiam colligeret veluti geometricarum propoſitionum reſolutio-
nes præcipiunt. autor Plut. in Romulo.

C. Manilius Antiochenus, primus poetarum Latinorum aſtrologiam verſi. aggreſ
ſus eſt, quod opus nuncupauit Auguſto. Hipparcū, Eudoxū & Aratū ſequutus.

Sulpitius Gallus in exercitu Pauli Aemylij contra Perſeum, deprehenſam noctu
eclipſim Lunę mirantibus militibus enarrauit. Plin. c 12. lib. 2.

Sulla fuit mathematicus, qui Caligulæ cōſulenti de geoitura ſua certiſſimā necē
appropinquare affirmauit Noſtro ſeculo magna literariæ Reip. vtilitate emer-
ſit Iouianus Pon poeta (parcāt mihi, qui ſolam mirantur & ſuſpiciunt antiqui
tatem) cū hominibus ſuperioris ſeculi circa ſcrupulū conferendus, qui de Stel
lis libros 5. Meteororum vnum ſcripſit erudite non minus quē docte, quamuis
tamen argumentū ipſe ægre cultum ſermonis, & verborum phaleras admittat.

Marullus ait Biloiū fuiſſe Aſtrologum, extinctum boletis. Hæc eius verba: Dū ca
uet aſtrologus periuris ſidera amicis, Dum ſibi boletos non cauet, ipſe perit.

HYADES.

Hyades filiæ fuerunt Atlantis ex Aethra, quæ nomen traxerūt ab Hyante fratre,
quem a leæna interfectum quum aſſiduis deflerent lachrymis, deorum cōmiſe
ratione relatæ ſunt in ſtellas pluuioſas, vel quòd Hyas Græce pluuiā ſignificet
Latinè. Locatæ ſunt autem in Tauri frōte. Ouidius. Ora amicant tauri ſeptem
radiantia flammis, Nauita quas Hyades Graius ab vrbe vocat. Pars Bacchum
nutriſſe putat, pars credidit eſſe Thetyos has neptes Oceaniq; ſenis.

Alio nomine vocātur Suculæ. Plin. li. 2. Qualiter in Suculis ſētimus accidere, quas
Græci ob id pluuio nomine Hyadas appellant.

Earum ortus pluuiam portendit. Claudianus in Ruff. Imbribus humeſcāt hœdi,
nymboſaque taurum Ducat Hyas, totusq; fretis deſcendat Orion.

Alia earum nomina ponuntur a Cælio ex Heſiodi teſtimonio, Phæolæ, Coronis,
Celeia, Phæa, Eudora.

HESPERIDES.

Heſperus Iapeti filius, tres habuit filias, quæ a patris nomine dictæ ſunt Heſperi
des. Earū nomina ſunt Aegle, Heretuſa, Heſpertuſa Poetę fabulantur hortū eis
fuiſſe auriferis arboribus conſitū, cui cuſtodē adhibuerint Draconem peruigi-
lem, quo tamen uel ſopito, vel occiſo Hercules aurea poma ſuſtulerit. Vnde Pō
tanus Heſperides vocat pomicolas Sen. in Aga, Arborq; pomis fertilis aureis
Extimuit manus. Lucret. lib. 5. Aureaque Heſperidum ſeruans fulgentia mala,
Aſper acerba tuens immani corpore ſerpens Diodorus lib. 5.

PLEIADES.

Pleiades filię fuerunt Atlātis ex Pleione, a qua traxerunt nomen. De his Ouidius:
Pleiades incipiunt humeros relaxare paternus, Quæ ſeptem dici, ſex ta mē eſſe
ſolent:

ſolent:Seu quod in amplexum ſex hinc venere deorum.Nam Sterope Marti cō cubuiſſe ferunt neptuno Alcionem:& te formoſa Celeno, Maiam, & Electrā, Taygetamq; Ioui.Septima mortali.Merope tibi Siſyphe nupſit.Pœnitet,& facti ſola pudore latet.Hoc autem ait Oui.Nā vt Mathematici uolunt,vna eſt ea rū obſcura quæ nunquā apparet.vt cæteræ.Re uera Pleiadē ſtellæ ſunt in genu Tauri,quæ circa æquinoctium vernum oriūtur. Vnde Latini eas Vergilias vocant,Sunt autem pluuioſæ,& moleſtæ nautis.Lucan.li.8.Et imbrifera ſiccas cū Pleiade Thebas.

Dicuntur etiam Atlantides. Seneca in Hercule fur. Illinc timendum ratibus ac ponto,gregem,Paſſim vagantes exerunt Atlantides.De his vidi Cæl.Lect.anti quarum cap.16.lib.9.

GEOMETRÆ.

Archimedes Syracuſanus Geometriā adeo exercuit,vt duct⁹ aliquādo ad balnea, dū vnguendus labro thermulario conſtitueretur, per corporis vnguēta figuras & laniamenta digito inſcriberet Plut.in uita M Marcelli.

Architas Tarentinus etiam Geometriæ operā dedit,in qua diſcipulum habuit Platonem.Primus Mechanica expoſuit,cubumq; reperit,teſte Diogene.

Dicearchus Siculus Ariſtoclis auditor Geometra fuit ætate ſua clariſſimus,q ſcripſit de rep. Lacedæmoniorum Hic cura montes permenſus eſt,ex quibus altiſſimum prodidit Pelion.1250.paſſuum,ratione perpēdiculi nullam eſſe eam portionem vniuerſæ rotunditatis colligens.teſtis Plin.c.67.lib.2.

Dionyſius Afer,ex Byzante ciuitate,ſcripſit Geographiam uerſibus hexametris, quos Priſcianus latinos fecit.

Eudoxus Gnydius primus Geometriæ rationes difficileſq; demonſtrationes per ſeſuin & inſtrumēiotū exempla edidit vna cum Archita præceptore. Qua propter ambo conuincia a Platone paſſi ſunt,quod Geometriæ dignitatē ſuſtuliſſent,a cogitatione & rebus incorporeis,ad ea quæ ſenſib. perciperentur, declinantes.

Eupōpus Macedo,Zeuſis coætanus,Arithmeticæ & Geometriæ fuit peritiſſimus, ſine quibus negabat artem poſſe perfici.

Marinus tyrius Geographiam ſcripſit,ex qua Ptolomæus ſuam detorſit.

Pappus Philoſophus Alex. ſcripſit de ſitu orbis, de fluuijs Africæ & cōmētarios in Ptolemæum.

Pauſanias Cæſarienſis ſcripſit vniuerſæ Grçciæ Geographiam cum eius hiſtorijs.

Polemō Helladicus,ſcripſit de origine ciuitatum,& Lacedæmoniæ Geographiā, & de curſu ſolis libros tres.

Ptolemæus Ægyptius præter libros de Syderali ſcientia editos, ſcripſit etiam de Geographia.

Scylax Gariandæus(Carianda ciuitas eſt Cariæ)ſcripſit circuitū menſuramq.ma ris extra columnas Herculis.Suidas apud Volaterranum.

Steſichorus poeta fratrem habuit Mamertinū Geometram.Tymoſthenes præfectus claſſis Ptolomæi Philadelphi Geographus fuit nobilis. Scripſit de portub. libros decem.

Dionyſiodorus fuit quiſpiam geometrica ſcientia nobilis,in cuius mortui ſepulchro affines reperiſſe dicuntur epiſtolam eius nomine ad ſuperos ſcriptam,Per ueniſſe eum a ſepulchro ad infimam terra, eſſeque eo ſtadiorum 42. millia.autor Plinius in fine ſecundi.

Leguntur etiam aliorum nomina qui in hac arte prçſtiterūt,vt Euclides,Hippias Eleus,Theodorus Cyrenæos,Leodamas Thaſius,Erathoſthenes,Plato,Proculus Theon,Nicephorus Iſacius,Cenſorinus Boetius.

Geometriam aūt inuenerunt Ægyptij in Nili auctu ac demēſione,Sita eſt in phātaſia,non opinabili,ſed certa ex apparentibus ſpeciebus notitia.

SOPHI-

SOPHISTARVM NOMINA.

Adrianus Phœnix,patria Tyrius, docuit Athenis magno cultus victuſq. ſumptu. Amatus eſt magnopere à M.Antonio,& Romam ab eodem ductus.
Ælianus Roman° ſophiſta,q ſcripſit de A ialib.de varia hiſtoria & de re militari.
Antiochus fuit ſophiſta ſecurus in figuris vehemẽs in accuſationibus venuſtus,in defenſionibus,in demonſtratiuis potens.In forenſibus ſophiſtica,in ſophiſticis forenſis vtebantur oratione.
Aphthonius ſophiſta ſcripſit pexercitationes ĩ Rhetorica, & in artẽ Hermogenis.
Apſines Gadaræus Smyrnæ præceptorem habuit Heraclidem Lyciũ,Nicomediç.
Baſilium.Docuit Romæ Maximiani tẽpore,cuius beneficio adeptus eſt cõſulatũ.
Ariſtides Myſius docuit Smyrnæ.
Ariſtoces Pergamẽſis ſophiſta floruit ſub Adriano.Scripſit de arte Rhetorica,Epiſtolas & declamationes.Sectæ fuit Peripateticæ,horridus aſpectu, voluptatibus tamen & lyræ poſtea indulſit.
Aſpaſis Rauẽnas,Demetriani filius,& auditor Pauſaniæ,profectus eſt Romç ſub Alexandro Mamææ,Scripſit diuerſas orationes cõtra Ariſtonem & maledicos.
Alia ſophiſtarum nomina ſunt:Auſonius quidam.
Bemarchus Cçſariẽſis,qui ſcripſit res geſtas Cõſtãtini principis libris decẽ Chreſtus.Bizãtius,q quamuis eſſet deditus vino,cçteris tamẽ in rebus erat cõtinẽs.
Damophilus,qui ſcripſit ad Lollium Maximum de uita priſcorum.
Damianus Epheſius.
Dias Epheſius,qui floruit ætate Philippi Macedonis.
Dion Pruſiæus,Traiano familiaris,qui ſcripſit de Homero contra Platonem lib.4. Item de virtutibus Alexandri Magni libros decem & laudem Herculis.
Ecebolius Conſtantinopolitanus.
Epiphanus Petreus,qui ſcripſit præexercitationes,& declamationes in genere demonſtratiuo.
Heraclides Lycius,qui Smyrnæ docuit.
Hermocrates Phocenſis,qui floruit principante Seuero.
Hermogenes Euodianus Smyrneus,Ariſtotelis diſcipulus,q profeſſus eſt Romæ.
Euſtephius Aphrodiſæus,qui ſcripſit declamationes.
Euſtochius Cappadox,qui ſcripſit ad Conſtãtem principem de Cappadociæ,aliarumque gentium antiquitate.
Gorgias Leontinus artis ſophiſticæ parens.
Hippodremus Lariſſeus,qui Athenis docuit.
Iſæus Aſſyrius,qui adoleſcentiã varijs corporis voluptatibus tradidit:deinde vir factus frugaliſſimus omnium fuit.
Iulianus Cappadox,ad quẽ,dũ Athenis profiteretur,gregatim omnes cõuolabãt.
Libanius Antiochenus, floruit ſub Iuliano principe.Athenis audiuit Diophãtum philoſophũ,Exercuit ſe in declamationib.Conſtantinopolim profectus ibidem ludum aperuit. Vnde propter laſciuum in pueros amorem pulſus,Nicomediã venit:indeque eandem ob cauſam reiectus,in patriam reuerſus eſt.Scripſit declamationes,Progymnaſmata,orationes,& Epiſt.
Lucianus Samoſateus,floruit ſub Troiano principe,primum Chriſtianus, demũ fidei deſertor.
Marcus Bizantius,Iſæi auditor.
Menãder Laodicæus qui ſcripſit commentarios in artem Hermogenis,& prçexercitamenta Minutiani.
Minutianus Athenienſis ſcripſit artem Rhetoricam,Præexercitamẽta,& diuerſas orationes.
Nicetes Smyrnæus,quem Adrianus Ægyptio Muſæo aſcripſit.
Plutarchus Athenienſis præceptor Syriani.

Polus Agrigentinus, auditor Gorgiæ, ſcripſit eorum genealogiam & catalogũ, qui ad bellum Troianum profecti ſunt.
Polemon Laodicæus, æqualis Herodis Attici.
Priſcus Panites, magiſter epiſtolarum Theodoſij iunioris. Scripſit hiſtoriam Conſtantinopolitanam, & Athilæ libros octo. Præterea declamationes & epiſtolas.
Procopius ſcriba & comes Iuſtiniani.
Protagoras Abderites diſcipulus Democriti, cuius meminit Gellius.
Phrynicus Bithynicus, qui ſcripſit de Atticis dictionibus.
Ruffus Corinthius.
Sabinus qui floruit ſub Adriano.
Scopelianus Clazone, Herodis Attici præceptor.
Sopater Iambici diſcipulus, Conſtantini Magni conſiliarius.
Theon Sidonius.
Theodorus qui Herodis Attici tempore præfuit Athenienſium ſcholæ.
Thraſimachus Carthaginenſis Iſocrates diſcipulus.
Varus Perſa Zenodotus docuit Romę ſub Adriano: ſcripſit Epitomẽ prouerbiorũ Didymi, & genethliacum in Adrianum. Pręterea conuertit in Græcũ ſermonẽ hiſtoriam Saluſtij.

ORATORVM QVORVNDAM NOMINA.

Actius Piſaurieſis Acati⁹ è Cæſarea Paleſtinæ ſodalijs Lybanij ſophiſtę: M. Æmilius Lepidus: Aeſchines Athen. Sp. & L. Albini Numij filij: C. Albutius Silus, Nouarieſis: Alexãder Epheſius: Anaximenes Lãpſacenus, diſcipulus Diogenis
Cinici, præceptor Alexandri Magni, & in expeditionib. comes: Andocides Athenienſis: Leogori filius: Antipho Ramnuſius, qui Athenis præcepta dicendi tradidit: M. Antonius auus triumuiris: Ariſtides Atheniẽſis: Ariſtogicõ Atheniẽſis impudens qui ſcripſit apologiam ad Demoſthenem ducẽ cõtra Timothcũ, ad Lycurgum contra Tymarchum, & cõtra Hyperidẽ: Aſinius Pollio, Auguſti amicus, qui declamationes ſuas nũquam populo cõmiſit, vir alioqui naſutiore iudicio: carpebat enim in Liuio Patauinitatem, in Cæſaris cõmẽtarijs infidelitatem, in Saluſtio uerba obſoleta in Cicerone ſtylum nimis exanguẽ & elixũ. Hic primus Romæ Bibliothecam publicauit.
Licinius Caluus: Carbones duo: Chariſius Atheniẽſis, fili⁹ ſororis Demoſthenis, qui multas ſcripſit orationes Attico genere: Caſſius Seuerus eloquẽtiſſimus in agendo, ſed minoris multo uirtutis in declamando: Qu. Luctatius Catulus, Marij collega in conſulatu: M. Cælius Ciceronis diſcipulus, acri turbulentoque ingenio: Cephalus Athenienſis, qui primus proœmia & epilogos induxit: C. Cæſar: M. Corn. Cethegus: P. Cornelius Cethegus: Cyneas legatus Pyrrhi: Cleon Halycarnaſſæus. Cleomachus Magneſius Clodius pulcher. Clodi⁹ Quirinalis: Cordus Cremutius declamator: C. Cotta preſſus in dicendo, in cuius oratione nihil erat niſi ſyncerum, nihil niſi ſiccum & ſanum L. Craſſus, in quo, teſte Tullio, erat cum grauitate iunctus facetiarum & urbanitatis lepos. Curiones tres continua feriæ in vna familia.
Demades Athenienſis: Demetrius Phalereus, auditor Thæophraſti: Demochares nepos Demoſthenis: Dexippus Herẽnius Atheniẽſis. Domitius Apher. Demoſthenes Athenienſis. Hic quum multitudinem & tumultum in theatro expauęſceret & excideret mente prope ſonitũ litoris marini aſſueſcebat dicere. Literam R, difficilè enunciabat, quam calculis in os cõiectis pronũciare conabatur. Nunquã dicebat niſi præmeditatus. Propterea Pytheas dicebat, Demoſthenis Enthymemata lucernam olere.
Egeſias Magneſius: Epicrates Atheniẽſis, qui barbã ad pectus propẽſam ſolebat ferre Hermagoras rhetor, q ſcripſit de Rhetorica li. 6. de diligẽtia orationis, de decoro, de elocutiõe, de figuris: Herodes Attic. Eudem⁹, pceptor Philipomenis.

Sergius

Sergius Galba tẽporũ ſuorũ eloquentiſſimus: L. Gellius: Caius & Tiberius Gracchi: Georgius Niſſenus.
Hyperides Athenienſis, æmulus Demoſth.
Iſocrates Athenienſis, dulcis & numeroſus in dicendo: Iſeus Aſſyrius: Iſocrates Amyclas Iulius Africanus, concitatus & in cura verborum nimius.
Latro Portius. Cn. Lentulus. P. Lentulus. C. Lælius. Lyſias Syracuſanus, ęqualis Demoſtheni.
L. Magius, T. Liuij gener, L. Mãlius Torquatus. Marcellus Pergameus, q̃ ſcripſit librũ de Regno, quẽ Adriano principi nuncupauit Marius Aterius declamator.
Marinus Neapolitanus, Procli diſcipulus. Melitus Athenienſis, æmulus Periclis in Repub. Menippus Stratonicẽſis, præceptor Ciceronis. Metellus Macedonicus. Meſſalæ duo Mõtanus Narbonenſis, relegatus à Tiberio principe. Qu. Mutius Scæuola iuriſconſultorum eloquentiſſimus.
Nicoſtratus Macedo æqualis Ariſtidis. Numius, qui ſcripſit ad Adrianũ orationẽ conſolatoriam de Antinoo. Oneſimus. Cyprius, qui tempore Cõſtãtini Magni ſcripſit in Rhetorica, itẽ de ſtatuum differentia. Præexercitationes & Declamationes. Qu. Hortenſius.
Pericles Athenienſis, quẽ veteres poetæ Olympũ vocabant, quod tonare in concionib. videret, & fulminare. M. Calphurnius Piſo. Pyſiſtratui Athenienſis. Pytheas Athenienſis. Pl. L. Numaci⁹ Plãchus. Plotius Gallus, Polyænus. Sardianus. Cn. Pomponius. Potamon Mitylenæus. Procopius Pherecydes Syrus. Philoſtratus ſenior. Philiſtus Mileſius, Iſocratis diſcipulus, qui ſcripſit de Rhetorica, & orationes nonnullas. L. Philippus.
Quintilianus rhetor, qui inſtitutiones oratorias ſcripſit.
Virginius Ruffus. Rutilius Geminus, qui fecit libros pontificales.
Clodius Sabinus declamator. Serapiõ Alexãdrin⁹, q̃ ſcripſit orationes in gñe deliberatiuo Symmachus Ro. L. Siſena Rom. Sophnon Syracuſanus. P. Sulpitius.
Cor. Tacitus, Theodetes Cilix Theopõpus Guidius Theodorus Gadareus. Sext. Titius. Titianus præceptor Maximini principis, qui ſcripſit libros prouinciarũ. Hic vocatus eſt ſimia fuit tẽporis qui omnia ꝓbe imitaretur. Trachalus. M. Tullius Cicero pater eloquentiæ Romanæ.
Qu. Varius. Varus Geminus Declamator, q̃ Cæſari dixiſſe fertur: Cęſar qui apud te audent dicere magnitudinem tuam ignorant: Qui non audet humanitatẽ
Zenodotus Adramytenus.
Vide aliorum nomina apud Ciceronem de perfecto oratore.

DE POETIS LATINIS.

Petrus Crinitus homo non pænitenda, neq. aſpernabili doctrina, iam ſcripſit opuſculũ de Latinis poetis, doctè ſatis, & erudite. Propterea ne acta agere uideamur, i cõpẽdioſam redigemus epitomẽ, quod multis ille verbis cõlecutus eſt Latinis demum adijciemus Græcorum nomina.
Liuius Andronichus Epicus poeta Latinas fabulas primus docuit Romæ 160. annis poſt obitum Sophoclides & Euripidis ſecundo bello Punico. Eius carmina per vrbẽ decantarunt virgines ad iram deorũ placandã Geſta popul Ro. 18. libris complexus eſt. Scripſit & hymnos deorum.
Ennius poeta natus Rudijs Salẽtinorũ oppido, Romã uenit ætate M. Plauti & M. Catonis oratoris clariſſimi. Dicebat tria eſſe ſibi corda, q Græcã linguã, Oſcã, & Latinã calleret Domũ habuit in Auẽtino colle. Vixit parco & tenui uictu, cõtẽtus vn⁹ vni⁹ ancilla miniſterio. Scripſit libros Analiũ, & Satyras, Comędias, & Tragędias. Nomina quarũdã fabularũ eius sũt, Telephus, Ambracia, Eumenides, Alcmeõ, Andromacha, Thyeſtes, Medea, Phęnix, Telemõ, Hecuba, Achille Pãcratiaſtæ, Epicarmus, Creſiphon. Idẽ in Latinũ ſermonem tranſtulit Ephemerum poetam Græcũ. Primus apud Latinos coronã ex Helicane aſſum

Y pſit.

pſit. Procliuis fuit in pocula. Scipionẽ Africanum maximè coluit, mutuaq; ab eo beneuolẽtia redamatus eſt, vt iam docuimus. Mortuus eſt articulari morbo, ſeptuagenario maior, ſepultusque eſt in monum Scipionis.

M. Plautus natus eſt in vrbe Vmbriæ, cui nomẽ Saſſina. Operam primum piſtori locauit ad comparandũ victũ in agendis molis illis, quas truſatiles vocant. Cõpoſuit in ipſo piſtrino quaſdã fabulas. Eius 25. comędiæ numerantur a veteribus cũ paucis alijs. Secutus eſt Gręcos Demophilũ, Philemonem, & Epicharmum. Siculum Scribendi elegãtia claruit in tantum, vt Epius Stolo dixerit Muſas Plautino ſermone fuiſſe locuturas, ſi Latinè loqui voluiſſent. Volcati Sedigitus de ordine Comicorum ſcribẽs primas tribuit Cęcilio, Plautum cęteris omnibus pręponens. Mortuus eſt paucis annis poſt Ennium.

Cn. Nęuius Comędiographus patria fuit Campanus Tertius in ordine Comicorũ ponitur a Volcatio. Stipẽdia fecit bellis Punicis. Eius volumẽ Octauius Lãpadio grãmaticus diuiſit in 7. libros. Scripſit pręter. Punicũ bellũ Tragœdias & comędias. Nimia in carpendis hominũ, pręcipuè Metellorũ, uiciis uſus eſt licentia. Propterea ob immoderatam verborum petulantias coniectus eſt in vincula. Mortuus eſt Vticę, quum factione nobilium Roma fuiſſe eiectis

M. Pacuuis nepos Q. Ennij, fuit ex Brunduſio Calabrię vrbe Secutus eſt amplum ac ſonorum dicendi genus, clariſſimus grauitate ſentẽtiarũ, verborũ põdere, & autoritate perſonarum. Nomina tragędiarũ eius ſunt, Peribea, Hermonia, Atalanta, Iliona, Antiopa, Taucer, Medea. Citatur etiã in Chryſe, Oreſte, & Armorum iudicio. Senior fuit Accio docuitq; iiſdẽ ędibus quibus. Accius ipſe. Mortuus eſt Tarenti propè nonagenarius.

Statius Cæcilius natus in Gallia, principem inter Comicos locũ, iudicio Volcatii ſibi meruit. Vixit ſumma familiaritate cum Ennio A matus eſt etiã a Terẽtio. Scripſit comædias 30 & amplius, quarũ hæc præcipue citantur, Nauclerus, Syracuſæ, Pauſimachus, Hippobolymeus, Epiclerus, Cratinus, Plotius, Aſotus, Ephestion, Fallacia Andria, Annales, Fenęrator, & quędã aliæ. Mortuus eſt vno anno poſt Ennium.

Accius Tragędiographus iunior Pacuuio, natus eſt parẽtibus libertinis, Macrino & Setano conſulib. Decius Brutus tanti eum æſtimauit, vt eius verſibus templa, & monumenta ornauerit. Idẽ quum Pacuuio ſuam Atreũ oſtendiſſet, & ille laudaſſet quidem, ſed tamen dixiſſet, quædã videri ſibi duriuſcula & ſubacida. Accius verũ eſſe confeſſus eſt, nec tamẽ ſe propterea pœnitere, quoniam idẽ fermè ingenijs ſolet accidere, quod pomis, quæ dura admodũ & acerba naſcuntur, poſt fiunt mitia & matura. Cęterum Accius imaginẽ ſuam collocauit in æde Camęnarũ prægrãdi forma, quum tamen eſſet ſtatura admodũ breui.

Terentius Comicus patria Carthaginẽſis Romam puer ductus, diligẽtia Terẽtii Lucani patroni accuratè liberalib. diſciplinis eruditus eſt, ac propter ingeniũ ab eodẽ manumiſſus. Amauit Stacium Cæcilium, cui & ſuas comędias recitauit. Sex autem cõpoſuit, quas, ab Appolodoro & Medãdro Græcis in ſermonẽ Latinum conuertit. Tanta in fabulis vſus eſt arte, ut neq. ad tragicã magnitudinem intumeſcat, neq. abijciatur ad hiſtoriam. Sunt qui dicant, eum perijſſe in Arcadia dolore amiſſarum comædiarum.

Lucullus Satyrographus, ex Arũca vrbe Italiæ, fuit primus apud Rom. qui cępit ſcribere Satyras, quibus maximè inſectatus eſt Rutiliũ Lupũ, Carbonẽ, & L. Tubul. Scripſit Satyrarũ li 30. & amplius. Vocatur ab Horatio lutulẽtus. Adrianus tamen eum omnibus. Satyrographis præponebat Metrophanem ſeruũ habuit, cuius fidem commendauit in Satyris, Mortuus eſt Neapoli, quum annum ætatis 46. impleuiſſet.

Sex. Turpilius Comędiographus floruit ſeculo Terentij, cuius familiaritate uſus eſt. Septimum locum inter comicos meruit iudicio Sedigiti. Periit in vrbe Sinueſſana

uеſſana

ueſſana iiſdem temporibus,quibus natus eſt Furius Bibaculus.

Cn. Martius Mimographus ſcripſit opus verſibus hexametris de Iliade. Præterea Mimos quorum hi citatur: Iam tōſiles tapetes ebrij fuco,Quos concha purra imbuens venenauit.Item, Sinu amicam reficere frigidam caldo, Columbatim labra conferens labris,quapropter edulcare conuenit uitam,Curaque acerbas ſenſibus gubernare.

L. Afranius Comicus Romæ floruit Terētij ætate.Scripſit Togatas fabulas,in quibus primū obtinuit locū.Imitatus eſt Menādrū a quo & multa ſūpſit.Culpatur a Quintil. q̄ in ſuis argumēti amores proprios paulo impudentius vulgauerit.

Fabius Dorſenus numeratus eſt inter comœdiographus.

M. Attilius fuit tragœdiographus,quem Licinius ſcriptorem ferreum appellauit.

Q. Trabeas octauum locum obtinuit inter Comicos,autore Volcatio. Ex eius verſibus his præcipuè commēdantur, Lena delinita argēto nutū obſeruabit meū, Qui velim,quid ſtudeam. Adueniens digito impellam ianuam, Fores patebāt, de improuiſo Chryſis vbi me aſpexerit,Alacris obuiam veniet, complexū exoptans meum,Mihi ſe dedit,fortunam ipſam anteibo fortunis meis.

Cn. Aquilius Comediographus,pleraſque comœdias tranſtulit à Menandro.

Licinius Imbrex fuit Comœdiographus,cuius hi afferuntur verſus.Nolo ego Neeram te vocent,ſed Nerienen,Quum quidem Marties in connubium data.

Q. Nonius ſcriptor fuit Attellanarum.

T. Lucretius eques Mimographus,floruit ætate Cæſaris. In ſuis Mimis habuit nō minus ſentētiarū,quàm lepiditatis, quos egit non niſi in magna hominū turba.

Q. Catulus ſcripſit Epigrammata. Fuit animo facili & procliui ad amores & delitias. Amatus eſt a Cor.Cotta & L. Craſſo propter elegantiā ingenij & morū ſuauitatem. Amauit Roſcium,& Theotimum puerulos, quorum formā ſuis verſibus commendauit.

Q. Atta ſcriptor fuit togatarum. Perijt Romæ, ſepultusque eſt in via Præneſtina.

Publius Syrus edidit mimos. Floruit ætate Ciceronis. Manumiſſus eſt a domino ꝑpter gratiam & decorem formæ. Iulius Cæſar mimos eius Laberianis prætulit. Præcipuè eius ſentētiæ citantu iſtæ: Tam deeſt auaro quod habet, quàm quod nō habet. De ſunt luxuriæ multa auaritię omnia. O uita miſeris longa, felicibus breuis. Pars beneficij eſt,quod petitur,ſi belle neges. Beneficium dādo accepit, qui digno dedit. Cui plus licet quàm par eſt,plus vult quam licet. Feras,nō culpes,quod vitari non poteſt. Furor fit lęſa ſæpius patientia. Malum conſilium eſt, quod mutari non poteſt. Nunquam periculum ſiue periculo vincitur. Comes facundus in via pro vehiculo eſt. Heredis fletu ſub perſona riſus eſt. Ita amicū habeas poſſe vt hunc fieri inimicum putes. Importunè Neptunum accuſat,qui iterum naufragium facit. Veterem ferendo iniuriam inuitas nouam.

Portius Licinius fuit epigrammatiſta. Ex eius verſibus ſequentes probantur maximè: Cuſtodes ouium teneræque propaginis agnum. Quæritis ignem? ite huc, quæritis? ignis homo eſt. Si digito attigero incendam ſyluam ſimul omnem: Omne pecus flamma eſt,omnia quæ video.

Val. Æditiuus ſcripſit epigrammata. Amauit Pamphilam & Philerotem,quas ſuis celebrauit carminibus.

Q. Val. Catullus natus eſt Veronę,Terētij. Varronis ætate. Scripſit de paſſere ſuæ Lesbiæ ad Vergilium Celebrauit nuptias mallij: amauit Ipſithillā & Clodiā q̄ ficto nomine Lesbiā vocat. Opus ſuū miſit ad Cor.Nepotem,quòd in tres partes diuiditur,in Lyricos,Elegiacos,& Epigrāmata. Elegiam de coma Berenices ex poeta Callimacho cōuertit in numeros Latinos. Præter ea quæ habemus, ſcripſit etiam Amatorium carmen de incantamentis,& carmen Ithyphallicum Cæſarem, Mamurram, & Nouium Strumam ſuis verſibus maxime inſectatus eſt. Mortuus eſt Romæ anno circiter trigeſimo.

Cor. Licinius Gallus fuit breui ſtatura & exiguo corpore. Amauit puellam Quintiliam. Excelluit in ſcribendis Iambicis. Inimicitias aliquandiu exercuit cum M. Tullio ſuper eloquentiæ principatu.

Q. Cornificius Epigrãmatiſta floruit ætate Salluſtij. Verſatus eſt in militia, in qua quum milites ignauos ad ſube unda belli diſcrimina, galeatos vocaſſet lepores, ab iiſdem interfectus eſt.

Ætate Cornificij floruit Haluius Cinna, ſcriptor Epigrammatũ. Scripſit opus titulo Smyrnæ, in quo nouem annos conſumpſit.

M. Furius. Bibaculus natus Cremonæ, verſatus eſt in carmine Iambico. Amicos habuit Gallium poetam & Valer. Catonem.

Terentius Varro Attacinus, natus eſt temporibus Ciceronis & Hortenſij. Scripſit Argonautica, ſecutus Apollonium Rhodium, quod opus libris 4. abſoluit. Scripſit etiam Epigrammata, & carmen Elegiacum, in quo decantauit puellam nomine Leucadiam, quam præcipuè dilexit.

Ticida ſcripſit Epigrammata tempore Val. Catuli. Amauit Metellam, quam mutato nomine vocauit Perillam.

Furius Antias compoſuit Annales verſibus hexametris. Vtebatur quandoque verbis nouis, vt indicant ſequentes eius verſus. Sanguine diluitur tellus, caua terra luteſcit, Omnia nocteſcunt tenebris caliginis atræ, Increſcũt animi, vireſcit vulnere virtus, Spiritus Eurorum virides quum purpurat herbas, Quo magis in patrijs poſſint opuleſcere campis.

L. Iulius Calidius poeta Romæ claruit ætate Pomponij Attici.

Laurea Tullius M. Tulij libertus, ſcripſit epigrammata. Quædam eius carmina citantur a Plinio.

Vergilius Maro natus eſt Mãtuæ in uico, qui Andes vocatur, Idibus Octobris, M. Craſſo & Cn. Pompeio conſulibus. Cremonę primũ, deinde Mediolani, poſtremò Neapoli vacauit literis, audiuitque Orbilium & Scribonium Aphrodiſiũ. Induit virilem togam eo, die quo mortuus eſt Lucretius. A modeſtia & verecũdis morib. uocatus eſt Parthenias. In Bucolicis imitatus eſt Theocritũ, in Georgicis Heſiodum, in Æneide Partheniũ, Piſandrum, Apollonium Rhodium, ſed ꝑcipuè Homerũ. Idẽ ſcripſiſſe fertur quędã opuſcula, vt Cyrin. Ætnã, Moretũ, Culicem, Catalecton, Priapeia, Copam, Epigrãmata, & Diras Eius carmina mirũ in modum placebant Auguſto. Fabius uocat eum poetarum omnium longè principem. Carbilius tamen grãmaticus librum compoſuit eſt Virgilianis erroribus, cui titulus fuit Æneidomaſtix. Moriens iuſſerat Aeneid. ſuã cõburi vt incaſtigatã. Sed obſtitit Auguſtus tãtæ literarũ iacturę. Amauit Aſiniũ pollionẽ, Cor. Gallũ, quintiliũ Varũ Horatiũ, & Mecęnatẽ. Eidẽ ĩ theatro recitãti vniuerſus populus Rom. aſſurrexit perinde ac Auguſto. Habitauit ĩ Eſquilijs ꝓpe hortos Mecenatis. Tard⁹ fuit ĩloquẽdo, adeò vt ĩdoct⁹ videretur, et egreſſis. Perijt Tarẽti, vel vt alij volũt, Brũduſij Mortui cadauer delatũ eſt. Neap. ibiq; ſepultus ẽ.

Q. Horatius Flaccus natus eſt ĩ Venuſio, Apulię oppido, patre libertino, duob. annis ante coniurationem Catiline. Puer dedit operam Orbilio Beneuẽtano. Prouectior factus Athenas ſe contulit, vt philoſophiæ vacaret. Moribus fuit impudicis, naturæ in iram propenſe, ſed tamen facile placabili. Tribunitiã Romæ adæptus eſt dignitate. Præter cæteros coluit Mecænatem, a quo plurimũ etiã amatus eſt. Compoſuit libros carminum 4. Epodon, & Seculare carmen, libellũ de Poetica, duo Satyrarum, ac totidem epiſtolarum volumina. In Satyris imitatus eſt Lucilium. Eius carminibus ſumme oblectabatur Ouid. Statura fuit breui, corpore obeſo, oculis lippis. Mortuus eſt anno 57. ætatis ſuæ.

T. Valgius Romæ natus ſcripſit aliquot Elegias.

Albius Tibullus natus eſt ẽt Romę. Hircio & Pãſa cõſulibus. Parẽtes habuit ex equeſtri ordine. Forma fuit elegãti, maximè amatus eſt à Meſſala Coruino, cuius

etiam

etiam laudes celebrat. Amault etiam Horatium & Marcum. Præterea Marathum & Cherinthum puerulos, ac Deliam Sulpitiã Neeram Nemeſim & Plautiam quã ficto nomine vocauit Deliam Scripſit Elegiarum libros 4. Obijt adhuc iuuenis.

M.Manilius Romæ natus imperãte Auguſto ſtudiũ poſuit in mathematicis diſciplinis ſcripſit lib. 5. de aſtronomicis carmine hexametro in quibus Hipparchũ, Eudoxum & Aratum ſecutus eſt.

Cor Gallus patria Foroliuienſis fuit Elegiographus. Auguſti fauore cõſcẽdit ad gradũ Præturæ. Euphorionem Græcum in ſermonem Latinum tranſtulit. ſcripſit 4. libros Amorum ſuorũ de Cytheride. Fuit primum amicus Octauij. Poſtea tamen ſuſpicione coniurationis, quum in eius odium impegiſſet conſciuit ſibi mortem, anno ætatis ſuæ 43. Cytheridem volumnij liberam quam dilexit, mutato nomine vocauit Lycorim.

Sext. Aurelius Propertius ex Meuania oppido Vmbriæ oriundus, quum patrẽ puer amiſiſſe Romã ſe contulit, vbi propter ingenium ſtatim amatus eſt a Cor. Gallo & Mecenãte, Magnam in elegijs laudem promeruit, quarum 4. li. edidit. Hoſtiam puellam affectu dilexit incredibili, quam ficto nomine Cynthiã appellauit. In ſuis operibus ſecutus eſt Callimachũ & Philetam Græcos. Mortuus eſt anno ætatis ſuæ 41.

L. Varius poeta Epicus maxime præſtitit in ſcribẽdis tragędijs. Eius Thyeſtẽ laudat Cor. Tacitus. Vnus fuit eorũ, quibus Octauius curam impoſuit emendãdę Æneidis Vergilianæ.

C. Mecęnas, a regibus Ethruſcis oriundus, ſcripſit Tragędias & alia varij generis poemata, Gratiſſimus fuit Octauio, & omnibus poetis. Fuit molli animo, & veſtib. ſolutis nimiumq; ſinuoſis & fluentib. nõ ſine Mollicei ſuſpicione. Scripſit tragędiam Prometheũ, & legias complures. Laudatur hoc eius carmen de cõtemnendo ſepulchro: Nec tumulum curo, ſepelit natura relictos. Horto habuit pulcherrimos in Eſquilis. Obijt ætate ſatis matura.

Ouidius Naſo natus eſt in Sulmone Pelignorũ oppido, Aprili menſe, eodem die quo Tibullus. Puer adhuc quum magnopere procliuis eſſet ad carmẽ, ad oratoriã facultatem ã patre diuerti non potuit, niſi per quædã interualla. Tres habuit vxores. Primam in adoleſcentia dimiſit, & cum ea diuortiũ fecit. Secũdã parum ſtabuli: connubio ſibi cõiunctã naturę dimiſit. Tertia fuit Perilla, quã maximẽ omniũ dilexit, & in arte poetica docuit. Scripſit varia poematũ genera: In Metamorphoſi ſecutus eſt Parthenium. Chiũ poetã. Scripſi ſex Faſtorũ libros, quos ad Germanicũ Druſi filium miſit. Idem tamen ait duodecim a ſe compoſitos de amorib. libros tres, libros Artium amandi & Remediorũ. Præterea in Ibin. de obitu Druſi. Epigrammata. Opus de natura piſcium, & quædã alia. Scripſit & Tragędiam. Medeã nomine, Relegatus eſt ab Auguſto in Põtũ, vel propter libros de amorib. quòd laſciuiores eſſent: vel propter adulterium cũ Iulia imperatoris filia. Verſatus eſt in exilio annos 7. & amplius, in quo tãtũ gratiæ apud barbaras gentes ſibi meruit, ut in eius obitu Getæ & Tomitani lacrymas cohibere nequiuerint. Quum Geticũ ſermonem & Sarmaticum didiciſſet, poemata ſcripſit Getica lingua. Mortuus eſt in exilio.

Caſſius Seuerus patria Parmenſis, ſcripſit Elegias & Epigrammata.

Domitius Marſus ſcriptor fuit epigrammatum. Idẽ compoſuit bellum Herculis contra Amazones. Dilexit Melenem puellam, quam ſuis celebrauit operibus.

Iulius Montanus ſcripſit poemata verſibus hexametris & pentametris. Nonnulli eius verſus citantur ã Crinito.

C. Germanicus Auguſtus, Druſi filius, Græcas comędias reliqt, & opus Arati de Rebus cęleſtib. latinum fecit. Nomẽ meruit ã Germanis deuictis. Autor fuiſſe fertur ſequẽtis Epigrãmatis de puero Thracenſi: Thrax puer aſtricto glacie dũ

ludere Hebro,Frigore concretas pondere rupit aquas.Orba quod inuētū mater,dum conderet vrna, Hoc peperi flammis, cętera,dixit,aquis.

Cæſius Baſſus relatus eſt iter poetas Lyricos.Floruit ætate Claudij principis.Scripſit aliquot libros vario & multiplici carmine.Amauit Ouidiū,& Perſiū, Conflagrauit in villa ſua ardente Veſeuo.

Aemylius Macer Veronēſis, floruit ætate Meſſalæ Coruini:Scripſit opus de Bello Troiano,libros de Venenatis animantib.& de Herbis,ſecutus Nicandrum poetam Colophonium.Obijt in Aſiâ paucis annis poſt Verg.

C.Rabirius poeta Epicus Satyras ſcripſit.

L.Anneus Seneca Hiſpanus patria Cordubenſis ſcripſit tragędias 10. Euripidē, & Aeſchylum imitatus.

C.Aſinius Gallus,Aſinij Pollionis viri cōſularis filius,fecit Epigrāmata,& carmē de Pomponio grammatico.Dilexit Hippolytum puerū. Interfectus eſt à Tyberio principe.

Aulus Perſius Flaccus,natus eſt Volaterris oppido Ethruriæ. Floruit īperāte Domitio Nerone.In grammaticæ præceptorem habuit Rhemnium Palemonē, in Rethoricæ Flauium Virginium.Probis fuit morib.& egregia vitæ integritate. Compoſuit ſex Satyras, in quib. teſtimonio Martialis maiorem promeruit laudem,quam Marſus in tota ſua Amazonide. In his imitatus eſt Lucilium. Mortuus eſt nondum completis annis 30.

Cor.Seuerus poetæ Epicus,verſatus eſt etiam in agendis declamationib.Scripſit opus de bello Siculo,quod nō abſoluit,propter obitum importunū.Fecit etiā carmen de Aetha monte. Verſus eius de obitu Ciceronis citantur a Crinito.

M.Anneus Lucanus natione Hiſpanus patria Cordubenſis,natus Cæſare Germanico,& L.Cæſiano conſulib.Patrem habuit Anneum Melam Præceptores Rhēnium Palæmonem & Flauium Virginium,ſub quib.tantum profecit.vt Gręce ac Latine declamaret.Condiſcipulos habuit Salciū Baſſum,& Perſium. Proue ctus eſt ad dignitatem quæſturæ, & in augurū collegium aſcitus.Vxorē habuit Pollā Argentariam,nobilem eruditione & doctrina. Præter opus de Bello Cæſaris & Pompeij,ſcripſit etiam Saturnalia,Syluarum libros decem,Tragędiam Medeam,de incendio vrbis,de Incēdio Troię cum Priami calamitate.Tres primos Pharſaliæ libros emendauit cum vxore,reliquos emendaturus,ſi per Neronem,licuiſſet,cuius mādato venas medico ſecūdas præbuit,quam annos 30. nondum attigiſſet.

Pomponius Secundus ſcripſit Tragædias.C.Plinius duos libros cōpoſuit de eius vita & moribus.Gratiſſimus fuit Germanico.

Cn.Getulicus ſcripſit Epigrammata.Amauit Cęſenniam puellam.

Sextilius Hæna natione Hiſpanus,patria Cordubenſi,ſcripſit inter alia carmē de laude & interitu M.Tulij.

Salci⁹ Baſſus īgeniū exercuit ī ſcribēdis Heroicis carminib.Modica fuit facultate

Clodius Sabinus Elegiographus primum tēpus poſuit in cauſis & declamationibus.Scripſit opus de bello Troiano,& aliquot epiſtolas.Perijt immatura ętate.

C.Pedo Albinouanus,floruit ſub imperio Neronis.Scripſit Epigrāmata.Ouidium maximè dilexit.

Volcatius Sedigitus librum compoſuit de poetis Latinis,ſenarijs verſibus.

Pub.Statius Papinius heroicus poeta patrē habuit Papinium ob virtutes Neapoli donatū in qua vrbe natus Statius.Vxorē habuit Claudiam doctam & eruditam.Scripſit Thebaidē libris 12.nuncupatam Cæſari Domitiano,in quo opere ſecutus eſt Antimachū.Scripſit & Achilleidē,& Syluarū lib.5.Domitianus eū magnificis interdū cōuiuijs excepit,inſigniq. corona & alijs donauit munerib. Filiū amiſit ī ętate adhuc tenera,cui⁹ interitū defleuit.Mortu⁹ ē ętate iā prouecta.

Sillius Italicus ex Hiſpania oriundus,natus eſt Romæ,& educatus.Faſtus eſt pro-

conſul

conſul Aſiæ. Gratiſſimus fuit Domitiano, cuius fauore ad tertiũ conſulatum p ductus eſt. Vergilij nata'e quotãnis celebrabat. Opus cõpoſuit de ſecũdo bello Punicio libris decẽ & ſeptem. Prædiũ habuit in agro Neapolitano, in quo nõ nunquã ſcriebatur. Septuagenario maior ſeipſum interfecit dolore claui cuiuſdam in ſanabilis.

Val. Setinius Patauinus, iuxta Aponã natus, ſcripſit Argonautica ad Cæſarẽ Domitianum, multo plura ſcripturus, niſi immatura morte correptus fuiſſet. Imitatus eſt Apollonum Rhodium. Cenſu fuit mediocri. Amauit Amazonium puerum.

Decius. Iunius Iuuenalis patria fuit Aquinas. Natus eſt patre libertino. Floruit imperante Domitiano. Præceptorẽ habuit Frontonẽ grãmaticum. Operam dedit ſcribendis Satyris, & carpendis hominum vitijs. Mutuo amore proſecutus eſt Martialem.

Aruntius Stella natus eſt familia cõſulari. Floruit eo tempore, quo Flauij cęſares Romæ imperarunt. Violantillam puellã Neopolitanam in vxorẽ duxit, quam Mart. Iãthidem Grece vocat. Scripſit elegias, & opus de Aſteride & poema de Interitu columbæ. Prætor Romæ creatus eſt, & duumuir.

M. Val. Martialis genere Hiſpanus, ex Bilbili oppido Celtiberiæ, Romã puer profectus, omnẽ inſumſit operã in ſcribendis Epigramatib. Acri fuit ingenio, habuitq. in ſcribendo plurimum ſalis & fellis, nec minus candoris. Aelius Verus imperator vocabat eum ſuum Vergiliũ. Donatus eſt equeſtri dignitate, & Prætura. Scripſit libros Epigramaton 12. quibus adiecit Xenia, & Apophoreta. Eũ tanti fecit Stertinius, vt eius adhuc viuentis imaginẽ in ſua bibliotheca poſuerit. Mortuus eſt tandem in natali ſolo.

Sentius Augur Romæ natus, ſcripſit Epigrãmata, in quib. ſecutus eſt Val. Catul. & Licinium Caluum.

Veſtritius Spurina. Lyricus, floruit ætate Veſpaſianorum. Idem factus ſit imperator in Breueterum regem, quo ſuperato, honoratus eſt ſtatua. Filium Cocceũ adhuc iuuenem amiſit. In ſuis lyricis imitatus eſt Horatium.

Voconius Victor Romę floruit Adriano imperante. Scripſit Elegias & Epigrãmata. Amauit Teſtylum puerum. Huius poetæ mortui ſepulchrũ Adrianus ſequẽti ornauit carmine. Laſciuus uerſu, mente pudicus eras.

L. Paulus Paſſienus, oriundus ex Vmbria, claruit ſcribendis elegijs, in quibus Pro pertium, ſecutus eſt. Scripſit & Lyricos Prædium habuit in agro Vaticano.

T. Annianus compoſuit Feſcemninos verſus, varijs iocis & ſalibus refertos.

M. Marullus Mimographus, Romæ floruit imperante Antonio Cæſare. Tanta fuit in ſcribendo licentia, vt non dubitauerit notare principes ciuitatis, eoſq; nominatim ſuis carminibus perſtringere.

Aulus Serenus Lyricus poemata ſcripſit uario & multiplici carmine.

Vergilius Romanus Comœdiographus, floruit imperantibus Adriano & Antonio. Scripſit mimos, in quibus ſecutus eſt Cn. Mailum.

Ruffus Feſtus Auienus floruit imperante Diocletiano. Aratũ ẽ Græco in Latinos conuertit numeros. Compoſuit etiam librum de orbe terrarũ uerſibus hexametris, imitatus Dionyſium Grecum poetam. Scripſit etiã de Maritimis, verſib. iãbicis. Præcipue ſecutus eſt Hecãtheum Mileſium, Hellanicus Lesbiũ, Philonem Athenienſem, & quoſdam alios: fecit, Vergilianas fabulas verſibus iambicis.

Alphius auitus libros fecit, qui inſcripti ſũt Excellẽtiũ, uerſib. diametris. Iãbicis.

Septimius Afer librum cõpoſuit de laudib. Iani, in quo imitatus eſt Callimachũ.

Calphurnius Siculus, ſcripſit carmen Bucolicum. Floruit imperante Domitiano. Modicis uixit facultatibus.

Aur. Olympius Nemeſianus. Afer genere, patria Carthaginẽſis floruit ſub Numeriano & Diocletiano Cęſaribus. Scripſit Cynegetica, Nautica, & Alieutica. Cal

phurnius eidem opus ſuum nuncupauit.

Maurus Terentianus, Afer natione, patria Carthaginenſis, ſcripſit Iambos. Opus cõpoſuit uario multiplicîq; carminũ genere de literis, ſyllabis, pedibusq; & uarijs metris. Filium habuit Baſſum, & generum Nouatemum.

Claudianus patria Alexãdrinus, floruit ſub Honorio & Arcadio. Scripſit de raptu Proſerpinæ libros 4. Item epiſtolas in Ruffinum, de laudibus Stiliconis, Panegyricos, Epigrammata de victoria Theodoſij contra Eugenium Gallorum regem.

Decius Auſonius Gallus, patria Burdegalenſis, vixit imperãtibus Valẽtino & Valẽtiniano. Gratianũ Cæſarẽ literis & diſciplinis erudijt. Patrẽ habuit Auſoniũ pfeſſione medicũ. Gratiani patrocinio prouectus eſt ad cõſularẽ dignitatẽ. Scripſit librũ epigrãmatũ ex Græcis in Latinos cõuerſũ numeros. Celebrauit puellam nomine Biſſulã. Scripſit de fluuio Mola. Faſtorũ libros abſoluit, auſpicatus a principio urbis conditæ vſq; ad ſua tempora. Scripſit & quaſdam epiſtolas.

Damaſus natione Hiſpanus floruit eodẽ tẽpore quo Eutropius & Oroſius, Creatus eſt Romæ Pont. Max. Scripſit complures Hymnos, & librum de Romanis pontificibus oratione ſoluta. Perijt ſub Theodoſio, quum annum 80 ageret.

Iuuencus Hiſpanus, floruit imperantibus Conſtantino & Conſtante. Scripſit 4. Euangelia uerſibus hexametris, & hymnos.

Aurelius Prudentius Clemens, genere Hiſpanus, primam ætatem poſuit in agẽdis cauſis & ciuilib. officijs, demũ ad Præfecturam Theodoſij patrocinio cõſcẽdit. Scripſit opus de his, qui pro chriſtiana pietate ſe deuouerunt. Itẽ de Natali Domini, de Geſtis & miraculis Chriſti, de Expiandis animis, de Conflictu uitiorum & uirtutum.

Pontius Paulinus patria Burdegalẽſis, floruit ſub Ceſare Gratiano. Scripſit hexametris uerſibus poemã de regibus, & Suetonio collectis.

Licentius Afer, patria Hipponenſis verſatus eſt cum Auguſtino ſumma familiaritate. Scripſit hymnos & epiſtolas.

Venantius Honorius fortunatus, Rauẽnæ eruditus, ob eruditionẽ Pictauorũ factus põtifex, ſcripſit hymnos & libr. 4. de Geſtis beati Martini verſibus hexametris.

Fauſtus Gallus floruit ætate Claudiani. Scripſit Epigrãmata & Hymnos de rebus ſacris. Probus fuit moribus, & magna in accuſandis vicijs ſeueritate.

Sidonius Apollinaris, patria Aruernus, honeſta & illuſtri natus familia, præceptorẽ habuit ſub lauſũ Nicetium, doctiſſimum tunc tempore grãmaticũ. Scripſit permulta & ſoluta oratione, & vario carminum genere. Lib. 9. Epiſtolarum, Hendecaſyllabos, Panegyricos, & verſus hexametros.

Sunt & Neotericorũ nõnulli, qui in ſcribendis poematibus non mediocrẽ meruerunt laudem. Primus omnium Iouinianus Põtanus ſcripſit tanta dexteritate, vt veteres proximo ſequatur interuallo, præriperetque laudẽ multis antiquis, niſi obſtaret ridicula quorundam hominũ opinio, quibus omnia putent, quæ non olent vetuſtatem. Scripſit hic poeta libros Amorum tres, Tumulorum duos, de Diuinis laudibus, libros Baiarũ duos, verſus Iãbicos & Lyricos, duos libros qui inſcribuntur Eridanus, libros de Stellis quinque, librũ unum Meteororũ, duos de Hortis Heſperidum, Pompam lepidinam, Meliſeum Meonẽ, de Virtutibus, Grammatica, & alia.

Pontanũ mea ſententia ſubſequitur Politianus, utroq; genere dicẽdi doctiſſimus.

Politianum Marullus Tarchaniota.

Marullum, duo Strozæ, pater & filius.

Strozas & Mantuanus, cuius Bucolica tanti facio, vt Vergilianis conferam.

Stare debebant in ſuo theatro Philelphus & Petrarca, qui modicũ laudis ſibi meruerunt in ſcribẽdis poematib. Sũt & noſtro ſeculo nõnulli, qui magna ſui nois celebritate poeticẽ profitentur, vt Quint. Stoa cuius familiaritate & colloquio vſus ſum aliquandiu, quum degeret Lutetiæ, ibique ſuã Cleopolim excuderet.

Nunc Salmonius Macrinus,familiaris & amicus meus,uerſus,cõficit tanta de xteritate tamq; felici genio,vt naſcẽs videatur habuiſſe Muſas obſtetrices,qui poeticum manna eius labellis inſtillauerunt. Excellit maxime in ſcribendis hendecaſyllabis,in quibus tam ſimilis eſt Pontano,vt eodem ouo prognati uideãtur. Germanus quoq; Brixius inter noſtri temporis Poetas merito cõferendus eſt. Scribit enim docte & erudite,terſa & facili uena.

Omittendi nõ ſunt duo ætatis noſtræ doctiſſimi uiri , & linguæ Latinæ principes vexillarij,Helias Gemelus,& Baptiſta Candelarius Conſul Rothomagæus.

POETÆ GRÆCI.

Sed iam veniamus,ad poetarum Græcorum nomina.

Achæus Erethriæus Poeta Tragicus paulò iunior Sophocle,floruit Olymp.74.docuit tragœdias 44.vicit vna.

Aegemon poeta ſcripſit bellum Leuctricum,Thebanorum & Lacedæmoniorum.

Aeſchron Mitylenæus,inter Alexandri comites familiaris fuit Ariſtoteli.

Aeſchylus Athenienſis tragicus,primus grauitate Athenarũ,& coloris diſtinctione vſus eſt. Primus in lucẽ protulit tragœdias. De hoc Horat. Poſt hũc perſonæ, pallæq; repertor honeſtæ Aeſchylus, & modicis inſtrauit pulpita tignis, Et docuit magnumq; loqui nitique cothurno. De eius interitu iam diximus.

Alcman Lyricus,inuentor carminis amatorij, floruit Olympiade 37. Scripſit lingua Dorica.

Alcæus Athenienſis fuit Lyricus,de quo Horatius; Lesbio primũ modulate ciui. Polit.in Nutricia; Exatosq; canis pugnax Alcæe tyrannos,Aeolium docto pertentans barbiton auſo.

Alcimenes Megarenſis,poeta fuit tragicus.

Alexis Terius,poeta comicus floruit ante Menandrum. Filium habuit nomine Stephanum itidem comicum.

Alexander Aetolus,poeta fuit tragicus.

Amipſias Athenienſis,comicus.

Anacreon Teius Lyricus,fuit in honore apud Polycratem Samiorum regem. Eius poema fuit amatorium . Amauit Bathyllum puerum, vt iam diximus . De hoc Ouid.li.2.Triſt. Quid niſi cum multo Venerem confundere vino præcepit Lyrici Teia muſa ſenis.

Anaxandrides Rhodius,poeta comicus, floruit ætate Philipphi Macedonis. Docuit fabulas 65.vicit unã.

Anaxippus poeta nouæ comœdiæ,floruit ſub Antidono,& Democ.Poliorcete.

Antimachus poeta fuit Colophonius,qui dum quoddam poema obſcutũ in auditorio recitaret,omneſq; propterea diſcederent,excepto Platone,Legã. inquit, nihilominus,quoniam vnicus Plato eſt mihi pro omnibus.

Antiphanes fuit poeta nouæ comœdiæ.

Antipater Sidonius,verſus faciebat ex tempore. Floruit oratoris Caſſi temporib.

Apollodorus Athenienſis Comœdiographus floruit Menandri tempore.

Apollodorus Tarſenſis fuit Tragœdiographus.

Apollonius Rhodius,Callimachi diſcipulus ſcripſit Argonautica.

Aratus Menecratis diſcipulus floruit Olymp. 124. Scripſit Phænomena,Hymnos in Pana,de Moribus,Epigrammata quædam in Antigoni uxorem,Epicædiũ in Cleombrotum,Epiſtolas, Cõmentarios in Odyſſeam,& pleraque alia. Culpatur tamen a Quintiliano his uerbis : Arati materia motu caret , vt in qua nulla ueritas,nullus affectus,nulla perſona,totusq; in nominibus abſumitur. Sufficit tamen operi,cui ſe parem credidit uel æqualem.

Architas poeta fuit Epigrammatum.

Archilochus Parius repertor fuit Iambici carminis, quo Lycambẽ ſocerũ ad mortem impulit. Horat. Archilocum proprio rabies armauit iambo. De Archiloco Quinti-

Quintilianus ſic ait: Archilochus primus inter eos, qui Iambos ſcribere Summa in eo uis, elegantes ſanè vibrãteſque ſententiæ, plurimum ſanguinis atque neruorum. Floruit principante Romulo.

Ariſteas Proconeſius, ſcripſit trib. libris carmina quæ vocãtur Arimaſpea. Præterea Theogoniã verſibus mille. Floruit Crœſo Cyro regnãtibus. In uulgata eſt de eo fabula, quod animam reſumeret quotieſcunque uellet.

Ariſtophanes Comicus poeta, inuẽtor fuit tetrametri & octometri, Docuit fabulas 45. Aemulus fuit Socratis. Tres habuit filios omnes comicos.

Ariſtomanes Athenienſis, ſcriptor fuit antiquæ comœdiæ.

Ariſtonymus Comœdiographus, præfuit bibliothecæ Philadelphi poſt Apollonium. Mortuus eſt è ſtranguria annos natus 75.

Arianus poeta ſcripſit Metaphraſim Georgicorum Vergilij, opus de Geſtis Alexãdri libris 24. & quædam poemata in Attalum Pergamenſem.

Archippus Comicus Athenienſis, ſcriptor fuit antiquæ comœdiæ.

Ariſtarchus Tegeates floruit eodem tẽpore, quo Euripides docuit tragœdias 70. vicit duabus uixit annos 80.

Aſtidamas ſenior Athenienſis Tragicus docuit Tragœdias 42. vicit 5. Fuit & Aſtydamas iunior Tragediographus poeta.

Augeas fuit comicus Athenienſis.

Bachilides Lyricus Cous.

Gallias Athenienſis fuit comicus, filius Lyſimachi.

Callimachus poeta Cyreneus, fuit filius Batti, diſcipulus Harmocratis. Vixit apud Ptolomæum Philadelphũ præfuitq; regiæ bibliothecæ. Omne poetatis genus attigit. Scripſit in aduerſariũ, quem ficto nomine Ibin appellat, acerbiſſimũ poema. Item Elegia, Epigrãmata & Hymnos. Huius meminit Ouid. li. 2. Triſt. dices: Nec tibi Battiade nocuit, quod ſæpe legẽti Delicias verſu faſſus es ipſe tuas: Item Propertius li. 2. Et non inflati ſomnia Callimachi.

Carcinus Agrigentius, poeta Tragicus, floruit paulo ante Philippum Macedonẽ, docuit fabulas 98.

Gælius Argiuus ſcripſit de piſcibus.

Chæremon poeta fuit comicus.

Cœrilus poeta Samius floruit Olympiade 75. Scripſit Athenienſium uictoriã cõtra Xerxem, ſingulorumq; uerſum ſingulos Stateres aureos accepit. Scripſit & rex Lyſandri Lacædemonij, & Alexãdri magni. Hunc Horatius ut malũ & ineptum poetam culpat, vbi ait: Gratus Alexãdro magno regi fuit ille Chœrilus, in cultis qui uerſibus & male tortis Rettulit acceptos regale numiſma Philip. Et in arte Sic mihi qui multum ceſſat, fit Chœrilus ille, Quem bis terque bonũ cum riſu miror, & idem indignor.

Chœrilus Athenienſis fuit Tragœdiographus, qui docuit tragædias 160. vicit 13.

Cineſias Thebanus ſcriptor fuit Tithyramborum, pigro corpore, & fracto crure.

Cleon Curieus ſcripſit agonautica.

Clephon Athenienſis fuit tragicus.

Corrinus Ilienſis, ſcripſit Iliada ante Homerum, literis Doricis, tũc primum inuẽtis a Palamede, cuius fuit diſcipulus. Scripſit & bellum Dardani cõtra Paphlagonas Floruit tempore belli Troiani.

Crates Atheniẽſis Comicus antiquæ comediæ, auditor fuit Platonis philoſophi.

Gratinus Atheniẽſis, ueteris comœdiæ ſcriptor, docuit fabulas 22. vicit 9. Vir fuit uoluptarius & amator puerorum.

Chriſtodorus eſt copto, Ægypti urbe poeta, Anaſtaſij imperatoris tẽpore ſcripſit Iſaurica, vbi ſcribit Iſauriam ab Anaſtaſio fuiſſe captam.

Damozenus fuit Athenienſis comœdiographus.

Demolchus fuit Syracuſanus comic⁹. Floruit Olympiade 73. Filius Epicarmi medici

dici. Docuit Fabulas 14. lingua Dorica.
Diczogenes poeta ſcripſit Tragedias & Dithyrambos.
Diodorus fuit Comicus poeta, vt Dioxippus & Diocles Athenienſis.
Egemon Carcenus ſcripſit bellũ Leuctricum, Thebanorum & Lacedæmoniorũ.
Epicrates poeta fuit Comicus, vt Eriphus.
Euangelus poeta comicus ſcripſit de re militari.
Eubulus Certius Athenienſis fuit comędiographns.
Eumolpus Eleuſin⁹, fili⁹ fuit Muſæi, & Orphæi diſcipulus, poeta magni nominis.
Euphronius poeta, ſcripſit carmen Priapi: vbi deum Orneatem eum appellat.
Eupolis Athenienſis, ſcriptor fuit veteris comędiæ, qui mira vſus eſt licẽtia in carpendis hominum uitijs: Horatio teſte.
Euripides Athenięſis Tragędiographus, natus eſt eo die, quo Xerxes ab Atheniẽſib. fugatus eſt, Diſcipulus fuit Prodici i Rhetorica, Socratis i Philoſophia. Ad tragędiam conuerſus, ſecutus eſt Anaxagoram. Veneris fuit omnino abſtinẽs, Vixit ſumma familiaritate apud Archelaum Macedoniæ regem, à cuius cęna dũ noctu reuerteretur, iugulatus à canib. à quodã æmulo immiſſis, annum agẽs 75. Scripſit Dramata 75. vicit 5. Matrẽ habuit agreſtia vendẽtem Olera. Annos natus 18. Tragædiam ſcribere aggreſſus eſt in quadã ſpelunca apud Salamina. Cicero eius verba totidem putauit ſententias.
Entiches comicus fuit poeta.
Hermippus Athenienſis, poeta veteris Comædiæ, ſcripſit fabulas 40.
Heſiodus poeta Cumæus, ſeu Aſcręus, ab Aſcra Bœotiæ vico, ſcripſit poemata, Theogoniam, Aſpida, Heroidum mulierum catalogum. Epicediũ in quendam Batrachum, & quædam alia. Iugulatus eſt ab antipho & Crimeno fratrib. Primas agriculturę pręcepta tradidit. Primus fabulas ſcripſit.
Hiero Ferreus Athenienſis, ſcripſit quædam poemata, quæ Plu. in Nici ad ætatẽ ſuam teſtatur perueniſſe.
Hipparchus fuit comicus poeta.
Hipponax Epheſius ſcriptor fuit Iãborũ, qui patria pulſus ab Athenagora & Comta tyrãnnis, Clazomeni, vixit.
Homer⁹ iunior, patria Bizãtius patrẽ habuit Andromachũ. Scripſit Tragedias 57.
Homerus poetarũ maximus floruit Olympiade 23. annis poſt Troiã captã quingentis, poſt Romã conditam 68. Patria fuit Męon. Natus eſt adulterio matris. Critheidis virginis Cumanæ apud fluuiũ Melem, unde ab initio uocatus eſt Meleſigenus Grammaticæ præcepta primus dedit, quum antea quiſq; ſermone ſcriberet, ſimul & loqueretẽ vernaculo. Puer literis ibutus eſt ab Ariſteo Proconeſio, ſeu Fãnio Grammatico. Factus paulò prouectior, quũ flagraret deſiderio viſendarum regionũ, ductus eſt per diuerſa orbis loca a mercatore quodam, qui dicebatur Methes, a quo tamen relictus eſt apud Ithacam, propter morbũ oculorũ, quo ibidem laborare cęperat. Conualeſcens demum Colophonem profectus eſt, ibiq; renaſcente eodem morbo, incidit in cæcitatem, ac tum primum vocatus eſt Homerus, apud Cumæos & Ionas, qui cęcos vocãt Homeros. Vnde autem cæcitatem illã contraxerit, iam diximus. Veniens Athenas in ætate iam matura, quum in littore, quieuiſſet, ſparſo protinus de eius aduẽtu rumore, hominum multitudo turmatim ad eum videndum conuolauit. Quò quum eãdẽ ob cauſam diuertiſſent piſcatores, littori appulſos ſtatim rogauit, haberẽtne aliquid. Illi uerò per ænigma reſponderunt, Se quæcunq; cepiſſent, reliquiſſe: quę vero nõ cepiſſent, habere. Significabãt enim ſeſe purgaſſe pediculis, quorũ captos in aquis reliquiſſent, nõ captos haberent in veſtimẽtis. Quod intricatum & perplexum ænigma Homerus ad piſces tãtũ reſpiciens, quum diſſoluere nequiuiſſe, pudore nimio (vt nonnulli ſuſpicantur) incidit in morbum, quo paulo poſt perijt. Sed quid opus eſt cauſam mortis comminiſci, quũ iam matura eſſet

ætate?iã enim vixerat annos 108.Scripſit pcipua duo poemata, Iliadẽ & Odyſſeã.Illias cõtinet bellũ Græcorum in Troianos, propter Helenę raptum.Odyſſea Vlyſsis in patriam redeũtis labores.Duo hæc eius poemata innumerum verſuum diuiſa & deſtincta ſunt ab Ariſtarcho grammatico.Sunt qui eidẽ tribuãt Batrachomyomachiã, quorũ opinioni repugnat Plutarchus. Habitus eſt apud antiquos in tanto precio, vt ſeptem vrbes eũ ſibi vendicauerint eiusq; verſus habiti ſint prouerbiorum loco.

Idæus Rhodius,opus Homeri iterauit,carmen carmine reddens.Scripſit etiã res Rhodiorum tribus carminum millibus.

Laſus Herminæus,primus ſcripſit de Muſica,primusq. Dithyrambos in certamẽ protulit.

Lycophoron Chalcidenſis poeta,ſcripſit Alexãdrã poema valde obſcurũ,in quo meminit de vaticinijs Caſſandræ Efforſusq.ab Herculæ & rebus Troianis, proſequitur vſque ad Alexandrum Macedonem.

Magnes Athenienſis,poeta veteris comędiæ, floruit Epicharmi tempore. Docuit fabulas vndecim.

Melanthus poeta fuit Elegiographus,Cimonis ducis Athenienſium familiaris.

Melithus fuit Tragędiographus,quem Ariſtophanes taxauit vt nimis durum.

Menander Atheniẽſis,comicus,flagrauit amore mulierum.Scripſit fabulas 88.& Epiſtolã vnã ad Ptolemæum regem. Fabius de eo ſic meminit: Menãder meo iudicio diligẽter lectus ad cũcta quæ præcipimus efficienda, ſufficit: ita omnẽ in vita imaginem expreſſit,tãta in eo inueniẽdi copia,eloquẽdi facultas,ita eſt omnib.rebus,perſonis,affectibus accõmodatus,vt omnibus eiuſdem operis autorib.tenebras induxerit. Porrò tanto fuit in precio,vt etiam inuictatus ſit a regibus Aegypti, oblatis magnis honoribus & diuitijs.

Menalippides Melicus ſcripſit Dithyrãbicorũ libros,poemata,Epica & Elegias.

Huius nepos Menalippides iunior ſcripſit Lyrica & Dithyrãbica. Mortuus eſt apud Perdicam regem.

Menecrates fuit comœdiographus.

Menelaus Aegeus ſcribit Thebaida libris ſex.

Mymnernus Colophonius poeta fuit Elegiographus,q dicebat nihil eſſe iucũdũ ſine amore & iocis.Hora. Si Mymnernus vti cenſet, ſine amore iocisq. Nil eſt iucũdum, viuas in amore iocisque.Propert.li.1. Plus in amore valet Mymnerni uerſus Homero.

Mneſimachus ſcriptor fuit comœdiæ.

Moſchus Syracuſanus ſcripſit carmen Bucolicum.

Morych⁹ Tragic⁹ fuit poeta,quẽ Ariſtophanes gulæ,& nimiæ voluptatis notauit. Morſimus fuit Tragicus,quem Ariſtophanes inſectatus eſt.

Muſæus Eumolpi filius,primus omnium Athenis deorum genealogiam verſibus tradidit.Scripſit amores Hero & Leandri verſibus hexametris.

Muſæus Eleuſinius,Antipheni filius,& diſcipulus Orphei, ſcripſit vitę præcepta ad Eumolphum filium tribus verſuum millibus.

Muſæus Thebanus filius Thamyrę,poeta Melicus,ſcripſit Hymnos & Cantica.

Muſęus Epheſius,poeta Eumenis & Attali regũ Pergami tẽpore,ſcripſit res Pergamenſes, & de Perſide libros 10.

Neſtor è Lycia regione,pater Pyſãdri poetę, tẽpore Seueri principis,ſcripſit Iliada. Tryphiodorus verò Odyſſeam ad imitationem Homeri.

Nicandrus Colophonius edidit verſibus Prognoſtica Hyppocratis.

Nicochares Atheniẽſis,Philonidis comici filius,cognus Ariſtophanis,ſcripſit multas fabulas.

Nicoſtratus fuit comicus.

Nicomachus Phrygius,ſcripſit Tragędias vndecim.

Nico-

Nicomachus alter Athenienſis fecit Euripidem & Theagenem.

Nonnus Panopolita, ſcripſit euangelium Ioannis, Græcis hexametris.

Olympius Myſinus, poeta Melicus & Elegiographus, diſcipulus Marſyæ, floruit ante bellum Troianum.

Oppianus ex Anaxarbo Ciliciæ ciuitate, ſcripſit poema de Piſcibus, quod Antonio Seueri filio nuncupauit.

Orpheus Crotoniata, vixit apud Pyſiſtratum tyrannum Scripſit Argonautica.

Palephatus Athenienſis poeta ſcripſit de Situ orbis, & contentione Mineruæ cũ Neptuno, ad mille verſus. Veneris quoque, & Amoris ſermones quinque millibus verſuum. Item de crine Latonæ, & quædam alia.

Pamprepus Panopolita, floruit ætate Zenonis principis. Scripſit de Etyomologis & Iſaurico, ſoluta oratione.

Banolbus fuit Epicus poeta.

Parthenis Nicæus, poeta Elegiographus, captus à Cinna in bello Mithridatico, & ob ingenium manumiſſus Vixit vſque ad Tiberium Cæſarē. Scripſit elegias in Venerem, & Epicedium in Aretem vxorem ſuam, deq; eius laudibus lib. 3.

Parthenius Chius, Theſtoris filius, ſcripſit verſus in laudem patri.

Perſes Aſcræus poeta, frater fuit Heſiodi.

Phædimus Bizantius, fuit Elegiographus poeta.

Pherecrates Athenienſis comicus, militauit ſub Alexandro Mag. Docuit fab. 17.

Phidamus Epicuræus, poeta fuit admodum laſcius.

Philemon Syracuſanus poeta nouæ comœdiæ, tempore Alex. Mag. ſcripſit ſex fabulas. Vixit annos 90. Perijt nimio riſu.

Philemon iunior, eius filius, itidem comicus docuit fabulas 54.

Philetas Cous, floruit ætate Philippi & Alexādri Macedonum. Præceptor fuit Ptolemæi Philadelphi. Scripſit Elegias & Epigrammata, conterraneus fuit Hippocratis medici. De eo & Callimacho ſic ſcribit Fabius: Elegiæ princeps habetur Callimachus ſecundas confeſſione plurimorum Philetas occupauit Propert. libro 2. Tu ſatius memorem muſis imitere Philetam.

Philocles Athenienſis, filius ſororis Æſchyli, Tragicus fuit poeta.

Philoxenus Cytherius poeta Lyricus, ſcripſit Dithyrābos 24. Obiit Epheſi. Scripſit carmine Lyrico Aeacidarum genealogiam. Coniectus eſt à Dionyſio Syracuſano in Latomias, quòd eius carmina & tragœdias non probaret.

Philiſtus Cercyreus, Tragicus poeta, uixit apud Ptolomæum Philadelphum.

Philiſtion Nicæus poeta comicus, floruit ætate Socratis.

Philippides Comœdiographus quum ætate iam prouecta in certamine poetarũ præter ſpem viciſſet, inter illud gaudium repentè mortuus eſt: autore Gellio.

Phoclydes, Mileſius, floruit poſt bellum Troianum, Olymp. 58. Scripſit elegias, & quaſdam Sententias ad vitæ inſtitutionem.

Phocinordes fuit comicus.

Phormus Syracuſanus Comicus, Geloni tyrranno fuit familiaris, eiuſque filios erudiuit. Docuit fabulas 7.

Phrynicus Athenienſis Tragicus. Theſpiadis diſcipulus, primus vultum mulierũ protulit in Scænam, & Tetrametrum reperit. Filium habuit Polyphradmonem poetam tragicum. Docuit tragœdias nouem.

Phrynicus Athenienſis fuit Comicus.

Pigres Halicarnaſſæus frater Artemiſiæ vxoris Mauſoli, ſcripſit verſus elegos in Iliadem Homeri.

Pindarus Thebanus Lyricorum princeps, floruit Aeſchyli tēpore. Scripſit lingua Dorica Olympia, Pythia, Nemęa, Iſthmia. De Pindaro ſic meminit Hor. Pindarũ qſqs ſtudeat æmulari, Iule, ceratis ope Dedalęa Nititur pēnis, vitreo daturus Nomina ponto. Primas meruit inter nouē Lyricus, quorũ hęc ſunt nomina:

Alcæus, Sapho, Steſichorus, Ibicus, Bacchylides, Simonides, Aclmã, Anacreon, & Pindarus ipſe.

Piſãdrus Camyreus poeta antiquior Heſiodo, ſcripſit facta Herculis duob. libris.

Piſandrus Larandæus poeta, ſub Alexandro Mammeæ, ſcripſit verſibus variam hiſtoriam lib. 66.

Plato Athenieſis, poeta priſcæ comœdiæ, floruit tẽpore Ariſtophanis & Eupolidis.

Polyzelus comicus fuit.

Poſidippus Caſſandræus comicus, docuit anno tertio poſt mortem Menãdri. Scripſit fabulas 30.

De Sappho poetria diximus in capite de mulieribus doctis.

Simonides Ceus, poeta Medicus floruit Olym. 55. Vixit annis 79. Scripſit Dorica lingua Cambiſis & Darij res geſtas, & Xerxis bellum maritimũ. Præterea Threnos, Encomia, Epigramata Pæanas, Tragœdias, Nenias, & quędam alia. Primus etiam artem memorandi fertur inueniſſe, quum cœnaret in Theſſalia apud Scopam opulentum hominem. Præcipuè eius virtus fuit in commendanda commiſeratione. Nam inter cæteras funebres laudationes ſingulari carminum cõmiſeratione proſecutus eſt conuiuas ſuos, apud Scopã illum, de quo nunc diximus, cœnaculi ruina colliſos Catullus. Mæſtius lacrymis Simonidæis.

Simonides Teius Iambicus ſcripſit Grçcorum apud Aulidem conuentum, & Trimetrorum libros duos.

Simonides Magnes, ſcripſit res geſtas Antiochi magni, & bellũ aduerſus Galatas.

Sophocles Athenienſis Tragicus, coætaneus & collega Periclis in prætura, docuit Tragœdias 23. Deceſſit ſex annis poſt Euripidem. Appellatur Apis, ob linguæ dulcedinem. Filij eum ab adminiſtratione rei domeſticæ ſummouerunt, vt delirantem: at ille Tragœdiam protulit coram iudicibus, vt viderent, an eſſet opus deliri ſenis. Propterea reſtitutus, & ſapiens iudicatus.

Fuit & Sophocles alter ſuperioris nepos, qui docuit Tragedias 4. Atque etiã ſcripſit Elegias.

Sophilus Sycionius fuit comicus.

Soſitheus Syracuſanus, æmulus fuit Homeri tragici.

Sotades Maronites, poeta fuit Iambographus impuriſſimus & plenus laſciuiæ. Hinc Sotadicos verſus vocamus pathicos & libidinoſos.

Sotericus Aſites ſcripſit Encomium Diocletiani, & Dionyſiaca, & vitam Apollonij Tyranei.

Steſichorus poeta Lyricus ex Hymera Siciliæ ciuitate ſcripſit Helenæ vituperationem. Ob quam rex exoculatus palinodiam cecinit, & viſum recuperauit. Primus cum citharæ cantu chorum inſtituit. Vnde inditum illi nomen. In eius ore, quum infans eſſet, cantauit luſcinia.

Thales Creteſis, fuit Lyricus poeta, qui quum Spartam ueniſſet, Lacedęmoniorũ animos ſuis verſibus adeò deliniuit, vt feritatem illam exuerint, quam ex ſeueris Lycurgi legibus imbiberant.

Tamyras Trax poeta, ſcripſit verſus in theologia ad tria millia. Eximia fuit pulchritudine, & amore puerorum deflagrauit. Theognetus comicus.

Theogenes Megarenſis floruit Olymp. 59. Scripſit Elegias, & alia poemata. Fuit alter Theogenes Trag.

Theodectes Cilix, diſcipulus Platonis, ſcripſit fabulas 50. Præterea artem Rhetoricam verſibus, & quædam alia.

Theodoſius Tripolitanus, ſcripſit verſibus in Æſtatem.

Theocritus Syracuſanus patre habuit Praxagoram, Philinam matrem. Floruit ſub Ptolemæo Lag. Sctipſit dorica lingua Bucolicum poema.

Theophilus ſcriptor fuit priſcæ comœdiæ.

Terpãder Lesbius poeta Lyricus, Heptachordũ & Lyrici carminis canonẽ ſcripſit

Theſpis

Theſpis Atticus, poeta Tragicus, primus inſtituit, vt Tragędiæ agerẽtur in plauſtris. Vnde Horatius: Ignorum tragicæ genus iuexiſſe camæne Dicitur, & plauſtris ueniſſe poemata Theſpis, Quæ canerent agerentq; perunƈti facibus ora.
Timon Appolloniates, ſcripſit Tragędias, Comędias, Satyras & alia permulta.
Timolaus Lariſſæus, diſcipulus Anaximenis Lapſaceni, ſcripſit poema de bello Troiano.
Timocles Athenienſis fuit comicus.
Timotheus Miloſius ſcripſit verſib. de Muſica li. 17. præterea. Hymnos, Encomia & Dithyrambos.
Tirteus Athenienſis poeta, quem quum Lacedæmonij certantes in Athenienſes principem ſibi delegiſſent, ità eorũ animos inflammauit ſuis carminib. vt omnes periculi & mortis immemores in hoſtem furioſi ſe coniecerint, eoq. modo victoriam ſibi pepererint. Hor. in Arte. Tyrteusq; mares animos in Martia bella Verſibus exacuit.
Triphiodorus Ægyptius, ſcripſit, Marathoniam, excidium Ilij, & poema de laboribus Vlyſſis.
Xenophanes Colophonius ſcripſit poema de Pſyllis Præterea Elegias & Iãbos contra Heſiodum & Homerum, improbans quæ de dijs ſcripſerunt.
Xenophantes Lesbius fuit Iambographus.
Xenarchus fuit poeta comędiographus.
Zenodotus Epheſi9 poeta diſcipulus fuit Philetæ. Floruit ætate Ptolemæi primi cuius liberos erudit. Primus Homeri libros correxit, & in ordinem redegit.

SYNOMINA QVÆDAM POETICA.

Achaia regio aliter vocatur Ægyalos, ab Ægyalo rege.
Achelous fluuius prius Thoas dicebatur. Mutauit nomen ſub Acheloo rege.
Achilles, Achaides, Pelides, Chironis alumnus, idem.
Ægina vrbs adiacens Peloponeſo, aliter vocatur Oenopia. Ouid. li. 7. Met. Oenopiam veteres appellauere, ſed ipſe Æacus Aeginam genitricis nomine dixit.
Aegyptus aliter vocatur terra Memphitis, tellus Nilotica, & Delta.
Aegyptij aliter vocãtur Paretonij a Paretonio Aegypti vrbe. Mareotici a Mareoti de lacu eiuſdem loci. Ouidius li. 9. Iſi Paratonũ Mareoticaq; arus Pharonque, quæ colis. Claſſis Mareotica, ideſt, Ægyptia, qua vehebatur Cleopatra. Iſiaci ab Iſi filia Inachi, quam pro dea coluerunt. Oui. lib. 1. de Ponto: Vidi ego Niligenæ numen violaſſe fatentem Iſidis Iſiacus ante ſedere focos, Mẽphei & Mẽphitici, a Mẽphi Aegypti vrbe. Ouid. li. 1. de Arte. Ne fuge Niligenæ Mẽphitica ſacra iuuẽcæ. Lagęi a Lago primi Ptolomæi patre à quo Nilus uocaẽ Lageus. Luc. lib. 1. Qua mare Lagęi mutatur gurgite Nili. Idem li. 8. Vltima Lagææ ſtirpis perituraq; proles Niliaci, Nilotici, Niſioclæ, & Niligenæ, a Nilo fluuio Luc. lib. 5. Te niſi Niliaca propius non vidit arena. Idẽ libr. 9. Rege ſub impuro Niliotica regna tenẽte, Peluſij & Peluſiaci, à Peluſio Nili hoſtio. Luc. lib. 8. Quadiuidui pars maxima Nili. In vada decurit Peluſia ſeptimus annis. Ptolemęi a Ptolomæo Lagi filio, à quo deinceps Aegyptij reges omnes. Idẽ traxerũt nomẽ Vnde & Pharon Ptolemæam poetæ appellant. Pharij à Pharo Aegypti inſula. Cleopatrici à Cleopatra regina. Vnde & Sidoni9 dapes Cleopatricas appelat.
Aeolia inſula dicitur etiã Aeolis Bapt. Pius: Vt Liparæus ager, vtq; Aeolis inſula flãgrat. Aeoliæ inſulæ prius etiam dicebantur Epheſtiades & Vulcaniæ.
Aeolus Hipodates, id eſt, nepos Hippotę cuiuſdam Troiani. Oui. lib. 11. Quòd ſocer Hippodates tibi ſit, qui carcere fortes Contineat ventos.
Aeſculapius. Epidaurius anguis, quoniã in Epidauro colebatur in forma colubri.
Aetria inſula, Ineſia.
Aetoli, populi Gręcię, Epyro & Acarnanię finitimi, aliter vocãtur Calidonij a Calydone vrbe. Hinc Calidones, eius loci mulieres. Stat. lib. 2. Thebaid. Ceũ ibi virgineis

virgineis votæ Calidones aris. Oeneij,ab Oeneo rege Ætoliæ,& Deianyræ pa
tre.Oui.li.8.Et Oeneios vltoré ſpreta per agros Miſit aprũ.Pleuronij ab eiuſdẽ
loci vrbe,quæ dicitur Pleuron.Ouid.li.8.Talibus iratam Venerem Pleuronius
Acmon Inſtimulat verbis. De Pleurone Stat.libr.2.Theb.Et reduci pateat mi-
hi Martia Pleuron.Eadem ratione vocantur Pleuronis alumni:Idem Stat.libr.
8.Nunc męſtæ fundens Pleuronis alumnos.Naupactæi à Naupacto eiuſdẽ loci
oppido.Hinc Achelous dicit̃ Naupactęus Oui.li.2.Faſt.Amphiaraides Naupa
ctæo Acheloo.

Afri,ſeu Africani,aliter uocãtur Tuniſei,a Tuneto,ſeu Tunitio Lybię ciuitate. Si
don.Torrida Tuniſeos infert mihi Birſa furores.

Agrigentiũ,Agragas.Ver.Arduus vnde Agragas deſpectat maxima lõgè Męnia.

Alemani aliter vocãtur Teutones,& Teutonici,a Teutone deo,quẽ veneraban-
tur.Luc.li.1.Vidimus & Martem Libyes,curſumq. furoris Teutonici. Idẽ li.6.
Cantaber exiguis,aut longis Teutonus armis:Germani,quod vicini ſint belgi
us.Idem & Germanici,Sueton.in Aug.Vt tamen in quibuſdam Pannonicis ac
Germanicis,aut interueniret,aut non longe abeſſet. Rhenicolæ,quod habitẽt
ad Rhenum fluuium.

Allobroges populi,aliter vocantur Pedemontani Stroza pater. Et Pedemontanũ
ſigna ſequuta ducem.

Ambricia vrbs.Epyri,prius dicebatur Eponia, & Paralia. Ambracienſes & Am-
braciotę idem ſibi volunt.

Anglia ipſa aliter vocatur Britannia,Caledonia,Albion,& Angliterra.

Angli ſeu Anglici,aliter vocantur Britãni. Vergilius:Et penitus toto diuiſos orbe
Britannos,Caledonij,Mar.li.1.Nuda Caledonio ſic pectora prębuit vrſo.Dicũ
tur & Brutigenæ,quoniam deſcenderunt à Bruto.

Annien fluuius,Anienus,Anio.

Antiochia,Seleucia,à Seleuco rege.

Aquiſgranum,Vegerra.

Apollo,Pæon,Phæbus,idem. (no.

Apulea vocat̃ Iapygia ab Iapyge Dedali filio Meſeppa à meſappo,Daunia à dau

Appuli,Italię populi,aliter vocat̃ Meſappij à Meſappo reg.Oui.li.14. Peucetiuſ-
que ſinus Meſappiaq.arua reliquit Aetolidæ ab Aetolo Diomede,qui ibidẽ im
perauit Syll.lib.13.Ætolidas interfuit haud ignobile nomẽ Daunij a Dauno pa
tre Turni,qui ibid.regnauit.

Arabes,Nyſij,& Niſiadæ.Hinc nymphæ Nyſiades à Nyſa oppido.Ouid.li.3.Faſt.
Nyſiades nymphas puerum quærente nouerca.

Aras fluuius,influens in Rhodanum,ætate noſtra vocatur Sagona.

Arcadia aliter vocatur regio Mænalis,à Menalo promontorio. Ouid.li.3.Faſt.Pi-
nigerum Fauni Mænalis ora caput.

Arcades,Arcadij,Arcadici,aliter vocãtur Tegęi,Tegeęi,& Tegeatici à Tegęo Ar
cadiæ oppido.Vergil.lib.quinto Æn.Alter ab Arcadia Tegeæ de ſanguine gẽ
tis.Idẽ lib.8.Tum lateri atque humeris Tegeæum ſubligat enſem,id eſt,Arca-
dicum Parrhaſij a Parrhaſia Arcadiæ regione.Verg.li.11.Qui Parrhaſio Euan
dro Armiger antè fuit.Lycæi,à Lycæo monte Arcadiæ.Oui.li.2.Faſtorũ:Fau-
nus in Arcadia tẽpla Lycęus habet.Nonacris locus eſt in Arcadia, à cuius no-
mine Arcades vocantur Nonacrini & Nonacrij. Oui.li.5.Faſt.Et matri & uati
paret,Nonacrius heros, id eſt,Euander Arcus Idem li.2.Meta.Dum redit, itq.
frequens,in virgine Nonacrina Arſit.Parthenij, à Parthenio monte Arcadiæ.
Ouid.lib.9.Veſtrum opus Elis habet,veſtrum Stymphalides vnde Partheniũ
que nemus. Piſęi a piſa oppido Arcadiæ prope Alpheum fluuium. Ouid.libr.
2.Triſt. Quid non Tantalides agitante cupidine curtus Piſæã Phrygijs vexit
eburnus equis? Piſeã, id eſt,Hippodamiam Arcadicã. Molorchęi a Molorcho
Arcadiæ

Arcadiæ paſtore,cuius precibus Hercules leonem interfecit.

Argo nauis,aliter vocatur Pinus Theſſala & Pagaſæa,a Pagaſa Theſſaliç ciuitate.

Argos & Hippium,idem ſibi volunt:autore Plinio.

Ariadna,Minois.quod ſit Minois filia.

Aſcanius filius Æneæ,aliter vocatur Iulus,& Ilus Verg.lib.1.Æneidos: At puer Aſcanius,cui nũc cognomẽ Iulo. Additur, Ilus era, dum res ſtetit Ilia regno.

Athenienſis,in primis dicãtur Attici,Athenæi,Actæi,Theſæi,Theſidę,Cecropij, Cecropidæ,Munichij.Mopſopij,Aeacidæ,Erichthæi, Erichthonij,Aegidę.Marathonij,Cranai, Erichthidæ, Codridæ. Athenienſes,& Athenęi à Minerua,quæ Athena Græcè dicitur. Attici & Actæi ab Attione rege Ouid.lib.1.Met.Sperat Aonios Actæis Phocis ab aruis. Theſæi, & Theſeij, & Theſidæ, à Theſeo filio Aegei Athenarum regis Ver.li.2.Georg.Præmiaque ingentes pagos & compita circum Theſidæ poluere.Martial.eadem ratione fauos Theſæos vocat,ideſt, Atticos,vbi ait: Maſſica Theſæis tã bene vina fauis.Cecropidæ à Cecrope rege Verg.lib.6.Æn.Tum pendere pęnas Cecropidæ iuſſi.Munychia erat Atheniẽſium nauale,vnde & Munychij dicti ſunt.Ouid.li.2. Met.Munychioſq. volens agros,gratamq; Mineruæ Deſpiciebat humum,Mopſopij à Mopſo Athenarum rege.Oui.li.5.Met.Mopſopium iuuenẽ ſacros agitare iugales.Aeacidæ ab Aeaco Idẽ Oui.lib.8.Dant placidi curſum redeuntibus auſtri Aeacidis,Erichthęi, & Erichthonij ab Erichtheo & Erichthonio regibus Oui.li.7.Erichthæas Tritonidos ibat ad arces.Eadem ratione vocantur Erichthidæ. Aegidæ ab Aegeo Athenarum rege.Oui.in Epiſt.Inter & Ægidas media ſtatuaris in vrbe. Marathonij a Marathone.Atticæ campo.Vnde Stat.lib.5.Syl.Erigonem vocat Marathoniã.Sillius lib.14. Armaque fixa deis,aut quæ Marathonius hoſtis Perdidit.

Cranai,à Cranao rege Athenatũ.Codridæ,a Codro rege, q̃ ſe ꝑ patria deuouit.

Attica Mopſopia,Ionia,Poſſidonia,Cecropia,Cecropis,Attis,Acte,idem ſibi volunt.Atheniẽſes etiam dicantur,Pandionij à Pandione rege Erichthonij filio.

Aurelia prius vocabatur Genabum.

Aurora Memnonis mater.Eos idẽ Seneca in Herculæ Oetæo: Noctesq.duas contulit Eos.

Auſter,Notus,idem Pli.lib.18.Hæc auſtrum ventum dabit,quem à Græcis Notũ diximus vocari.

Bacchus,Liber,Iacchus,Euam,puer Semeles.

Baleares,Gymneſiæ.

Belgæ,Belgici.

Belides,Danaides.

Bellona,Pallas,Enyo.

Bellouaci,Bellouacenſes.

Bithynia aliter vocatur Mygdonia,à Mygdono rege,& Bebrycia a Bebrice,Oui.in Epiſt.Nunc quoque Mygdonia flabilis aſtat humo.

Bithynij aliter vocantur Bithynici,Tynniaci,Mydonij,Bebriaci.

Biturici Bituriges.Sidonius:Spectabilem virum epiſcopum ſibi flagitat populus Biturix ordinari.

Bizantij,Bizantini,Bizantium.Ligos.Plin.li.4.In quo oppidum bizantium libere conditionis,antea Ligos dictum.

Bonona,Felſina.

Boreas,Aquilo

Briareus,Aegeon.

Burgundi,Burgundiones.

Bęotia,Ania,Ogygia,Hyantis

Bæotij,aliter Bęoti.Lucanus li.3.Bęoti coiere duces. Phocæi & Phocaici,a Phocidæ propinqua regione.Hyãthæi à vetuſtis Bęotiæ populi.Sta.li.1.Theb.Exul

Hyanthæos inuenit regna per agros Teumeſij à Teumeſo Bœotiæ, mõ te. Stat. lib.
2. Theb. nõ alias tacita iuuenis Teumeſi⁹ iras Mẽte acuit Meleagri, à Meleagro.
Vñ & Pleuron Meleagra vocat a Statio. Theſpiaci à Teſpijs oppido eius loci
Stat. lib. 2. Syl. Centum Theſpiacis odora locis Stent altaria: Helyconij ab Hely
cone monte Bœotię Muſis ſacro Stat. lib. 7. Horrent Tyrrhenos Helyconia ple
ctra tumulthus. Cyrrhæi, à Cyrrha oppido Phocidis. Idẽ Stat. lib. 7. Mænia Cyr
rhæa monſtrauit Apollo iuuenca. Hippocriniſati, ab Hippocrene fõte. Vocabu
lum eſt Sidonij Apollinaris Aganippæis, ab Aganippe fõte eiuſdẽ loci. Aonij &
Aonidæ, quoniam Aonia pars eſt Bæotiæ. Caſtalij, a Caſtalia fonte.

Cantabri, Cantabrici.

Capitolinum, ſedes Tarpeia, Templum Iulium.

Cappadoces Cappadoci.

Carmentis, Nicoſtrata.

Cares aliter Bubaſij Ouid. lib. 9. Bubaſides videre nurus.

Carteia vrbs Hiſpaniæ. Tariffa.

Carthago ipſa vocatur Byrſa, & Calcedon. Ver. li. 1. Æn. Mercatiq. ſolum facti de
nomine Byrſam. Claudianus in Eutropium: Bacchatus per opera tremor Chal
cedona mouit.

Carthaginenſes vocãtur Tyrij à Tyrijs colonis, quos illuc adduxit Dido poſt Sy
chæi mortẽ Vergilius: Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni, Carthago. Cad-
mæi quoniam Tyrij & Phænices deſcenderunt à Cadmo Syll. li. 1. Sacri quum
fida pacti Gẽs Cadmæa ſuper regna certamina mouit, Aſdrubaliani ab Aſdru
bale duce: verbũ eſt Sidonij Elyſæi; ab Elyſa Didone. Byrſici, quoniã Cartha-
go prius dicebatur Byrſa, à corio. Sidon Spernus Eliſeæ Briſica tecta domus.

Colchi, Cholciaci, Phaſiaci, Aeætæi, Aætij, Cytæi.

Corinthij, vocãtur Corinthæi, & Corinthiaci. Oui. lib. 15. Iamque Corianthiaci
carpebã litora ponti. Cypſelidę, a Cypſedo Ixionis filio., Ver. in Cyri. Cypſeli
dæ magni, florentia regna Corinthi Ephyræi & Ephyrali, quoniam Corinthus
primo vocabatur Ephyre. Luc. li. 6. Inſedit caſtris, Ephyræaque mœnia ſeruat.
Iſthmici & Iſthmij, ab Iſthmo terra anguſta ꝓpe Corinthũ, q̃ ſeparat Aegeum
mare ab Ionio. Stat. li. 2. Syll. talis in Iſthmiacos ploratus ab æquore portus. Cẽ
chræi a Cenchro portu. Stat. li. 4. Theb. It comes, Inoas Ephyre ſolata querelas,
Cenchreæque manus.

Corſica, Cyrnos. Plinius: In mari Liguſtico & eſt Corſica, quam Græci Cyrnõ ap
pellauere.

Creta inſula aliter vocatur terra Curætis, à Curetibus, qui in ea habitarunt. Oui.
li. 8. Vt egreſſus ratibus Curetida terram Cõtingit. Terra Gortynis vocatur &
Aeria, & Macaros. Pli. lib. 4. Maleotes Crates primum Aeriam dictam, deinde
poſteri Curetin Appellauere: & Macaron nonnulli à temperie cęli appellatã
exiſtimauere.

Cretẽſes aliter dicũtur Cretæi. Ver. lib. tertio Aen. Tertia lux claſſem Cretæis ſi-
ſtat in oris. Creſſij Idem libro. 4. Quam procul incautã nemora inter Creſſia fi-
xit Paſtor agens telis. Creſſi. Idem lib. 5. Creſſa genus Pholoæ. Gnoſij à Gnoſo
Vrbe Cretæ. Ver. li. 6. Æneid. Gnoſius hæc Rhadamantus habet duriſſima re-
gna. Gnoſiaci. Ouid. lib. 8. Gnoſiacæque hæret comes indiuiſa carinæ Dictæi a
Dycte vrbe Cretæ. Ver. lib. 3. Aen. Dictæa negat tibi Iupiter arua. Lyctij Lyctio
vrbe Cretæ. Ver. li. 3. Aen. Et Salentinos obſedit milite campos lyctius Idome
neus. Cydonæi, & Cydoniaci, a Cydone vrbe Cretæ. Ouid. libro. 8. Armaque,
equoq. habitusq. Cydoneasq. pharetras. Stat. li. 4. Theb. Terga Cydoniaca Co-
ritos arundine pulſat. Ariadnæi ad Ariadne. Minois filia. Minoti à Minoe rege.
Oui. i epi. Phedrę. In ego nũc ne forte parũ Minoia credar. Androgeonęi ab An
drogeo filio Minois Cortynij, & Gortyniaci, a Gortyna vrbe. Sta. li. 4. Theb. Ar

biter

biter hoc dura verſat Gortynius vrna. Dorici & Dorienſes, quoniam tẽpore bel li. Troiani Dorici venerunt in Cretam, duce Athemene, ibique decem vrbes cõ diderunt.

Cumani aliter cumæi chalcidici, Eboici.

Cynoſura, Helyce, Arctos, Parrhaſis vrſa.

Danubius, Iſter, adubanus.

Delos, Ortygia, a multitudine coturnicũ. Ver. li. 3. Aen. Linquimus Ortygiæ portus.

Diana cinthia, Luna.

Dido, Elyſſa, Phæniſſa. Dalmatę, Dalmatici.

Dyrrachium, Epidamnum. Plin. Epidamnum colonia propter inauſpicatũ nomẽ a Romanis Dyrrachium appellata.

Eduenſes, Edui, Auguſtu dunenſes.

Elæi ab Elea oppido Arcadiæ prope Tegeũ, vbi Minerua fanum habuit. Stat. li. 4. Syll. Aut Eleæ ducis vidit. Tegæa ſacerdos. Erymantij & Erymantæi ab Erymã to mõte. Stat. li. 5. Theb. Affuit Hippomedon, rectosque Erymantius, ideſt, Parthenopeus. Cyllenij, a Cyllene Arcadiæ monte, a quo Mercurius vocatur Cyllenius. cleonij a cleone oppidulo. caliſtonij, a caliſto filia Lyaconis, regis Arcadię.

Elis, Epia.

Elienſes. Elæi, Epei.

Euboia, terram Eubois. Statius in Achil. Quatitur naualibus Eubois ora.

Euboici, calpharæi, Abantij, Tanagræi, a Tanagreo.

Euphrates, Pixyrates autore Plinio.

Equus Troianus, equus Durateus, Epei machina.

Epyrotæ, Epyrotici, Leucadii, a Leucade ꝓmõtorio: Actij & Actiaci, ab Actio oppido: Phocęi. Phocaiei, Chaonii, Dodonigenę verbo Sidonii, Moloſſi, Pyrrhidę, idẽ.

Epyrus, terra chaonis.

Flora, chloris, Zephyritis, dea florum, vxor Zephiri.

Furiæ, Eumenides, Diræ, Erynnies.

Gades, Gadera, cotinuſa.

Galli, Gallicani, Galligenæ Galatæ, Sequanidæ, Sequanici.

Garamantes, Garamantici.

Gigantes, fratres Phlegæi, Titanes.

Gorgon, Meduſa, Gorgoris, Habis.

Gratiæ, charites.

Græcia. Achaia, Dulichia, Hellas, idem.

Gręci, Graii, Graiugenæ, Argęi. Verg. in opuſ. Septima iã Argæis ſtabulis impenſa laboris. Argiui, Argolici, Dorici, Dorienſes, Pelaſgi, Pelopeii, & Pelopeiadæ, a Pelope filio Tantali. Verg. lib. 2. Aen. Vltro Aſiam magnã Pelopœa ad mœnia bello Venturum. Stat. li. 10. Ad patrias fuſæ Pelopeides aras. Achillei, & Achillidæ ab Achille. Argolæ apud Euripid. Achæi, Achiui, Achaici, Inachęi, Inachii. Inachidæ ab Inacho argiuorũ rege, patre Iſidis. Ou. li. 5. Faſt. Littus ad Inachiũ puluis inanis eã. Stat. li. 2. Theb. Qua noſtrę cecidere animæ ſtupet Inacha pubes Idẽ li. 5. Lectiq; potẽs Inachidæ, Agamẽnonii, Agamẽnonidæ ab Agamemnone. Verg. li. 6. Æn. At Danaum proceres, Agamemnoniaq; Phalanges. acriſionæi ab Acriſio rege argiuorũ, abãtius filius Ouid. li. 4. Met. acriſionæas Prætus poſſederat arces. abanthæi & abantiadæ, ab abãte argiuorum rege, patre acriſii Ouid. lib. 15. Nuper abantæis templo Iunonis in Argis. Thieſtæi a Thieſte Micenæi a Micenis urbe. Ouid. in Epiſt. Briſ. Nulla Micenæum ſociaſſe cubilia mecum Iuro. Menelai, a Menelao. Phoronidæ & Phoronæi, a Phoroneo Inachi filio, & argiuorum rege. Stat. lib. 2. Sill. Iſi Phoronæis quondam ſtabulata ſub antris Perſæi, a Perſeo acriſii nepote. Stat. li. 1. Theb. Perſæos aliter in agros Scinditur. Danaæi. Idem: Tũc ſedet Inachias vrbes, Danaæaq; regna. Dolopeii

a Dolopibus Græciæ populis: Val. Flac. Vidiſſe putāt Dolpeiaque buſta. Iaſidę, ab Iaſio Argiuorum rege. Tantalidæ, a Tantalo, Achillæi, Achillidæ, ab Achille.

Heraclæa, Syris, Trachin autor Plin.

Hiſpania, tellus Tarteſſia, Iberia. idem.

Hiſpani, Iberi, Iberici, Iberiaci. Virg. li. 7. Tyrrhenoque boues in flumine lauit Iberas. Sidonius: Terrarum indigenas Ibericarum Syl. li. 12. Omen Iberiacis victa Carthagine terris. Beticolæ, & Betigenæ. Syl. li. 1. Beticolasque viros ſpacijs agitabat iniquis. Idem li. 9. Betigenæque viri celſus media ipſa coercent. Heſperij, Tarteſſij, & Tarteſſiaci, a Tarteſſo vrbe Gadibus vicina.

Hyades, Suculæ.

Hyrcani, Caſpij.

Iaſon, Aeſonides, ab Aeſone patre.

Ilua inſula, Aethala.

Illyrici, Illyrii, Taulanti. Syl. li. 15. Quaq; per Illyricum Taulantius incola littus.

Inarime, Aenaria, Pythecuſa: authore Plin. Aenaria, a ſtatione nauium Aeneæ. Hodie vocatur Iſchya.

India terra Gangeus, terra Euphratis, Euphratidis. Sidonius. Ripa Euphratide vix putat tuendam.

Indi, indici, Gangetici, quod prope Gangem habitent. Syl. li. 3. Hinc laxos archus olim Gangetica pubes Sumittet. Dicuntur etiam Nyſæi, a Nyſa vrbe Indiæ. Idaſpæi, ab Idaſpe. Sidonius: Frangat Idaſpæas aries impactas Erithra.

Infernus, Infernalis, Auernus, Auernalis, Tartareus, Herebæus, Plutonius, Cocytius Acheruſius, Phlegentontæus, Stygius, Acherontæus, Letheus, Orcius.

Iphigenia, Iphianaſſa Lucretius: Iphinaſſæo turparunt ſangine fœde.

Italia Heſperia maior, ab Heſpero Hatlantis fratre. Oenotria ab Oenotro rege Sabinorum. Virg. Eſt locus, Heſperiā Graij cognomine dicunt, Oenotrij coluere viri, nūc fama minores Italiā dixiſſe ducis de nomine gentē. Idē lib. 7. Hinc Italæ gentes, omniſq; Oenotria tellus In dubijs reſponſa ferunt. Latium, q̄ ibidē Saturnus lauerit, arma Iouis fugiens & regnis exul ademptis. Idem Verg. lib. 8. Latiumq. vocari Maluit his quoniā latuiſſet tutos in oris. Saturnia a Saturno. Ouid. lib. 1. Faſt. Inde diu genti manſit Saturnia nomen. Dicta quoq̄ue eſt Latiū terra latente Deo. Terra Auſonis, & Auſonia, ab Auſone Vlyſſis filio. Ouid. lib. 2. Faſt. Captaque erat lyricis auſonis ora ſonis. Terra Italis. Oui. li. 2. de Ponto: Mœſtisque cadentes Excepit lacrimas Italis ora genis.

Itali, Italidæ, Italici. Ouid. li. 14. Littore in Italico Meſſenia mœnia contra. Laurentes, Lauinij, Laurenti, Tyrrheni, Laurētij, Latiales, Auſones, Auſonii, Auſonidæ. Luc. lib. 9. Grata uice mœnia reddent Auſonidæ Phrygibus.

Iudæi, Iudaici.

Lacedæmon, Sparta, idem.

Lacedæmones, Lacedęmonii, Tyndarei, a Tyndaro rege Oebaliæ, & Helenę patre Vnde & Syllius Tarentum vocant Tyndarium. Spartani, Spartici, Spartiatæ. Sidonius: Spartiatæ ruptum uariatatum poſuere cruſtas.

Laconia prouincia in Peloponneſo, aliter vocatur Oebalia, & Tænaris a Tænario promontorio. Ouid. in Epiſt. Paridis: Tenaris eas claſſi terra petita meæ. Idem in Epiſt. Helenæ Excepit portu Tenaris ora ſuo.

Lacones ipſi, ſeu Laconici vocātur Oebalii, & Oebalidæ. Ouid. li. 1. Faſt. Protinus Oebalii retulit arma Tati. Stat. li. 5. Theb. Ambiguo viſus errore laceſſunt Oebalidæ geminis. Therapnæi a Therapnis vrbe Laconiæ: patria Helenæ. Ouid. li. 3. Faſt. Prima Therapnæo feci de ſanguine florem. Thenarii, & Tenaridæ, a Tenaro promontorio.

Latini, Faunigenæ. Syl. lib. 8. Faunigenæ ſotio in bello inuaſere Sicano.

Leucadia peninſula, prius uocabatur Neritis. Idem autor.

Libya terra Libyſſa. Oui.li.9. Terręque in fine Libiſſæ.

Libyci, Libyſſini, Marmarici, à Marmarica regione Africæ Syllius li.3. Marmaricis alesq populus reſponſa canebat. Naſamonij, & Naſamoniaci, a Naſamonib. populis Libiæ.

Liguria ora Liguſtica, idem.

Ligures, Liguſtici, Liguſtij, Genuēſes. Idem Sidon. Qui Liguſtijs, Buganisq; montibus oriebantur.

Lipara inſula, prius Longonis & Meligunis vocabatur: Autor Plin.lib.3.cap.8.

Locrenſes, Heſperij, Ozolæ.

Lucani, Tanagræi, à Tanagro fluuio Lucaniæ. Statius: Tanagræumq; Phalâtum Lucifer, Veneris ſtella, Phoſphorus, Cythereius ignis. Syl.li.12. Haud ſec' Oceano rediens Cythereius ignis Veſper, Veſpetugo, Heſperus, Sydus Veneris.

Lutecia, Parphiſij, idem.

Lycijs, Pataræi, quoniam Patara eſt vrbs Lyciæ. Stat.lib.1. Theb. Seu te Lyciæ Pretetera niuoſis Exercent dumeta iugis.

Lydia uocatur Tyrrhenia, Męnia. Ouid.lib.14. Concurrit Latio Tyrrhenia tota.

Lydi ſeu Lydij, populi maioris Aſiæ, aliter vocātur Mæonij, Mæones, & Męonidę. Vitru.lib.8. O Mæonię delecta iuuentus. Idem lib.12. Ducis exemplum euentumque ſecuti Męonidæ incurrunt. Idem Męonici. Ouid. in Epiſt. Deianyrę: Męonicas inter calathum tenuiſſe puellas Ethruſci, & Tyrrheni, quoniam Tyrrhenus Atys filius Cotonos ex Lydia duxit in Italiæ regionem, quæ nunc vocatur Ethruria, Gygei, a Gyge rege, vt Crēſij à Crēſo. Stat.lib.12. Si patrium Marathona metu, ſi tecta leuaſti Crēſia.

Macedones, Pallenęi a Pallene vrbe vbi geſta eſt Gigantomachia. Stat.lib.4. Syl. Et Pallenæos Phębum laudare triumphos.

Mantuani, ſeu Mantoi, dicti ſunt à Manto Tyreſiæ filia. Aliter vocantur Bianorei, & Bianoridæ, à Bianore Mantus filio, qui aliter vocatur Ocnus, Vergil.in Buc. Nāq; ſepulchrum Incipit apparere Bianoris, Ocnæi ab Ocno filio Māius. Strozza filius: Orbita & Ocnæis euexit ad aſtra lacunis, Minciadæ, Mincigenæ a Mincio fluuio propinquo. Ponta. Vos Minciadæ, vos ò mihi manes. Eſte boni.

Mare rubrum, Erithræum.

Mars, Mauros, Marſpiter, Gradiuus.

Marſi, Celenęi. Stat.li.2. Theb. Fœda Celenæa committere prœlia buxo.

Mediolani, Mediolanēſes, Inſubres. Placet hic obiter aperire etymū dictionis huius Mediolanum. Nam non temere reperias, qui hoc ediſſerat. Certū eſt imprimis vrbem hanc à Gallis conditam: cuius fundamentis iaciendis dū excauarētur foſſę, ferunt in terræ uiſceribus inuentam fuiſſe (mirum dictu) ſuam dimidiatim lanatam, à quo portento inditū ſit Mediolanæ vrbi nomen, ad quod alluſit Claudianus de nuptijs Honorij & Marię ſcribens. Continuò ſublime volās ad męnia Gallis Condita, lanigeræ ſuis oſtentantia pellem peruenit. Item Sidon. Rura plaudicolę tenuis populoſa. Rauennę, Et quę lanigero de ſuo nomē habet.

Megarenſes, Megarici, Lelegij. Oui.li.8. Met. Interea Minos Lelegio littora vaſtat.

Mercurius, Hermes.

Meſſana, Zanclę.

Meſſenij, Pilij.

Miletus, Lelegius, Phitiuſa, Anactoria. autor Plin.

Minerua, Pallas, Athena.

Moloſſi, Epyrotici, Chaonij. Leucadij, Idem.

Muſę, camęnæ.

Myſij, Theutrantęi, Theutrantij.

Naſamones, Naſamonij, Naſamoniaci,

Naxos,Dia.Catullus: Namque fluenti ſono proſpectans littore Diæ.
Neapolitani,Parthenopæi.
Neapolis,Parthenope,Eubois.Stat.li.1.Syl.Nitidum cõſurgat ad æthera tellus Eubois.
Neptunus, Ennoſigæus.
Nilus,Melo.
Niobe,Tantalis,a Tantalo patre.
Normani,Neuſtrici.
Normania,Neuſtria.
Padus,Eridanus,Phaetontius amnis,a Phaetonte ibidem ſubmerſo.Syl.lib.7. Nũquam Phaetontius amnis Sanguinea Pontum curuaſſet decolor vnda.Padoſa, Meſſanicus,Bondicus.Vide cauſam horum nominum apud Pli.li.3. cap.15.
Pannonia, Pannonis.
Parcæ,deæ fatales, fata.
Parnaſus,Larnaſus prius dicebatur.
Parthi,Parthici,Achemenij,& Achemenidæ,ab Achæmene rege. Ouid.li.4.Met. Rexit Achæmenias vrbes pater Orchanus. Arſacidę ab Arſace 1.Parthorum regę.Luc.lib.1.Plus illa vobis acie quam creditis,actum eſt Arſacidæ.
Pella vrbs Macedoniæ,Bunomus,Bunomea.
Peloponneſus,Apia,Pelaſgia, Arx Helladis.
Penelope,Icaris,Icariotis.
Perſæ,Gazetici,nam Gaza Perſarum eſt opulentia.Sidonius: Vina mihi non ſunt Gazetica,Chia,Falerna.
Peſtum,Poſidonia,autor Plinius.
Petragorij,Petragorici.
Phaetontiades,Climenides, a Climene matre. Heliades,a patre Sole, qui helios Græcè dicitur.Ouid.ad Liu.Sic fleuit Climene, ſic & Climeneides altæ.
Phocæi,Phocenſes,Phocaici,Cyrrhæi,Caſtalij.
Phænices,Pygmalionæi,Agenoridæ.
Pictones,Pictauenſes.
Puteolani,Dicarchæi,a iuſtitia adminiſtrationis.Syl.li.8. Prole Dicarchæa multo cum milite Gratia.
Piratæ Cilices.
Occidentales,Occidui.Ouid.Veſper,& Occiduo quæ litora Sole tepeſcunt. Tarteſij a Tarteſſa vrbe Gadibus propinqua.Oui.li.4. Preſſerat occiduus Tarteſſia littora Phœbus.Tarteſſiaci.Syl.lib.6. Iam Tarteſſiaco quos ſoluerat æquore Titan.Heſperij.
Orientales,Eoi,Auroræ populi.Memnonij,a Memnone Auroræ filio. Nabathæi,a Nabathæa regione.Oui.li.1.Met.Eurus ad Auroram,Nabathæaq; regna receſſit.
Romani,Romulei,Romuli,Romulidæ, Aeneadæ ab Aenæa: Iulæi ab Iulo.Luc. lib.11.Phrygijsq; penates Gentis Iuleæ. Latiales,Romulares.
Sabini,Sabelli, Sabellici, Samnites.
Salamini,Salaminiaci.
Samos,Parthenia.
Sardinia,Incuſa.Syl.lib.12.Inde Ichnuſa prius Graijs memorata colonis,Mox Libyni Sardus generoſo ſanguine fidens,Herculis ex ſeſe mutauit nomina terræ, Sandaliotes.
Sardinij,Iolenſes.
Scythæ,Scythici,Riphei.Ver.li.2.Geor.Gens effręna virum Riphæo tunditur,Euro,Mæotici a Mæotide palude. Thermodonte,& Thermodontiaci,a Thermodonte fluuio.Stat.li.12. Thermodontiaco lætum remeare triumpho. Boriſthenidæ ab eiuſdem regionis fluuio.Mœotij,Tanatici a Tanai fluuio.Sidon. Telluris Tanaiticum rebellem.Boſphorani.Idem: Plaudentes ſtupere Boſphorani.

Sacæ,Aramei,Plin.li.6.Vltra ſunt Scytharum populi.Perſæ illas Sacas vniuerſos appellauere a proxima gente,antiqui Arameos.

Sicilia,Sicania,Trinacria,Trinacris,Tiquetra,Triquetris uocatur. Ouid.li.5.Met. Vaſta Giganteis iniecta eſt inſula membris Trinacris.Stat.li.2.Serm.Quid milibus promiſſa Triquetra.Lucr.li.1.inſula quam Triquetris terrarum geſſit in oris.

Siculi,Sicani,Scicanij,Lilybæi a Lilybæo promontorio.Verg.li.3.Aen.Et vada dura lego ſaxis Lilybęia cęcis.Ennęi,ab Enna vrbe.Lyparei & Lyparęſes,a Lypara inſula.Sido.Strauit ſub Lyparęſibus caminis.Taurominitiani a Tauromino monte Siciliæ.Arethuſij & Aretuſęi ab Aretuſa fonte Siciliæ Syll.lib.14. Erigitur ſubitas in ſpes arethuſia proles.Claudian.lib.2. de Rapto. Quas Arethuſæi latices,quas aduena nutrit Alpheus. Agatoclæi ab Agatocle rege Siciliæ Syl.li. 14.Hic Agatoclæis ſedes ornata trophæis.Acolij, Drepanitani, a Drepano promōtorio iuxta Siciliam.Sidonius: Agonem Drepantianum Troianæ ſuperſtitionis imitari.Catanenſes a Catana vrbe Siciliæ,de qua Syl.li.14.Tum Catinę nimium ardenti vicinia Tiphæo.

Symplegades,Cyaneæ.

Syracuſani,Syracuſij Arethuſidæ.

Syria,Palæſtina,Iudæa,Phænicia.

Syrij,Paleſtini,Orontæi.

Strophages,Plotæ.

Tarteſſus Carteia.

Taurus mons,Imaus, Edigis, Paropaniſus, Cricius, Cambades,Pharphari ades, Choatras,Oreges,Oroandes,Nyphates,autor Plin.li.5.c.27.

Tempſa,Temeſe.

Thebani,Echionij,Echionidæ,ab Echione Cadmi ſocio.Ouid.lib.5.Triſt. Victor Echionias ſi vir penetraſſet in arces Hiātij & Hiantæi,Iſmenti,Iſmenidæ,ab Iſmeno fluuio.Learchei a Learcho Athamātis filio.Oui.6.Faſt.Mœſta Learcheas mater tumulauerat,umbras Athamātæi,ab Athamāte.Cadmæi,a Cadmo. Labdaci & Labdacidæ,a Labdaco rege patre Laij Statius li.2. Theb. Labdaciūque ducē præmiſſę cōſona nocti.Ogygij,Ogygidæ,ab Ogyge rege.Teumeſii,a Teumeſo Bæotiæ mōte.Statius:Subit ore cauo Teumeſia cornus.Eryphilæi, ab Eryphile Amphiarai vxore.Statius li.4.Theb.Sic Eryphilæos aurum fatale penates Irrupit,Oedipodionij.Oedipodionidæ ab Oedipo rege Laij filio.Stat.li.7.Aſt. ego nō proprio diros impono labori Oedipodionidas.Megarei,à Megara Creōtis filia.Stat.li.11.Magno Megareia pręceps Arua capit paſſu. Agenoridę ab Agenore patre Cadmi Stat. li.12. Exanimes in terga reducit Pallor Agenoridas. Draconigenæ,à dentib.ſerpentinis a Cadmo ſatis, quibus nati ſunt homines armaci. Sid.Quæque draconigenę portas non clauſerat hoſti. Eadem ratione vocantur Ophioni.Nam ophis Græce ſerpens dicitur Latinè.Senec.Cadmęa proles,atque Ophionius ciuis.Amphionij ab Amphione.

Theſſalia,Hęmonia,Pharſalia,Aemathia,Aemathis,Theſſalis ora,Driopis.Macedonia,Pyrrhea.

Theſſalici,Theſſalidæ,Iolchiaci,ab Iolcho Theſſaliæ ciuitate Verg.in Cyri: Regis Iolchiaci animū defigere uotis.Meliboei,et Melibęſes,a Meliboea,vrbe Theſſalię.Pegaſęi a Pegaſa vrbe.Ouidius libro ſeptimo: Iamque fretum Minyę Peſęa puppe ſecabant.Atracij,Atracidę,ab Atracio, qui magicas artes ibidē edocuit.Peneij,a Peneo fluuio.Ouidi⁹ libro duodecimo:Exigit Atracides,Peniaq; arua pererrat.Lapythei,a Lapythis populis Theſſaliæ.Idem Ouidius.Et tū Lapytheia tecta Intrarant. Pelethronij,a populis eiuſdē nominis Peliaci, a Pelio monte.Ouidius libro 1.Faſtorum:Summaque Peliacus ſidera tangat apex. hęrei.Senec.Paſtor Pheræos Deli⁹ pauit greges.Amphriſiaci ab Amphriſo fluuio

Statius libro primo Syluarũ: Aut Amphryſiaco paſtor de gramine carpſit. Pharſalij, Pharſalici Lucanus lib. ſexto: Qua iuga deuexus Pharſalica porrigit Hemus. Hæmonij, Hæmonidæ. Magneſſi, Magneſſi Horat. li. 3. Carminum. Magneſſam Hippolytem dum fugit abſtineus. Flaccus li. 6. Stant littore fixi Hæmonidæ Lariſſæi, Lariſſa. Centaurei a Centauris Statius: Sperchuſq; minax, cẽtaurusq. Lycormas. Lapythonij, a Lapithis. Idem Statius: Confudere modos puerũ, Lapythonia nympha: Oſſei, ab Oſſa monte Statius li. 12. Nec Oſſæi, bello cecidere bimembres.

Pholoetici. a Pholoe. Sidonius: Non ſic Pholoetica mõſtra, Atq; Pelectronios Lapythas Semelius Euan. Miſcuit Aemathij, Philipæi, a Philippis cadis Theſſaliæ. Lucanus. Romanas acies iterum uideri Philippi.

Thracia, Biſtoni dis Syrhonis, terra Aedonis.

Thraces, Thracij, Thraicij, Mantini, a Mãtinis Thraciæ populis; Ver. in Cyri: Vos Mãtina ſi qui de gẽte veneris. Iſmarij, ab Iſmaro mõte. Pãgæi, a Pãgæo Thraciæ promontorio. Ouid. li. 3. Faſt. Iamque erat ad Rhodopen Pangæaq; flumina uẽtũ, Odriſij a populis eiuſdem nominis. Rhodopheij, a Rhodope monte Abderitani, ab Abdera urbe Thraciæ. Mar. li. 10. Abderitanæ pectora plebis habes Biſtones Biſtonij, Biſtonidæ, a Biſtone fluuio. Ouagrij, ab Oeagro fluuio Thraciæ. Hinc Orpheus Oeagrius. Aedonij, ab Aedone Thraciæ monte Boſphorani, Boſphorei. Sidon. Boſphoreis Elephas in glorius ora tributis. Boryſtenidæ, a Boriſthenes fluuio Thraciæ, Bap. Pius: Mitior ad ſuos aura Boriſthenidas.

Thuſci, Etruſci, Tyrrheni.

Troia, Teucria, Ilion, Ilios, Dardania, Pergamus.

Troades, Iliades, Teucrides, Dardanides mulieres Troianæ.

Troiani, Troes, Troici, Troiugenæ. Erichtonij, ab Ericthonio filio Dardani Ver. in Culice: Vrit Brichthonias oriens non ignibus arces. Idem: Erichthonias proſtrauit funditus arces. Idæi, ab Ida monte. Ilij, Iliaci, Iliadæ, Aeneadæ Hectorei, Hectoridæ, Dardani, Dardanij, Dardanidæ, Sigei, Teucri, Teucrigenæ, Phryges, Phrigij, Rhæthei, Pergamei, Laomedontæi, Laomedontiadæ, Anchiſæij. Anchiſiadæ, Priamæi Prianidæ.

Tyrij, Sarrani.

Tyros, Sarra.

Tybris, Tyberis, Tyberrinus, Albula. Ouid. li. 2. Faſtorum: Albula, quem Tyberim merſus Tiberinus in undis Reddidit.

Veneti, Eneti.

Zephyrus. Fauonius.

POETICA ARGVMENTA AB impoſſibili, ex diuerſis poetis.

Vergilius Aegloga prima.

Ante leues ergo paſcentur in æthere ceruí.
Et freta deſtituent nudos in litore piſces.
Ante pererratis amborum finibus exul,
Aut Ararim Parthus biber, aut Germania Tigrim.

Idem Aegloga 8.

Iungentur iam Gryphes equis, æuoq; ſequenti
Cum canibus timidi uenient ad pocula damæ

Idem in Battarum.

Ante lúpos rapient uituli ante leones.
Delphini fugient piſces, aquilæ ante columbas.
Et conuerſa retro rerum diſcordia glicet.

Idem

Idem ibidem.

Pallida flaueſcant æſtu ſitientia prata,
Immatura cadant ramis pendentia mala,
Deſint & ſyluis frondes & fontibus humor.

Idem ibidem.

Flectite currentes nymphas uaga flumina retrò
Flectite,& aduerſis curſum diffundite campis.
Incurrunt amnes paſſim remeantibus undis.

Idem ibidem.

Dulcia amara prius,fient,& mollia dura,
Candida nigra oculi cernent,& dextera læua,
Migrabunt caſus aliena in corpora rerum.

Ouid.lib.13.Met.

Ante retrò Simois fluet,& ſine frondibus Ida
Stabit & auxilium promittet Achaia Troiæ.

Idem lib.14.

Prius,Inquit,in æquore frondes,
Glaucus,& in ſummis naſcentur montibus alga,

Idem lib.15.

Deſines ante dies,& in alto Phœbus anhelos
Æquore tinget equos.

Idem lib.1.de Ponto.

Nam prius incipient turres uitare columbæ.
Antra feræ,pecudes gramina,mergus,aquas.

Ouid.lib.2.de Ponto.

Longa dies citior brumali tempore,noxq;
Tardior hyberna ſolſtitialis erit.
Nec Babylon æſtum,nec frigora Pontus habebit.
Galthaq; Pæſtanas uincet odore roſas.
Quam tibi noſtrarum ueniant obliuia rerum,

Idem in eodem.

Cinyphiæ ſegetis citius numerabis ariſtas,
Altaq; quam multis floreat Hybla thymis.
Et quot aues motis nituntur in aere pennis.
Quotq; natent piſces æquore,certus erit.

Idem in eodem.

Nam caput noſtra citius ceruice recedet.
Et patiar foſſis lumen abire genis,

Idem in eodem.

Nominis ante mei uenient obliuia nobis.

Idem lib.4.de Ponto.

Nam prius umbroſa cariturosarbore montes.
Et freta ueliuolas non habitura rates,
Fluminaq; in fontes curſu reditura ſupino.
Gratia quam meriti poſſit abire tui.

Idem in eodem.

Et prius hinc nobis nimium conterminus Iſter.
In caput Euxino de mare uertet iter.
Vtq; Thyeſtææ redeant ſi tempora menſæ,
Solis ad Eoas currus agetur aquas.

Idem in eodem.

Sed prius huic deſint & bellum & frigora terræ.

Statius libro primo Syluarũ: Aut Amphryſiaco paſtor de gramine carpſit. Pharſalij, Pharſalici Lucanus lib. ſexto: Qua iuga deuexus Pharſalica porrigit Hemus. Hæmonij, Hæmonidæ. Magneſſi, Magneſſi Horat. li. 3. Carminum. Magneſſam Hippolytem dum fugit abſtineus. Flaccus li. 6. Stant littore fixi Hæmonidæ Lariſſæi, Lariſſa. Centauræi a Centauris Statius: Sperchusq; minax, cẽtaurusq. Lycormas. Lapythonij, a Lapithis. Idem Statius: Confudere modos puerũ, Lapythonia nympha: Oſſæi, ab Oſſa monte Statius li. 12. Nec Oſſæi, bello cecidere bimembres.

Pholoetici a Pholoe. Sidonius: Non ſic Pholoetica mõſtra, Atq; Peletronios Lapythas Semelius Euan. Miſcuit Aemathij, Philippæi, a Philippis cadis Theſſaliæ. Lucanus. Romanas acies iterum uideri Philippi.

Thracia, Biſtonidis Sythonis, terra Aedonis.

Thraces, Thracij, Thraicij, Mantini, a Mãtinis Thraciæ populis, Ver. in Cyri: Vos Mãtina ſi qui de gẽte venetis. Iſmarij, ab Iſmaro mõte. Pãgæi, a Pãgæo Thraciæ promontorio. Ouid. li. 3. Faſt. Iamque erat ad Rhodopen Pangæaq; flumina uẽtũ, Odriſii a populis eiuſdem nominis. Rhodopheij, a Rhodope monte. Abderitani, ab Abdera urbe Thraciæ. Mar. li. 10. Abderitanæ pectora plebis habes Biſtones Biſtonij, Biſtonidæ, a Biſtone fluuio. Ouagrij, ab Oeagro fluuio Thraciæ. Hinc Orpheus Oeagrius. Aedonij, ab Aedone Thraciæ monte Boſphorani, Boſphorei. Sidon. Boſphoreis Elephas in glorius ora tributis. Boryſtenidæ, a Boriſthenes fluuio Thraciæ, Bap. Pius: Mitior ad ſcuos aura Boriſthenidas.

Thuſci, Etruſci, Tyrrheni.

Troia, Teucria, Ilion, Ilios, Dardania, Pergamus.

Troades, Iliades, Teucrides, Dardanides mulieres Troianæ.

Troiani, Troes, Troici, Troiugenæ. Erichtonij, ab Erichthonio filio Dardani Ver. in Culice; Vrit Erichthonias oriens non ignibus arces. Idem: Erichthonias proſtrauit funditus arces. Idæi, ab Ida monte. Ilij, Iliaci, Iliadæ, Aeneadæ Hectorei, Hectoridæ, Dardani, Dardanij, Dardanidæ, Sigei, Teucri, Teucrigenæ, Phryges, Phrigij, Rhæthei, Pergamei, Laomedontæi, Laomedontiadæ, Anchiſæij, Anchiſiadæ, Priamæi Priamidæ.

Tyrij, Sarrani.

Tyros, Sarra.

Tybris, Tyberis, Tyberrinus, Albula. Ouid. li. 2. Faſtorum: Albula, quem Tyberim merſus Tiberinus in undis Reddidit.

Veneti, Eneti.

Zephyrus, Fauonius.

POETICA ARGVMENTA AB impoſſibili, ex diuerſis poetis.

Vergilius Aegloga prima.

Ante leues ergo paſcentur in æthere cerui,
Et freta deſtituent nudos in litore piſces.
Ante pererratis amborum finibus exul,
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.

Idem Aegloga 8.

Iungentur iam Gryphes equis, æuoq; ſequenti
Cum canibus timidi uenient ad pocula damæ.

Idem in Battarum.

Ante lupos rapient uituli ante leones
Delphini fugient piſces, aquilæ ante columbas.
Et conuerſa retro rerum diſcordia gliſcet.

Idem

Idem ibidem.
Pallida flaueſcant æſtu ſitientia prata,
Immatura cadant ramis pendentia mala,
Deſint & ſyluis frondes & fontibus humor.
Idem ibidem.
Flectite currentes nymphas vaga flumina retrò
Flectite,& aduerſis curſum diffundite campis.
Incurrunt amnes paſſim remeantibus undis.
Idem ibidem.
Dulcia amara prius,fient,& mollia dura,
Candida nigra oculi cernent,& dextera læua,
Migrabunt caſus aliena in corpora rerum.
Ouid.lib.13.Met.
Ante retrò Simois fluet,& ſiue frondibus Ida,
Stabit & auxilium promittet Achaia Troiæ.
Idem lib.14.
Prius,Inquit,in æquore frondes,
Glaucus,& in ſummis naſcentur montibus alga,
Idem lib.15.
Deſines ante dies,& in alto Phæbus anhelos.
Æquore tinget equos.
Idem lib.1.de Ponto.
Nam prius incipient turres uitare columbæ.
Antra feræ,pecudes gramina,mergus,aquas.
Ouid.lib.2.de Ponto.
Longa dies citior brumali tempore,noxq;
Tardior hyberna ſolſtitialis erit.
Nec Babylon æſtum,nec frigora Pontus habebit.
Galthaq; Pæſtanas uincet odore roſas.
Quam tibi noſtrarum ueniant obliuia rerum,
Idem in eodem.
Cinyphiæ ſegetis citius numerabis ariſtas,
Altaq; quam multis floreat Hybla thymis,
Et quot aues motis niſuntur in aere pennis.
Quotq; natent piſces æquore,certus erit.
Idem in eodem.
Nam caput noſtra citius ceruice recedet.
Et patiar foſſis lumen ab ire genis,
Idem in eodem.
Nominis ante mei uenient obliuia nobis.
Idem lib.4.de Ponto.
Nam prius umbroſa cariturosarbore montes.
Et freta ueliuolas non habitura rates,
Fluminaq; in fontes curſu reditura ſupino.
Gratia quam meriti poſſit abire tui.
Idem in eodem.
Et prius hinc nobis nimium conterminus Iſter.
In caput Euxino de mare uertet iter.
Vtq; Thyeſtææ redeant ſi tempora menſæ,
Solis ad Eoas currus agetur aquas.
Idem in eodem.
Sed prius huic deſint & bellum & frigora terræ.

Jn viſus nobis quæ duo Pontus habet.
Et tepidus Boreas,nec ſit præfrigidus Iſter.
Idem in Epiſt.Oenones ad Paridem.
Ad fontem Xanthi verſa recurret aqua.
Idem in Epiſtola Helena.
Terra precor vultus obruat ante meos.
Idem lib.3.Eleg.
Ante uel è,membris diuidar ipſe meis.
Idem lib.1.de Arte.
Vere prius taceant volucres,æſtate cicadæ,
Mænalius lepori det ſua terga canis.
Idem in Ibin.
Deſinet eſſe prius contrarius ignibus humor.
Iunctaq; cum Lunalimina Solis erunt.
Parsq; eadem cœli zephyros emittet & Euros.
Et tepidus gelido flabit ab axe Notus.
Et noua fraterno veniet diſcordia fumo,
Quam uetus accenſa ſeparat ira pyra.
Et Ver.Autumno Brumæ miſcebitur Aeſtas.
Atque eadem regio veſper & ortus erit.
Idem lib.3.Triſtium.
Spiritus hic vacuas prius extenuandus in aura
Ibit, & in tepido deſeret oſſa rogo.
Idem lib.4.Triſt.
Vere prius flores,æſtu numerabis ariſtas,
Poma per autumnum,frigoribusq; niues.
Idem lib.5.Triſt.
Cana prius gelido deſint abſynthia Ponto.
Et careat dulci Trinacris Hyblatimo,
Immemorem quam te quiſquam conuincat amici.
Lucanus lib.1.
Omnia mixtis
Sydera ſyderibus concurrent,ignea pontum.
Aſtra petent,tellus extendere littora uolet.
Excutietq; fretum.Fratri contraria Phœbe
Ibit,& obliquum bignas agitare per orbem
Indignata,diem poſcet ſibi,totaq; diſcors,
Machina,diuulſi turbabi fœdera muudi.
Horat.lib.1.carminum.
Sed prius Appulis.
Iungentur capreæ lupis,
Idem in Epodo.
Priusq; cœlum ſidet in inferius mare
Tellure porrecta ſuper.
Idem ibidem.
Simul imis ſaxa renarint vadis regnata,
Propert.lib.1.
Nulla prius uaſto labentur flumina ponto
Annus & inuerſas duxerit ante vices.
Idem lib.2.
Nam citius pateret caput hoc dicedere collo.
Idem in eodem,

Terra

Terra prius falſo partu deludet arantes,
Et citius nigros Sol agitabit equos:
Fluminaq. ad caput incipient reuocare liquores:
Aridus, & ſicco gurgite piſcis erit.
Idem lib. 5.
Flamma per incenſa citius ſedetur ariſtas,
Fluminaq. ad fontis ſunt reditura caput,
Et placidum Syrtis portum, & bona littora nautis
Præbeat hoſpitio ſæua Malea ſuo.
Idem lib. 2.
Tu prius, & fluctus poteris ſiccare marinos,
Altaq. mortali deligere aſtra ſono.
Perſius Satyra 5.
Sambucam citius caloni aptaueris alto.
Iuuen. Sat. 10.
Promptius expediam, quod amauerit Hippia mœchos
Quot Themiſon ægros Autumno occiderit uno,
Quot Baſitus ſocios, quot circumſcripſerit Hylus
Pupillos, quot longa viros exorbeat vno
Maura die, quot diſcipulos inclinet Amillus,
Percurram citius quot villas poſſideat nunc,
Quo tondente grauis iuueni mihi barba ſonabat,
Stat. lib. 13. Syl.
Hybernos citius numeraueris imbres,
Syluarumque comas.
Idem lib. 15. Syl.
Potius fugientia ripas
Flumina deuincas, rapidis, aut ignibus obſtes
Quam miſeros lugere vetes.
Stat. lib. 17. Theb.
Ante hæc excuſſo frondeſcet lancea ferro,
Inachus antè retrò, noſterq. Achelous abibunt.
Idem li. 8.
Citius me fulmina contra
(Infandum) ruere, & magno bellare parenti
Aſpiciat.
Idem lib 3. Achil.
Sed pater antè igni, ferroque exciſa iacebit,
Scyros, & in tumidas ibunt hæc verſa procellas Mœnia.
Claud. in Conſ. Manlij Theodori.
Promptius imponam glaciali Pelion Oſſæ.
Idem de victoria Stiliconis in Alaricum.
Irriges Aegyptium Tanaris, Mætida Nilus,
Eurus ab occaſu, Zephyrus ſe promet ab Indis,
Caucaſeisque iugis, calidoque nigrantibus Auſtro,
Hetulas Aquilo glacie conſtringat arenas.
Idem in conſulatu Probi.
Antè dabunt hyemes Nilum, per flumina damæ
Errabunt, glaciæque niger damnabitur Indus,
Antè Thyeſteis iterum conterrire menſis
Interciſa dies refugo vertetur in ortus.
Pamphilus Saxus Elegia 12.

Sydera quum radios ſpargent tellure ſub ima.
Aera quum piſcis, cum colet æquor auis
Quum ceruus pauidus Maſſylla per arua leones
Pellet, hyems tepidi tempore veris erit.
Stroza pater lib. 1. Eroticon.
Ergo prius tellus alimenta negauerit orbi.
Et nouus Heſperio ſurget ab axe dies.
Ante Pado Tagus, atq; Atheſi miſcebitur Iſter.
Idem lib. 5. Eror.
Ergo Scylla prius, Scyllaq; aduerſa Carybdis.
Præbuerint feſſis puppibus hoſpitium.
Ante ſuo Nereus gelidas admiſerit Arctos
Æquore, terra polus fiet, & ignis aqua.
Mutatæ prius accipient noua corpora formæ.
Seneca in Herculæ furente.
Prius extinguet ortus, referet occaſus diem:
Pax ante fida niuibus & flammis erit.
Et Scilla Siculum iunget Auſonio latus.
Priusq; & multo vicibus alternis fugax
Euripus vnda ſtabit Euboica piger.
Idem in Thyeſte.
Aethereas prius
Perdunt Arctos pontus, & Siculi rapax
Conſiſtet æſtus vnda; & Ionio ſeges
Matura pelago ſurget, & lucem dabit
Nox atra terris Ante cum flammis aquæ.
Cum morte vita, cum mari ventus fidem
Fœdusq; iunget.
Idem in Thebaide.
Ipſa ſe in leges nouas
Natura vertet regeret in fontem citas
Reuolutas vndas amnis, & noctem afferet
Phœbea lampas heſperus faciet diem.
Idem in Hippolyto.
Ignibus iungens aquas,
Et amica ratibus ante promittet vnda
Incerta Syrtis. Antè ab extremo ſinu
Heſperia Tethys lucidam attolet diem,
Et hora damis blanda præbebunt lupi.
Idem in Oetæo.
Iungentur ante ſæua ſyderibus freta.
Et ignis vnde, tartaro triſti polus,
Lux alma tenebris, roſcidæ nocti dies.
Idem in Hercule Oetæo.
Antè ab occaſu dies
Naſcetur Indis, ante glacialem polum
Scytaſve tepida Phœbus officiet rota,
Idem.
Deſcendat aſtris Luna deſertis licet.
Et bruma meſſes videat, & cantu fugax
Sit deprehenſum fulmen, & verſa vice.
Medius coactis fugerit ſtellis dies.

Idem ibidem.
Ante naſcetur ſeges in profundo,
Vel fretum dulci reſonabit vnda.
Ante deſcendet glacialis vrſæ.
Sydus, & ponto vetito fruetur.
Idem ibidem.
Mutetur vrbis, uallibus currat nouis.
Iſter nouaq; Tanais accipiat uiuas.
Eraſmus in Adagijs.
Acanthida vincet Cornix.
Calphurnius apud eundem.
Aſtyle credibile eſt ſi unicas acanthida cornix.
Vocalem, ſuperet ſi turpior ædona bubo,
Prius teſtudo leporem præuerterit.
Calentius lib.2.Eleg.
Ante per ignotos errabunt ſidera fluctus,
Paſcenturq; leues æquora lata boues.
Ante a ſquamiferis habitari piſcibus æquor.
Deſinet, ante freto currere curua ratis.
Antepolos ſimilis populus inſidiabitur, ante
Proximus in uetitas corruet anguis aquas.
Pontanus lib.1.de Stellis.
Sed prius Herculei torrentia ſidera monſtri,
Solſtitio vicina domus, locaq; edite cœli.
Diffundent terris hyemem glacialibus Euris.
Ante & conſpicui ſummo decardine mundi.
Flaua Lycaonio ſurge Palantias axe,
Atque diem auerſo ſubteruet auſter Olympo,
Stabunt & cœli ſeptem labantia ſigna.
Baptiſta Pius.
Nam prius in colles robor vaga flumina ferri,
Et Nilum hyberno diluere arua gelu.
Sed prius æquorei damis iungentur Echini. Idem
Et mixto æripedi ſemine Gryphes equo.
Sythonio prius orbes tepeſcere credam. Idem.
Memnonio, & tingi poſſe colore niues.
Excelſæq; magis vndabunt piſcibus Alpes,
Nullaq; Atlantæi gurgitis vnda fluet.
Heſperioq; nitens Phæbus conſurget ab axe,
Atque pari Euphrates Tygris & ore ruent.
Idem.
Ante caput Nili deprendet & ore Seſoſtris.
Deponet virus & Stygis unda ſuum. Idem.
Promptius expediam, quot fulgeat ignibus æther,
Et quota in Oceani bellua mole natet.
Aſtra ſagittiferum præcedens fulgida miram,
Solis & obſcura nocte uehentur equi;
Magnaq; nigrantem lux irradiabit Auernum,
Luror & æthereos cinget ubiq; polos.
Et ſuperum iurare (licet metus urgeat illos)
Sancta cohors Stigias non dubitabit aquas,
Per ſyluas volitare canes uolucreſq; ferarum

Cernemus

Cernemus duri luſtrare habitare ſoli.
Committentq; lupi damæ ſua corpora roſtro,
Et lepus, Arcadico roſtra habitata cani.
Et Phaetontæi cynus non immemor axis,
Fulmineas cupiet ſcandere poſſe domos.
Deſines æquoreis caput obiectare procellis
Aeſacus,& rapidi non petes ima maris.
Turbaq; Memnonidum canet exequi alia mitis,
Iuſta,neque hæc tumuli tingetherilis humum.
Congeret aerianidum ſuper arbore perdix.
Thysbeas linques blanda columba palas.
Diliget immitem pia Dædaliona coturnix.
Fida gemeliparæ quæ tulit auxilia.
Cui volucris ſubito data verſicoloris imago,
Dum fugit omniuoli dulcia fata Iouis.
Labilis audaci congro murena relinques,
Et cum ſquamigeris Barre feres odium,
Nilicolamq; feram cantus Crocodilon Ichnemon.
Diliget,infidam rex Halietus auem,
Palladius Soranus.
Deſinet ergo prius fragili mihi gutture lingua.
Idem.
Mella prius fierent quæ ſunt contraria dulci.
Duraque ſpectares mollia ſaxa prius,
Idem.
Ergo mella prius fient contraria dulci.
Mollia dura prius fient & maxima parua.
Aut freta poma dabunt ſemper redolentia, flores,
Paſcua,rura,domos,viuentia cuncta fouebunt.
Et piſce quin terra feret quam natura prudens.
Sulcabit,tumidos fluctus quæ concita tollet.
Petrarcha.
Tum noſtro Galatea tuum de pectore nomen
Exibit,fugient proprijs dum ſedibus aſtra.
Mellis apes ſtudium linquent nidoſque columbæ,
Coniugium turtur,prædam lupus,arbuta capræ.
Cuſtodita dolor mulier, mendacia ſeruus.
Idem.
Validum prius ægra leonem
Sternet ouis,prius armigerum philomena tonantis
Vixerit.

POETICA DESCRIPTIO, QVA docemus aliquit longè lateq; fieri

Lucanus lib.2.
VNde venit Titan,& nox vbi ſidera condit,
Quaque dies medius,flagrantibus æſtuat horis,
Et qua bruna rigens, ac neſcia uere remitti.
Aſtringit Scythicum gratiali frigore pontum.
Ouidius in fine Metam.
Quaque patet domitis Romana potentia terris,
Horat.lib.3.Car.

Dicar, quà violens obſtrepit Aufidus,
Et qua pauper aquæ Daunus agreſtum
Regnator populorum.

Statius lib. 4. Syl.

Ibis, quà vagus Hercules & Euan
Vltra ſidera flammeumq; Solem,
Et Nili caput, & viues Atlantis.

Tibullus lib. 2.

Quà ſua de cœli proſpicit arua Ceres,
Quaq; patent ortus, & quà fluitantibus vndis
Solis anhelantes abluit amnis equos.

Seneca in hercule furente.

Qua lucem premit
Aperitq. Tethys, quà ferens Titan diem,
Binos propinquam tingit Æthiopes face. Idem.
Et quod occaſus videt & quod ortus. Idem.
Auroram inter & Heſperum.
Et qua ſol medium tenens,
Vmbras corporibus negat,
Quodcunque abluitur cœlum,
Longas Tethys ambitu.

Idem Theba.

Qua læta terris ſpacia frugiferis iacent,
Et qua tranſiens opulenta Pactolus vada.
Inundat auro rura.

Idem in Hippolyto.

Quæq; naſcentem videt ora Solem.
Quæq. ad occaſus iacet ora ſeros.
Si qua ferventi ſubiecta Cancro eſt,
Si qua maiores glacialis vrſæ,
Semper errantes patitur colonos.

Idem ibidem.

Qui terra mari cingitur alto, quaq; æthereo
Candida mundo ſidera currunt.

Idem ibidem.

Quicquid Oceanus vagis.
Complexus vndis, vltimo fluctu tegit.

Idem in Troade.

Quicquid Sol oriens quicquid & occidens
Nouit, caruleis Oceanus fretis.
Quicquid vel veniens, vel fugiens lauat.
Ætas pegaſeo corripiet gradu.

Idem in Medica.

Quodcunque placidis flexibus Phaſis rigat.
Pontusq; quicquid Scythicus à tergo videt.
Paluſtribus qua maria dulceſcunt aquis.

DESCRIPTIO MAGNI, ET frequentis numeri, per ſimilitudines & comparationes.

Verg. lib. 4. Georgicorum.

QVàm multa in folijs auium ſe millia condunt,
Veſper vbi aut hybernus agit de montibus imber,

Idem

Idem lib.6.Aeneid.

Quam multa in ſyluis Autumni frigora primo
Lapſa cadunt folia,aut ad terram gurgita ab alto
Quam multæ glomerantur aues vbi frigidus annus
Trans pontum fugat,& terris immittit apricis.

Idem lib.7.Aeneid.

Quam multi Lybico voluuntur marmore fluctus,
Sæuus vbi Orion hibernis conditur vndis.
Vel quum Sole nouo denſæ torrentur ariſtæ,
Aut Hermi campo,aut Liciæ flauentibus aruis.

Idem lib.6.Aen.

Quantus ab occaſu veniunt pluuialibus hœdis
Verberat inde humum,quam multa grandine nymbi
Inuada præcipitant,quum Iuppiter horridus auſtris
Torquet aquoſum hyemem,& cælo caua nubila rumpit.

Ouid.lib.11.Met.

Somnia vana iacent, totidem quot meſſis ariſtas,
Sylua gerit frondes,eiectat littus arenas.

Idem lib.4.Triſtium.

Meque tot aduerſis cumulat quot littus arenas,
Quotq; fretum piſces,ouaq. piſcis habet.

Idem lib.4 Triſt.

Quot frutices ſyuæ,quot flauas Tybris arenas.
Mollia quot Martis gramina campus habet.
Tot mala pertulimus. Idem ibidem.
Littora quot conchas, quot amœna roſaria flores,
Quotve ſoporiferum grana papauer habet,
Sylua feras quot alit,quot piſcibus vnda natatur,
Et tenerum pennis aera pulſat auis:
Tot premor aduerſis, quæ ſi comprendere coner.
Icariæ numerum dicere coner aquæ.

Idem ibidem.

Quam multa madidæ celantur arundine foſſæ,
Florida quam multas Hybla tuetur apes.
Quam multæ gracili terrena ſub horrea ferre
Limite formicæ grana reperta ſolent,
Tam me circumſtat denſorum turba malorum.

Idem lib.4.de Ponto.

Quæ numero tot ſunt,quot in horto fertilis arui
Punica ſub lento cortice grana rubent.
Africa quot ſegetes,quot Tmolia terra racemos.
Quot Sicyon baccas,quot parit Hybla fauos.

Idem lib.1.de Arte.

Gargara quot ſegetes,quot habet Methymna racemos,
Aequore quot piſces fronde teguntur aues.
Quot cælum ſtellas tot,habet tua Roma puellas.

Idem lib.1.de Arte.

Quot lepos in Atho,quot apes paſcuntur in Hybla,
Cærula quot baccas Palladis arbor habet,
Littore quot conchæ,tot ſunt in amore dolores.

Idem lib.3.

Sed neque ramoſa numerabis in Ilice frondes,

Neque

Neque quot apes Hyble, nec quot in Alpe ſerę.

Idem.

Quot nouę terra parit flores, quum vere pepenti
Vitis ait gemmas, pigraq; fugit hyems.

Stat. lib. 5. Syluarum.

Hybernos citius numeraueris imbres.
Syluarumq; comes.

Syllius lib. 7.

Quam multa affixus cęlo ſub nocte ſerena,
Fluctibus e medijs ſulcator nauita ponti
Aſtra videt, quam multa uidet feruoribus atris,
Quum Calabros urunt ad pinguia pabula ſaltus,
Vertice Gargani reſidens, incendia paſtor.

Marullus.

Non tot Attica mella, littus algas.
Montes roborę, ver habet colores.
Non tot triſtis hyems riget pruinis,
Autumnus grauidis tumet racemis.
Non tot ſpicula Mœdicis pharetris,
Non tot, ſigna micant tacente nocte.
Non tot æquora piſcibus natantur,
Non aer tot aues habet ſerenus,
Non tot Oceano mouentur vndę,
Non tantus numerus Libyſſe arenę
Quot ſuſpiria, quot Neara pro te
Veſanos patior die dolores.

Catullus.

Quam magnus numerus Libyſſę arenę
Laſer piciferis iacet Cyrenis.

Propertius lib. 2.

Non tot Achæmenijs armantur Suſa ſagittis,
Spicula quot noſtro pectore fixit amor.

Seneca in Hercule furente.

Quamuis incedit populus per urbes
Ad noui ludos auidus theatri,
Qualis Eleum ruit ad tonantem,
Quinta quum ludos reuocauit ęſtas.

Idem in Oedipo.

Non tot caducas fronde Oeta,
Nec uere flores Hybla tot mea creat.
Quum examen alto nititur denſum globo,
Fluctuſq; non tot frangit Ionium mare,
Nec tanta gelidi Strymonis fugiens minas
Permutat hyems ales, & cælum ſecans,
Torpente Nilo penſat Arctoas niues.

Baptiſta Pius.

Cærula quot piſces, quot Lesbi terra racemos,
Maſcula quot tellus thura Sabęa parit,
Pulmiferas quot habet uolucres agitabilis aer,
Gargara quot meſſes, vna Phalernus ager. Idem.
Promptius expediam, quot fulgeat ignibus æther.
Et quota Oceani bellua molle natet.

DESCRIPTIO CVRSVS LEVISSIMI, & miræ celeritatis.

Verg.lib.10.Aeneid.

Fugit illa per undas.
Ocyor & iaculo & uentos ęquante ſagitta.

Lucan.lib.1.

Et torto Balearis uerbere fundæ.
Ocyor, & miſſa Parthi poſt terga ſagitta.

Idem lib.5.

Ocyor & cœli flammis & tygride fœta.

Idem lib.9.

Calido non ocyus auſtro
Nix reſoluta tepet.

Horat.lib.2.Car.

Ocyor ceruis, & agente nymbos
Ocyor euro.

Stat.lib.6.Theb.

Quæ bello ſic tela uocant, quæ nubila cœlo
Amnibus hybernis minor eſt Iouis impetus igni,
Tardius aſtra cadunt glomeranturq; tardiu imbres.
Tardius in ſummos decurrunt flumina montes.

Idem ibidem.

Credas è plebe Cydonum.
Parthorumq; fuga totidem exilijſſe ſagittas.
Non aliter celeres Hircana perauia cerui,
Quum procul impaſti fremitum accepere leonis,
Siue putant, rapit attonitos fuga cæca metusq;
Congregat & longum dant cornua mixta fragorem.

Sidonius.

Non ſic fulminis impetus triſulci.
Non pulſa Scyticos ſagitta neruo,
Non ſulcus rapide cadenti auſtri,
Non fundis Balearibus rotata
Vnquam ſic liquidos poli meatus
Rumpit plumbea gladium procella.

Seneca in Thebaide.

Sagitta qualis Parthica uelox manu
Excuſſa fertur, qualis in ſano ratis.
Delapſa cœlo ſtella, quum ſtringens polum
Rectam citatis ignibus rumpit uiam.

Idem in Hippolyto.

Fuit inſanæ ſimilis procellæ,
Ocyor nubes glomerante cauro,
Ocyor curſum rapiente flamma,
Stella quum uentis agitata longas. Corripit ignes.

PRAECONES.

Archias præco fuit, qui tres Olympiadas uicit, & ſtatuam meruit.
Talthibius fuit Agamemnonis præco.teſtis Herodotus.
Aethalis fuit pręco, cui quãdoq; inter uiuos, q̃nq. inter mortuos eſſe concelsũ eſt.

DE MVSICA ET INSTRVMENTIS MVSICIS.

Apollinem & Mercuriũ muſicæ, & citharæ inuẽtores faciunt poetæ. Vnde Ouid. Me fide conſpicuus Troiæ munitor amauit. Valer.Flacc. Muſarum chorus, & citharę

citharæ pulſator Apollo. Plinius: Item Apollinem citharœdum, ſerpentemque eius conficit ſagittis.

Pana deum fiſtulæ repertorē faciunt. Virg. Pan primus calamos cera coniungere plures Inſtituit. Eandem ob causā Sidonius Panas vocat cicuticines, vbi ait. Alta cicuticines liquerunt Mænala Panes, Poſtq. chelyn placuit fiſtula rauca Ioui.

Sambucam inſtrumentum muſicum reperit Ibycus Rheginus. De tribus citharædis omnium prę̨ſtantiſſimi meminit Pacificus his verbis.

Orpheus Eurydicen cithera reuocauit ab Orco.
Eq;, ſuis mouit ſaxa nemuſq;, iugis.
Piſce fuit pelagus per longum vectus Arion.
Hac etiam Amphion mœnia ſtruxit ope.

Porrò armoniæ rationem primus extulit in lucem Ariſtoxenus repertis etiam inſtrumentis, deinde Ptolemęus, Nicephorus, & Gregor. Commentatores in ea fuerunt Pappus, Theon, Alypius, Gaudentinus, Iſacius, Apuleius, Boetius.

Liram trium cordarum inuenit Mercurius Aegyptius. Quintam chordam Corœbus Atys filius. Sextam Hiagnis Phryx. Septimam Terpander. Lyram primus attulit in Græciā Cadmus Agenoris filius. Lyra plectro, & digitis percutiebatur. Parū antiquitus differebat a cithara. Hoc inſtrumentum factum in formam teſtudinis, vtramque nunc exigit manum.

Epigeneum inſtrumentum erat muſicum, ab Epigono inuentore dictum: hoc ſine plectro pulſabatur chordis 40. Toſinon chordis 35.

Monochordum fuit Arabum, Pentechordum Scytharum. Pſithyros Lybicorum Pſalterium exercebatur in hymnis, Barbyton terrachordum Anacreontis inuētum in Lyricen, Pſalterio canens vocatur Pſaltes, & Pſalmicen à Sidonio.

Olim Magada vocabatur a Magado inuentore. Magades apud Anacreōtem cithara eſt 30. chordarum.

Sambuca ſoni erat acutiſſimi, à Sambuco inuentore nominata. Ea vtebantur Parthi, & Troglodytæ.

Tribus prębebat uſum trium citharar ū, vt tres citharœdi concordes viderentur pulſare. Habebant enim triplicem harmoniam.

Cymballa, & Crotali agitabantur manib. Fuit olim multiplex Tibia: Threnetica, qua utebātur ad luct⁹ Thebani eā ex ceruinis oſſib. factitabāt. Scythæ ex oſſib. aquilarum, & vulturum. Ægyptij ex calamis. Anthippus in tibijs reperit harmoniam Doricam, & Lydiam, Nichophales Athenam tibiam ſacram Mineruæ.

Odontiſmus erat quatuor foraminum.

Parœnię erant tibię, quibus vtebantur in conuiuijs vt Spondiacæ aptæ erāt hymnis. Choricę, dithyrambis. Hipertelię, virorum choris: Parathretæ, threnis.

Naulium erat muſicum inſtrumentū Organo ſimile, Monaulon erat cōuiuiorū. Caulas poſuit Philemon. Volater. eas putat, quas hodie cornu muſas vocāt. Phenix fiebat inſtar coni galeę, Fiſtula compingebatur ex cānis, lino, & cęra. Cornibus, Tubis, Lituis, & Buccinis utebantur in bello. Nunc etiam Tympano.

Lacedæmonij inſtrumentis muſicis ſuorum animos ad bellum eulbrabant.

Pandura apud Lampridium, nomē eſt inſtrumenti muſici, quod qui pulſat, uocaē Pāduros. Tibicines, Fiſtulicines, Cicuticines, Pſalmicines, Citharœdi, Cithariſtæ, Lyriſte, Choraulæ, Tympaniſtę dicūtur, qui his muſicis inſtrumētis vtūtur. Iulius Pollux multa inſtrumēta ad hāc artem facientia, enumerat: Interea quæ pulſantur, inquit, ſunt Lyra, Cithara, Barbiton, Pſalterium, Phœnix, Spadix, Lyrophœnicium, Clepſiābus, Pariābus, Iambice, Scindapſus, Epigoneū, Hypolpadius. Cęlius ait. Naulum alio nomine Pſalterium dici. Fuit & Crembalum orgaum. De generibus tibiarum Cęlius lib. 5. lec. an. cap. 23. 25. & 26.

MVSICI ET CANTORES.

Laſus Hermineus (qui floruit principante Dario) Primus de Muſica ſcripſit, & di

thyramborum certamen primus protulit.

Nicomachus fuit etiã Muſicus quem Plinius ſcribit multas gẽmas habuiſſe, ſed nulla peritia electas, ſed forte quadam.

Chryſogonus fuit modulator, qui tanta arte remigium manus dirigebat, vt quum remorum pulſum Chryſogoni cantib. accommodarent, delectabilem, & iucundam redderent harmoniam.

Terpander Lesbius accerſitus à Lacedęmonijs, qui ſeditionib. inter ſe tumultuabãtur ſuauitate cantus eorũ animos adeo deliniuit, vt redirent in amicitiam, & a ſeditione deſiſterent. Vnde Lesbij cantores primus ſemper meruerũt Spartanorum iudicio.

Thimotheus Mileſius muſicus decimam & vndecimam Lyſæ chordã addidit, & antiquam muſicam in meliorẽm modũ mutauit. Eius ſono excitatum fuerunt Alexandrũ, & ad res bellicas alacrius euibratum. Huius Timothei meminit Cicero lib. 2. de Legibus.

Xenophilus muſicus fuit patria Chalcidẽſis, qui annos 107. vixit citra ullũ corporis incommodum, quæ magna eſt homini felicitas. Plin.

Scylax Cariandæus mathematicus, claruit etiam arte muſica.

Simon Magneſius in ſignis muſicus neglecto ſuperiorum muſicorum more, Simodiam introduxit, & ſicut & Lyſis Lyſiodiam.

Plutarchus ait Menedemum fuiſſe muſicum, & diſcipulum Ariſtotelis.

Ariſtoxenus genere Italus, patria Tarẽtinus cognominatus eſt muſicus, ꝑpter peritiam eius artis, autor Plutarchus in Ariſtotele.

Ialemus Calliopes fuit filius, muſicus quidẽ, ſed infelix, & in cantu multũ frigidus. Hinc Ialemi cantilenam, pro deſpicabili & abiecta poſuerunt.

CITHAROEDI INSIGNES.

Orpheum Apollinis, & Calliopes filiũ poetæ faciũt principẽ muſæ Lyricæ, adeò vt fabularentur delinitas eius cantu arbores, ſuis ſe locis exercuiſſe, ſenſificatas cautes egiſſe choros, fluuios curſum cohibuiſſe, ex armatas feras poſuiſſe feritatem, & alias id genus incredenda. Quod ideo fictum eſt, quoniam agreſtes, & beluino ꝑpẽritu degẽtes homines ad meliorẽ vitę cultũ redegiſſet. Vnde Horat. in Arte. Syluestres homines ſacer interpreſq. deorũ Cędibus, & fędo uictu deterruit Orpheus, Dictus ob hoc lenire tygres, rapidoſq. leones. Fingitur etiam inferis cantu ſuo exortaſſe Euridicẽ vxorem, ea lege, vt ſequentem a tergo nõ proſpiceret, pr. uſquã ad ſuperas auras ambo redijſſent. Cui legi quũ amor nimius ſtare non permiſiſſet uatẽ, Euridicẽ demum euanuiſſe fuerunt. Ver. lib. 6. Aen. Si potuit manes accerſere cõiugis Orpheus Threicia fret' cithara, fidibuſque canoris, Ab Orpheo Lyra vocatur Hęmonia, Threicia, Orphea, Biſtonia, et Biſtonis, ꝗ Thrax fuerit natione. Oui. li. 4. Triſt. Hemonia curas attenuaſſe Lyria, Idem in Epiſt. Threiciam digitis increpuiſſe Lyram.

Dorceus cantu citharæ apud Thraces ſecũdam poſt Orpheũ meruit palmã. Val. Flac. li. 3. Argon. Protiuus inſignem cithara cantuq. fluẽtẽ Dorcea, qui dulci feſtis aſiſtere menſis, &c.

Amphionem poetæ fabulãtur Lyriæ adeo peritum fuiſſe, vt ſequentib us cantum ſcopulis Thebarum muros cõdiderit. Horatius in Arte. Dictus & Amphiõ Thebanę conditor vrbis Saxa mouere ſono teſtudinis, & prece blãda Ducere quo vellet. Martianus Capella: Nã Orpheus, Amphiõ, Arionq. doctiſſimi, aurata omnes teſtudine conſonantes flexanimum pariter reddidere concentum.

Philamon fuit Apollinis filius, clarus cithara. Ouid. libro 11. Naſcitur è Phœbo (namque eſt enixa gemellos) Carmene vocali clarus citharaque Philamon.

Linus Apollinis & Vraniæ filius, Lyricæ muſæ fuit peritiſſimus, in qua magni nominis diſcipulos habuit, Orphea, Thamiram, & Herculẽ. De hoc Propert. lib. 2.

Tunc

Tunc ego ſin Inachio notior arte Lino. Hũc ab Hercule plectro & cithara occiſum ferunt, dum eũ ruſticus canentẽ acerbe nimis corripuiſſet. Cæl. c. 64. li. 10.

Arion Methymnæus citharœdus & poeta Lyricus, dum Lesbon patriã peteret, videretq. inſidias & coniurationem parari ſibi a ſocijs (quibuſcũ nauigabat) propter opes, quas ferebat ſecum, rapta cithara, nonnihil prius modulás, in mare ſe coniecit, Cuius cantu illectus Delphin dorſo exceptũ portauit ad littus, & exemit a periculo. In cuius rei monumentũ erecta ſtatua cum Græco epigrãmate, quod Volaterranus latinũ fecit hoc modo: Cernis amatorem, qui vexit Ariona, Delphin, A Siculo ſubiens pondera grata mari. Oui. li. 2. Faſt. de eo abunde meminit. De hoc etiam loquuntur Gel. lib. 6. ca. 19. & Hero. in Clio. Ab Arione lyra vocatur Arionia. Idem Oui. 3. de Arte: Quamuis mutus erat, voci fauiſſe putatur Piſcis Arioniæ fabula nota lyræ.

Carneus fuit Cithariſtes, qui Terpandrum uiciſſe legitur.

Stratonicus fuit citharœdus, qui habuit in ludo nouẽ Muſarum imagunculas, & Apollinis unã, diſcipulos duos. Propterea interrogãti cuidam, quot haberet diſcipulos, Cum dijs, inquit, duodecim. Idẽ ridere ſolebat, & cauillis nonnũquã aſpicere duos alios ſua ætate cithariſtas, Propin Rhodiũ & quẽdam qui Bos vocabatur, quod imperiti eſſent & rudes in arte.

Connus fuit fidicen, quo præceptore hac in re vſus eſt Socrates, qui apud Platonẽ de eo ſic meminit: Vnũ tamẽ uereor, ne his dedecori ſim, quemadmodũ Cono Metrebij filio cithariſtæ, qui me etiam in fidib. docet. Pueri igitur condiſcipuli me quotidie rident, & Conum ipſum ſenum magiſtrum nuncupant.

Epicles fuit cithariſta, magno quondam in precio apud Athenienſes, quẽ Themiſtocles orauit, vt apud ſe artem exerceret. Volebat enim domum ſuam a multis frequentari.

Pylades fuit citharedus, qui quoſdam Timothei verſus audiente Philopemene cãtauit ad citharam. Quorũ ſequens citatur a Plutarcho, Hoc duce libertas Græcas ornauerat vrbes.

Philomelus nomẽ eſt citharœdi apud Martial. li. 3. Plus habuit Didymus, plus Philomelus habet.

Aristonus citharœdus, fuit qui quũ ſexies Pythia uiciſſet, vt Lyſandri amicitiã demereretur, pollicitus eſt ſeruum eius palam proclamaturam, ſi denuò uinceret.

Hipparchion & Ruffinus præcipui fuerunt apud Græcos citharœdi, qui quũ ſolẽnibus ludis inter ſe certaturi eſſent, cõtigit ut theatri tumultu & ſtrepitu cõmotus & attonitus Hipparchion obticuerit. Vnde natũ prouerbium, Mutus Hipparchion, de his qui repente ſilent, a quibus tamen grande aliquod expectatur.

Clinias philoſophus fuit ſecta Pythagoreus qui ſi quãdo ad iram cõcitaretur motus animi ſumpta protinus cithara leuabat: quod & Achillem feciſſe prædicãt.

Corœbus filius Atys regis Lidorum in cithara quintam chordam iuuenit.

Eunomius Citharædus Locrenſis ſtatuã meruit, quæ inſidientem citharę cicadã habebat Nam quum in certamine (quod cum Ariſtone regio muſico de cãtu ſuſceperat) chorda vna fracta defeciſſet, cicada ſuperuolas vocẽ fertur ſuppleuiſſe.

Phrynis Mitilenæus diſcipulus Ariſtoclidis primus apud Athenienſes pulſauit citharam, & vicit Panathenea.

Nicoſtratus & Laodocus citharœdi fuerunt, qui quũ in certamen ueniſſent, Nicoſtratus dixit, Laodocum eſſe in magna arte paruum, ſe vero, in parua magnum.

Aſpendius fuit cithariſtas, qui omnia ſibi intus ceciniſſe dicitur.

Moſchus citharædus fuit imperitus qui citra reſpirationẽ diu & in lõgum producebat uocem, neq; tamen ſonabat aliquid, quod ad ſtomachum auditorum faceret. Hinc adagium natum, Moſchus canens Bœoticũ: in multiloquos & intẽpeſtiuos locutores. Bœoticum genus erat cantionis. Eraſmus.

Demodocus fuit citharædus, quẽ Homerus inducit canẽtẽ in cõuiuio Alcinoi re

gis Phęacum, vbi Alcinoos ipſe Democum uocat diuinum cantorem.

Iopas, nomen eſt citharœdi apud Verg. lib. 1. Aen. ſcribentẽ: Cithara crinitus Iopas Perſonat aurata, docuit quæ diximus Atlas. Idem lib. 9. facit Cretea quẽdã Philomuſum & Liticum, ubi ait: Et Clycium Aeolidẽ & amicũ Cretea muſis, Creta Muſarum comitem, cui carmina ſemper. Et citharæ cordi, numeroſq. intendere neruis, Semper equos, atque arma virum, pugnaſque canebat.

Apud eundem Iapys nomen eſt auguris & citharædi lib. 12. vbi ait: Iamq; aderat. Phębo ante alios dilectus Iapys Iaſides, acri quõdã cui captus amore. Ipſe ſuas artes, ſua munera lætus Apollo Augurium citharamq; dabat, celereſque ſagittas.

Thamyras citharędus fuit Thracius, Lini diſcipulus, quem poetæ à Muſis fabulãtur excęcatum: quod eas ad certamen cantus irritaſſet.

Cõna fuit citharędus, ſeu lyriſta, extremę ſortis, qui deuorato patrimonio factus eſt pauperimus, & homo nihili. Hinc adagium, Connę calculis, hominem nullius momenti, cuiusq; opinio nihili ęſtimatur.

Fortiſſimus Græcorũ Achilles muſicis cantibus oblectebatur adeo, vt è Chirone Theſſalo harmoniã lyricã voluerit edoceri, qua mergentes animi curas diſcutere, & priſtinæ ſerenitati reſtituere ſe ſibi poſſet. Sciebat enim nihil eſſe vtilius mortalium uitæ, quam remedium habere ad abigendas ægritudines mẽtis, medullarũ, & omnis lętitię populatrices. De Chirone & Achille, Horat. in Epodis: Nobilis ut cecinit grãdi Cẽtaurus alũno, vide caput de Præceptorib. virorũ illuſtriũ. De Chirone, Sidõ. Apollinaris. Hos iter Chirõ ad plectra ſonãtia ſaltãs

Achillẽ imitatus Alexãder Macedo citharæ dedit operam, vt haberet vnde ſeueras de monarchia & principatu meditationes quandoque reprimere, aut exercitio maiore fatigatum corpus ſubleuaret.

Hermogenes fuit citharedus, qui Iulio Cęſari ſuauitate cantus admodum placuit, apud Martialem nomẽ eſt furis mapparum. Apud Horat. lib. 1. Ser. nomẽ cãtoris vbi ait: Vt quãuis tacet Hermogenes cãtor, tñ atq; Optimus eſt modulator.

Terpinus fuit citharędus, cuius cantu oblectatũ Neronem ſcribit Trãquillus his verbis. Statim vt imperium adeptus eſt, Terpinum citharædum, vigentem tũc præter alios acceſſit, diebusq; continuis poſt cęnam canenti in multam noctem aſſidens, paulatim & ipſe meditari exercitarique cępit, nec eorum quicquam omittere, quæ generis eius artifices vel conſeruandæ vocis cauſa, vel augendę factitarent.

Fuit & Tarpeius citharędus Veſpaſiani tempore, autor Tranquillus.

Diodorus cithariſtes fuit tẽpore Veſpaſiani, cuius arte princeps delectatu, multis eum donis cumulauit. Mar. Tarpeias Diodorus ad coronas Romam quũ peteret. Pharo relicta.

Anaxenori citharœdo M. Antonius tributa quatuor ciuitatum legenda conceſſit propter eius artis peritiam.

Echion & Glaphyrus nomina sũt citharędorũ apud Iuuen. Sat. 6. ubi ait: Accipis vxorem, de qua citharędus Echiõ, Aut Glaphyrus fiat pater Ambroſiusq, Choraules. Hic Choraules proprium eſt nomen fiſtulicinis.

Hydimeles nomen eſt etiam citharędi apud Iuue. Sat. 6. ſcribẽtẽ. Quo tenet Hydimeles operam ſedit, hũc tenet, hoc ſe ſolatur, gratoq; indulget baſia plectro.

Amębeas citharędus fuit caſtiſſimus, qui vxorem nunquam attigit.

Toinus nomen fiſtulicinis pagani apud Mantuanum, ſcribentem in Bucolicis. Et cum multifori Toinus cui tibia buxo, Tandẽ poſt epulas & pocula multicolorem Ventriculum ſumpſit, buccaſque inflare rubentes Incipiens oculis apertis, ciliiſq. leuati Multotieſque allis flatu a pulmonibus hauſto Vtrum impleuit, cubito vocem dat tibia preſſo. Nunc huc, nunc illuc digito ſaliente vocauit Pinguibus a menſis iuuenes ad cõpita canto Saltidico, dulcique diem certamine clauſit.

TIBICINES.

Philiſtus Mileſius, muſicæ primùm operam dedit, euaſitque clariſſimus tibicē. Ad oratoriam demum conuerſus, auditor fuit Iſocratis.

Olympius Myſius tibicen citharę legē dedit modosq; pulſandi reperit, & docuit.

Marſias tibicē, Phryx natione, tibijs à Minerua inuentis, auſus eſt Apollinē ad certamen prouocare, a quo victus & excoriatus eſt. De quo Ouid. lib. 6. Met.

Mymnermus Colophō poeta fuit Elegiographus, & tibicē clariſſimus. Strab. li. 4.

[illegible]rus fuit tibicen, natione Alexandrinus, vt eſt apud Cor. Tacitum.

Batalus fuit Epheſius tibicen, qui calceamētis fœmineis primus omniū in ſcena viſus eſt, fractiſq; cantibus tibiarum artem emolliuit. Hinc Batalos vocamus mu[illegible]roſos, & parum viros homines.

Agathon fuit tibicen, cantilenarum ſuauitate cōmendabilis, ſed molliciei nota famoſus. Ab eo Agathonia cantio dicitur oratio blanda magis, quam fructuoſa.

Babys frater fuit Marſyæ quē quum Apollo excoriato Marſya vellet quoque perdere, ſuplicium deprecata eſt Minerua, dicens; Babym abiectorem eſſe, & infelicius canere, quàm vt dignus eſſet ſupplicio. Quibus uerbis pacatus Apollo Babym contempſit, ſuaque inſcitia grauiter ſatis punitum credidit. Hinc adagiū Peius Babys tibia canit.

Lamia mulier fuit ætate Demetrij formoſa, quæ tibijs optimè fertur cecinisſe, & canendi ſuauitate magnā apud homines promeruiſſe gratiam. Qua arte ſic Demetriū ineſcauit, vt ille nihil haberet charius, & quod maiore beneuolētia proſequeretur. autor Plut.

Iſmenias tibicen fuit peritiſſ. Antigenis diſcipulus, qui teſte Boetio, multis ægritudine laborātib. omnes animi moleſtias abſterſit. Solitus erat gēmis uti fulgentibus & precioſis, vt ea oſtētatione artes Muſicæ pluris æſtimarentur. Antiſthenes quum audiſſet Iſmeniam optimum habere tibicinē: At inquit, eſt homo nequam. Nō enim (ſi probus foret) tibicen eſſet. Quo dicto muſicos arguebat, vt unguētarios & miniſtros voluptatum. Idem feciſſe fertur Philippus, qui cū accepiſſet filium ſuauius alicui ceciniſſe, tacitè cū obiurgauit, Non te pudet, in[illegible]iens quòd tam bene canere ſcias?

Iſmeniæ æqualis fuit Dionyſiodorus & æmulus: Plinio teſte.

Hippomachus fuit tibicen, qui quum uideret à plebe laudari diſcipulum, quē in arte peccare cognoſcebat, baculo tactū deſiſtere iuſſit, dicens, Maximum erroris argumentum eſſe, quòd ab ignara turba laudaretur.

Antigenides Thebanus fuit muſicus & tibicē, Philoxeni diſcipulus, qui calceamētis Mileſijs, & laſciuioribus primus vſus eſt. Huius meminit Plinius. Idē (vt eſt apud Ciceronem in Bruto) diſcipulo frigenti ad populum, dixit: Mihi cane, & Muſis. De eo uide non nihil apud Gellium.

[illegible]onomus tibicen fuit, qui barba vtebatur promiſſa, & ueſtitu nimis accurato, adeò vt molliciei ſuſpectus haberetur.

Tellen fuit tibicen, qui ſuauitate cantus ſequenti prouerbio locum fecit: Cane ea quæ ſunt Tellenis, quòd optima fuiſſent.

Macrobius ſcribit Octauium Herenum fuiſſe quēpiam prima adoleſcentia tibicinem, qui arti ſuæ diffiſus, mercaturam poſtea inſtituerit.

Canus fuit chorauſes & tibicē, qui multas pecunias accepit à Galba, quū eum in [illegible]na delectaſſet. Mart. li. 10. Et concupiſcat eſſe Canus Aſcaules. Tranq; Cano autem choraulę mire placenti denarios quinq; donaſſe, prolatos manu ſua peculiaribus loculis ſuis.

TVBICINES.

Miſenum Aeolidem Vir. ait fuiſſe tubicinem Hectoris: mortuo demum Hectore, adhæſiſſe: Aeneæ comitem, & laudē à Tritone deo ſubmerſum, quòd ad certamen tubæ deos marinos irritaret, Verba Virgilij ſunt hæc: Atq; illi miſenum:

in littore ſicco. Vt venere, vident indigna morte peremptum, Miſenũ Aeolidẽ, quo non præſtantior alter Aere ciere uiros, Martemq; accendere cãtu. Hectoris hic magni fuerat comes, &c.

Triton fertur eſſe deus & tubicem marinus, Ouid. lib. 2. Met. Cæruleos habet unda deos Tritona canorum.

Stentor fuit tubicen in bello Troiano, cui Homerus ferream & inuictã tribuit uocem. Iuuen. Sat. 13. Tu miſer clamas, vt Stẽtora vincere poſſis. Homerus apud Eraſmum: Stentoris in ſpecie ualidi, cui ferrea vox, quinquaginta alios æquas clamore ſonoque.

Olympius Phrygius tubicen fuit ætate Midæ regis.

Aglais Megalis filia tubicino vitam fouit.

Agyrtes nomen eſt tubicinis apud Statium in Achil. li. 4. ſcribentem: Tecũ lituo bonus adſit Agyrtes, Occultansque tubam tacitos apportet in vſus.

S Y R E N E S.

Syrenes filiæ fuerunt Acheloi & Caliopes Muſæ, quarum primam voce, ſecundã cithara, tertiam tibijs aiunt canere. Hę cantus amœnitate dicuntur ſopire nautas, ſopitos demum ſubmergere: unde & pro meretricibus accipi ſolẽt, quæ uerborum lenocinijs blandiuntur, vt totum exurgant hominem. Corpus habent ſuperne fœmineum ab vmbilicum vſq;, inferne deſinunt in piſces. Earum autẽ nomina ſunt, Agaloſi, Thelcipoi, Piſno, Ilıais, Sunt qui Parthenopen urbem dictam velint ab earum una, quæ ibidem tumulata ſit, nomẽque habuerit Parthenopeia. Alij Leucoſiam, & Ligiam nymphas faciunt.

HISTORIOGRAPHI PLERIQVE
Gręci, & Latini.

Ablabius Gothus, ſcripſit de bello Gothorum.

Aeliodorus præſul Tricenſis, quę ciuitas eſt Theſſaliæ, ſcripſit Aethiopicam hiſtoriam lib 11.

Aelius Lampridius ſcripſit de Geſtis Imperatorum ad Conſtantinum Magnum.

Agathias Græcus hiſtoriam Francorum.

Ammianus Marcellinus uitam quorundam Imperatorum.

Anaſtaſius Lateranenſis, ſcripſit hiſtoriam Eccleſiaſticam vſque ad ſua tempora.

Andronicus ſcripſit res Alexandri.

Antipater Iolai filius, & Philippi Macedonis miles, ſcripſit hiſtoriam Perdicę, & res Illyricas.

Appianus Alexãdrinus 22. libros hiſtorię Romanę cõpoſuit, & geſta Imperatorũ.

Apollon. Aphrodiſeus, ſcripſit res Carias, de Trallib. de Orpheo, eiusq; miniſterijs.

Arrianus ſcripſit hiſtoriã Alexandri Magni 8. libris. Emicuit Romæ ſub M. Antonio, & Adriano principibus: à quibus ob literas conſularem meruit dignitatẽ.

Aſellius Sempronius, ſcripſit bellum Numantium.

Aufidius Baſſus, ætate Quintiliani ſcripſit bellum Germanicum.

Bairon hiſtoricus, ſcripſit breuiarium rerum ab Alexandro geſtarum.

Bemarchus Ceſarienſis, ſcripſit res geſtas Conſtantini principis, libris decem.

Blondus Foroliuienſis de Roma triumphante.

Boccatius ſcripſit de Caſibus uirorum illuſtrium.

Cadmus Mileſius, ſcripſit hiſtoriam de Mileto, ac totius Ioniæ regione, libris 4.

Calinius Syrius, de geſtis Alexandri, vt etiam Calliſthenes Olynthius.

Caliſtus ſcripſit heroico verſu hiſtoriam Iuliani principis.

Capito Lycius, compoſuit hiſtoriam Iſauricam lib. 8.

Charon Lampſacenus, ætate Darij primi ſcripſit Aethiopica libris duobus. Cretẽſia item, & Græcanica.

Charon Carthaginenſis, ſcripſit tyrãno quotquot in Aſia atque in Europa fuere. Item vitas clarorum uirorum libris 4. Illuſtrium fœminarum libris totidem.

Charon

Charō Naucratica,ſacerdotes Aegypti,& reges q̄ fuere ab initio in qualibet gēte.

Choerilus Samius,ſcripſit Athenienſium victoriam contra Xerxem,& pro ſingulis uerſibus ſingulos ſtateres aureos recepit.

C[illegible]earchus Solenſis ſcripſit de uaria hiſtoria.

[illegible]tarchus comes fuit Alexandri,qui eius geſta conſcripſit.

Criſpus Salluſtius ſcripſit bellum Catilinarū,& Iugurtinū,& Romanas hiſtorias inſtar Liuij,in quo opere citatur ſepenumero ab antiquis. De hoc Martial. Criſpus Romana primus in hiſtoria.

Cri[illegible]o Pieriota(ciuitas eſt enim Macedoniæ Pieria)ſcripſit res Perſicas,Siculas,& Macedonicas.

Q[illegible].Curtius ſcripſit de geſtis Alexandri Magni,ſed opus eius mancum eſt,& imperfectum.

Da[illegible]aſcius Sigiæus,ſcripſit de rebus in Græcia geſtis. Præterea de parētibus eorū [illegible] ad Troiam profecti ſunt. Item de poetis,& Sophiſtis.

Da[illegible]s [illegible]hrygius,Græcè ſcripſit bellum Troianum,cui ipſe interfuit.

[illegible] [illegible]rcinonenſis,ſcripſit omnimodam hiſtoriam.

[illegible] [illegible]ius ſcripſit Romanam hiſtoriam li. 80. Præterea geſta Traiani principis, & [illegible] Arriani philoſophi. Hiſtoriam eius integram non habemus.

[illegible] [illegible]liæus,ſcripſit uirtutibus Alexandri Magni libros decem.

[illegible] Laertius ſcripſit de vita & moribus philoſophorum.

Diodorus [illegible]ulus ſcripſit hiſtoriam,quā Bibliothecam inſcripſit. Continet autem [illegible]es Romanas,& varias libris 46. Floruit Auguſti ſeculo.

D[illegible]yſius [illegible]alicarnaſſæus Auguſti tempore Romanam ſcripſit hiſtoriam.

D[illegible]yſius M[illegible]e[illegible]us ſcripſit res Perſicas,& quæ poſt Darium ſecuta ſunt.

[illegible]ippus ſcripſit hiſtoriam eccleſiaſticam libris quinque.

E[illegible]s Cu[illegible]æus,auditor Iſocratis, ſcripſit hiſtoriam ab exilio Troiæ, vſq; ad ſua tempora libris 30.

E[illegible]ho[illegible]us C[illegible]mæus,ſcripſit Galeni principis hiſtoriā libris 27. Præterea Corinthiaca,& quædam alia.

E[illegible]merus Meſſanus,hiſtoriam finxit titulis & inſcriptionibus ſacris.

[illegible]s ſcripſit hiſtoriæ libros decem,de Præparatione Euangelica,& Epitomē [illegible]mporum.

[illegible]tach[illegible]us Epiphaneus,ſcripſit temporum Epitomen ab Aenea uſque ad Anaſta[illegible]um principem.

[illegible]pius Afer,diſcipulus Auguſtini,ſcripſit Epitomen Romanæ hiſtoriæ ab vr[illegible] [illegible]ndita vſque ad Valentem principem & Iouinianum.

[illegible] Ruff[illegible] ſcripſit Epitomen rerum Romanarum.

[illegible]s ſcripſit hiſtoriā Romana ſuccincta breuitate. Itē Epitomē in libros Liuij.

[illegible]atus præſul Pictauiēſis geſta ſanctorum partim pedeſtri, partim ſoluta cō[illegible]ſcripſit oratione. Gargilius Mart. uitas Imper. tempore Alexandri principis,cu[illegible]s uitam diligentius perſecutus eſt.

G[illegible]na[illegible]ius Maſſilienſis,ſcripſit de Viris illuſtribus Theodoſij tempore.

H[illegible]o[illegible]anus Alexādrinus,ſcripſit Imperatorum hiſtoriam,quæ ad nos integra nō peru[illegible]it

[illegible]o[illegible]s ſcripſit hiſtoriam libris nouem,ex numero & nominibus Muſarum,in[illegible]s a Cyro Perſarum rege.

[illegible]ch[illegible]us Mileſius compoſuit hiſtoriā libris ſex, in quibus complectitur impera[illegible]orum, tyrannorum,& diuerſorum gentium res geſtas,vſque ad ſua tempora.

[illegible]ronymus Rhodius,ſcripſit res geſtas à Demetrio Poliorcete.

[illegible]cus Rheginus hiſtoricus,vixit apud Polycratem Samiorum tyrannum.

I[illegible]annes Scilax,ſcribit de Imperatoribus Conſtantinopolitanis.

I[illegible]ſephus Iudæus cōſcripſit Græcè antiquitatis Iudæorum hiſtoriam lib. uiginti, ab

ab exordio mundi uſque ad 13.annum Domitiani.Bellum verò Iudaicum cũ Romanis geſtum libris 7.
Iræneus præſul Lugdunenſis hiſtoriam ſcripſit eccleſiaſticam.
Iſidorus præſul Hiſpalẽſis,ſcripſit de viris illuſtribus.Hiſtoriã ꝑterea ab Adamo vſque ad ſua tẽpora & res Longobardorũ, & breuẽ quandam Coſmographiã.
C.Iulius ſenatores Romanas Græcè ſcripſit.
Iulius Cordus ſcripſit vitas imperatorum.
Iuſtinus fecit epitomen in Trogum tantaſtj li felicitate,vt alienum prop è inuẽtũ ſibi uendicarit.
Iuſtus Tiberienſis,texuit hiſtoriam rerum Iudaicarum.
Leo Alabãdæus,ſcripſit hiſtoriã de Caribus libris 4.De Licijs,duobus.Artẽq́Rhetoricam,bellum Phoſcenſium,& Bœotiori.
Leo Biſantius,ſcripſit res Bizantij a Philippo geſtas.
Liuius Patauinus,ſcripſit hiſtoriam Romanam.
Marius hiſtoricus,ſcripſit principum Romanorum uitas.
Marſya Pelleus,ſcripſit res Macedonias libris 10. a primo rege vſque ad Alexandrum.Item de rebus Atticis lib.11.
Milliſandrus Mileſius,ſcripſit bellum Lapitharum & centaurorum.
Menechmus Sicyonius ſcripſit hiſtoriam Alexandri Magni.
Nicolaus Damaſcenus,ſcripſit hiſtoriam vniuerſalem li.20.& vitam Auguſti ſeparatim,apud quem in tanta fuit dignatione,vt imperator ipſe placentas ab amicis acceptas vocaret Nicolaus.
Nimphis Heracleotes,ſcripſit hiſtoriã Alexãdri,& eius ſucceſſorum,libris 24.De Heraclea 13.vſque ad euerſionem tyrannorum.
Oneſcritus,Alexandri incunabula & originem ſcripſit.
C.Oppius commentarios Iulij Gæſaris continuauit,ſcripſitq; bellũ Hiſpaniẽſe.
Paſæphaius Abydenus ſcripſit Cypriaca,Attica,& Arabica.
Paulus Foroliuienſis hiſtoriam ſcripſit Longobardorum.
Paulus Oroſius reliquit hiſtoriam ab initio mundi vſque ad Honorij principis tẽpora deſcribens.
Pauſanias Cæſarienſis ſcripſit vniuerſæ Græciæ geographiam,cum eius hiſtorijs.
Phercydes Lerius,ſcripſit de Clero,de Iphigenia,de feſtis.
Philo Herenius biblius genere grãmaticus,ſcripſit de ciuitatibus,& viris claris,libros 30.
Philochorus Athenienſis ſcripſit libros Attidis 17.qui continent res Athenienſiũ, & reges,magiſtratus,vſque ad Antiochum,Deum cognomento.
Philiſtus Syracuſanus,propinquus Dionyſij tyranni,ſcripſit res Siculas lib.12.
Phlegon Trallianus libertus Auguſti,ſcripſit hiſtoriam Olympiadũ libris 16.vſq; ad olymp.29.De factis Romanorum libros 4.Item de nominibus locorũ urbis Romæ.& Epitomen Olympionicarum,libris duobus.
Piſandrus Larandæus,ſub Alexandro Mammeæ ſcripſit variam hiſtoriã verſibus & libris 4.
Pyſiſtratus Laryſſæus,fuit hiſtoriarum ſcriptor.
Plinius 11.ſcripſit hiſtoriam naturalem,opus apprime utile,ſi careret mendis.
Plut.Cheronæus,ſcripſit vitas multorũ illuſtrium virorum.Item Apophthegmata.Parallelas,& alias plurima.
Palemon Helladicus, ſcripſit de origine ciuitatũ Phocidis, Ponti, Lacedemoniæ Geographiam,de Curſu ſolis libros tres.
Polybius Scipionis Afrix.præceptor ſcripſit Romanã hiſtoriam libris quadraginta,quorum pauci ad nos peruenerunt.
Poſſidonius Olbiopolita,ſcripſit poſt Polybium hiſtoriã libris quinquaginta duobus uſque ad bellũ Cyrenaicum,& Ptolomæi.Præterea declamationes rhetori

cas,& argumenta in orationes Demoſthenis. Floruit ętate Strabo. Priſcus Panites, magiſter epiſtolarum Theodoſij iunioris, ſcripſit hiſtoriā Conſtantinopolitanam & Athilæ, libris 8. Præterea declamationes & epiſtolas.

Proſper præſul Rheginus, ſcripſit de uita ſolitaria, de temporibus ab Adam vſque ad ſuum ſeculum.

Prudentius quoque hiſtoriam ab Adam carmine exorſus eſt.

Ptolemæus Lucenſis, ſcripſit hiſtoriam pontificū vſque ad Celeſtinum quintum, cuius tempore ipſe floruit.

Robertus Gaguinus hiſtoriam Gallorum regum, quem noſtra ætate imitatur Paulus Æmilius.

Sabellicus hiſtoriam vniuerſalem ab exordia mundi ad ſua tempora.

Sabinus Maſurius, ſcripſit Faſtorum & rerum memorabilium libros.

Saxo Grammaticus ab hinc paucos annos ſcripſit hiſtoriam regū Danorum, magna verborum elegantia.

Secundus Tridentinus, ſcripſit Longobardorum hiſtoriam.

Socrates Conſtantinopolitanus, hiſtoriā eccleſiaſticam à tempore Apoſtolorum vſque ad Chryſoſtomum compoſuit.

Solinus de Mirabilibus mundi.

Sozomenus presbyter Piſtorienſis, hiſtoriæ vniuerſalis ampliſſimum volumen.

Steſimbrotus Tharſius, ſcripſit res geſtas Cimonis ducis Athenienſium.

Suetonius Tranquillus vitas duodecim Cęſarum.

Themiſtogenes Syracuſanus hiſtoriam Cyri regis Perſarum.

Theophanes Lesbine ſcripſit res à Pompeio geſtas.

Theocritus Chius ſcripſit hiſtoriam & epiſtolas quaſdam.

Theodorus Gothus ſcripſit hiſtoriam ſuorum temporum.

Theodorus Cōſtantinopolitanus, ſcripſit hiſtoriā eccleſiaſticam à tempore Conſtantini uſque ad Iuſtinianum.

Thucydides Athenienſis patrem habuit Olorum, matrē Egeſipylam. Scripſit bellum Peloponneſiacū. Fuit adeò ſtudioſus inquirendę veritatis hiſtoricæ, vt ijs mercedem præberet, qui nunciarent quæ acta eſſent in bello.

Timagoras Mileſius ſcripſit de Heraclea ponti, & viris in ea claris libros tres.

Timæus Siculus, res Gręcas & bellum Thebanum.

Timoſthenes pręfectus claſſis Ptolemæi Philadelphi, ſcripſit de Portub. libros decē

Tribonianus patricius ſub Iuſtiniano principe ſcripſit temporum epitomen.

Val. Antias hiſtoricus, plerunque citatur ab antiquis autoribus.

Valer. Maximus ſcripſit dicta & facta memorabilia ad Tiberium Cæſarem.

Vincentius ordinis prædicatorum, ſcripſit hiſtoriam vniuerſalē, ab exordio mundi uſque ad Hieroſolymitanam expeditionem Ludouici regis Gallorum.

Volaterranus Geographiam, Anthropologiam, & Philologiam.

Vuldanus Terentianus, ſcripſit hiſtoriam Guardianorum.

Vulcatius Gallicanus, ſcripſit uitas Imperatorum ad Diocletianum.

Xanthus ſcripſit hiſtoriam Lydorum libris quatuor.

Zeno Rhodius ſcripſit hiſtoriam Rhodiorum. Fuit & alter Zeno qui Pyrrhi geſta ſcripſit, Epitomemque Romanorum & Carthaginenſium compoſuit.

Zonaras ſcripſit hiſtoriam vniuerſalem ab exordio mundi uſque ad tempora Michaelis Imperatoris Conſtantinopolitani.

Vrbicum Romanorū hiſtoriam ſcripſerunt Anaſtaſius, Paulus Diaconus, Guido Rauenas, Sigisbertus monachus, Hugo Florianus, Sicardus præſul Cremonēſis. Gotfredus Vterbienſis, Vincentius pręſul, Martianus Carſulanus, Landulphus canonicus Carnotēſis, Sozomenus, Geruaſius Ricobaldus, Ptolemæus Lucenſis, Antonius præſul Florentinus, Platina.

Vitas Imperatorū ſcripſere Cor. Tacitus, Marius Maximus, Iulius Cordus, Tranquillus,

morbos comitiales,autor Plin.li.20.Idem ſcripſit ſuccum radicis ſerularũ,oculorum claritatis multum conferre.
Carmis ex eadem Maſſilia fuit medicus, qui priores medicos & Balnea dãnauit. Frigidaq; hybernis algorib. lauari perſuaſit.Merſit ægros in lacus adeò vt Plinius dicat,ſed vidiſſe capulares ſenes vſque in oſtentationem rigentes.
Cherias Atheniẽſis fuit medicus,qui apud Pliniũ teſtis eſt,radicẽ cardui ex aqua decocta potatoribus ſitim facere,ſtomachum corroborare,& vulnis aliquid cõferre,vt mares gignantur.
Chiron Saturni filius ex Phillyra herbarum naturas primus inueniſſe,Achillemq; & Aeſculapium docuiſſe fertur.Phœnici Amyntoris filio oculis capto viſum reſtituit,Prop.li.2.Tarda Philoctetæ ſanauit crura Machaon, Phœnicis Chirõ lumina Phillyrides.Verg.li.3.Georg.Quæſiteq; vocẽt artes,ceſſere magiſtri, Phillyrides Chiro,Amythaoniuſque Melampas.Ab eo nomen ſumpſit herba, quæ Centaurea dicitur.Plin.cap.6.lib.25.
Chryſermus fuit medicus,qui Bulbi radice in vino decocta Parotidas curabat.
Cleempum, Plin.ſcribit fuiſſe medicum , cui Pythagorę librũ de magicis herbis nonnulla aſcripſerunt.
Cleophãtus,autore Plinio medicus fuit,qui vini rationẽ illuſtrauit.Hic apud Plinium ait ſemen paſtinacæ erraticæ dyſentericis prodeſſe.
Idem autor ſcribit,Chryſippum,Eraſiſtrati præceptorẽ,medicum fuiſſe, qui Hippocratis,Aeſculapij & Prodici medicorũ placita ingenti gratulitate mutauerit.
Cornelius Celſus libro de medicina ſcripſit oratorio more.Floruit paulo ante Fabium Quintilianum.
Crinas Maſſilienſis fuit medicus,qui ad ſiderũ motus ex Ephemeride mathematica cibos dabat,horaſque obſeruabat,Plinius ſcribit,hunc cẽtũ ſeſtertia reliquiſſe,muris patriæ non minores ſumma extructis.
Critobolus medicus fuit,cui ſingularẽ peperit laudẽ ſagitta ex oculo Philippi Macedonis,citra oris deformitatem,euulſa.De quo abunde Curtius meminit li.8. de geſtis Alexand.Plin.lib.7. cap.37.
Daſius medici nomen eſt,cuius meminit Martialis lib.6.dicens: Oſtendunt digitum ſed impudicum,Alconi,Daſioque Symnachoque.
Democides medicus Polycratem Samniorũ tyrannũ curauit talentis duobus,ſcripſitq; librum de medicina Herodotus in Thalia ſcribit, Democidem Taliphõtis Crotonienſium principis medicum fuiſſe,atque duobus aurearum cõpedũ paribus Dario donatum.
Democrates Seruilius citatur a Plinio lib.25.Primuſque medentium herbã dicitur inueniſſe,quam appellauit.
Idem li.24.ait,Democritum fuiſſe medicum,qui in valetudine Cõſidiæ, M.Seruilij cõſularis filiæ, omnem curationem auſterã recuſantis, diu efficaciter uſus ſit lacte caprarum.
Dexippus Cous,Hippocratis fuit diſcipulus,qui ſcripſit librum vnũ de medicina
Diocles Caryſtius floruit temporibus Darij Hiſtaſpis reliquit commentarios. Plinius multis locis.
Epicharmus Cous fuit auditor Pytagoræ. Scripſit de rerũ natura ac medicina cõmentarios,quos adhuc extare in bibliotheca Vaticana.
Eraſiſtratus medicus fuit,qui primus cognouit morbum Antiochi ab amorẽ Stratonices nouercæ.Plinius ſcribit hũc fuiſſe diſcipulum Chryſippi,ex Ariſtotelis filia agentium cui Anthioco rege ſanato,cẽtum talẽta donauerit filius eius Ptolemęus Hunc citat Gellius lib.16.
Eubotes Teleõtis fuit filius,medicinę peritiſſimus, vt q Oilei vuln' ã Stymphalidibus illatã ſanauerit.Teſtis Orpheus apud Aegidiũ Maſeriũ in Argonauticis.
Euphorbus medicus,Euphorbiæ herbæ nomen impoſuit,autore Plin.lib.25.
Galenus

Galenus medicus è Pergamo ciuitate Aſiaticæ,floruit Traiani temporibus.Hunc Auicenna,cęteriq; omnes medicorum principem fatētur.Scripſit de medicina libros complures,& in opera Hippocratis Cel.lib.19.

Glaucias medicus fuit in cognoſcenda cadauerum natura diligētiſſimus.Plinius, & Cæl.cap.29.lib.16.

Hippocrates Cous,Democratis fuit auditor,vixit in ſūma familiaritate apud Perdicā Macedonum regem.Suſcepit filios Theſſalum,& Draconē.Hunc Artaxerxes magna mercede ſummiſq; honoribus in familiā ſuā inuitauit,autore Valerio.Familiaris fuit Democrito, quē vt inſania curaret,plei ūque ad eū ſcripſit. Amauit Græciam,ex qua nunquam egreſſus eſt Lariſſæ natus annos 104.

Hermogenes fuit medicus,qui Adriano Imperatori,ſe interficere volēti,circūſcripſit locū ſub mamilla,quo lethaliter pcuſſo,celeriꝰ expiraret.autor Diō.Caſſiꝰ.

Iulianus fuit quiſpiam Pharmaco pola herbariæ artis peritiſſimus,quem Volaterranus ætate ſua floruiſſe ſcribit.

Lucas Antiochenſis medicus fuit, Pauli apoſtoli ſectator, à quo edoctus,ſcripſit Euangelium & Acta Apoſtolorum.Exceſſit natus annos 84.

Lycus Neapolitanus Atriplicem(non eſt herbæ)contra cantharidas bibendū cenſet,apud Plin.cap.20.lib.20.

Machaon Aeſculapij filius, & frater Podalyrij, medicus fuit clariſſimus. Baptiſta Pius li.4.Eleg.Cura Machaoniam maior,& iſta manu eſt.Hic Philocteten Pęātis filium,Herculis ſagitta Hydræ veneno tincta uulneratum,ſanauit. Propert. lib.2.Tarda Philoctetæ.ſanauit crura Machaon.

Martion Mitylenæus de ſimplicibus effectibus ſcripſit. Item apud Pliniū rumpi ſcolopendras marinas ſputo,ruberas item,aliaſq; ranas ſcribit.

Meges fuit chirurgus quiſpiam,quem Volat.citat in Philologia.

Melampus Amythaonis filius,filias Pręti Argiuorū regis ab inſania purgauit. De hoc Virg.li.3.Georg.Ceſſere magiſtri,Phillyrides Chiron,Amythaoniuſq; Melampus.Meminit & Herodotus in Euterpe.Et Plinius lib.25.

Menecrates Syracuſanus medicus,nullam ab his mercedē accipiebat,quibus medebatur.Curabat in primis morbum ſacrū hac lege,vt liberati ſe eſſe ipſius ſeruos faterentur,eumq; Iouem appellarē.Feruntque in id tumoris fuiſſe euectū, vt quādoq; ad Ageſilaum Spartæ regē hoc modo ſcriberet:Menecrates Iupiter Ageſilao regi ſalutem.Subridens Ageſilaus reſpondit: Ageſilaus Menecrati ſanitatem.Plutarch.in Apoph.& Cæl.cap.38.lib.6.

Mycō apud eūdē teſtis eſt, aduerſus ſerpētes nihil eſſe efficacius hyppomaratho.

Nicerotes vnguentarius fuit Syrius, a cuius nomine Martialis vocat Nicerotiana libro ſexto,dicens:Quòd ſemper Caſia,Cynnamoque,'Et nido niger alitis ſuperbæ,Fragras plumbea Nicerotina.Idem lib.10.

Nicias Pyrrhi medicus fuit qui ad Fabricium veniens,promiſit ſe domino mortē illaturum.Quod flagitium auerſatus Fabricius,Pyrrhum,quamuis inimicū,literis monuit, vt à Nicia caueret. Gellius videtur hoc aſcribere Timochari apud Gellium,Quadrigarius Niciæ. Vter vter fuerit, parum refert nomine. Claud. lib.3.in Ruffinum.

Nicomachus Stagyrites Machaonis filius,& Aeſculapij nepos,ſcripſit de medicina libros ſex.Fuerunt eius nominis duo alij,pater & filius ambo medici. Quorum filius ſcripſit Commentarios in Phyſicam patris,& octo libros Ethicorum ad Eudemum.autor Volat.

Ocularius medicus fuit in Aegypto pręſtātiſſimus,qui floruit ſub Amaſi rege.autor Hero dotus in Thalia.

Oribaſius Sardianus,Iuliani principis familiaris,ſcripſit libros medicinæ 53. ad ipſum Iulianum.Suidas apud Volaterranum.

Pęō uir medicę artis peritiſſimus,à cuius nōīe Pęonia herba nomē ſūpſit.Archi-

trenius

trenius lib.2.Pęonijs animo medicina potentior herbis.
Plinius ait lib.20.Petriclium fuiſſe medicum,qui Ophiaca ſcripſerit.
Philippus medicus fuit Alexādri,eique ſumma familiaritate,& amicitia iūctus: nam cum Parmedio literas ad Alexādrū dediſſet,quibus eum monebat, vt ab inſidijs Philippi,velut ab hoſte Dario corrupti, ſibi in ęgritudine caueret,Alexāder exploratam habens medici fidem,poculum ab ipſo Philippo datū hauſit,demum literas Parmenionis eidem legenas conceſſit.
Philiſtron Locrenſis fuit medicus,quem Gellius lib.17.cap.11.citat.
Philon medicus fuit nobilis, qui quum medicamēta quędā ad medendi vſum ex quiſitiſſima cōcinnaret, & regias quaſdā Alexipharmacas poteſtates,eas Deorum manus appellabat,velut diuinas,& ſalutares.Cæl.lib.16.cap.10.
Podalyrius filius fuit Æſculapij, & frater Machonis,medicæ artis peritiſſimus, q cum Gręcis ad Troiam, profectus dicitur,Baptiſta Pius li.4.Eleg.Depoſito nō pręſtat opem Podalyrius ægro.
Prodicus,Pli.autore,fuit medicus, Aeſculapij diſcipulus,Selymbriæ natus,medicinam inſtituit,quam Iatralepticen uocant.
Sinalus fuit medicus quiſquam,de quo Syll.Ital.li.5.ſic inquit: Ipſe olim antiquo primum Garamanticus Amnon.&c.
Themiſon medicus fuit magni nominis Aſclepiadis diſcipul^9^,autore Plinio,quē pleriſq.in locis citat Plinius ipſe.Iuuenalis: Quot Themiſon ægrotos autumno occiderit uno Baptiſta Pius li.4.Eleg. Omnibus hoc anno morbis,noxaq.carebis,Cōtemneſq.piam ſic Themiſonis opem. Fuit eius nominis alter quē Martialis ſcribit conſuetudinē Veneris habuiſſe cum ſorore,ubi lib. 12. ait: Quare non habeat Fabulle quæris vxorem Themiſon,habet ſororem.
Theombrotus fuit medicus,quem Ptolemæus rex.Megalenſib.ſacris donauit centum talentis,ſeruato Antiocho rege.autor Plin.lib.7.cap.37.
Theſſalus eodem autore, medicus fuit Neronis temporibus, qui cuncta maiorū placita tranſiliuit,& rabie quadam in omnes æui medicos perorauit.
Vectius Valens adulterio Meſſalinæ Claudij Cæſaris nobilitatus,parietq. eloquē tiæ affectator,ſuo tempore nouam medicorum inſtituit ſectam.
Sunt & plerique alij quorum nomina,& placita quandoq. aduocātur à Plinio li. 29.cap.1.ut Ariſtogicon,Athamas,Callimachus,Clepolemus,Damion,Diuces, Diodorus,Petronius,Dorotheus,Dionyſius,Salluſt.Heſius,Hiceſi^9^,Herpophilus,Icethidas,Iollas,Latis,Leneus,Metrodorus,Nymphodorus,Opion,Praxagores,Pliſtonice,Seſtius,Simus,Soſimenes,Sotacus,Q.Stertinius. Quorum nuda nomine ad nos peruenerunt.
Porrò multiplex eſt medicina:Pharmaceutice,quæ medicamētis curat.Empyrice quæ ſolum experimentis cōſtat.Itraplectice,quæ vnguētis.Clinice,quæ uictu & venenis corporibus medetur.

VNGVENTA QVÆDAM, ET PHARMACA.

Amaracinū Amaraco flore odoratiſſimo conficitur. Vnde adagium natum: Nihil cum amaracino ſui.Lucretius: Poſt eſque ſuperbos Iungit amaracino, & forib. miſer oſcula figit.Idem li.2. Porrò Sampſucinum aliter vocatur,quoniā Sampſucus eadē eſt herba,quæ & Amaracus de qua Ver.li.1.Æn. Vbi mollis Amaracus illū Floribus,& dulci aſpirans complectitur umbra. Amaracus fuit puer regius vnguētarius, qui caſu lapſus dum ferret vnguēta, maiorem ex contuſione odorum creauit odorem,inquit Seruius.Vnde optima vnguenta dicūtur Amaracina.Laudabile fuit hoc vnguētū in Coo inſula. Poſtea eodem loco pręlatū eſt Melinum.Optimū eſt & Mitylenis,& in Cypro vbi,plurima eſt ſampſucus. autore Plinio.
Amomum etiā arbuſcula eſt venoſo frutice,palmi altitudine,cuius quoq. ſuccus inter magni precij vnguenta numeratur.Frequens eſt in Aſſytia,Vnde Ver.Aſ

ſyrium vulgo naſcetur Amomũ.Syll.li.1. Nec crimen Aſſyrio perfundere pugnet Amomo Habet & Armenia.Mant.in Catharina:Circũfluus aer Fragrat, & Armento carcer luſtratur Amomo.

Apyron vocatur vnguentum ex a uro,autor Plin.lib.21.

Atharis medicamentum eſt vtiliſſimum infantib.quod fit Olyria herba decocta: Idem lib. 22.

Balanus herba eſt vnguentaria,cuius ſucco vnguentum componitur Balaninum, quod expeditiſſimũ olim fuiſſe,ſcribit Pli. Reſinaque ſolitum miſceri. Balanatus,à Perſio dicitur oleo delibutus,vbi ait. Tunc cũ maxillis Balanatũ Cauſa pectis. Myrobalanũ vocat Mart.vbi ait:Quod nec Vergilius,nec carmine dixit Homerus,Hoc ex vnguento cõſtat & Balana.Glans autem qua cõficitur,præcipuæ bonitatis eſt in Troglodytis,Thebaide,& Arabia.

Balſamum arbuſcula eſt ſoli Iudææ cõceſſa,frequens in collibus vina.Suſtinet ſe ſine adminiculis.Prima iam fructifera eſt.Proceritatem habet duorum cubitorum:Eius lignum vocatur Xylobalſamum,ſuccus (qui habetur vnguenti loco) Opobalſamum,lac coagulans,& in ueſte nullas faciẽs maculas. Carpobalſamũ vocatur eius arboris fructus.Hoc vnguentum viris conuenire ſcribit Martialis, quum Aſſyria vnguenta magis deceat mulieres.Sic autem ait: Balſama me capiunt,hæc ſunt vnguenta uirorũ,Delicias Nini vos redolete nurus. A balſamo fit adiectiuum Balſameus,quo vſus eſt Sidonius.

Botryon erat medicamentũ compoſitum ex cinere excrementorum,quo Aeſchynes Athenienſis Anginis medebatur & Tonſillis.autor Plin.lib.28.

Cæroma erat vnguẽtum,ex oleo & cœno,quo vtebatur iuuenes ad robur lacertorum.Hinc Cęromatici eo delibuti vocatur.Mar.li.4.Seu lentum Cęromateris, tepidumque Trigona. Idem lib.6.Vara nec iniecto Cæromate brachia tendis.

Collyrium dicitur oculorum medicamentũ. Horatius:Hic oculis ego nigra meis Collyria lippus illinere.

Crocinum ſpecies eſt vnguẽti,quod efficitur Croci cõmixtione. Properr.Sit menſæ ratio, voxque inter pocula currat, Et Crocino nares murrheus vngat Onyx. Alio nomine Crocomegma dicit.Fiebat autẽ ex croco trito,& vino dulci.Hoc Romani non ſolũ corpora delibuebãt,ſed & ſpargebant pulpita. Vnde idem Propert.pulpita ſolennes non oluere crocos. Crocinũ,autore Plinio,in ſola Cilicia diu maxime fuit laudata,mox Rhodi.

Cynnamomũ vnguentorum omnium eſt craſſiſſimum. Vocatur ab eiuſdẽ nominis frutice;qui in Æthiopia,Sabæis,& auſtrali India frequẽs eſt.Huic vnguẽto adijciuntur Balanum oleum,Xylobalſamum,Calamus,Iũcus,Balſami,ſemina, Myrrha,Mel odoratum.

Cynnamum eadem eſt arbuſcula, quæ & Cynnamomũ qua etiam conficitur vnguẽtum eiuſdem nominis.Hoc uidentur habuiſſe Thraces Clau.de Nu.Honorij,& Mariæ Cynnama vocat,a Pangæa,a Pangęo Thraciæ mõrẽ.Cynnamo fit adiectiuum Cynnameus,quo uſus eſt Baptiſta Pius. Cynnameos nimiũ lacerate pharetriger artus.

Cyprinum,vnguentum ex Cypro,fiebat Omphacio,Cardamomo,Calamo, Aſpalatho,Ambrotano.Fuit optimum in Sidone,mox in Ægypto.

Diapaſmata dicuntur unguenta ex ſiccis odoribus.Mart.li.1.Quid quod olet grauius mixtum Diapaſmate uirus.

Dropax unguentum depilatorium,ſeu euellendis pilis idoneum.Mart.li.3. Pſilothro faciemque lauas,& Dropace caluam.

Elaterium,Plinius ait eſſe medicamentum,quod fit ex cucumere ſylueſtri, ſucco expreſſo ẽ ſemine.

Epilima,unguentum eſt utiliſſimum,quo paſſim utebantur ueteres.

Plin.li. 12.ait,medicamẽtũ eſſe,quòd à Græcis Euhemõ dicitur,ſingulari effectu contrahen-

contrahendis uulnerum cicatricibus.

I[illegible] Pli. vnguentum fuiſſe ſcribit, quod diu Corinthi placuerit, poſtea Cyzici-

[illegible] uero dicuntur fæces vnguentorum, vt ſcoria ferri, amurca olei.

[illegible]athrum unguentum eſt odoris fragrantiſſimi, quod afferebatur ex Aſſyria. [illegible] Romani ſuos capillos vngebãt in delicijs, vt videt in [illegible]. Hor. li. 3 Carm. [illegible] 7 Malobathrus a Sidonio uocatur qui hoc unguento delibutus eſt. Malobathrum [illegible] ſte Plinio, urinam ci. Oculorum Epiphoris uino expreſſum vtiliſſimè [illegible]. Item frontibus, dormire uolentibus.

[illegible] ſucceſſit ex oleo Balanino, Balſamo, Calamo, Iunco, Xylobalſamo, Ca[illegible]ſia.

[illegible] u[illegible]guētũ fit è malis Cotoneis admixtis Omphacino, Cyprino, Samio, [illegible]amo, Iunco, Caſia, Abrotano.

Mende[illegible] eſt v[illegible]guentum, quod fiebat in Mendeſo Ægypti urbe.

[illegible] fuit vnguētũ, cuius præcipuam laudem meruit Aegyptus, mox abſlu[illegible]a.

[illegible]cum, ſeu Mithridatios uocatur antidotũ, quo Mithridates rex Ponti ad [illegible] fi[illegible]as uenenorũ cõſueuerat ſe tutari. Eius compoſitio fit è duabus nu[illegible]s ſiccis. Item fic s totidē, rutæ folijs uiginti ſimul tritis, addito ſalis grano. Quod qui ieiunus ſumet, eum ueneno ſecurum forè toto die promittit. Plinius li. [illegible] cap 8 Antidoti nomen adhuc manet ætate.

[illegible], per ſe vnguētũ facit ſine oleo, Stacte duntaxat, i. diſtillatione, Nam ſtacto [illegible] Græcè, diſtillo. Vnde Catastagmos morbus a Græcis dicitur, quē nos [illegible]tionē [illegible]us. Et Luc. li. 2. Myrrham appellat Stactam, i. diſtillantiã, vbi [illegible] A[illegible] bla[illegible]um Stactæque liquorem. Eſt autem Myrrha genus ar[illegible] [illegible] de qua ſuccus manat fragantiſſimus. Oui. li. 10. & 1. Faſt. Hac abũ[illegible] A[illegible], Achaia, Orõtes, Aſſyria. Propterea Ver. Myrrham uocat Arabam: [illegible] Columella: Orontidem, Sydonius: Oronteam, Bapt. Pius. A Myrrha fit [illegible] Myrrheus. Horat lib. 6. Car

[illegible] vnguentum, quod cõponitur ex Narciſſo flore delicatiſſimo [illegible] odorum. Sed iam componi deſijt, autore Pli. libr. 13.

[illegible] ũ quod fit ex Nardo, quod alio nomine uocatur Folia [illegible] Na[illegible] ſeu Nardum frutex odoris optimi. Tibullus: Illius puro [illegible] tempora nardo. Frequens eſt in Perſide. Vnde ab Horatio in Epodo uocatur A[illegible]ium, ubi ait: Nunc & Achæmonio perfũdi nardo iuuat. Indiciũ Plinius lib. 12. uocat: Inuenta nuper in Thracia herba eſt cuius ſolia nihil ab Indico nardo diſtant. Poet. Arabium uocat. Hieronym. Balbus Aſſyrium. Lucr. li. 2. Et nardi florem nectar qui naribus halat.

[illegible] Foliatum & Spicatum dicitur Conſtat Omphacio, Iunco, Balano, Coſto, Nar[illegible] Amomo, Myrrha. Balſamo.

[illegible]um uocatur unguētũ odoratiſſimum, cuius autor fuit Nicerotes Phar[illegible]la. Martial. Egras plu[illegible]bea Nicerotiana. Idem lib. 10.

[illegible]omnia vnguētũ eſt quo cõfricãtur dētes, vt albeſcant, & Exuã rubiginē.

[illegible] vnguentum eſt, quod fit ex Oenante. id eſt, labruſcæ flore. Laudabi[illegible] in Cyro, deinde in Aegypto præpoſitum, autor Plin.

[illegible] medicamētũ eſt, quod fit ad Dyſentericos, ſtomachique uitia, in congio [illegible] albi lento uapore decoctis malis Cotoneis quinque cum ſuis ſeminibus, [illegible] cum totidem, & Sorborum Sectario. autor Plin. lib. 24.

[illegible]acũ fuit vnguentum Athenienſibus peculiare a quibus nomē ſumpſit. [illegible] lib. [illegible] Panatheniacum ſuum. Athenæ perſeueranter obtinuerunt.

[illegible] genus, eſt medicamēti. De quo Tul. Cicero Actione 4. in Verrē, Quũ [illegible]ues eius comites ille ſibi ſuo illo Panchreſto medicamento amicos redemiſſet.

Pardaliũ laudabile in Thario, cuius cõpoſitio & mixtura obliterata eſt. Dicitur autem a pardali animali, cuius odorem reddit.

Pſilothrum vnguentũ erat ad depilãdum corpus, fiebatque ex varijs rebus modò ex thini sãguine, felle, & iecore, modò ex ſanguiſugis coctis in vaſe fictili & aceto illitis. Prius tamẽ euellebatur pili, autore Plinio: poſt adhibebatur Pſilothrũ ne renaſceretur, ac repullularent. Mart. ad Gargilianum. Pſilotho faciemque leuas, & Dropace caluam, Nunquid tonſorem Gargiliane times?

Regale vnguentum vocat Plinius, quo Parthorũ reges vtebantur. Fiebat autẽ Myrobalano, Coſto, Amomo, Cynnamomo, Comaco, Nardi ſpica, Mario, Myrrha, Caſia, Styrace, Ladano, Opobalſamo, Calamo, Iunco, Syrico, Oenãthe, Malabathro, Sericatho, Cypro, Aſpalathro, Panace, Croco, Cyprio, Amaraco, colato, Melle, Vino.

Stomathice medicamentum eſt vtiliſſimum oris vitijs, narium, aurium, oculorum caligini, Pterygijs, & genitalibus. Plinius, lib. 33.

Suſinum conſtat ex Lilijs, Balano, Calamo, Mello, Cynamomo, Croco, Myrrha, & eſt omnium tenuiſſimum.

Telinũ fit ex oleo recẽti, Cypro, Calamo, Meliloto, Fœnogræco, Melle, Mello, Orto, amaraco. Fuit ætate Menandris poetæ celeberrimum.

Thalaſſomeli vnguentũ, quod fit æquis portionibus Maris, Mellis, Imbris, fictiliq; vaſe & depicato conditur.

AVCTARIVM.

Porro vnguenta quandoque fiunt ex floribus vt Rolaceum, Leucanum S[illegible] aut ex folijs. vt Nardinum, Amaricinũ. Vnguentis veteres multis modis [illegible]. Ad ſalubritatem, vt natantes, & lauantes. Ad neceſſitatem, vt certantes [illegible] mate vngebantur: Ad luxuriam, vt delicati cauſa Veneris & menſarum. Græci mixtum vnguento vinum bibere non erubeſcebant, quod dicebatur Myrites. Bathili populi unguentis madent. huius luxuriæ inuentum Perſis [illegible] ptũ. Vnde Horatius Perſicos odi puer apparatus. Eius rei fide faci[illegible] vnguentorum laudatiſſimorum, quod expugnatis Darij [illegible] reperit Alexander. Cyprij quoq;, Cyziceni, & Corinthij eadẽ mollicie eff[illegible] sũt. Copia [illegible] vnguentorum, aliarumque rerum ad delicias repertarũ [illegible] ad Iulij Cæſaris tempora Belgis fuiſſe igi otũ: cũ Imperator ipſe Belgas fortiſſimos [illegible], quod ad eos non commeent mercatores, qui quæ ad effœminandos animos pertinẽt. illuc comportent. Inuaſit hic luxus totam paulatim Italiã, adeo vt M. Otho Neroni monſtrauerit veſtigia pedum unguentis [illegible] balnearum parietes quandoque aſperſi ſint. Caium quoque principem ferunt vnguento ſolitum lauari. Anno poſt vrbẽ conditã 565. Licinius Craſſus, [illegible] Cæſar cenſ[illegible] ſed xerunt, nequis uenderet unguẽta exotica. L. Plotius, Plotij [illegible] ſolis frater, proſcriptus a Triumuiris, in ſalernitana latebra vnguenti [illegible] proditus eſt. Incõ[illegible]ſo eſt, Heliogabalum Imperatorem triclinia, quandoque lectos & porticus, [illegible] ni florũ genere ſtrauiſſe, ut Lilijs, Violis, Hyacynthis, & Narciſſis, ac per e[illegible] bulaſſe, ſeque vnguentis omniũ fragrantiſſimis [illegible] ſæpenumero peru[illegible]. Quem ſecuti Imperatores, propè nullam mollicie ſibi non permiſerunt, [illegible] voluptatis proculum reliquerunt [illegible]. Quod ego in Romanis principibus, quamuis damnum plurimum [illegible] tamẽ admodum miror, cum etiã apud eos abiectiſſimi homunculi [illegible] ulcerint.

DE OLEO.

Reperit & portẽtoſa hominum luxuries in Oleo voluptatem. quo plerique ad nitorem cutis, alij ad confirmandas corporis vires ſe perunxerunt. [illegible] mul tiplex. Amygdalinũ, quod ex amaris nucib. arefactis, & in offam co[illegible] per ſum aqua, & iterum [illegible] nebantur. Mollit corpora, cutem [illegible] nitorẽ cõmẽdat. Varos cũ [illegible] a facie. Prodeſt auribus cũ Rolaceo & [illegible], &

punici

punici mali germine decoctum.autor Plin. Vide alias virtutes apud eundē lib. 18.cap.4.Oenantinū fiebat ex Oenanthe herba.Cicinum bibebatur ad purgationes ventris cum pari caldæ menſura.Laurinum vtilius eſt, quo recentius, & viridius colore.Illinitur Paralyticis,Spaticis,Iſchidiacis,& pleriſque alijs morbis.Cupreſſinum à Cupreſſo arbore,vt Myrreum a myrto.Cirreū a citro.Balaninum ex Balano glande,de qua iam diximus.Repurgat Varos,Furunculos,Lentigines,Gingiùas.Omphacium prodeſt Gingiuis. Si contineatur in ore, colorē dentium cuſtodit,magis quàm aliud,& ſudores cohibet.Narciſſinum dicitur à narciſſo flore.Raphaninū à raphano: Phthiriaſes tollit,ſcabricies cutis, in facie emendat. Seſaminum aurium dolores ſanat,& vlcera,quæ ſerpunt. Balſaminū contra omnes ſerpētes eſt efficax.Lilinum renibus vtiliſſimum eſt,ſudoribusq; euocandis.Seleucrium neruis vtile eſt. Picenum prodeſt ad quadrupedum ſcabiem.Hæc omnia,& multo plura his docet Plinius.

POTIONES DIVERSÆ.

Amyſtis erat quædā potio apud Thraces,quæ clauſis oculis bibebatur. Horat.li.1. Carm.Nec multi Damalis meri Baſſum Threicia vincat Amyſtide.

Bua infantulorum potio,à ſono fictum vocabulum. Cato. Quum cibum ac potionē Papas & Buas vocēt,& matrem mammā,& patrem tatàm. Ex frugibus inquit Plin.lib.22.fiunt potus ſimiles, Zithum in Aegypto, Cælia & Cærea in Hiſpania,Ceruiſia & plura genera in Gallia,quorum omniū ſpuma cutem fœminarum in facie nutrit.Idem li.14.Aegyptus,inquit,è fruge ſibi potus ſimiles excogitauit. Nullaq; in parte mundi ceſſat ebrietas.Bibitur Ceruiſia mera,non diluta inebriat inſtar vini.

Oxyphalme erat potio,quæ fiebat ex ſale & aceto recenti aduerſus ſerpentes.

Oxyſacaron potio ex ſaccaro & aceto.Saccarum autem eſt mel in arundinib.collectum,gummi inſtar candidum ac fragile.

Promulſis potio ex mulſo condita. Cicero: Non eum quē tu es ſolitus promulſide conficere.Hinc Promulſidiaria vaſa,quibus mulſum continetur.

Ptyſana eſt itidē potio à Græcis inuenta,quæ ex hordeo fieri ſolet.Mart.li.12.Frumentum,milium,ptyſanamque fabamque ſolebas vendere.

Pyratium fiebat ex pyris,& loco vini ſumebant.Hieronymus contra Iouinianum Timotheo dolenti ſtomachum uinum ſuadet bibere,non Pyratium.

Sabaia eſt potus in Illyrico paupertinus,ex hordeo & frumento in liquorem cōuerſus.autor Ammianus Marcell.lib.66.

FÆCES ET EXCREMENTA diuerſarum rerum.

Acus acelis,purgamentum frumenti.Col.lib.8.Nam ſuburbanis lactens porcus acere nutricandus eſt.

Analecta ciborum ſunt purgamenta,quæ ſcoparij pauimentū verrentes colligūt, vel pro ipſis inſtrumentis ad colligendas cœnarū reliquias ex pauimentis. Nā vt ſcribit Plinius,purgamenta cœnæ euerti ſolent in pauimento veluti relicta.

Amurca fex eſt olei.Idem Plin.li.15 c.3.Oliuæ conſtant nucleo,oleo, carne amurca.Sanies eſt hæc eius amara. Columella: Palladia ſine fruge ſalis conſpergere Amurca.Idem: Nam eſt inimiciſſima oleo amurca,quæ ſi remanſit in bacca,ſaporem olei corrumpit.

Apluda vocatur purgamentum milij,panici,& ſiſamę.Plin.li.18.Nat.Hiſt.cap.10. Milij & panici,& ſiſamæ,Apludam vocant purgamenta.

Bolton vocant ſtercus bubulū.Hinc adagiū, Boliti pœnā luere.i. puniri pro minimo delicto.Solū.n.ſuis legib.eos puniri iuſſit,q ſtercus bubulū furto ſuſtuliſsēt.

Faces purgamēta ſūt oliuarū.Plin.In amurca & fæcib.hæ ſūt carnes,& illę feces.

Floces,purgamēta uini & uuarū.Cæcilius.Aedepol ego neq; florē,neq; floces uolo mihi,vinum.volo Romæ vetus quidam homo,& celebratus in cauſis(inquit

 Gellius)

Gellius) quum apud præfectum urbis uerba faceret,& dicere vellet, quendã in opi miſeroq; victu viuere,& furfureum panẽ eſitare: Hic, inquit, eques Romanus apludam edit,& floces bibit.

Furfur farinæ purgamentum. Hinc pane furfurei. Varro lib. 2. de Re ruſt. Commode paſcuntur farre,& furfuribus ordeaceis.

Graſum ſignificat lanarum ſordes in ouibus.

Magmata, vnguenti feces dicuntur: autore Plin. lib. 13. cap. 2.

Oetys purgamentum eſt ceræ, quo partem aluei priorem apes illinunt.

Muccus, narium ſordes, Catullus: Muccus & mala pituita naſi.

Præſegmina & reſegmina, quæ ex vnguibus amputantur, a præſecando & reſecãdo. Pli. Omnia perſecuti ſumus vſque ad reſegmina vnguium.

Scoria ſpurcitia in omni metallo vocatur, inquit idem lib. 23. c. 4. Item li. 24. c. 11.

Et Scoria æris (inquit) ſimili modo lauatur, minor effectu quam æs ipſum.

Scidia fragmenta lignorum, quę reijciuntur ab abietarijs.

Scirt dicuntur ſordes & ſpurcitiæ calci. Itẽ fragmenta, quę ex operibus deijciunt marmorarij, Aſſules Vitruuius vocat.

Scoriam in argento Græci vocãt Helcyſma, cuius uis eſt aſtringere, & refrigerare Plinius lib. 33.

Spatylen hominis retrimenta Cæl. uocat, nos Merdã, ſed aliarum etiam rerũ. Hora. Merdis caput inquit albis Coruorum.

Tartarum fex uini.

Aſini retrimenta Cælius ait dici Onida & Onthon: Suis, Hypeleuthron. Ouiũ, Oipoton: Caprarum. Spyrada, & Spyrathiam: Murium, Myſceledra.

GRAMMATICI.

Aeron Grammaticus Horatium poetam enarrauit.

Aelius Meliſſus librum edidit de Loquendi proprietate.

Aelius Præconius Grammaticus nobiliſſimus, orationes ad vnumquẽque ſcribebat. Hic Metellum Numydicum in exilium comitatus eſt.

Alexander Mileſius Polyhiſtor cognominatus, libertus Corn. Lẽtuli Grãmaticus fuit, qui docuit Romæ Syllæ temporibus.

Andromachus Grammaticus docuit Nicomediæ, Diocletiani tempore.

Apollodorus Athenienſis Grammaticus diſcipulus Panteij Rhodij,& Ariſtarchi Grammatici ſcripſit hiſtoriam Athenienſem.

Appion Alexandrinus, Didymi magni alumnus, docuit Romę Tiberij & Claudij temporibus. Scripſit annales,& alia complura.

Apollonius Alexandrinus, ſcripſit de compoſitione partium orationis.

Arcadius Antiochenus, ſcripſit non nulla in grammatica.

Archibus Alexandrinus, docuit Romæ ſub Troiano principe, Scripſit cõmẽtaria in epigrammata Callimachi.

Archimedes Trallianus, ſcripſit mechanica & commentarios in Homerum.

Ariſtarchus Alexandrinus, floruit ſub Ptolemæo Philometore cuius filiũ erudiit. Scripſit Commentarios ſupra mille. Diſcipulus fuit Ariſtophanis Grammatici.

Ariſtonicus Grammaticus Alexandrinus, ſcripſit in Theogoniam Heſiodi.

Ariſtophanes Bizantius grammaticus diſcipulus fuit Callimachi.

Aſclepiades Anazarbæus Grammaticus, ſcripſit de fluminibus.

Aſinus Capito grammaticus, reliquit librum epiſtolarum.

Aſinius Pollio Trallianus, docuit Romæ tempore Pompeij Magni, Succeſſit ſcholæ Timagenis. Scripſit etiam bellum ciuile Cæſaris & Pompeij.

Aul. Gellius tempore Traiani ſcripſit noctes Atticas. Fauorinum maxime coluit.

Calias Metymnæus, Grammaticus, Alcei & Sapphus poemata enarrauit.

L. Cæcilius Epyrota, Attici libertus, ludũ Grãmaticę Romę aperuit, primusq;. Vergilium,& alios nouos poetas cœpit profiteri. Vnde Domitius Marſus: Tu ... Epyrota

Epyrota tenellorum nutricula vatum.

Craſſitius cognomento Paſcilles, Romæ ludum Grammaticæ aperuit. Docuit Iulianum Antonium, Antonij Triumuiri filium.

Crates Malotes æqualis Ariſtophanis, floruit ſub Ptolemæo Philometor. Scripſit in Homeri Iliada, & Odyſſeam lib. 9. commentariorum. Primus ſtudium grammaticæ Romæ intulit eo, ferè tempore, quo mortuus eſt Ennius.

Demetrius Ixion Adramicus, docuit Pergami. Diſcipulus fuit Ariſtarchi. Scripſit Enarrationem in Homerum.

Demoſthenes Trax Grammaticus, Iliada Homeri, & Heſiodi Theogoniam in ſolutam vertit orationem.

Dicæarchus Lacedæmonius grammaticus: fuit Ariſtarchi auditor.

Didymus Calchentorus, Grammaticus Alexandrinus, ſcripſit lib. ſup. 3590.

Diogenianus ex Heraclea, Grammaticus ſub Adriano principe, ſcripſit Dictionarium per ordinem literarum, & quædam alia.

Diomedes ſcripſit quædam in grammatica, quæ adhuc extant.

Dionyſius Alexandrinus grammaticus prçfuit bibliothecæ, & epiſtolis Traianus. Habuit præceptorem Chæremonem philoſophum.

Dioſcorius Mireus, grammaticus, præfectus fuit prætorij Leonis Imperatoris, & præceptor filiorum eius.

Domitianus inſanus grammaticus in vrbe Roma, id cognomentum adeptus eſt, quòd eſſet intractabilis, & valde moroſus.

Donatus grammaticus, præceptor Hieronymi, ſcripſit libellum, quem pueri habent in manibus, Commentarios item in Terentium, & Vergilium.

Ennius grammaticus duos libellos de literis, & ſyllabis, ac metris conſcripſit.

Epithetes Bithynicus, ſcripſit de Atticis dictionibus.

Eugenius Phiſius docuit Conſtantinopoli, imperante Anaſtaſio.

Helladius grammaticus Alexandrinus, ſub Theodoſio iuniore ſcripſit Lexicon ex ordine literarum. Item de Laudibus Theodoſij, & quædam alia.

Heracleon Ægyptius, docuit Romæ, ſcripſit enarrationē in Homerū, & Lyricos.

Hermolaus Conſtantinopolitanus grammaticus ſcripſit ad Iuſtinianum Imp. Epitomen in librum Stephani grammatici de Vrbibus.

Herodianus Alexādrinus, grammaticus, Apollinij grāmatici filius, & diſcipulus, floruit ſub M. Antonio principe. Scripſit de grāmatica, & Imperatorū hiſtoria.

Hyperchius Alexandrinus grammaticus, ſub Martiano Imp. ſcripſit de Verbis, & Nominibus, & Orthographia.

Luctacius Daphnis Q. Catuli libertus, profeſſus eſt Romæ.

C. Meliſſus Spoletinus, a Mecœnate ob ingenium libertate donatus eſt.

Mithecus grammaticus ſcripſit de Obſonijs, & de Canibus.

Moſcus grammaticus ſcripſit carmen bucolicon.

Naucratica grammaticus docuit Athenis ſub Commodo principe, ad, quem ſcripſit Onomaticon lib. 10.

Neſtor Alexandrinus grammaticus, Marcellum Auguſti ſororis filium erudijt.

Nicanor Alexandrinus grammaticus, ſcripſit de Punctis, & dictionibus, quibus vtimur in ſcribendo.

Nicias grammaticus docuit Romæ, fuitq. familiaris Pompeio, & Ciceroni.

Orbilius Beneuētanus, ꝓfitebat Romæ Ciceronis tpe, vir in diſcipulos plagoſus.

Pacatus Minutius, ſcripſit de Lingua Alexandrinorum. Item proprietate Atticę, & Doricæ linguæ.

Palamedes Eleates ſcripſit de Tragicis, & comicis dictionibus, & Cōmētarios in Pindarum.

Pamphilus Alexandrinus, ſcripſit Dictionarium, quòd vocat Pratum.

Pamphilus Scycionius, ſcripſit de Pictura, & claris pictoribus.

Papias ſcripſit Dictionarium Latinum ex ordine literarum.
Pauſanias Cæſariēſis ſcripſit de Cōſtructione. vixit Romę Adriani principis tpe.
Philetas Cous Grāmaticus fuit admodū Criticus, tempore Philippi & Alexādri, pręceptor Ptolemæi Philadelphi. Scripſit elegias & epigrammata.
Philoxenus Alexandrinus Romæ ſcripſit de Verbis monoſyllabis, & de Gręciſmo, & de Genere linguarum.
Pompeius Leneus, Pompeij Magni libertus, ſcripſit de herbis, & plantis.
M. Popilius Andronicus ſcripſit opuſculum Annalium.
Priſcianus Cæſariēſis, claruit Athenis tēpore Iuſtiniani principis. Scripſit de arte grāmatica ad Iulianū cōſulē, & ad Coſroē Perſarū regē, de naturalib. q̄ſtionib.
Rhennius Palemon, profeſſus eſt Romę ſub Tiberio & Claudio principibus.
Scribonius diſcipulus Orbilij, docuit eodem tempore, quo Verrius.
Sophocles Grammaticus enarrauit Lycophronem & quoſdam alios poetas.
Soſibus Grammaticus fuit Laconicus.
Spurius Carbilius Romæ ludum grammaticæ aperuit mercede docēs. Idem Gliteram primus inuenit, quum pro eo C litera prius vteretur.
Telephus Pergamenſis ſcripſit ferè omnia, quæ ad Grāmaticā pertinent. Inter cætera collationes Epithetorū vnicuiq. rei cōgruētiū ad paratū elocutionis copiā.
Terentius Scaurus floruit Adriani temporibus, ſcripſitque librum de Cæſelij vindicis erroribus.
Timagenes Alexandrinus ſub Pompeio Magno captiuus Romam ductus, a Gabinio eſt emptus. Docuit Romæ vſque ad Auguſti tempora.
Timotheus Gazeus floruit ætate Anaſtaſij principis.
Tryphon Alexādrinus Auguſti tempore ſcripſit de Copia orationis, de orthographia, & quædam alia.
Tyrannion docuit Romę ætate Magni Pompeij. Habuit tria librorum millia.
Val. Cato grammaticus Romæ docuit multos, & nobiles, tempore Syllę, tātumq. nominis ſibi comparauit, ut ſequētes uerſus in eius laudē vulgo prædicarētur:
Cato grammaticus Latina Syren.
Qui ſolus legit & facit poetas.
M. Val. Probus Romæ docuit. Scripſit Syluam obſeruationum Latini ſermonis.
Verrius Flaccus ſcripſit de verbis Græcis. Romæ docuit Auguſti nepotes Profeſſus eſt in atrio domus Catilinæ tanta omnium beneuolētia, ut ſtatuā meruerit.
Volcatius Epidios Grāmaticus, ſcripſit res geſtas Pōpeij Magni & eius patris. Ludum aperuit, docuitque M. Antonium, & Auguſtum.
Zenodotus Epheſius docuit filios Ptolemæi primi, ac præfuit Alexādrinæ bibliothecę: primus qui Homeri libros correxit, & in ordinem redegit.
Inter Neotericos numerantur Seruius, Valla, Nebriſſenſis, Nicolaus Perottus, Calepinus Torrētinus, Bebelius, & Deſpauterius, & bonæ (ſi dijs placet) doctrinæ Alexander Theopagita.

EXEMPLA ALIQVOT HIEROGLYPHICARVM notarum, quibus Aegyptij utebantur.

Serpens caudam ſibi mordens, Annum, altra, eorumque diſcurſus ſignificat.
Figura Leonis, Furorem Anteriores partes Leonis, Fortitudinem denotant.
Muſca, Impudentiam.
Formica, Cognitionem, & prouidentiam.
Caput Leonis, Vigilantes, aut cuſtodes.
Cælum pictum rorem ejciens, Diſciplinam uel artem.
Apollonius interprete Beroaldo.
Pellicani forma Inſidiantem.
Cuculæ effigies, Gratitudinem.
Ciconia, Parentum amantes deſignat.

Columba,

Columba, Ingratitudinem.
Vipera, Mulierem viro inſidiantem.
Hyena picta, Inconſtantem hominem.
Pellis hyenæ, Fortunæ & calamitatis contemptorem.
Capræ figura, Optimè audientem.
Anguilla, Omnibus inuiſum Camelus, Pigrum.
Apis effigies, Regem indicat. Crinitus lib. 7. cap. 2.
Vultur, Genium & maieſtatem. Idem eodem.
Bouis figuram, Terram. Mac. lib. 1. cap. 27.
Sceptrum oculi ſpecie, Oſyrim ſeu Solem.
Idem eodem.
Perdices, Contumelioſos homines. Cælius lib. 16. cap. 25.
Hippotami vngulę deorsũ verſæ, Impiũ in iuſtũq. ſignificãt. Idẽ autor eodẽ loco.
Accipiter, Rem denotat citò factam.
Oculus, Iuſtitiæ ſeruator, & corporis cuſtos interpretatur. Diodorus lib. 4.
Dextra manus paſſis digitis, Libertatem deſignat.
Siniſtra cõpreſſis, Tenacitatẽ. hęc tñ quatuor vltima de Aethiopib. Diodorus intelligit.
Crocodilus, Malum notat. Bap. in annotationibus prioribus.
Literarum hieroglyphicarum memini Luc. lib. 3. his verſibus.
Nondum flumineas Memphis contexere biblos.
Nouerat & ſaxis tantum volucreſq; feræque,
Sculptaque ſeruabant magicas animalia linguas.
Et Apul. lib. vlt. Aſin. aur. his uerbis: De opertis adyti quoſdam libros literis ignorabilibus prænotatos, partim figuris huiuſcemodi animalium concepti ſermonis compẽdioſa uerba ſuggerentes, partim nodis, & in modum rotæ tortuoſis, capreolatumq; condenſis ait, curioſitate prophanorum lectione munita. vide Bap. Pij annotat. priores.

DE HISTRIONIBVS AC FABVLARVM ACTORIBVS.

Hiſtriones vocãtur Ludiones & geſticulatores, q oculos ſpectatorũ ſuis oblectãt ludis. Theatricorũ enim artificũ alij vocãtur Gymnici, alij Scenici. De Gymnicis nonnihil dictũ eſt in Athletis. Scenici vocãtur qui ſcenicos agonas exercẽt, aliter Dionyſiaci velut patri Libero dicati. In his ſunt Comœdi & Tragœdi, id eſt, fabularũ actores. Itẽ Mimi, Pãtomimi, Archimimi, Ethologi, Ethopœi, q. oẽs ſignificãt alienę pſonę ſimulatores & hypocritas Latinè Hiſtriones uel ab Hiſtria ex qua primũ venerunt, vel ꝙ Hiſter vocabulo Thuſco ſignificet ludionẽ. Mimi dicũtur imitatores, qui dicta, facta, moreſq; hominũ, & naturas imitãtur. Quamuis ẽt Mimi dicantur poemata ſine reuerẽtia laſciuiã imitãtia, vt apud Ouid. Scribere ſi fas eſt imitantes turpia. Mimos Pãtomimi omniũ perſonarũ imitatores, & effictores. Suet. in Cali. Neſtorẽ Pantomimum ẽt inter ſpectacula oſculabatur. Bibaculus ſcriptor egregius ob eximiã imitationẽ Pãtomim⁹ vocabatur. Si Venus leporẽ in horoſcopo reſpexerit, faciet Pãtomimos, & Mimologos, inquit Iulius Maternus. Archimimi ſunt hiſtrionũ princeps. Ethologi sũt effictores morũ, & affectuũ cuiuſcunq. perſonæ. Cic. lib. 2. de Orat. Mimorũ eſt enim Ethologorũ, ſi nimia eſt imitatio, ſicut obſcœnitas. Quib. verbis Cicero nimiam & velut Mimicã in Oratore culpat imitationẽ. Sũt & Ethopœi hiſtriones, qui mores imitãtur eius perſonæ, q̃ ſuſtinẽt. Vnde Ethopœia, morũ alieno rũ imitatio dicitur, quæ ẽt aliter vocatur Mimeſis. Inter Scenicos quoq. ponuntur Thymelici, Saltatores, Chironomi. Thymelici ſunt Citharœdi, Cithariſtæ, Lyriſtæ, Tibicines, Thymelici actiones ſuas i Orcheſtra peragebant: Comici, & Tragici in ſcena. Thymelici autẽ dicuntur uel à Thymele muliere, quæ prima ſaltationẽ docuit, vel ꝙ apud Græcos hiſtrionicã ſignificet. Martialis li. 1. Chironomi ſunt geſticulatores, & Chironomia, ſaltatio geſticulatrix. Iuuen. Sat. 6.

Chironomon Lædam molli ſaltāte Batyllo.vbi Læda nomen eſt ſaltationis, Batyllus hiſtrionis.Idē Sat.5.Saltāiē ſpectas,& Chironomōta volāti Cultello.Saltationis ſpecies antiquitus fuerūt Pyrrhica,quæ & ænopolia a qbuſdā dr.i.pacata.Hinc Pyrrhicarij,Pirrhiciſtæ dñr ſaltatores armati.Tranq.in Cæſar dictatore:Furius Leptinus ſtirpe ptoria,& A.Calpenus ſenator quondam actorque cauſarū Pyrrhicā ſaltauerunt.Nomen aūt ſumpſit à Pyrrho inuentore.Cordax ſaltatio eſt obſcęna,& comica.Tertiū genus ſaltationis Sicinnis appellatur,quę ſatyrica eſſe dr Pli.li.j.Saltationem armatam Curetes docuere,Pyrrhicem Pyrrhus. vbi armatā a Pyrrhica diſtinguit, quas tñ eaſdem eſſe ſentit doctiſſimus Budæus,a quo bonam horum fragmentorum partem emendicaui. Eſt & alia ſaltatio,quæ Eumelia dr,i.pacata.Produnt hiſtoriæ Rom.hiſtriones pulſos. Italia a Nerone,quū propter eos variæ factiones ortæ eſſent,& adeò vehementes, vt ad compeſcendam fautorum contentionem milites theatro aſſidere iuberentur.Vnde,& Tranquillus: Pātomimorū,inquit,factiones ſimul cum ipſis relegatæ.Reſtituti ſunt demum per Neruam,ſed iterum poſtea ſublati a Traiano.

Fuit Theocrines primum tragędiarum actor, deinde calumniator,& ſycophanta. Vnde & Demoſtenes in oratione pro Cteſiphonte,Aeſchinem tragicum Theocrinem vocat. Eraſmus in Chil.

Cyliſcus nomen eſt tragędi apud Pli.li.35. cap.10.

Thymele mulier prima ſaltationem docuit. Hinc Thymelici dicuntur ſaltatores mimi.Mart.Qua Thymelen ſpectas,deriſoremq.Latinum.Iuuen.Attēdit Thymele, tunc ruſtica dicit.

Aſtymadas fuit hiſtrio Murſimi filius,cui ſtatu in theatro ponēda decreta erat,ꝙ ī agēdo Parthenęū ſeſe grauiter ac ſcite geſſiſſet.Itaq.titulū cōſcripſit,quo ſuas ipſe laudes cōplectebat̄.Vnde natū adagiū,Laudas te ipsū Aſtydamæ in modū.

Nicoſtratus fuit Comędiarum actor talis apud Græcos, qualis apud Roman. fuiſſe traditur Roſcius. Propter cuius artis peritiam reliquit locum ſequenti prouerbio. Ego faciam omnia more Nicoſtrati.

Fuit & Satyrus apud Græcos hiſtrio,qui Demoſthenis lingua præpedi,ac propterea ingrati populo,ſic formauit vocem,vt non prior Demoſthenes,ſed alter videretur,autore Plut.

Cytheris fuit Mima, cum qua M. Antonius poſt Pharſalicam pugnam vectus eſt curru,quem generoſi ſpiritus leones trahebant. aut. Pli.li.8.

Idem ſcribit M.Ofilium fuiſſe hiſtrionem,& comędum,qui quum populo admodum placuiſſet natali die ſuo,conuiuiumq.haberet,edita cœna calida potionē in pultario popoſcerit, ſimulq.perſonam eius diei acceptam intuens, coronam è capite ſuo in ea tranſtulerit, taliq; habitu rigens nullo ſer tiente expirauerit.

Saculio,nomen eſt hiſtrionis apud Plutarchum,quem Brutius in bello contra Antonium captiuum cepit.

Polus hiſtrio fuit fama celebri in terra Gręcia,q geſtus,& vocis claritudine & venuſtate cęteris antellabat.Egit tragędias poetarū:Athenis ēt Electrā Sophoclis poetæ vrnā cū Oreſtis oſſib.geſtantē. Quē actū ſcitè adeò & doctè abſoluit,vt imagines rerū verbis exprimēs,ſpectatores ad fletū, & lachrymas cōcitauerit.

Fuit Callipedes geſticularius tragediarum hiſtrio inter Græcos clarus, qua re plurimum ſe mirabatur. Itaq.vbi Ageſilao regi occurriſſet,arrogantius eum ſalutauit,ſubinde illi ſe oſtentans,arbitratus fore,vt comiter a rege exciperetur. Verum quum ſerijs rex intenderet,nec animaduerteret ad Callipedem,Nō ad modum,inquit,noſſe me videris,o rex. Tum ſubridens Ageſilaus At non, inquit,Callipedes ille dicelictas?ideſt mimus ſpartanorum vocabulo. Quo verbis ludionis tumorem retudit.Fuit autem Callipedes adeo geſtuoſus,vt Simia geſticuloſiorem Græci eum dixerint. Quamobrem pronunciatio illa tam elegans,& arguta,reddebat hominem tardiorem.

Ro-

Roſcius Gallus Comœdus fuit ut omniũ peritiſſimus, ita & nobiliſſimus, qui geſtus & pronuntiationis exercitatione eò uenit præſtãtiæ, vt ſi quẽpiam in arte ſua perfectum uelimus dicere, eum uocemus uelut Roſcium in ſcena. Perſona primus vſus eſt in ſcena, quòd obliquis eſſet oculis turpiq. aſpectu. Scripſit librum, quo hiſtoriam comparauit eloquentiæ Cicero grauiſſima oratione populum obiurgauit, quod agente Roſcio tumultum mouiſſet. Idem lib. 2. de Oratore: Quã ſoleo, inquit, ſæpe mirari eorum impudentiam, qui agunt in ſcena geſtũ ſpectãte Roſcio. Quis enim ſe commouere poteſt, cuius uitia ille non aduertat? Porrò autem fuit Roſcius L. Syllæ adeò charus, vt anulo aureo ab eodem Dictatore donatus ſit. Tanta prætere a tum gratia, tum gloria, vt mercedem diurnã de publico mille denarios ſinè gregalibus acceperit. Horatius de eo ſcribit: Clament periiſſe pudorem Cuncti penè patres, ea cũ repẽdere coner, Quæ grauis Aeſopus, quæ doctus Roſcius egit. Macrob. lib. 3. c. 7.

Aeſopus fuit tragœdus amicus Ciceronis, qui ex hiſtriona tantas opes ſibi cõparauit, ut patinam haberet ſexcẽtis ſeſtertijs taxatam, filiumq. reliquerit adeò diuitẽ & prodigum, vt uniones aceto liquefactos cœnis apponeret. Plinius ait patrẽ poſuiſſe in patina aues cantu aliquo, aut humano ſermone vocales, millibus ſex ſingulas coemptas, nulla alia inductum ſuauitate, niſi ut in his imitationem hominis mandaret, dignus prorſus filio, à quo deuoratas diximus margaritas.

Dion Caſſius prodit, Neruam Cocceium gladiatoribus theatris nimisq. & ſaltatoribus maximè oblectatũ, è quibus vnum præceteris (cui nomẽ ẽrat Pylades) dilexerit. Fuit hic Pylades hiſtrionica clarus. Hylam diſcipulũ vſque ad æqualitatis contẽtionem eruditione prouexit. De utroque abundè meminit Macrobius lib. 2. Saturnalium. Auguſtus Cæſar. autore Tranquillo, Hylam Pantomimũ in atrio domus ſuæ nemine excluſo flagellis uerberauit, prætore licentiã Hiſtrionis cum pãte. Pyladem quoque urbe atq; Italia ſummouit, quòd ſpectatorẽ (quo exibilabatur) demoſtraſſet digito, conſpicumque feciſſet.

Stephano etiam nomen eſt hiſtrionis, quem Suetonius Togatariũ vocat, quòd primus togatus ſaltauerit fabulas, dicente Plinio: Minus miror Stephanionẽ, qui primus rogatus ſaltare inſtituit. Hunc Auguſtus per bina theatra uirgis cæſũ relegauit, quod circuntõſam in puerilẽ habitũ matronã ei miniſtraſſe cõperiſſet.

Rubrius apud Plinium hiſtrio dicitur, cui L. Plancus cognomen impoſuit.

Paris hiſtrio, libertus fuit Domitiæ Neronis amicæ, qui ſolitus erat luxus Neronis intendere tempore cœnæ, eiusq; animũ demulcere: autore Cor. Tacito, de hoc intelligit. Iuuen. Eſurit, intactam Paridi niſi vendit Agauen, &c. Trãquillus ait eum à Nerone occiſum, quaſi grauem aduerſarium. Idẽ ſcribit Domitianum repudiaſſe vxorem, Paridis hiſtrionis amore perditam.

Fauo fuit Archimimus, qui in funere Veſpaſiani Imperatoris perſonã eius tulit, utiq. (moris erat) facta & dicta imitatus eſt. Interrogans itaq. ab eo procuratores exequiarũ, quãti conſtaret funus: vt audiuit, ſeſtertiũ centies, exclamauit, cẽtum ſibi ſeſtertia darent, ac ſe uel in Tyberim proiecerẽt. Quib. verbis taxabat Imperatoris auaritiã, qui indignaretur tantã impẽsã in funere ſuo factã fuiſſe.

Spinter fuit hiſtrio, à cuius nomine uocatus eſt Lentulus Spinter, quod eius ſimilitudinem referret maximè.

Caſtor & Docilis hiſtrionum ſunt nomina apud Horatium in epiſtolis ſcribentẽ Ambigitur quid enim, Caſtor ſciat, an Docilis plus.

Geneſius Arelatenſis patria, minus fuit apud Domitianũ, qui Chriſtianos turpiſſimis geſtibus irridebat. Tandem & ipſe ſub Imperatore paſſus eſt.

LVDORVM DIVERSA GENERA.

Aſtragalus latinè Talus ludus, ex Oſſiculorum pedis coniunctura, quibus Apollonius in Argonauticis puerum Cupidinem ludentem ponit. Volaterranus ait, Germanos & Tranſpadanos hunc adhuc ludum obſeruare. Homerus ſcripſit

Elpenora

Elpenora lapſu ſcalarum exanimatũ eſſe, quum fregiſſet Aſtragalon, id eſt iugu li coniunctarum.

Ludus pilæ repertus ab Anagali puella Cercyrea, vel à Pytho quodam ſecundũ Plinium, aut Lydis ſecundum Herodotum. Vocatur aliter Sphæriſterium. Tranquillus in Flauio Veſpaſiano: Valetudine proſpera uſus eſt, quamuis ad tuẽdã eam nihil amplius, quàm fauces cæteraque mẽbra ſibimet ad numerũ in Sphæriſterio defricaret Pila primum luſit Phacia inuẽtus. De hoc ludo Homerus in Odyſſea locutus eſt, cuius verſus latinos fecit Volateranus. Ille pilã dextra miſſurus ad aſtra reflectit Terga retrò, rurſuſq; ad magnum protinus ictum Cõſurgens terram procumbit pronus ad imam.

Eſt & Ludus Latronum ſeu Latrunculorũ, de quo Mart. Inſidioſorũ ſi ludis bella latronum, Gemmeus iſte tibi miles, & hoſtis erit Seneca: Latrunculis ludimus. Volaterranus ait Magiolinum Florentinum fuiſſe in eo ludo adeò exercitatum, ut memoriter per alium luderet, minimè reſpiciens, aduerſario tamen diligẽter aduertente.

Aleam Palamedes reperit in caſtris Græcorum contra Troianos, dũ eſſet in ocio. Luſoria tabula vocatur Phimium, ſeu Aleatorium Aleę teſſera 22. habet pũcta. Mart. Hic tibi biſſeno numeratur teſſera puncto, Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit, Aleatorium etiam quandoq; pro aleæ ludo ſumitur. Sidonius: Atq. illic Aleatorium laſſis conſumpto Sphæriſterio ſatiat. Qui alea ludunt, vocãtur. Aleatores, & Aleones Catullus. Niſi impudicus, & norax, & aleo. Suetoni' ſcribit. Domitianũ Imperatorẽ (quoties ocium eſſet) alea ſe oblectaſſe. Alea Romanis legib. erat vetita. Horatius: Seu maius uetita legibus alea. Hinc Cicero Lẽticulum colluſorẽ Antonij, de alea condemnatum fuiſſe ſcripſit. Quum autem Alea dicatur omnis ludus in uarietate fortunæ cõſiſtẽs factũ eſt, vt pro periculo periculiq. dubitatione accipiatur. Lucanus: Placet alea fati Alterutrum merſura caput. Plinius: In dubiam imperij ſeruitijq. aleã imus. Cæſar dubitans an traiecturus eſſet copias vltra Rubiconem aduerſus Pompeium, tandem relicta cũctatione, Eatur (inquit) quò deorũ oſtenta, & inimicorũ iniquitas vocat, iacta eſt alea. Petronius Arbiter tradit Cæſarem dixiſſe: Iudice Fortuna cadat alea. Aleam iacere ille dicitur qui ſe periculis fortunæque committit. Dicimus ludere aleã, & alea. Trãquillus in Auguſto. Aliquando ut uincat, ludit aſſiduè aleã.

Turricula ſeu Fritillus, id eſt, quod apud Græcos Pyrgus dicitur. Erat enim vaſculũ in modũ turriculæ, quo incluſæ teſſerę iactabantur ad tollendã ludentis fraudem. Martialis: Quærit cõpoſita manus improba mittere talos. Si per me miſit, nil niſi vota facit. Fritillus autẽ dicitur tabulas luſoria, quo teſſeræ coniectæ agitatęque mittuntur in alueolum. Iuu. Saty. 14. Paruoque eadem mouet arma Fritillo. Mart. Dum blanda vagus alea Decemb. Incertis ſonat hinc & hinc fritillis. Mart. lib. 13. Hæc mihi charta nuces, hæc eſt mihi charta fritillus.

Ludere par impar moris fuit antiquitus. quod illo carmine Horatiano cõſtat: Ludere par impar, equitare in arundine longa.

Ludere nucibus noſtri temporis puerulis ab antiquis didicerunt Nam, & maiores hoc uſos fuiſſe ludo, docet illud Perſianũ: Et nucibus facinus quæcũq. relictis. Quũ ſapimus paruos, Nuces autem relinquere, eſt omiſſis ſtudijs, & nugis puerilibus ad grauiora magiſq; ſeria conuertit. Hinc etiã ortæ illæ dicendi figuræ, Nunquam à nucibus recedere, Redire ad nuces, Nuces obijcere, Nuces intermittere, Nucibus indulgere, Nuces reperere.

Chartarum, Sortium ac Diuinationis ludi à perditis hominibus inuenti ſunt, qui quamuis noſtro quoque ſeculo damnentur adeò, vt piaculum videatur, illis tamen adhuc luditur.

Sortiri digitis ludus fuit Italorum, maximè paſtorum, ut repẽtè porrectis digitis uterque numerum diuinet. Mantuanus Eclog. 1. Sortiri digitis res iniucũda, uo

luptas

luptas Magna prius tãti,dum mẽs erat inſcia morbi.Simile eſt illud:Micare di
gitis.Cic.li.2.de Diuinatione: Quid eſt enim ſors?Idẽ propemodũ quod mica
re,quod talos iacere,quod teſſeras.M.Varro.Micandum erit cum Græco vtrum
ego illius numerum,an ille meum ſequatur.Nemeſinus:Digitos iactare mican
tes.Vnde natum adagiũ,dignus quo cũ in tenebris mices,id eſt,cui ſecurè cre-
das,& in iurato fidem habeas.Is enim quo cũ in tenebris micamus,poteſt nos
fallere,ſi uellit.

Porrò autem veterum monumentis proditur ſummos viros,& multa laude pręſi
gnes,luſu non abſtinuiſſe. Nam Herculem illum portentorum domitorẽ,Iouis
& Alchmenæ filium,ferunt cum puerilis ſæpius colluſiſſe,eoq. modo curas ani
mi remiſiſſe.Ab Alcibiade quãdoq.deprehenſus eſt Socrates,cũ Lampocle in-
fantulo colludens.Ageſilaus cum filio arũdinẽ interdum equitabat,qui pueru-
lis mos eſt alludente Horatio:Ludere par impar,equitare in arundiue lõga,Ta
rentinus Archytas cũ pueris de famulicio luſus agitabat,hiſq.oblectabatur plu
rimũ,dum agitaret conuiuia.Volaterranus ait:Coſmum Medicem iam ſenem,
& patriæ principem,nepotibus paruis colluſiſſe,& ex his cuidam auenã in mo
do foro aptaſſe.

SPECTACVLORVM VARIA NOMINA.

Actia ludi fuerunt quinquennales, inſtituti apud Actiũ Epyri promontorium ab
Auguſto,poſt Antonium & Cleopatrã ſuperatos,in honorẽ Apollinis Actiaci.

Æcea fiebant de Æaco apud Æginam.

Bubetię lupi fuerunt a bobus appellati,quoniam à ueteribus,gratia boũ inſtituti
ſunt.Vocabantur etiam Boalia.

Circenſes ludi qui fiebant in circo,vbi loca erãt,& ſubſellia equitibus patribusq.
deſignata.Primus Circum deſignauit Tarquinius Priſcus.Spectaculũ faciebat
equi,pugilesq.ex Ethruria maximè acciti.De his Trãquillus in Cæſare:Circen
ſibus,inquit,ſpacio circi ad utraque parte producto in gyrum.Eurippo addito,
quadrigas,bigas,& equos deſultorios agitauerunt nobiliſſimi iuuenes.Troiam
luſit turma duplex maiorum,& minorum puerorũ. Troia autem erat equeſtre
ſimulachrum,ſeu vmbratica equitum pugna,in qua equis in orbe ſe inuicẽ pe
tebant.Huius ludi origine in Ver.li.5.de ſcribit.

D[illegible] fi[illegible]t in honorem Bacchi,vbi maxima bibendi licẽtia permittebatur.
His [illegible] populus,& Athletæ paſſim coronati.Omniũ certaminum pręci
p[illegible] fuerunt genera,Olympia,Pythia,Nemæa,Iſthmia;quorũ pręmia
erat Oleaſter,Laurus,apium,pinus.Fiebantq.in honorem Pelopia, Apollinis,
A[illegible]h moti,& Palamonis.Aliqui ad Ioue,& Neptunum Olympia,& Iſthmia
referũt.Vnde Stat.li.1.Theb.nõ aliter q̃ Piſæo ſua luſtra tonãti Quũ redeunt.

Gladiatorij inſtituti ſunt ad exercendã armis iuuentutem,vt iuuenes ipſi (ſi quã
do res poſtularet) iſſueſcerent non expaueſcere congreſſum hoſtilem.

Iuuenalium vocabulo Cor.Tacitus ſcribit Neronem inſtituiſſe ludos in quib.nõ
nobilitas ulla,non ætas,aut acti honores erant impedimẽto,quo minus Græci
Latinique hiſtriones artẽ exercerent vſq.ad geſtus modoſque parum uiriles.
q[illegible] & fę[illegible]æ illuſtres deformia meditabantur.Fieri quoque iuſſit cõuẽticu
l[illegible] cauponas ubi poſita erãt irritamenta luxus,vnde corruptis moribus acceſ
ſit libidinum colluuies poſt natos homines longè maxima.

Marathonea ob taurũ a Theſeo interfectũ,vbi phiala argentea dabatur præmiũ.
Thebis etiã fiebat Heraclea.Oenomaus primus apud Elidem ludorum ſpecta-
culum,equorumq.curſum edidit.Apud Romanos Romulus in Sabinarum ra-
ptu.Vnde Ouid.Primos ſolicitos feciſti.Romule ludos.Ad Certamina Gymni
ca nõ admittebãtur fæminæ.Vnde Statius.Excluſæque expectant præmia ma
tres.In ludis illis certabatur quinq.generalibus,Diſco,Haſta,Saltu, Iaculatio
ne,Luctatione,qui omnibus uincebat,uocabatur Pentathlus.

Nemæa

Nemæa fiebãt in honorẽ Archemori Lycurgi regis Thracum filij, quem ab Hypſiphile nutrice in herba relictum ſerpens interfecerat.

Olympia ludos in honorem Iouis cõſtituit Hercules, apud Elidem, & Piſam, Græciæ oppida, vbi Gymnicum certamen fiebat quinto quoque anno. In his qui dimicabat, uocabatur Olympionices. Hic Hercules ſtadiũ fecit tanto cæteris maius, quanto menſura pedis eius cæteris præpollebat.

Plebeij inſtituti sũt ex actis regib. ꝓ libertate plebis, quos poſtea L. Sylla inſtituit.

Pythia vocabantur ludi Apollinares, inſtituti in honorẽ Apollinis poſt interfectũ Pythona ſerpentem. Hor. Qui Pythia cantat Tibicen, didicit primus, extimuitque magiſtrum Sabellicus.

Scenici ludi dicuntur a ſcena, in qua celebrantur à theatricis actoribus. inſtituti ſunt ob peſtilentiam, accitis ex Hetruria ludionibus ad tibiciuis modos ſaltantibus. Ludij ſcenici fiebãt in theatris. Venationes & Gladiatorij in Amphitheatris, & Ludicros & Scenicos actores Cenſoria damnauit nota, vt improbos mẽte & nihil homines.

Seculares ludi honorem Apollinis & Dianæ inſtituti, fiebant centeſimo quoq. anno, præcone per compita clamante: Venire ad ludos, quos nemo mortaliũ vidit, neq. viſurus eſt. Hos inſtituiſſe fertur. Val. Publicola propter exactos reges. Celebrauit Philippus Imp. anno poſt Vrbẽ cõditã milleſimo. In quibus fuerũt Elephãti 30. Alces 10. Tygres 10. Leones mãſueti 40. Leopardi mãſueti 30. Hyænæ 10. Gladiatorum fiſcalium paria mille, Hippotamus quoq; Rhinoceros, Arcoleontes, Camelopardi, Onagri, & Equiferi.

Taurij ludi fiebant in honorem deorum inferorum.

Venationes erãt ſpectacula, in quibus poſitæ in theatro feræ, vt Tygres, Elephãti, & Leones, Gladiatoribus congrediebantur vſq. ad mortẽ, & caſum alterutrius partis. Suet. Venationes editæ per dies quinque, ac nouiſſimẽ pugna diuiſa in duas acies, quingentis peditibus, Elephantis vicenis, trecenis equitibus hinc & inde commiſſis. In uenationibus & Gladiatorijs ſoli cõdũcti, aut dãnati, & ambitioſi ad oſtentationem ſuarum uirium adhibebantur, quoniam maximũ vitæ diſcrimen imminebat.

SPECTACVLA VARII GENERIS à diuerſis edita.

Spectacula uarij generis edita sũt à diuerſis principib. Cæſar inhibuit munus Gladiatorium. Ludos etiã regionatium urbe tota & per omnium linguarũ hiſtriones. Item Circenſes Athletas. Naumachiam in foro depugnauit. Furius Leptinus ſtirpe prętoria, & Q. Calpenus ſenator quõdã actorq. cauſarum Pyrrhicã ſaltauerunt. Venationes edidit per dies quinque, ſublatis metis quo latius dimicaretur. Athletæ cucurrerunt per triduũ. Defoſſus eſt in mõte Cęlio lacus ad naualе prælium in quo biremes ac triremes Tyriæ & Aegyptiæ claſſis magno pugnantium numero confixerunt. Ad quæ ſpectacula tantum confluxit hominũ, vt præ turba eliſi & exanimati ſint plurimi, & in his duo ſenatores.

De ſpectaculis Auguſti ſic ſcribit Trãquillus: Spectaculorũ aſſiduitate & magnificentia omnes anteceſſit. Fecit nonnunquam vicatim Athletas quoq. extructis in campo ſedilibus igneis, Nauale præliũ circa Tyberim. Ad ſcenicas quoq. & gladiatorias operas equitibus Romanis quandoq. uſus eſt. Milites ſecreuit a populo. Multis è plebe ordinem aſſignauit. Prætextatis cuneum ſuum, & proximũ pædagogis. Fęminis Gladiatores uidere ſolum ex ſuperiore loco cõceſſit. Virginibus Veſtalibus locum in theatro ſeparatũ contra Prætoris tribunal dedit. Voluit primum ſubſelliorum ordinem vacuum ſenatoribus relinqui. Athletarum ſpectaculo muliebrẽ ſemouit ſexum. Athletis priuilegia cõfirmauit. Hiſtrionũ licẽtiam cõpeſcuit. In Circo aurigas, curſoresq. & confectores ferrarum produxit. Troiæ ludum frequentiſſimẽ puerorum delectu edidit. Exhibuit Rhinocerotem

rotem apud ſepta, Tygrim in Scena. Anguem quinquaginta cubitorum pro cōmitio. Nulli Græco certamini interfuit, quo non pro merito certaminum quemque honorauit. Spectauit ſtudioſiſſimè pugiles, maximè Latinos, nec legitimos & ordinarios ſolum, ſed & catervarios oppidanos, inter anguſtias vicorum pugnantes temerè ac ſinè arte.

Caligula Imp. munera edidit gladiatoria, quibus inſeruit cateruas, Afrorũ & Cãpanorum pugilum ex vtraq. legione electiſſimorum. Nec ſpectaculis ſemper ipſe præſedit, ſed interdum magiſtratibus, aut amicis præſidēdi munus iniunxit. Scenicos ludos uarij generis fecit, quoſdam nocturnos accēſis tota urbe luminibus. Panaria cum obſonio viritim dedit. Aedidit & Circenſes plurimos à mane vſque ad veſperam, interiecta modò Africanarũ venatione, modo Troię decurſione. Minio & Chryſocolla conſtrauit circum. Hatticos ludos egit Syracuſis, in Gallia Lugduni Miſcellos, ideſt, multi iugis ludicris varijsq; ludionib. refertos. Item certamen Græcæ Latinæque facundiæ, in quo victoribus uicti præmia cōtulerunt, & eorundem laudes componere coacti ſunt. Qui autē maximè diſplicuiſſent, ſcripta ſua ſpongia linguave delere iubebantur, niſi ferulis obiurgari, aut in propinquo flumine mergi maluiſſent. Idem Imper. Mirmillionem rudib. ſecum dimicantem, & ſponte proſtratum non fodit ferrea ſica, & more victorum cum palma diſcurrit.

Cæſar Claudius fecit ſeculares ludos quaſi anticipatos ab Auguſto, nec legitimo tēpore reſeruatos Circo maximo marmoreis carcerib. auratiſque metis exculto, propria Senatorib. cōſtituit loca promiſcuè ſpectare ſolitis, & ſuper quadrigarũ certamina, Troiæ luſũ exhibuit. Exhibuit & Theſſalos equites, qui tauros per ſpacia circi agebant, inſiliebantque defeſſos, & ad terram cornibus detrahebant. Item Pantheras, quas conficiebat equitum Prætorianorum turma ducibus tribunis.

Nero edidit Iuuenales, Circēſes, & Scenicos ludos. Itē gladiatorum munus Iuuenalib. ſenes quoq; cōſulares, anusq; matronas recepit ad luſum. Circenſib. loca equiti ſecreta cæteris. Exhibuit & Camelorum quadriga. Ludos pro æternitate imper. ſuſceptos appellari maximos voluit, in quib. pleriq; ex utroq; ordine & ſexu partes ludicras ſuſtinuerunt. Nouiſſimus eques Rom. per Catadromum decurrit inſidens elephāto Fabulā Afranij togatā, Incendiũ nomē (quo Troiæ ruina cōtinebatur) indixit, cōceſſitq; ſcenicis, vt ardētis domus ſupellectilē diriperent, ac ſibi haberent. Sparſit & miſſilia omniũ rerum. i. varij generis munera, quæ occupatiũ. Singula quondie millia auiũ cuiusq; generis. Exhibuit ēt ad ferrum quadringentos ſenatores, ſexcentosq; equites Rom. ad cōficiēdas feras in arena. Itē Naumachiā aqua ex mari proximo inducta i qua innabāt beluæ. Itē, Pyrrhicas ſaltationes per ephebos, quib. peracta opera, diplomata & priuilegia ciuitatis Romanæ ſingulis obtulit. Fecit ēt [illegible] taurus Paſiphaē in ligneo iuuēcę ſimulachro abditam iniret, quod multi ſpectantiũ crediderũt. Inſtituit & quinquennale certamen more Græco triplex, muſicum, gymnicum, equeſtre.

Domitianus ſpectacula edidit magnifica & ſumptuoſa in Amphiteatro, & Circo, vbi præter bigarũ & quadrigarum curſus, duplex ēt cōmiſit prælũ equeſtre ac pedeſtre: & i Amphiteatro nauale quoq. Venationes, & Gladiatores exhibuit noctib⁹ ēt ad lychnos. Pugnas preterea nō uirorũ modò, ſed & fœminarũ. Toto Gladiatorij ſpectaculi tēpe habuit ante pedes ſuos puerulũ coccinatũ, portēto paruoq; capite, cũ quo plurimũ fabulabatur. Edidit nauales pugnas effoſſo circa Tyberim lacu, quas inter maximos imbres ſpectauit. Fecit & ludos ſeculares. Inſtituit quinquennale certamen, Capitolino Ioui triplex, Muſicũ, equeſtre & Gymnicum. Fecit certamen Græci Latinique ſermonis. Celebrauit & in Albano monte quotannis quinquaginta Mineruę.

Adrianus Imper. fabularum recitationem omnis generis in theatro ad ſcenam &

Ore-

Orecheſtram dedit. Hiſtriones aulicos publicauit. In Circo multas feras, & ſæpe centum leones interfecit.

Antonius Pius munera edidit, in quib. Elephanti, Crocutæ, Rhinocerotes, Crocodili, Hippotami, & omnia ex omni terrarum orbe animalia, etiam Tygres fuere. In munere publico tam magnanimus fuit, vt centum leones vna miſſione ſimul exhiberet ſagittis interfectos.

Gordianus Imp. 12. populo Rom. ſpectacula per ſingulos 12. dies dedit, ita vt gladiatorum nonnunquam quinquaginta paria, & nunquam minus centum quinquaginta feras Lybicas vno die, quandoque mille ediderit. Erat ei ſylua, in qua habuit ceruos ducentos, Britānos equos feros 30. Oues feras albas mille. Decē aureas capreas quas īaurari fecerat. Strutiones Mauros miniatos 300. Onagros 30. Apros 150. Ibices 200. Damas 200. Quæ omnia populo diripiēda conceſſit, die muneris, quod ſextum edebat.

Philippus Arabs Imp. ſeculare ludos. & munera edidit Circēſia. In quib. dati ſūt Elephanti 32. Tygres 20. leones manſueti 60. Hyene 100. Gladiatorum fiſcaliū parium mille. Rhinoceros vnus. Archoleontes 10. Camelopardali 10. Equiferi 40. Leopardi manſueti 30.

Heliogabalus quaternos canes ad currum iunxit, eoq; modo vectatus eſt. Idē iunctis quaternis ceruis in publicum proceſſit. Sed & leones coniunxit, ſe Cybelē appellans. Iunxit & Tygres, ſe Liberum patrem vocans. Iunxit etiam quaternas mulieres, nudusque a nudis vectus eſt.

Firmus Imperator vectus eſt ingentibus Strutionibus, adeò vt magis volare, quā geſtari videretur.

ATHLETARVM VARIA GENERA.

Athletæ dicuntur pugiles & luctatores, aliter Pancratiaſte, a Pācratio ludo gymnico, de quo Proper. Et patitur duro vulnera Pancratio. Gellius ait vnum ex liberis Diagoræ Rhodi fuiſſe Pancratiaſten. Athletarum nomine dicebantur, qui manibus, pedibusq; quaſi omni ope, omnibusque (vt dicitur) vnguiculis connexi certabant.

Palæſtritæ vocantur etiam a palæſtra luctatione, de qua Ver. li. 6. Aen. Pars in gramineis exercent membra palæſtris.

Palaſtrici item dicuntur, qui motus, geſtusq; formant, vt in palæſtra brachia recta ſint, nec indoctæ ruſticæve manus, ne qua in proferēdis pedibus iuſcitia, ne caput, oculiq; ab alia corporis parte diſſideant. Hæc ars Chironomia dicitur, quā veteres ingenuis liberis neceſſariam putauerunt, videturq; non nihil ad hiſtrioniam ſpectare, & oratoriam.

Apaleſtri, hanc qui non didicerunt, vocantur, q motu, flexuq; corporis, ac omni habitu nullam omnino venuſtatem, leporemque præ ſe ferant.

Pictæ in Gymnicis artificib. ſunt e[illegible], i. pugiles, & Dromeis. i. curſores, quales a Verg. ponuntur li. 5. vbi ad patris Anchiſæ tumulum exequiales celebrat ludos. Sunt & alia permulta Athletharum genera, vt.

Diſcoboli, qui diſcum in ſublime iaculantur, qui frequens erat antiquis ludus.

Haltici qui curſus pernicitate contendunt, qualis Vergilianus ille pedibus longe melior Lycus.

De antiqua puerorum inſtructione Plautus: Ante ſolem (inquit) ex orientem niſi in palæſtram venerat gymnaſij profectò haud mediocreis pœnas pēderet. Ibi curſu, luctando, haſta, diſco pugilatu, ſaliendo ſeſe exercebant magis, q̄ corio. Sed hæc fuerunt Græcorum exercitia, quibus non vtebantur Romani.

Gymnici Agones dicebantur, in quibus nudis exercebantur Athletæ, quos in Arcadia primus repetit Lycaon.

Gymnaſia hinc vocantur exercitij loca, quæ a corporis ad animarū exercitia poſtea traducta ſunt. Athenis tria fuerunt Gymnaſia, Lyceū, Academia, Cynoſarges

ges. Fuit Lyceũ Ariſtotelis ſchola, Academiæ Platonis. Apud Cynoſarges pueri exercebatur, q. nec à patre, nec à matre ciuitatis ius hẽbant. Porrò moris erat vt luctaturi cæromate, id eſt, oleo cærato perfũderẽtur: quos qui vngebant, vocabantur Cæromatiſtæ. Vnde Lucanus liquidam vocat paleſtram, lib. 9. dicens: Arcados autoris citharæ, liquidæq. paleſtræ Vnctam. Stat. lib. 6. Theb. Ante alios erat vncta Pales. Eadem ratione madidã oleo palæſtram vocat Calentius. Poſt vnctionem demũ inſpergebantur puluere, vt corpora cæromate & ſudore lubrica mutuas luctãtiũ prehẽſiones admitterent. Hunc factus prouerbio locus, Citra pulueris tactũ: vbi dicimus rem aliquem ſine diſcrimine & labore partã puluis ille vocatur Aphe. Cæterum vbi Fabius libro 2. Inſtit. ait, bonum eſſe, vt futurus orator Palæſtricis det operam, non de his loquebatur, quibur pars vitæ in oleo cõſumebatur, ſed de illa Chironomia, quæ eſt formandorum geſtuũ ac motuum norma, quam ab Athletica paleſtra multum diſtare cõſtat. Palæſtræ tamẽ appellatione rem athleticam omnem complectimur. Pugilatus (q Græcę Pygmen dicitur) cęſtibus fiebat. Cuiuſmodi fuit illa Daretis in Entellũ cõcertatio apud Verg. Qui ſaltu certabant, plũbeis quibuſdam pilis & maſſulis (Halteres Græci vocant) vtebantur, quibus vtraq. manu ſe librabãt. Hoc adhuc noſtri temporis faciunt Hiſtriones funambuli, qui ne corporis mole in hanc vel illam partem rapiantur, præpilatis perticis vellationem impediũt. De his intelligit Iuuenal. Et lata manu crediderunt Brachia miſſa.

Curſorũ alij Stradiodromi vocabantur, qui ſtadiũ percurrebantur, & quieſcebãt in limite. Alij Diaulodromi qui peracta meta eo demũ reueniebãtur, vnde curſum inierant. Dolichodromi dicebãtur, qui ſexies ſtadium curriculo obibãt. Inter Athletas etiam erant Acrochiriſtæ, qui ſummis inter ſe manibus depugnabant, nullo complexu hęrẽtes. Qui quinq. certabãt generib. Lucta, Pugillatu, Saltu, Curſu, & Pancratio. Pẽthali vocabantur. Xyſtici, qui per hyemem exercebãtur in porticu. Nã Xyſtos latam porticum ſignificat. Sciamachi dicebantur, qui ſub tectis vmbratilem pugnam fingebant, nõ veram, quę fiebat in ſole & puluere, qualis eſt Laniſtrarum pugna, qui digladiandi artem profitẽtur, quiq. numeros omnes impetendi, cædendi, inferendiq. & vitãdi vulnera, atque etiam vbi punctim cæſimque ferendum ſit, diſcipulos docent, vt ſi quando in puluerẽ prodeundum ſit, & uulnificũ certamen, tuentur ſe melius, & inimicos inuadant cautius. Panis quo vtebantur athletæ, dicebantur Colyphium.

ATHLETÆ AC PVGILES PRÆCLARI.

Nunc ad eorum nomina ueniẽdum eſt, qui vel vnico palæſtræ genere, aut multis clari extiterunt.

Ouidius li. 5. Meta. facit Broteam & Ammonem pugiles cęſtibus claros vbi ait: Hunc gemini fratres Broteasque & cęſtibus Ammon inuicti, vinci ſi poſſent cęſtibus eſſet.

Ex duobus Tyndaridis alter fuit equitatu clarus, alter pugilatu. Idẽ Oui. li. 8. Tyndaridæ gemini pręſtantes caſtibus alter, Alter equo. Idem alibi: Tyndaridæ fratres, hic eques, ille pugil.

Amycus Bebryciorũ rex filius Neptuni, cæſtibus clarus, quib. interficiebat. Iuuat occidi Pollux Sidonius: Sparta Terapnæa pugilem cũ Gymnade pinguẽ [illegible] Bebrycijs Amycum ſuſpexit arenis. Val. Flac. lib 4. Argo.

Cæſtib. ergo ualuerũt Amycus a Polluce interfectus, Butes Amyci filius, & Eryx, quem Hercules dedit morti.

Butes Amyci filius, & Eryx Butæ, illuſtres fuerunt pugiles. Butẽ Dares interfecit. Eryx magiſter fuit Entelli, cuius cæſtus Entellus ipſe in Dareta certaturus protulit. Fertur etia Eryx in Herculem certaſſe, victusq; ſuccubuiſſe. De utroq. Verg. libro quinto, Victorẽ Butem immani corpore qui ſe Bebrycia veniẽs Amyci de gente ferebat, Perculit & fulua moribundũ extẽdit arena. Idem: Vbi nũc

nobis

nobis deus ille magiſter Nequicquam memoratus Eryx.

Eutimus Pyctes fuit patria Locrenſis,qui ſaxum miræ magnitudinis ad Locrẽſiũ portas hu[illegible] vexit,vt iam diximus.

Neſtor(vt apud Homerum) quũ adhuc iuuenis eſſet,uicit pugnis Clytomedea,la ‍cta Ancæum,Iphyclum pedum uelocitate, Phylea & Polydorum iaculatione.

Ageſidamus Locrenſis Olympionica,quem ab initio co prope victum,quũ iuuiſſet illas locius,acrior ad cõflictum rediens euaſit uictor.In cuius laudẽ Pyndarus ſcripſit hymnum.

Fuit & Ægeſias Syracuſanus,Soſtrati filius,nobilis Olympionica.

Archias Hyblæus fuit preco,qui tres ordine vicit Olympiades, & Pythica ſtatua cum Epigrammate ob uirtutem illam decoratus.

Aſbilius Olympionices fuit Crotoniata,ter in Olympia cõtinua ſerie uictor,quẽ perpetua uirginitate fuiſſe præditum ferunt.

Autolycus nobilis fuit Pãcratiaſtes,cui ſtatua poſita eſt in Prytaneo:id erat locus Athenis in arce digniſſimus,vbi iudices de negotijs republicæ pertractabant.

Cleomedes athleta Aſtypalenſis genere.De cuius robore iã diximus in capite de Viris prodigioſo robore.

Cleomachus fuit pugil Magneſius,de quo nihil reperitur,præterquã qđ in cuiuſdam Cinædi,& ancillæ amorem incidens corruptiſſimus euaſerit moribus.

Clitomachũ Paleſtriam non tam commendant uires,quãm pudicitia:quòd etiam coeuntes canes ſine horrore non poſſet aſpicere,aut in conuiuijs aliquid impudicum permittere.Aelianus apud Volat.

Corœbus patria Elienſis,primus curſu uicit in prima Olympiade.

Democratem athletam,facto in paleſtra circulo,dimouere nemo poterat.

Ferunt,Demarchum Parrhaſium Olympionicã guſtatis pueri(qui immolabatur) extis in lupum fuiſſe commutatum.Decimo demum poſt anno priſtinę formę reſtitutum.

Diagoras Rhodius,victor in Olympia,quum eodẽ die tres filios victores coronari uidiſſet,expirauit gaudio.autor Gell.

Epitherſes Metrodori filius,uicit in quatuor certaminibus.

Ictio Tarẽtino palęſtritæ tãta fuit gloriæ libido,ut toto uitæ tempore cælebs uixerit,ne Venereo concubitu corpus eneruaret,fieretq. propterea inutilis ad certamen.

Ergoteli athletæ Cretẽſi Pyndarus hymnum cõſecrauit ob eximias uires Curſu uicit in Olympia.

Hyppinus athleta primus diaulo uicit Marullus fuit athleta,qui relicta poſtmodũ palæſtra ludum Romæ aperuit,fuitq.Latini ſermonis exactor diligentiſſimus.

De Milone Crotoniata prodigioſisq. eius uiribus,ſtolida temeritate iã diximus.

Nicedorus Mantineus Pyctes ad adoleſcentia totũ ſe palęſtrę deuouit, ubi maximam, promeruit laudem.Factus ſenior,cœpit philoſophari,legibusque & [illegible] s conſulere.Polydamas Pãcratiaſtes leonem occidit inermis,taurum apprehẽſo pede retinuit,inſiluit in equos aurigæ s de[illegible] agitatos miro imperio [illegible] nuit currus:ſaxo ad extremũ in cauerna oppreſſus eſt,[illegible] eius ruinæ ſe [illegible] cere poſſe confideret. Thagenes patria Thaſius 140.coronas è certaminibus[illegible] [illegible] Androgeus Minois regis Cretę filius, quũ omnes palæſtra ſuperaret ab Atheniẽſibus & Megarenſibus hanc gloriam inuidentibus,interfectus eſt. Cuius mortẽ Minos pater ultus eſt bello. Tort.Antæus gigas Lybycus, & egregius luctator, auſus eſt cũ Hercule in certamen deſcendere:cui quum terra matris tactu [illegible] geret collectis in aere mẽbris & faucibus,& ab ipſo Hercule iugulatus eſt.Hanc eorũ luctam deſcribit Politianus hoc modo: [illegible] m s dura certare paleſtra, Neptuni quondã filius, atque Iouis. Non certamen erat operoſo ex ęre lebetes. Sed q uel uitã,uel ferat interitũ. Occidit Antæus,

Ioue

Ioue natum viuere fas eſt: Eſtque magiſtra Pales Græcia, non Lybia.

Pythodemus luctator fuit egregius, cuius ſtatuam fecit Dynomenes. Plinius.

Daretem, Vergilius finxit fuiſſe neſcio quem iactanticulum, ſuisq; uiribus immodicè fidentem, qui in ludis illis (quos ad Anchiſæ tumulũ celebrabat Aeneas) quum ſibi nimium blandiretur, vt vnũquẽque magnifico ſermone laceſſeret. ad extremum coegit Entellum, quamuis capularem & propè viribus effętũ, cœſtus arripere. A quo magna nominis infamia ſuperatus propè ſemianimis in caſtra ſuorum relatus ſit. Vnde natum adagiũ Hieronymo poſitum, Dares Entellum prouocat.

Corycus luctator, quum neminem reperiret priorem, aut parem, cuiusq. uirib. ſuccumberet, etiã adagio ſequẽti fecit locum, Luctari cum Coryco, de his qui aliquid ſupra uires moliuntur.

Patrobius libertus Neronis, tanto paleſtræ ſtudio tenebatur, vt arenã a Nilo uſq. iuberet ſibi afferri in theatrum, qua ſpargeretur. Pli. c. 12. lib. 25.

De Hyla, Phegeo, et Lyco, Auſonius ad hũc modum ſcribit: Doctus Hylas cęſtu, Phegeus catus arte paleſtræ, Clarus Olympiacis eſt Lycus in ſtadijs, &c.

Aegres Olympionica dum in ſacro certamine ſortitio inter ipſos & aduerſarios non bona fide fieret, repentè (quum prius eſſet mutus) in eum qui id faciebat, ſeſe videre quid faceret, magnum inclamauit, orisque vinculo ſolutus rectè poſtea ſemper locutus eſt. Gellius.

Fuit Glaucus Caryſtius Pyctes coronatus 25. Olympiade, quem Pythia teruiciſſe ferunt Iſthmia decies. Is in agro colendo uomerem (qui ab aratro caſu exciderat) manu loco mallei in ſuũ locũ reſtituit. Ductus poſtea patre in Olympiam, quum ab aduerſarijs conficeretur plagis, & iã ſuccumbẽs deficeret, inclamauit proſiliens pater, Percute qua aratrum. Quo ille ſtimulo concitatus irruensque violentius, velut impetu capto, aduerſarium, vicit, ſtatuamque meruit. Cęl. ca. 28. lib. 6.

Fuit Eurydamas Pyctes Cyrenæus patria, qui aduerſarijs plagarum vi & frequẽtia dentes ſæpenumero excutiebat.

Ferunt Heraclidem fuiſſe pugilem infiniti prope cibi potusq. capacem. Non reperiebatur illi par in potando. Alios ad ientaculum inuitabat, alios ad prãdiũ, ad cęnam alios, poſtremos ad comeſſationẽ. Recedẽtibus primis iungebantur ſecundi, omnibusque ſufficiebat ſolus. Cælius lib. 16 c. 16.

Lachus Epidamius fuit Pyctes, quem Cleomedes Aſtypalẽſis ictu pugni interfecit ac demum interfecti lateribus apertis, inteſtina exeruit.

Iſchomachus Crotoniates victor fuit in ſtadio, quo tẽpore M. Valerius & P. Poſthumus Tubertus conſules Romæ creati ſunt.

Topſius luctator fuit egregius. Dionis Alexandri frater.

Butus athleta uicit in Pythijs ludis. Idem bouem integrum vno die deuorauit, quod de Milone Crotoniata dicitur.

Starcatherum Saxo Grãmaticus prodit athletã fuiſſe qui nulli mortalium ſuo tẽpore viribus & uirtute ceſſerit. De cuius pręclaris facinorib. multa cõmemorat

Hama apud Saxones Gymnicis palmis clariſſimus habitus eſt, adeò vt magno militaris põpæ tripudio ductus ſit ad cõflictũ, & Starcathero, inter Danos fortiſſimo, ſed capulari oppoſitus. Quum ergo in conflictũ ambo deſcẽdiſſet, aſtarentque hinc & inde numeroſi ſpectatores, vt ſuæ partis uictori gratularentur: Starcatherus primo quidem inſultu propter inualidas uires pene reſupinatus eſt. Verum vbi pudore reſumpſit vires, & ſe ſibi reſtituit, mediũ Hamæ corpus diſſecuit. Saxo lib 6.

Phailus fuit athleta fortiſſimus in cuius honorem Alexander Macedo multas exuias dono Crotoniatis miſit.

Cylon fuit Olyphionices Athenienſis affectatæ tyrannidis compertus.

Callias Athenienſis tyranni Piſiſtrati inimicus in equorũ curſu palmam obtinuit, in quadrigario fuit ſecundus, in Pythijs primas meruit.

Pyrechmen luctator fuit Aetholus, qui Degmenũ Epeum ſingulari certamine vicit. Herodot. lib. 6.

Auenicon fuit pancratiaſtes ex Anthedone urbe.

Phrynon dux fuit Athenienſiũ, pancratiaſtes clariſſimus, quem Pyttacus Mitylenæus ſingulari contendẽs certamine, rete ſub clypeo latente inuoluit, atq; hoc modo ſuperauit.

Gylcon nomen eſt luctatoris fortiſſimi apud Hor. in epiſtolis ſcribentem: Et qua deſperes inuicti membra Glyconis Nodoſa corpus noli prohibere chiragra.

In honorẽ defũcti Archemori (qui filius fuit Lycurgis regis Thrachũ) annui Agones inſtituti ſunt. Stat. li. 6. Theb. quoſdam enumerat ex his, qui ibidem certauerunt, quorum hęc ſunt nomina: Hippomedon iactu diſci præſtãs, Phlegias, Alcidamas Lacon, Capaneus Æ tholus, Agylleus, Tydeus, & alij nonnulli.

GLADIATORVM DIVERSA GENERA.

Gladiatorũ genera ſunt Retiarij, Secutores, Mirmilliones, Hoplomachi, Thraces. Horũ magiſtri dicuntur Laniſtæ: hi gladiaturam domi exercebãt, inſtituebãtque tyrones, quos vendebãt munerarijs. Erant Munerarij ſpectaculorum exhibitores, qui ludos gladiatorios populo exhibebant a Græcis dicuntur Agonothetæ Martialis: Suſpectã velut emptor aut laniſta Retiarij pugnabant in Mirmillonem, uocabulo a rete deducto, quod ſub ſcuto ferebant, ut inuoluerẽt inimicum. Mirmillones nomen habuerunt a Mirmillonio genere armaturæ Gallicæ, quo vtebatur. Retiarij tunica vtebantur & fuſcina. Iuuen. Vicit & hoc monſtrum tunicati fuſcina Gracchi. Suet. Retiarij, in tunicati quinq. numero gregatim dimicantes ſine certamine, totidem ſecutoribus ſuccubuerant: quũ occidi iuberent, unus reſumpta fuſcina, omnes interemit. Secutor galeam ferebat, & clypeum falcemq. ſupinam, Retiarius galerum tantum, de hoc Iuuenal. Sat. 8. Nec galea frontem abſcondit, mouit ecce tridentem, &c.

GLADIATORES PRAECIPVI NOMINIS.

Inter gladiatores præcipui habentur Bithus, & Bacchius, qui pares fuerũt arte, & pares audacia. Hinc natum adagium, Bithus & contra Bacchiũ quũ duo ęqualiter improbi contendunt inter ſeſe. Horatius: Vt non compoſiti melius cũ Bitho Bacchius. Nam quũ multos interfeciſſent, tandem congreſſi mutuis vulneribus ſe confoderunt.

Erſenius & Pacidianus gladiatores itidem fuerũt nobiliſſimi. A quibus natũ adagium præcedenti ſimile, Erſenius cum Pacidiano. Cicero de perfecto Oratore: A me autẽ (quo maximis minima conferam) Gladiatorum par nobiliſſimũ inducitur Æ ſchines tãquam Erſenius, non ſpurcus homo, ſed doctus & acer. Cũ Pacidiano hic componitur, optimus longẽ poſt homines natos.

Spartacus gladiator fuit, Thrax genere, magnis viribus præſtans, qui una cũ Chryſo, & Oenomato, effracto Lentuli ludo gladiatorio, Capua erupit cũ 70. gladiatoribus. Qui omnes collecto exulum & fugitiuorum non paruo exercitu, bellũ ingens concitarunt, adeo vt mitti Craſſum oportuerit: qui perditos eorũ conatus reprimeret. Hor. Aemula nec uirtus Capuæ, nec Spartacus acer.

Tubo faciens genitiuum Turbonis, nomen eſt gladiatoris apud Hor. li. 2. Sermon. Corpore maiorem vides Turbonis in armis.

Martianus nomen eſt gladiatoris apud Plutarchum in Galba.

Idẽ ait, ſpiculũ fuiſſe gladiatorẽ, quẽ Romani Nerõ ſtatuis ſubiectũ i foro pdiderit. Hor. facit Veianũ gladiatorẽ i pricipio epiſtolarũ, vbi ait. Veiani armis Herculad poſtẽ fixis latet additus agrõ, Ne populum extrema toties exoret arena.

Gracchus nomẽ eſt Retiarij apud Iuuen. Sat. 8. ſcribentem: Nec clypeo Gracchũ pugnantem aut facile ſupina: Damnat enim tales habitus & damnat & odit.

CVRSO-

CVRSORES VELOCISSIMI.

In ludis exequialibus (quos in Sicilia ad Anchiſæ tumulum celebrauit Æneas) ſtadriodomi,ſeu decurſorem in ſtadio fuerunt Eurialus,Nyſus,Diores,Salius, Patron,Helymus, & Panopes.

Camilla Regina fuit Volſcorum,cuius celeritatem deſcribit Vergilius in fine 7.libri dicens.

Illa vel intacta ſegetis per ſumma volaret
Gramina,nec teneras curſus læſiſſet ariſtas,
Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti
Ferret iter,celeres nec tingeret æquore plantas.

De Achille,Catullus: Naſcetur nobis expers terroris Achille, Qui perſæpe vago victor certamine curſus Fammea præuerteret celeris veſtigia ceruæ.

Bellerophon in expeditione contra Chimeram vſus eſt æquo Pegaſo, ſanguine Muſæ nato.

Perſeus verò in Meduſam cẽtaurus,accepit a Mercurio taleria & enſem, quib.adminiculis ambo per aerem ferebantur. Prop.lib.2. Non ſi Pegaſeo vertaris in aere dorſo:Nec tibi ſi Perſei mouerit ala pedes.Sidon. Ac iuuenem Stenobæa tuum,cui terga vetuſtas Pennati largitur equi.

Poetæ fabulantur, Dædalum incluſum labyrintho, propter libratum Theſeũ, cũ iudicium capitis expaueſceret,alas ſibi confinxiſſe, eoq; remigio periculũ euaſiſſe.Ver.lib.6.Æn.Dedalus(vt fama eſt)fugiens Minoia regna,Præpetib.pennis auſus ſe credere cœlo,Inſuetum per iter gelidas enarrauit ad Arctos.

De Atlanta venatrice Arcadica Oui.li.10.Metam. Forſitan audieras aliquem certamine curſus Veloces ſuperaſſe viros,non fabula rumor.Ille fuit:ſuperabat.n.nec dicere poſſis,Laude pedum,formæ ne bono præſtantior eſſet.Stat.li.6.The. Quis Menaliç Atlanteæ Neſciat egregium decus, & veſtigia cunctis. Indeprehenſa procis. Hãc.n.dñt certaſſe curſu in Hippomenem,dum ab eo in vxorem peteretur.Vnde idem Ouid.Dum talia ſecum Exigit Hippomenes,curſu volat alite virgo. Quæ quanquam Scythica non ſegnius ire ſagitta Aonio viſa eſt, iuueni,tamen ille decoris Mirator magis eſt,curſus facit ipſe decorẽ,Aura refert ablata citis talaria plantis.Hanc curſus concertationẽ Sidonius deſcribit,dicẽs: Emicuit pernix populo trepidante virago,Nil toto iactura gradu, quũ pallidus ille Reſpiceret medium poſt ſe decreſcere campum.Et longas ad ſigna vias ſtatuq.propinquo Preſſus in hoſtili iam curreret anxius vmbra, Donec ad anfractum metæ iam iamque relictus Concita ter ſparſo fregit veſtigia pomo.

Mermeros centaurus fuit pedum leuitate præſtantiſſimus. Ouid.lib.12.Quiq.pedum nuper certamine uicerat oẽs Mermeros, accepto tum vulnere tardiorib. De Phædime,& Dimante. Stat.lib.6.Theb. Et ait in Iſtmiacæ victor clamatus arena Phædimus,alipedumque fugam prægreſſus equorum Ante Dimas.

Claruit Opheltes nauta curſu velociſſimo Sidonius:Qui vigor in pedibus fruſtra tibi natus Ophelte Sicaniam tribuit palmam,plantasq. ſuperbas.

Thalus fuit quiſpiam,quem Iupiter æreis pedibus finxiſſe dicitur,cuſtodemque Europæ adhibuiſſe ac celeritate ter quotidie Cretam obiuiſſe.De quo nonnulli volunt Catullum intellexiſſe illo carmine: Nõ cuſtos ſi ego fingas ille Cretũ, quamuis alij ad Dædalum referant.

Philippides 160. ſtadia ab Athenis Lacedæmonem biduo cucurrit.

Caniſtius curſor Lacedæmonius, & Philonides Alexandri Magni Sicyone Elin, vno die 120. ſtadia cucurrerunt.

Iuba apud Plinium teſtis eſt. Troglodytarum gentem miræ velocitatis eſſe.

Ladas curſor fuit Alex.velociſſimus. Mar.li.2.Quid ſi per glaciales vias petauri.Initum iubeas ſubire Ladam. Petauri autem dicuntur homines agiles, qui ſe per circulos immittunt,naſcunturque ſub Delphine.Idem Mart.lib.12.Habeas

licebit alterum pedem Ladæ, Inepte fruſtra crure ligneo curres.

Atas puer Vipſano conſul a meridie ad veſperum 75. millia paſſuum cucurrit, magna omnium admiratione. Mar. li. 4. Siue leuem curſu vincere quæris Atan.

Philippus Lyſimachi frater regem per ducenta ſtadia vectũ pedes comitatus eſt, quum etiam lorica indutus arma geſtaret. autor Cur. li. 7.

Iphiclus Philaci & Climenes filius, tanta fuit corporis agilitate & pedum celeritate, vt curreret ſuper triticeas ariſtas, nec oblæderet. Demaratus verò etiam per mare inceſſiſſe prodidit. Autor Cel. c. 5. li. 5.

Orion Neptuni filius ex Euryale Minois filia natus fuit, cui cõceſſum eſt, vt ſuper fluctus curreret perinde ac in terra ſuper ariſtas ferret, nec eas cõminueret. Hig.

Mithridates rex Ponti, ad vltimũ vitæ tp̃s equitabat, iaculabaturq;: & p mille ſtadia, diſpoſitis per interualla equis vna die diſcurrebat. Currus 16. eq̃s agitauit.

De Lycaſtæ Dianæ comite, Clau. Et curſu Zephiris nunquam ceſſura Lycaſte.

Echion Oui. li. 8. Met. Impiger Eurytion, curſuq; inuictus Echion.

Tiberius Nero vehiculis tribus ad Druſum fratrem in Germania ægrotantem feſtinans, ducenta paſſuum millia emenſus eſt.

Heraldus quidam nonnulla inuſitatæ agilitatis ſpectacula exhibuit: nam duobus equis in ſtadium admiſſis vtroque metam prior tenuit. Geminis ſiquidẽ bacillis inter currendum innixus, crebris ſaltibus corpus concitabat, autor Saxo.

PICTORES DIVERSI.

Fuit Phidias initio pictor, pinxit Clypeum Athenis.

Caneus eius frater pinxit Ægidam Mineruæ.

Bularchus Magnetum prœlium.

Hygiemon primus in pictura marem fœmninamque diſcreuit.

Eumarus Athenienſis figuras omnes imitari auſus.

Cimon Cleonęus eius inuenta excoluit, obliquasq. imagines inuenit, articulis mẽbra diſtinxit, venas protulit, in veſte rugas & ſinus inuenit.

Pythis certauit in Timagoram Chalcidenſem de præſtantia picturæ.

Polygnotus Thaſius primus mulieres lucida peſte pinxit, inſtituit os ad aperire, dentes oſtendere, vultum ab antiquo rigore variare. Pinxit Delphis ędem & Athenis porticum, cuius partem etiam mercede pinxit Mycon.

Mycon alter minor filiam habuit Timareten pictricem.

Olympiade 10. fuerunt Aglaophon, Cephiſodorus, Phrylus, Euenor pater Parrhaſij pictoris.

Apollodorus Athenienſis primus ſpecies exprimere inſtituit, primusq; gloria penicillo contulit. Fecit ſacerdotem adorantem, & Aiacem fulminatum.

Zeuſis arte picturę tantas opes ſibi comparauit, vt in earum oſtentatione Olympiæ nomen ſuum aureis intextum literis oſtẽtaret. Poſtea opera ſua donare inſtituit, vt Alcmenam Agrigentinis, Pana Archelao, ꝙ nullum precium putaret eſſe illis dignum. Fecit, & Penelopem, & Athletam, adeoq;, ſibi in illo placuit, vt verſum ſubſcriberet celebrem ex eo, inuiſurum aliquem facilius, q̃ imitaturum. Fecit & magnificum Iouem in throno aſtantibus Dijs, & Herculem infantem dracones ſtrangulantem, Alcmena matre corã pauante, & Amphytrione. tanta fuit diligentia, vt Agrigentinis facturus tabulam (quam in templo Iunonis Laciniæ dicarent) virgines eorum nudas inſpexerit, & quinquę elegerit, vt quod in quaque laudatiſſimum eſſet, pictura redderet.

Æquales eius, & æmuli fuerũt, Timãthes. Androcides, Eupompus, Parrhaſius deſcendit in certamen cũ Zeuſide: & quum Zeuſis detuliſſet vuas adeò ingenioſe pictas, ut ad eas aues deuolarẽt, Parrhaſius lintheũ attulit, veritate adeò rep̃ſentata, vt Zeuſis alitũ iudicio tumens flagitaret, remoto lintheo oſtendi ſibi picturã, & intellecto errore, palmã cõcederet: qm̃ ipſe aues fefelliſſet, Parrhaſius verò ſe artificẽ. Idẽ Zeuſis poſtea pinxit puerũ vuas ferentẽ, ad quas quũ deuo

laſſent

laſſent aues, iratus eſt operi ſuo, quod vuas pinxiſſet melius, quàm puerũ. nam ſi puerum cõſummaſſet, aues timere debuerãt. Pinxit quoq; Helenã, & Marſiã religatum. Parrhaſius primus Symmetriam picturæ dedit, primus argutias vultus, elegantiam capilli, venuſtatem oris expreſſit, & artificum cõfeſſione in lineis extremis palmam adeptus eſt. Vide alia eius opera quãplurima apud Plinium. ſuperatus eſt tamen a Timante in Aiace.

Pinxit Timantes Iphigeniam aris immolandam, parentibus prodę lacrymãtibus, velato patris eius vultu, quem dignè non poterat oſtendere. Item Cyclopẽ dormientem alij in hac arte celebres fuerũt. Buxinidas præceptor Ariſtidis, Eupõpus Pamphili, Apellis Pamphilus, qui neminem minoris talento docuit annis decẽ. Quã mercedem ei dederunt Apelles, & Melantius. Claruit etiam extitere Echion, Terimachus, quos omnes ſuperauit Apelles voluminibus editis, quæ & doctrinã continent. Cedebat tamen Amphioni de diſpoſitione, & Aſclepiodoro de mẽſuris. Idẽ nauigauit Rhodum ad uidẽda opera Protogenis pictoris excellentiſſimi. Apelli autem fuit perpetua conſuetudo nullũ diem, quibuſcũq; negocijs occupatum prætèrire, quin lineam aliquã duceret, ducendo exerceret artem. Ad eius officinam frequenter ventitabat Alexander, qui etiã edicto vetuit, ne ab alio pingeretur. Venerem Cois incæptã moriens reliquit imperfectam, nec repertus eſt qui tã egregio operi vellet ſuccedere. Pinxit Alexandrum M. Fulmigerum in templo Dianę Ephæſię talentis 20. Numeroſa inſuper opera, quę ponuntur a Plinio.

Ariſtides Thebanus qualis fuit Apelli. Primus animum pinxit, & ſenſus omnes expreſſit. Vnam eius tabulam Attalus rex centum talentis emiſſe fertur.

Aſclepiodorũ in Symmetria mirabatur Apelles. Et Mnaſon tyrãnus pro 12. Deis dedit in ſingulos Minas tricenas. Idem dedit Theomneſtoin ſingulos heros Minas centenas.

Nicomachus Ariſtodemi filius, pinxit raptum Proſerpinæ item Vlyſſem pileatũ, Apollinem, Dianam, Deum matrem leoni inſidentem, & nobiles uaccas arreptantibus Satyris, & Scyllam fuit in ea arte omniũ uelociſſimus. Diſcipulos habuit Ariſtidem fratrem, Ariſtoclem filium & Philoxenum Eretrium, qui ultimus pinxit prælũ Alexãdri cũ Dario. Itẽ Laſciuiã, in qua tres Sileni comeſsãt.

Nicophanes fuit elegans & concinnus.

Apellis diſcipulus fuit Perſeus.

Ariſtidi diſcipuli fuerunt Niceros & Ariſtippus, qui pinxit Satyrũ cũ ſcypho coronatum. Ariſtippi Atorides, & Euphranor.

Pyreicus humilia ſecutus, humilitatis tamẽ ſummam adeptus eſt gloriam. Pinxit tonſtrinas, ſutrinas, aſellos, & obſonia.

Seſapion pinxit ſcenas, & homines pingere non potuit.

Dionyſius nihil præter homines pinxit, vnde & Anthropographus dictus eſt.

Callicles parua quædam pinxit.

Antiphilus Heſionem, Alexãdrum, & Philippum cũ Minerua, Liberum patrem, Cadmum, Europen, Gryllum.

Aurelius floruit Romæ paulo ante Auguſtum.

Amulius Mineruam, quę ſpectantem ſpectabat, quacunque aſpiceretur.

Poſt eum in precio fuere Cornelius, Pinus, & Actius Priſcus.

Pauſanius Sicyonius, Brietis filius, diſcipulus fuit Pãphili, q. prim⁹ Lacunaria pingere inſtituit. Paruas pingebat tabellas, maximè pueros pinxi Glicerã coronarum inuentricem (quam amabat) ſedentem cum corona.

Euphranor Iſthmius fecit Coloſſos, & Marmora, ac Scyphos ſculpſit. Scripſit volumina de Symmetria, & Coloribus.

Euphranoris coętaneus fuit Cyclias, cuius tabulã Argonautas, Hortẽſius orator mercatus eſt talentis 144. ut iam diximus.

Antidotus diſcipulus fuit Euphranoris, fecit Clypeo dimicantem, & Luctatorem, & Tibicinem.

Antidoti diſcipulus fuit Nicias Atheniẽſis, qui mulieres diligẽtiſſimè pinxit. Eius opera multum probabat Apelles.

Maronites Glaucionis Corinthij diſcipulus pinxit Achillẽ habitu virgineo occultatum Vlyſſes deprehendente, & alia quędam.

Metrodorus pictor fuit, & Philoſophus magnæ celebritatis quem Athenieſes miſerunt L. Paulo Æmilio, poſt Perſeum deuictum petenti probatiſſimũ Philoſophum, ad erudiendos liberos, & pictorem ad triumphum excolendum.

Timomachus Bizantinus pinxit Cæſari dictatori Aiacem, & Medeã, tabulas octoginta talẽtis venundatas: Fecit inſuper Oreſtem, Iphigeniam, & quędam alia.

Ariſtolaus Pauſiæ filius, & diſcipulus, pinxit ædem Apollinis Delphis.

Antiphilus puerum ignem conflãtem, & lanificium, in quo properabant omnium mulierum penſa, Satyrum cũ pelle Pantherina, & alia multa.

Alcmachus pinxit Dioxippum, qui Pancratio vicerat in Olympia.

Cteſilochi opus fuit Iupiter Bacchum parturiẽs, & ingemiſcẽs muliebriter inter obſtetrices, & dearum clamorem.

Teſtidemus fecit Oechaliæ expugnationem, & Laodomiam.

Cleſides reginæ Stratonices iniuriã à quo nullo honore fuerat exceptus. Pinxit & voluptatem cum piſcatorẽ, quem regina dicebatur amare.

Cratinus Comædus Athenis Pompeium pinxit.

Euchides bigam regis cum victoria.

Iphis Neptunum, & Victoriam.

Habron amicitiam, & Concordam. & deorum ſimulachra.

Nicearchus Venerem inter Gratias, & Cupidinẽ Herculẽ triſtẽ inſanię pęnitẽtia.

Nealces Venerem, Naumachiam Ægyptiorum & Perſarũ. Item Aſellum in littore bibentẽ, & Crocodilum ei inſidiantem. Aliorum nomina ſunt Oenias, Philiſcus, Phaleriõ, Simonides, Simus, Theodorus, Leontius, Theron, Tauriſcus. Erigonus, Paſias, Ariſtonides, Anaxander, Ariſtobolus, Syrus, Arceſylas Tiſicratis fili⁹, Coribas, Nicomachi diſcipulus, Carmanides Euphranoris, Dioniſiodorus Colophonius, Diogenes, Eurymedes, Heraclides, Macedo, Midon Philomachi ſtatuarij diſcipulus, Mnaſitheu Sicyonius, Mnaſidemus, Neſſus. Polemon Alexandrinus, Theodorus Samius, Tadius, Xenon Neoclis diſcipulus.

MVLIERES PICTRICES.

Mulieres pictrices fuerũt Timarete Mycaonis filia, Irene Cratini pictoris filia, & diſcipula, Ariſtarete. Nearchi filia, & diſcipula Lala Cizicena. Martia M. Varronis: Hæc omnia decerpta ſunt ex Plinio, ne quis forte opinetur me ex aliena opera laudem promereri velle.

PIGMENTA.

Inter pigmẽta numerantur Minium, Armenium, Cymbaris, Chryſocolla, Indicũ, Purpuriſſum, Synopis, Rubrica, Parethonium, Melinum, Eretria, Auripigmẽtũ, Orcha, Ceruſſa, Sandaraca, Sandix, Syricum, Atramentum, Appianum.

COLORES.

Colorum nomina ſunt Andricelon, Oſtreon, Braſinon, Crococides, Cyãcus, Cynabari, Xãthus, Phæus, Phlogoleucus, Leucophæus. Genera colorũ apud Gelliũ li. 2. c. 25. ſunt, Ruffus, Ruber, Flauus, Fuluus, Rubidus, Phęniceus, Rutilus, Luteus, Spadix, Ceſius.

SCVLPTORES, CÆLATORES, Statuarij, & Marmorarij.

Phidias ſculptor Athenienſis claruit minoribus ſimulachris ſculpendis. Idẽ fecit ſtatuam Mineruę ex auro, & ebore amplitudine 26. cubitorum: in cuius ſcuto cælauit prælium Amazonum, & Gigantomachiam in ſoleis pugnã Lapytharũ & Cen-

& Centaurorum. Plinius enim vocat artificem nũquam ſatis laudatum. Fabius: Phidias, inquit, dijs quàm hominibus efficiendis melior. In ebore verò longè citra æmulum, vel ſi nihil niſi Mineruam Athenis, aut Olympiũ in Elide Iouẽ feciſſet. Mart. li. 3. Artis Phidiacæ toreuma clarũ, Piſces aſpicis, adde aquã, natabunt. Lyſippus Sicyonius adeò claruit ſculptura, vt ab eo ſolo fingi voluerit Alexand. quemadmodum pingi à ſolo Apelle. Horat. Edicto cauit, ne quis ſe præter Apellem Pingeret, aut alius Lyſippo duceret æra. hũc Plin. ait feciſſe ad 610. opera.

Praxiteles marmore nobilitatus eſt, duplicique Venere, Coa & Gnydia, ſed Gnydia præcipuè, cui ob elegãtẽ formam noctu cõgreſſus, eſt puer, relictis maculis tãtæ libidinis indicibus. Quintianus: Cedat Praxiteles, cuius muliebris imago procacem Impulit ad coitum iuuenẽ. Sunt tamen qui hoc dicãt de alio ſimulachro. Scripſit quinque volumina nobilium operũ in toto orbe Speculum argenteum primus fecit.

Theodorus & Teladeus fratres, Samij, Rœci filij, ſculptores celeberrimi fuerunt, quorum Teladæus Pythij Apollinis ſignũ in Samo incœpit, Theodorus Epheſi alio ſaxo abſoluit: quibus ſimul compoſitis, ita cohæſit & conuenit, vt ab unico artifice & eodẽ lapide factum videretur. Fuit etiam Theodorus nobilis architectus, qui ſuaſit ut carbones ſubijcerentur fundamentis templi Dianæ Epheſiæ. Idem primus ferrum fundere docuit, & ex eo ſtatuam fecit ferream.

Timotheus ſculptor unus fuit eorum, qui Mauſolæum Arthemiſiæ celauerunt.

Arceſilas ſculptor fecit ſimulachrum Dianæ, in quod Simonides luſit epigrãma.

Callimachus ſculpturam in tenuiorem exquiſitoremq; diſciplinam reduxit. Nam ipſe primus lapidem perforauit, minutatimque tractauit.

Diopœnus & Scybis Cretenſis, Sicyonem ſe contulere, vbi fuit quõdã præcipua omnium metallorum officina, ibique ſculpendo marmori primi claruerunt.

Epitherſes diſcipulus fuit Lyſippi.

Alchimedon nomen eſt cælatoris & ualcularij apud Vergilium dicentẽ: Pocula ponam Fagina, cœlatum diuini opus Alchimedontis.

Alcon nomen eſt argentarij, qui Aeneæ pateram cælauit.

Plinius ſcribit proximos à Mentore fuiſſe Bœtũ & Agraganta. De Alconæ & Bœto Verg. in Culice: Nec pocula gratum Alconis referunt Bœtique toreuma.

Eurycion nomen eſt fabri argentarij apud Verg. li. 10. Quæ bonus Eurycion multo cælauerat auro.

Polycletus ſtatuarius fuit, Ageladis diſcipulus, qui quantum reliquos ſuperauit in forma Hominum ad ueritatem effigianda, tantum abfuit ab autoritate reddenda formæ Numinum, quod Phidiæ & Alcameni datũ eſt. Signa fecit ex ærẽ nobilitata ſcriptorum præconio, vt Aſtragalizontes, ideſt talis ludentes. De eo & alijs Mart. lib. 8. Quis labor in Phiala, docti Myos? an nè mironis? Mentoris an manus eſt, an Polyclete tua?

De Euphranore Fabius li. 12. ſic ait, Euphranorem admirandũ facit, q & cæteris optimis ſtudijs inter præcipuos & pingẽdi fingendique idẽ mirus artifex fuit. Iuuen. Sat. 3. Hic aliquit præclarum Euphranoris & Polycleti.

Mentor primus claruit argento cælando, qua in re magnam promeruit laudẽ. Teſtimonium laudis ei perhibuit Capitolinus Iupiter & Epheſia Diana, quib. cõſecrata fuerunt artis eius uaſa, Iuuenalis. Sat. 8. Multus vbique labor, raræ ſine Mentore menſæ.

Inter omnium opera præcipuam laudẽ meruerunt Tabula Ariſtidis Thebani pictoris, quam centum talentis licitatus eſt rex Attalus. Medea & Aiax Timomachi, quas tabulas Cæſar Dictator emit talentis octoginta. Candaulex rex Heraclidarum Bularchi picturam, in qua erat Magnetũ prælium, pari rependit auro. Rhodijs pepercit rex Demetrius, ne Protogenis tabulã cremaret. Veſan' amor

pueri Gnydiam Venerem maximè nobilitauit. Immortale nomen peperit Phidiæ Iupiter Olympius, ut Mětori Capitolinus & Diana Epheſia, Diadumenus molliter iuuenis Polycleti centum talentis nobilitatus.

Cycliæ tabulam Argonautas talentis 144. mercatus eſt Hortenſius orator. Nicias Athenienſis dictam Homeri necromantiam uendere uoluit Attalo regi talētis 60. Zeuſis pinxit Archigallum, quam picturam 60. ſeſtertijs æſtimatam Tiberius princeps cubiculo ſuo incluſit.

Myro ſtatuarius fuit numeroſior in arte quàm Polycletus Vtebatur ære Deliaco. Ageladis fuit diſcipulus. Hūc maximè nobilitauit Bucula celebratis uerſibus. Fecit & Ganem, & Diſcobolon, & Perſea, & priſtes, & Satyrum admirantē tibias, & Mineruam, & Delphicos pentathlos Pancratiaſtas. Ipſe tamen corporum tenus curioſus, animi ſenſus non expreſſit. Iuuen. Sat. 8. Et cum Parraſij tabulis ſignisque Myronis.

Calamis cælator fuit, cuius manu cœlata duo pocula Germanicus Cęſar donauit Caſſio Syllano. Fecit & Apollinem poſitum in hortis Seruilianis.

Scopas cælauit Mauſolæum cū Bryaxi, Timotheo, & Leocare. Ab oriente cælauit Scopas, a Septentrione Bryax, a Meridie Timotheus, ab Occaſu Leocares.

Pythis in faſtigio Mauſolæi quadrigam fecit marmoream altitudine pedum 140. quæ totum opus incluſit.

Fecit Meneſtratus Herculem, & Epheſi in templo Dianæ Hecaten, tanta marmoris radiatione, vt in eius contemplatione ædituí admonerent parcere oculis.

Socrates ſculptor fecit Charites in Propyleis Athenienſium.

Papippus Praxitelis diſcipulus fecit Zetum & Amphionem Dircem & Taurū.

Eutychides Liberum patrem. Timarchides fecit Apollinem canentem cithara.

Philiſcus Venerem in Octauiæ porticu. Item Latonam, Dianam, Muſas nouē, & nudum Apollinem.

Polycles & Dionyſius filius Timarchidis Iouem in æde proxima.

Heliodorus Pana & Olympum luctantes.

Polycharmus Venerem lauantem ſeſe, & Dædalum aſtantem.

Lyſias Quadrigam, currum, Apollinem, & Dianam ex uno lapide.

Amphiſtratus, ſimulacrum Caliſthenis hiſtoriarum ſcriptoris.

Ageſander, Polydorus & Athenodorus, Rhodij, ex uno lapide fecerūt Laocoontē & liberos, draconumque mirabiles nexus.

Chatherus cum Pythodoro, Polydectes cum Hermolao, Pythodorus cū Artemone palatinas Cæſarum domos repleuere probatiſſimis ſignis.

Diogenes Athenienſis & Carſatides, decorarunt Pantheum Agrippæ.

Arceſilaus fecit Leænā marmoream, quam Varro dixit ſe habuiſſe. Item aligeros ludentes cū ea Cupidines, quorum alij religatam tenerent, alij ē cornu cogerēt bibere, alij calcearent ſoccos, omnes ex uno lapide.

Coponius fecit 13. nationes, quæ ſunt circa Pontum.

Canacus ſtatuarius ſimulachra fecit marmorea.

Sauros & Bathraces Lacones, fecerunt templa Octauiæ porticibus incluſa.

Myrmecides Quadrigam fecit cum agitatore, quam cooperuit alis muſca.

Callicrates Formicas, quarum pedes & alia membra uideri non poterant.

Mys cælator fuit argētari⁹. Mar. Quis labor in Phiala? docti Myos anne Myronis?

Pyrgoteles ſculptor fuit gemmarius, à quo ſolo in gemma ſculpi ſe uoluit Alexander.

Alcimenem Athenienſem docuit Phidias, ſculptorem nobilem, cuius per multa opera Athenienſes in ſacris ædibus poſuere, præclaramque Veneris imaginem extra muros, quæ appellatur Aphrodite Exapolis: huic ſupremam manum impoſuit Phidias.

Agoracritum Parium docit Phidias, quē adeò amauit, vt eius nomini pleraq; ex

ſuis

ſuis operibus donauerit. Certauit Agoracritus in Alcmanem de Venere facien da, vicitque Alcmanes non opere, ſed ciuitatis ſuffragijs cõtra peregrinum ſuo fauentis. Quare indignatus Agoracritus ſignum ſuum uẽdidit, ea lege, ne Athe nis eſſet, appellauitq; Nemeſim. Quod ſimulacrum poſitum eſt in Rhamnũte pago Atticæ. quod M. Varro omnibus ſignis prætulit.

Antipater Satyrum in Phiala grauatum ſomno collocaſſe verius quam cælaſſe di ctus eſt Inter eos, & qui in argento cælando claruerunt, ſequentes numerantur a Plin. Mẽtor, Acrages. Boetus, Mys, Antipater Stratonicus, Cyzicenus, Tauricus, Ariſton, Onicus, Hecateus, Praxiteles, Poſſidonius, Epheſius, Lædus, Strati tes, quĩ prælia & armatos cælauit.

Zopyrus qui Areopagitas, & iudicium Oreſtis cælauit in duobus ſcyphis 12. pon do æſtimatis.

Pyrrheas cuius duæ unicæ, uiginti uenierant: Vlyſſes & Diomedes erant in Phialæ emblemate Palladium ſurripientes. Fecit & iocos in paruulis protorijs.]

Habuit & Teucer Cruſtarius famam.

Zenodorus Mercurij ſtatuam fecit in ciuitate Galliæ Aruenis. Item mãdato Ne ronis coloſſum 110. pedum longitudine dicatum Soli.

Phidiæ æmuli fuere Alcamenes, Critias, Neſtocles, Hegleas. Deinde Agelades, Calon, Polycletus, Phragmon, Gorgias, Lacor, Mycon, Pythagoras, Scopas, Perelius.

Polycletus diſcipulos habuit Argium, Aſopodorum, Alexim, Ariſtidem, Phrinonẽ, Dinonem, theoodorum, Dameã, Clitorum, Myronem, Lycium. Olympiade 90. floruere Naucydes, Dynomedes, Canachus, Patrocleus.

Olympiade 102. Polycles, Chephiſiodor⁹ Leocrates, Epatodot⁹. Olympiade 104. Praxiteles, Euphranor. Olympiade 107. Echion, Thermachus. Olympiade 114. Lyſippus, Lyſiſtratus, Sthennis, Euphronides Soſtratus, Ion, Syllaniõ nullo docto re nobilis factus: qui diſcipulos habuit Thebſim & Iadẽ. Olympiade 120. Eutychides, Eutycrates, Lahippus, Cephiſiodorus, Timarch⁹, Pyromachus. Olym piade 155. Antheus, Calliſtratus.

Pythagoras Rheginus Panacratiaſten Delphis poſuit. Hunc uicit Leõtius, qui fe cit Stadio dromon, Aſtylon, qui Olympiæ oſtenditur. Et Lybin puerum nudũ tabellas tenentem & ferentem mala. Syracuſis autem claudicãtẽ, cuius ulceris dolorem ſpectatores videbantur ſentire. Item Apollinem citharœdũ. Priamus neruos, & venas & capillum diligentius expreſſit.

Pythagoras Samius Pythagorę Rhegini diſcipulus fecit ſigna Fortunæ ſemiũda.

Lahippus, Beda, Butycrates diſcipuli fuerũt Lyſippi. Eutycratis diſcipuli fuit Thy ſicrates Sicionius.

Telephanes Phocæus habitauit in Theſſalia, vbi opera eius latuerunt. Fecit Lariſ ſam, Spirarchum, Penthathlon, & Apollinem.

Ariſtides Polycleti diſcipulus fecit quadrigas & bigas.

Iphicrates Lenam meretricem, quæ Ariſtogitonem & Harmodium tyrãnicidas nullis unquam tormentis adacta uoluit prodere.

Aliorum & Scultorũ & Statuariorum nomina ſunt Creſilas, Pericles Olympius, Cephiſidorus, Chereas, Cteſilaus, Temetri⁹, Dędal⁹, Dynomenes, Eutychides, Hegias, Butyreus, Lycius, Myronis diſcipulus, Menechmus, Nanireus, Niceratu Polyces, Pyrrhus, Phęnix Lyſippi diſcipulus, Sypax Cyprius, Syllamõ, Theodo rus autor Labyrinthi Samij, Zenocrates Tyſicratis diſcipul⁹, Ariſtor, Callaſes, Deſias, Cantharus, Sicionius, Dionyſiodorus Critiæ diſcipulus, Deliades, Euphorion, Eunicus, & Hecateus.

Argenti cælatores. Lesbocles, Prodorus, Pythodicus, Polygnotus, Scinus, Apollo dorus, Androbolus, Aſclepiodorus, Antimachus, Anthenodorus. Alia ſunt in infinita huiuſmodi nomina apud Plin. lib. 34.

FABRI,

FABRI, ET ALII ARTIFICES.

Vulcanum Poetæ faciunt fabrum deorum,& Iouialium fulminum artificem. Idē Solis currum feciſſe fertur. Ouid. li. 2. Metam. Genitor cunctatus ad altos Deducit iuuenem Vulcania munera currus. Aureus axis erat, temo aureus, aurea ſummæ Curuatura rotæ, radiorum argenteus ordo. Per iuga chryſoliti, poſitæque ex ordine gemmæ, Clara repercuſſo reddebant lumina Phœbo.

Dædalus primus in formis animalium (quas veteres plaſtæ cęcas fingebāt & immobiles) oculos induxit, & additis quibuſdam neruis effecit, vt huc & illuc mouerentur adeò ſcitè, vt ſpectantibus uiuere & ingredi uiderentur. Idē ligneam Venerem fabricaſſe dicitur, quæ argento uiuo infuſo moueretur. Fecit inſuper Cretæ Labyrinthum, quo incluſus, alis ſibi & nato confictis per viam mortalibus negatam periculum effugit. Hinc opera Dædalia vocantur ingenioſa. De eius Labyrintho Ouidius li. 8. Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis Ponit opus, &c.

Fereclus abietarius faber Paridis ad Helenę raptum nauigaturi naues feciſſe dicitur: Hinc nauis Pherecle a dici ſolet. Ouid. in epiſt. Paridis: Hac duce Sigæo dubias a littore feci, Longa Phereclæa per freta puppe uias.

Callicrates fuit minutorum opuſculorum fabricator, qui muſcā fecit alis quadrigam cum agitatore tegētem. Fabricauit & nauem, quā auicula pēnis integebat.

Myrmecides fecit formicas tam tenues, vt uix membra videri poſſent.

Myron artifex nobilis buculam fecit æneam, Gręcis primum, deinde Auſonianis uerſibus celebratam. Propert. Atq. aram circumſteterāt armenta Myronis, Quatuor artificis uiuida ſigna boues.

Architas faber ſimulachrum columbæ fecit ex ligno libramentis ita ſuſpēſum, & aura ſpiritus incluſa atque occulta concitum, vt ipſum volaret. autor Gell. libro 10. cap. 12.

Thelephanes, faber fuit lignarius, victum ſibi quæritans in factitandis currib. quē tamen poſtea fælix fortuna ad Lydorum regnum euexit.

Diphilus architectus fuit tardiſſimus in perducēdis ad finē ſuſceptis operib. Vnde factus adagio locus, Diphilo tardior.

Tericles calices torno faciebat ex Terebintho, autor Plin.

Ferunt Harmonidem, Troianū fabrum, fuiſſe unum ex eorum numero, qui Paridis Spartam ituri naues fabricauerunt.

Epeus autor fuit illius machinæ, qua deliteſcentes Græci Troiam noctu ceperunt dolo. Verg. li. 2. Aen. Et Menelaus, & ipſe doli fabricator Epeus.

Didymaon autor fuit cuiuſdam clypei, quē Aeneas dediſſe fertur Niſo curſori p actis ludis, qui fiebant in Sicilia ad Anchiſæ tumulum. Verg. Et clypeū efferri iuſſit Didymaonis artes, Hoc iuuenem egregium præſtanti munere donat.

Lycaon Gnoſius faber fuit & artifex enſis, quem Aſcanius dedit Euryalo. Ver. li. 9. Humero ſimul exuit enſem Auratum, mira quē fecerat arte Lycaō Gnoſius, atq; habilem vagina aptarat eburna.

Aceſæus natione Patareſis, & Helicon Cariſtius, duo fuerūt celebratæ artis artifices, qui Peplum Palladis Poliadis (q̄ in arce Athenienſiū colebatur) cōtexerūt. Hinc adagiū natū, Aceſæi & Heliconis opera: de his quę ſingulari fiūt artificio.

Glaucus Samius primus æris ferruminationem inuenit.

Sothericus faber fuit lignarius, cuius opera priſcā illā & rudē ſimplicitatē præ ſe ferebant. Hinc natū prouerbiū, Sotherici lecti: de reuilli, & minimè ambitioſa.

Elico faber fuit, qui autore Plinio ob artem fabrilem Romæ commoratus eſt.

Artemon faber fuit loripes: autore Plaut. in Pericle.

Staſicrates fuit artifex Alexādro Macedoni gratiſſimus, qui dicebat Thraciæ mōtē Athon in hominis ſtatuam formari exculpique poſſe.

Perillus reperit ęneū taurum, ad torquēdos ſontes, ut eo ſuppoſitis flāmis incluſi,

mugitum bouis imitarentur. Quod genus tormẽti ipſe primus expertus eſt, mãdante Phalaride. Prop. li. 2. Nonne fuit ſatius duro ſeruire tyranno, Et gemere in tauro ſæpe Perille tuo.

Mamurius faber ęrarius fabricauit Saliorum Ancylia, qui propterea nomẽ eius ſolebãt canere ſuis carminibus. Vertumnus apud Prop. lib. 4. ſimulacrum ſuum à Mamuro ex ære formatum dicit: ideoque precatur, vt eius cineri terra ſit leuiſſima. Hæc autẽ Vertũni verba. Stipes acerbus eram properãti falce dolatus Ante Numã grata pauper in vrbe deus. At tibi Mamurri formæ cælator ahenę, tellus artifices ne terat Oſca manus, Qui me tam docilis potuiſti fundere in vſus Vnum opus eſt, operi non datur unus honos.

Vatinianus Beneuentanus fuit artifex Calicũ vitreorũ. Hinc Vatinia vocãtur vaſa vitrea. Mar. li. 10. Vatiniorum proxeneta fractorum. Idem in diſtichis. Vilia ſutoris Calices monumẽta Vatini Accipe. Is fuit diſtorti corporis. Sutrinæ alũnus, ediditque munus gladiatorium Beneuenti: autore Cornelio Tacito.

Eligius Nouionẽſis epiſcopus artem aurificum exercuit, in qua quicquid lucri faciebat, erogabat pauperibus.

ARCHITECTI NOBILES.

Spintharus Corinthius Delphicum tęmplum conſtruxit.

Cteſiphon tẽplũ Dianæ Epheſię: vbi ſimulachrum ipſius deæ virgineũ fuerat. Plinius: Operi, inquit, præfuit Cteſiphon architectus.

Meleagenes fanum Mineruæ Prienenſis.

Theodorus Phocenſis fecit Tholum Delphicum.

Philo Athenienſis armamentarium Pyrei.

Hermogenes ędem Doricam Iunonis Magneſiæ.

Sugilas Mauſoleum Artemiſiæ.

Zenodotus nobile pauimentum Pergami.

Democrates Alexandriam metatus eſt.

Mneſicles architectus arcem Athenis ædificauit. autor Plut. in Pericle.

Nicon pater fuit Galeni, geometriæ, & architecturę peritiſſimus.

Eupalinus Megarenſis, filius Nauſtrophi, Rhęcus, Philei filius, & Mandrocles Samius, nomina ſunt Architectorum apud Herod.

Hermodorus nomen eſt architecti, qui obeliſcum fecit.

Zmilus, Rholus & Theodorus architecti, fecerunt Labyrinthum Lemnium.

Valerius Oſtienſis architectus fuit, qui theatrum Romæ texit.

Apollodorus Traiani forũ, Methoneum, & Gymnaſium Romæ fabrefecit. Hunc interfecit Adrianus.

CONDITORES DIVERSORVM locorum, & ędificiorum.

Neptunus muros Troiæ. Ver. li. 9. Aeneid. An non viderunt męnia Troiæ Neptuni fabricata manu conſidere in ignes?

Diomedes, Arpos, oppidum Apuliæ: Ver. li. 10. Atque iterum in Teucros Aetolis ſurgit ab Arpis Tydides. Aliter uocatur Argyripa. Idem li. 11. Ille urbẽ Argyripam patriæ cognomine gentis Victor Gargani condebat Iapygis agris.

Cadmus Thebas Bæotias. Oui. lib. 3. Met. Hos operis comites habuit Sidonius hoſpes, Quum poſuit iuſſam Phæbæis ſortibus vrbem.

Amphion muros Thebarũ, Horatius in Arte: Dictus, & Amphion Thebanæ conditor vrbis.

Dido Carthaginem. Ver. 4. Aen. Fęmina quæ noſtris errans in finibus Vrbem Exiguam precio poſuit. Dido apud eundem ſic loquitur. Vrbem præclaram ſtatui, mea męnia uidi.

Dardanus Troiam. Verg. lib. 9. Aen. & lib. 8. Et Troiæ Dardanus autor.

Danae Acriſij filia Ardeã Vrbem Italiæ. Verg. li. 7. Quã dicitur Vrbẽ Acriſioneis

Danae fundaſſe colonis. Plin. lib. 3. Ardea à Danae Perſei matre conditæ.
Capys Capuam. Syll. li. 11. Tum Capys vt primus dederit ſua nomina muris. Ver. Et Capys hinc nomen Campanæ dicitur vrbis.
Telegonus filius Vlyſſis, Tuſculum oppidum Italiæ. Prop. li. 2. Quid petis Acæimænia Telegoni.
Semiramis Babylonem. Prop. li. 3. Perſarum ſtatuit Babylona Semiramis vrbem.
Buſyris Thebas Aegyptias.
Ogdous Memphion vrbem Aegypti.
Archias Syracuſas.
Cheopes rex Aegypti Pyramidem magnificentiſſimam.
Maſſilienſes Niceam.
Alexander Alexandriam vrbem Ægypti. autoribus Plinio, & Curtio.
Amazones, Epheſum.
Mithridates Eupatoriam.
Alexander, Heracleam: Antiochus, Laodiceā: Darius, Suſas vrbē Perſidis. Phoroneus, Argos: Ninus, Niniuem. Sichē, Sidonē. Ocuus, Māiuam. Agenor, Tyrum. Amyclas filius Lacedæmonis regis, Amyclas vrbē Laconiæ. Neleus pater Neſtoris, Pylō. Oui. in Epiſt. Nos Pylon antiqui Neleia Neſtoris arua Miſimus. Romulus Aſylum. Oui. li. 3. Faſt. Romulus vt ſaxo lucum circum dedit alto, Quilibet huc, dixit, confuge, tutus eris. Peranus Phænicum dux, Maſſiliā. Pylij Metapontum. Iapygas, Iapix Dædali filius Corā, Dardanus. Agyllam, Pelaſgi. Diomedes, Beneuentum.
Catillus Arcas, Tybur oppidum Romę vicinum. Ver. li. 7. Tum gemini fratres Tiburtia męnia linquunt, fratris Tyburti dictam cognomine gentem.
Ceculus Præneſte. Ver. lib. 7. Nec Præneſtine fundator defuit vrbis.
Arcades Pallantæum oppidum, ſitū in monte Palatino. Ver. li. 8. Arcades his oris genus à Pallante profectum, Delegere locū, & poſuere in montibus vrbem Pallantis proaui de nomine Pallanteum.
Antenor condidit Patauium vrbem. Ver. li. 1. Aen. Hinc tamen ille vrbem Pataui ſedeſque locauit Teucrorum.
Philoctetes Petiliam vrbem Brutiorum. Ver. li. 2. Aen. Parua Philoctetæ ſubnixa Petilia muro. Romulus Romam. Verg. lib. 1. Aen. Inde lupæ fuluo nutricis tegmine lætus Romulus excipiet gentem, & Mauortia condet Nęnia, Romanoſq. ſuo de nomine dicet. Aſcanius Albam.
Munacius Plancus, vir cōſularis, & prætorius, & Ciceronis diſcipulus, Lugdunū vrbem.
Cæſar Auguſtus Nicopolim ciuitatem in memoriā victoriæ ſuæ de Antonio, & Cleopatra. autor Suet.
Galli Mediolanum Claud. Cōtinuo ſublimè volans ad mænia Gallis Cōdita lanigere ſuis oſtentantia pellem.

SEPTEM ORBIS MIRACVLA.

Septem fuerunt ædificia toto orbe cantatiſſima, quæ propter operis magnitudinē & ſuptū incredibilē extitere loco miraculi, vt nihil diuinius ars humana poſſet confingere aut excogitare. Fuerunt autē hæc: Pyramides Nili, Turris Pharia. Muri Babylonis, Templum Dianæ Epheſiæ, Simulachrū Mauſoli, Coloſſus Solis apud Rhodios, & Simulachrū Iouis Olympici, quibus nōnulli addūt domū Cyri Mædorum regis.
Pyramides in primis erant ſtructuræ, & moles lapideæ infernè quadratæ ſurſum verſum acutæ, quas Aegypti reges ſuperponendas tumulis erigebant, aut ad inanem diuitiarum oſtentationem, aut vt populi torporem excitarent. Earū vna ſaxo naturali fuit elaborata & rubricata, cuius ambitus per frōtē cērū duos pedes colligebat, lōgitudo erat 143. pedum, altitudo 62. Alia fuit ex Arabicis lapi

dicinis,

dicinis,quam ſexcenta hominū,millia viginti annis conſtruxiſſe memorantur: Tres aliæ fuerūt annis 78.& menſibus quatuor factæ.Plin. ſcribit 1800. taléta fuiſſe erogata in raphanos,allium,& cephas,quibus artifices veſcebantur in ex truēda earū una.Quo argumento coniectare eſt,quanta, quamque prodigioſa fuerit aliarum rerū impenſa. Omnium ampliſſima continebat octo ſoli iugera quatuor angulorū paribus interuallis per 883.pedes.ſingulorū laterum altitudo pedes vigintiquinque. Secunda ſingula interualla per quatuor angulos pares 737.pedes cōprehendebant.Tertia erat minor prædictis,ſed multò ſpectatior. Aethiopicis conſurgens lapidibus,trecentis ſexaginta tribus pedib.inter angulos.Omnium minimā fecit Rhodope meretricula,Aeſopi fabulatoris cōſerua, diuitijs illis,quas meretricio quæſtu ſibi comparauerat. Herodotus in Euterpe ſcribit,Cleopem Aegypti regem feciſſe Pyramidem ex Arabicis lapidib.cuius lōgitudo erat quinque ſtadiorum,latitudo decē paſſuum,altitudo octo paſſuū, in qua decem annos fuiſſe conſumptos memorat. Fecit & aliam viginti annis abſolutam,in qua tantum profudit pecuniæ, vt nimio ſumptu attritus, filiā(q̄ habebat formoſiſſiam) coactus ſit proſtituere.Ea eſt in qua 1800.talenta in cepis & raphanis erogata prædiximus.Herodtus alias cum plures memorat,quas volens omitto,quoniam prædictæ ſatis arguunt,quàmocioſa fuerit illorum regum & opera & prodigentia.De Pyramidibus Lucan.li.8.Quum Ptolemæorū manes ſeriemque pudendam Pyramides claudant indignaque Mauſolea,Martial.Barbara Pyramidum ſileat miracula Memphis.

Memoratur etiam turris illa, quam Ptolemæus fecit in Pharo inſula, non ad aliū vſum quàm nocturnos ignes nautarum curſui oſtendendos.Hanc autem cōſti tuit talentis 800.Soſtrato architecto,qui ſtructuræ tantæ ſuum inſcripſit nomē. His miraculis annumerantur Babylonis muri,quos Semiramis condit, aut ſaltem ruinoſos reparauit,coctilib.laterculis, & bitumine ferruminatis, ducentū pedū altitudine,latitudine verò quinquagenū pedū,adeò ut quadrigas inter ſe occurrētes reciperent,turresq; haberent 300. plures multò habituri,niſi aliqua ex parte paludes pro mœnibus fuiſſent.Huic autē operi portētoſo adhibita sūt trecenta hominū millia.De Babylone Propert.lib.3.Perſarum ſtatuit Babylona Semiramis vrbem, Vt ſolidum cocto tolleret agere opus & duo in aduersū miſit per mœnia currus,Ne poſſent tacto ſtringere ab axelatus.Duxit & Ephratē medium,qua condidit arces,Iuſſit & imperio ſurgere Bactra caput.Herodotus ſcribit muros Babylonis habuiſſe craſſitudinem quinquaginta cubitorū regiorum,celſitudinem ducentorum. Per ambitum centum portæ ſtabant æreæ, omnes cum cardinibus.

Templum Dianæ Epheſiæ factū eſt à tota Aſia ducentis & uiginti annis.Hoc autem in ſolo paluſtri fecere,ne terræ motum ſentiret,aut hiatus timeret.Et ne in lubrico & in ſtabili tantæ molis fundamēta locarentur,antè calcatis ea ſubſtrauere carbonibus,deinde velleribus lanæ. Templi longitudo erat 425.pedum, latitudo 220.Columnæ in eo centum vigintiſeptem à ſingulis regibus factæ,ex quibus 36.erant cælatæ.Operi præfuit Cteſiphon.

Artemiſia regina Cariæ Mauſolęo marito mortuo ſepulchrū erexit,inter orbis miraculo annumeratū, cuius altitudo attollebatur uigintiquinque cubitis: cingebatur columnis 36.Patebat ab auſtro & ſeptētrione 63.pedes.Toto circuitu cōtinebat pedes 411.Ipſum ab oriente cælauit Scopas,à Septētrione Briax,à meridie Timotheus,ab occaſu Leocares. Regina opere nondum abſoluto cōceſſit fatis:Artifices tamen nō receſſerunt,niſi eo cōſummato,Ab hoc ſepulchro omnia regum & imperatorum monumenta, quæ precioſa ſunt, vocantur Mauſolæa.De hoc Propertius libro tertio.Nec Mauſolæi diues fortuna ſepulchri Mortis ab extrema conditione vacat. Mart.li.1. Aere nec uacuo pēdentia Mauſolęa Laudibus immodicis Cares ad aſtra ferant.

Coloſſus

Coloſſus Solis apud Rhodios fuit 70. cubitorũ altitudinis q̃ poſt quinquageſimũ ſextũ annum terræ motu proſtratus iacens, quoque fuit miraculo. Pauci pollicem eius amplectabantur. Maiore erant digiti, quàm pleræque ſtatuæ. Vaſti ſpecus hiabant defractis mẽbris. Spectabantur intus magnæ molis ſaxa. Factus eſt hic Coloſſus annis duodecim, trecẽtis talẽtis. Artifex fuit Chares Lyndius Lyſippi diſcipulus. Soldanus Aegypti quum inſulã Rhodum inuaſit, ex ære huius ſtatuæ 900. camelos onerasse fertur. Ab hoc Coloſſo Rhodij vocantur Coloſſenſes, & Rhodos Coloſſicola.

Inter orbis miracula recenſetur ſimulachrum Iouis Olympici, quod Phidias fecit ex ebore. Propertius lib. I. Nam neque Pyramidũ ſumptus ad ſidera ducti. Nec Iouis Elei cœlum imitata domus.

Sunt qui addant domum Cyri Medorum regis, quam fabricauit Memnon, illigatis auro lapidibus.

De his miraculis & alijs quibuſdã ædificijs Politian. in Manto. ſic inquit: Nec vetus immẽſũ fuerit quæ ſparſa per orbem Gloria ſeptena celebrat ſpectacula fama. Nam neque belligeris Babylon pulſata quadrigi, &c.

ALIA OPERIA, ET ÆDIFICIA ſumptuoſa & magnifica.

Regiã Solis deſcribit Ouidius li. 2. Met. his uerbis: Regia Solis erat ſublimib. alta columnis, Clara micante auro, flãmasq. imitante Pyropo: Cuius ebur nitidum, faſtigia ſumma tegebat, Argenti bifores radiabant lumine valuæ. Materiã ſuperabat opus unam Mulciber illi Aequore cælerat medias cingentia terras, Terrarumque orbem, cœlumque quod imminent orbi.

Vergilius ſcribit Didonem feciſſe Templum Iunoni donis opulentum, Aerea cui gradibus, ſurgebant limina, nexæq. Ære trabes, foribus cardo ſtridebat ahenis.

Eodem authore Iarbas rex Getulorum Templa Ioui cẽtumlatis immania regnis centum aras poſuit, vigilemque ſacrauerat ignem. Excubis diuum æternas.

Idem li. 7. ſcribit, domum Latini regis centum columnis fuiſſe ſublimem, & cedrinis auorum ſimulachris ornatam.

Obeliſci vocãtur ſtructuræ minores Pyramidibus, deorſũ uerſum ſpecie quadrata, in anguſtum verticem definentes, & paulatim graciłeſcentes. Aegypti reges quatuor fecerunt obeliſcos 480. cubitorum longitudine.

Ramiſes rex Aegypti (cuius ætate captum eſt Ilium) obeliſcum fecit quadraginta cubitorum & alum longitudine undecenis pedibus, per latera cubitis quatuor, quem feciſſe dicuntur uiginti hominũ millia. Cuius operis admiratione factũ eſt, ut quum Syenem oppidum expugnare Cambyſes rex, uentumq. eſſet incẽdio ad crepidines obeliſci, extingui ignem iuberet, molis reuerentia.

Obeliſcum poſuit Phius 45. cubitorum.

Ptolemæus unum Alexandriæ 80. cubitorum.

Alij duo fuerunt Alexandriæ, quos excidit Meſpes rex, 42. cubitorum.

Alius fuit exciſus à rege Semneſerto 125. pedum.

Neucoreus filius Seſoſtris unum fecit 50. cubitorum.

Dædalus Labyrinthum fecit in Creta tanta viarum perplexitate, ut introeuntib. non pateret reditus. Verg. li. 6. Hic labor ille domus, & inextricabilis error.

Fuit & Aegyptius, Labyrinthus, lapideis è Paro columnis ĩtroitu, reliq̃s Syenitis. Fuit & tertius in Lemno, quartus in Italia, omnes lapide polito, fornicib. tecti. Lenius habebat 150. columnas, quarum in officina turbines ita librati pepẽderunt, ut puero circumagente tornarentur. Eius architecti fuerunt Emilus, Rholus & Theodorus. Italicum ſibi fecit Porſena rex Ethruriæ loco ſepulchri, quo ſi quis improperaſſet ſine glomere lini, exitũ inuenire nequiſſet. Supra erãt Pyramides quinque, quatuor in angulis, & in medio una, in imo latę pedũ 70. altę pedum 150. ita faſtigiatæ, ut ita ſummo orbis æneus, & pegaſus unus omnib. ſit impoſitus

impoſitus,ex quo pendebant iuncta cathenis tintinabula.

Aegyptiæ Thebæ centum portis nobiles coniecturam miræ amplitudinis relique runt uniuerſæ poſteritati. Iuuen. Ecce uetus Thebæ centū iacet obruta portis.

Pergama ſeu nuri urbis Troiæ feruntur habuiſſe in ambitu 40. millia paſſuū. Nec aliam ob causā aſcribuntur, De his autoribus, quām propter magnificentiā. De his Lucan. lib. 8. Nunc vetus Iliacos attollat fabula mutos. Aſcribatque deis.

Nitocris Aſſyriorū regina (quæ multis annis poſt Semiramidē floruit) Euphratē fluuium, qui mediam Babylonem rectus præterfluebat, fecit tortuoſū, ſupraq; pontem erexit trium ſtadiorum, difficillimum factu propter paludes quæ vrbē ambiūt. Fecit & ingentes cauerna ad excipiendum fluminis impetū, egeſſitq; quicquid erat limi, ad iacienda fundamenta, autor Herodotus & Curtius.

Supereſt magnificum illud Templum, quod anno regni ſui quarto ædificare cepit Salomō, Dauidis filius. Triginta in primis hominum millia cædēdis arboribus vt cedris & cupreſſis, ſunt in Libanum deſtinatæ. Lapicidarum vero extiterūt octoginta millia. Latitudo templi fuit uicenum cubitorum. Sexagenum lōgitudo, altitudo fornice diſtincta centenum & vicenū. Inferioris ſtructuræ materia erat ex cadendi ſaxo. Amplitudo veſtibuli denū cubitorum, Cellæ erāt vicenę peruio inter ſe vſu, & aliæ his ſuppoſitæ. Trabes erant cedrinæ, cedrina conca meratio auro illita, vt parietes omnes. Sanctior locus à reliquo tēpli corpore diſtinguebatur muro in quo erant ianuæ ſculptæ, vela ductilia, varijs mæādris & floribus intexta: Duo cherubini (ita enim dici ſolent) ex puro auro. Pauimentū pedalis aureis inſtructū Ianuæ vicenum cubitum altitudine auro corruſcātes. Ante veſtibulum erāt duæ columnæ æneæ 18. cubitorum altitudine ambituq; duodenum. Erat & vas ęneum tantę magnitudinis, vt ab re nominatū ſit mare quod uituli duodecim diuerſas mundi plagas terni ſingulas proſpectātes circū ſtabant, Fuit vas illud triū milliū batorum capax. Erant & aliæ figuræ, quas lon gum eſſet recēſere. Altare fuit ęneum denum pedū altitudine, longitudine du plo maiore. Item menſa aurea, Phialæ & pateræ aureæ decem millia, Argēteæ, quadruplo maiore numero. Candelabra decē millia ex auro & argento fabrica ta. Circa templum aula capaciſſima, in qua profanus populus cōſiſteret: Hoc au tem opus 76. annorum ſpacio ad finem perductum eſt.

Fecit & Salomon ſibi regiā candenti pauimento, triplici intus materia, cędro, argento, & auro: Quod opus abſoluit tredecim annorum ſpacio.

Fuit & Coloſſus Apollinis Tuſchanicus quinquaginta pedū a pollice, dubiū ęre mirabilior, an pulchritudine.

Ambitus Mēphis vrbis Aegyptiorum ab Ogdoo rege ædificatæ fuit 150. ſtadiorū.

Alexander Macedo tabernaculum fecit, in quo centū lecti ſternebātur aureæ columnæ ſuſtinebant verticem aureum varijs textum ornamētis. In eo conſiſtebāt mille Perſę millia ſagittarij. Macedones, & quingēti cū ſcutis argenteis. In medio aūt erat ſella aurea, ſup quā ſedebat Alexander, ſtipatus ſuis Sarriſſophoris

Inter mirabilia hominū opera sūt Athos factus à Xerxe nauigabilis, Iſthmos cœptus à multis perfodi, nec abſolutus, Alpes aceto diuiſę Lucrinus lacus vndecī annis à triginta hominū millibus exiccatus Lucculliana uillæ ubi exciſo mōte Euripus admittebatur.

Murus Byzanthij vrbis fuit olim Mileſio quadrato lapide, adeo indiſcreta laterū ſtructura, vt vna prope muri compages ſpectantibus videri poſſet.

Coloſſus fuit Tarenti, quadraginta cubitorum factus a Liſipo.

Fuit in Capitolio Coloſſus Apollinis translatus à Lucullo ex Apollonia Ponti vrbe 30. cubitorum, factus talentis 150.

M. Aemylius Scaurus, Syllæ priuignus in ædilitate ſua Theathum fecit altitudine 360. columnarum, cuius pars ſcenæ erat è marmore, media è vitro, columnæ imæ 48. pedum, Erant inter columnas ſigna ærea 300. numero. Cauea capiebat

bat

bat hominum 70.millia,autor.Plin.lib.36.

In M.Scauri villæ incendo bis mille ſeſtertium abſumptum legitur.

P.Clodius quem Milo occidit,domum habuit ſeſtertijs 147.millibus emptam.

L.Lepido viro conſulari,& Q.Catuli collegæ,fuit olim domus omniũ ĩ vrbe pulcherrima,quæ tamen intra annos 35.centeſimum locum non obtinuit.

Amphitheatrum Põpeij capiebat 40.millia hominum. Theatrũ hoc Nero in unũ diem auro operuit,vt Tyridati regi Armeniæ illud oſtenderet.

Agrippa fecit ĩ ædilitate ſua 700.lac⁹.Fõtes 150. Caſtella 230. Signa 300.ęrea aut marmorea,impoſuit Colũnas 400.ex marmore.Fecit & aquarũ ductus memorabiles: alios itẽ incœpit Caius Cęſar,quos peregit Claudius in omnes mõtes vrbis leuatos in quos influebãt Curtius & Cęruleus fontes. Erogata in id opus 555.millia ſeſtertia.

Cicero nõ minoris quinquaginta millibus aureis habitauit.Quam pecuniã furto & rapina comparatam:ſcripſit Saluſtius in ſua contra eum inuectiua.

Cęſar vno die pontem in Arari conſtituit,aliũ ſupra Rhenũ mira celeritate,quẽ decem diebus abſoluit.

Iulius Cęſar Circũ fecit longitudine triũ ſtadiorum,latitudine vnius,ſed cũ ędificijs iugerum quaternum,ad ſedem 260. millium. Idem ſolum tantũ foro extruendo ſeſtertijs mille ducentis emiſſe dicitur.

Aurea Neronis domus tanto ſumptu,tantoq; rerum omnium apparatu cõſtructa eſt,vt ad eam peragendam Otho quingẽties ſeſtertiũ, id eſt quodecies cẽtena & quinquaginta millia aureorum noſtrorum attribuerit,quum tamẽ nihil deeſſet operi:atque hoc tam prodigioſum ędificium a Theatro M.Scauri Victũ cõtendit Plinius.Habebat illa Neronis domus ſtagnũ inſtar maris,vineta,ſyluas, cum omni pecudum genere & ferarum.Item aues argenteas,quæ ĩ modũ cœli mouebantur.In ſolarijs lapidẽ quendã Sphengitem,quo perpetuus dies illucebãt.De hac domo intellexit Mart.li.1.dicens:Hic ubi ſydereus propius videt aſtra Coloſſus.Et creſcũt media pegmata celſa via,Inuidioſa feri radiabãt atria regis,Vnaq; iã tota ſtabat in vrbe domus.Hic vbi conſpicui venerabilis amphi theatri Erigitur moles ſtagna Neronis.

Aetate Plinij Zenodorus fecit Coloſſum Mercurij in ciuitate Galliæ Aruennis,ſeſtertijs 400.

Idem quum veniſſet Romam ſimulacrũ fecit mandato Neronis 110. pedum lõgitudine,quod poſtea Soli dicatum eſt.

Traianus lapideum pontem fecit in Danubio,in quo viginti ex qradrato lapide erant pilæ quarum altitudo 150. pedum pręter fundamenta extabat.Latitudo ſexaginta pedes continebat.Diſtabant inter ſe 170.pedibus, fornicib⁹ vero cõiungebantur;quum tamẽ fluuius ipſe ſit ad modum præceps & impetuoſus,& nonnunquam imbrium mole concitatus ripas longius ſubmoueat:& vbi anguſtior eſt,ibidem ſit ferox,& vorticoſus.Hac tamẽ poſtea molẽ ſeu liuore maligno,ſeu alia cauſa,diripuit Adrianus,autor eſt Dion.Caſſius.

Martialis lib.1.Domitiani Imperatoris Amphitheatrum omnibus miraculis,ſuperbisq; ædificijs anteponit,dicẽs:Omnis Cęſareo cedat labor amphiteatro,Vnũ pro cunctis fama loquatur opus.

Sabellicus ędificia quædam & magnifica loca ſequentibus verbis enumerat:Nũc vetus Ogygios attollat Gręcia muros,Aſcribatq. deis Neptunia męnia,laudẽt Mirenturque ſuos Parthi Babilona labores,Nec ſileat Pharios iã barbara Mẽphis honores,Aeternumq; ſui memoret pia buſta tyranni Caria diues opũ,magnum vulgata per orbem Tercentum populi celebrent delubra Dianę.

TEXTRICES, ET LANIFICAE.

Pholoe Cretenſis fuit fęmina,lanificij & texturæ admodum perita.Ver.lib.5.Aẽ. Olli ſerua datur operũ haud ignara Mineruæ Creſſa genus Pholoe, geminiq;

ſub

ſub vbere nati,Prima telas texere,easq.retorqueri inuenit in Co.
Pamphile mulier,elatis filia.autor Plin.li.11.c.22.
Arachne(vt fabulatur poetæ)quũ eſſet lanificij peritiſſima,auſa eſt Mineruã eius artis inuentricem ad certamẽ prouocare. A qua victa in arenã mutata eſt, quæ nunc quoque uere non deſinit,ſuisq. filijs hæret adhuc penſilis Architrenius: Nobile ſurgit opus leuius quam torſit Arachne: Pollice Lyda manus & veſtib. impulit aurum. Pectinis ingenio nulli ceſſura.
Fuſos in lanificio reperit Cloſter,filius Arachnes. Linum & retia,Arachne ipſa, autore Plin.
Fuit & optima textrix Penelope poetarũ teſtimonio. Ouidius.Nec mihi quærẽti ſpacioſam fallere noctẽ,Laſſaret viduas pendula tela manus. Vnde & Tela Penelopæa,& Icariotis dicitur,quod Icari filia fuerit Penelope.Idem Oui.li.3.de Ponto: Morte nihil opus eſt,nihil Icariotide tela.

TONSORES, AC VARII APVD VARIOS tondendi ritus.

Maxies Aphricæ populi]dextram capitis partem comatam geſtant, ſiniſtrã verò tondent.
Machiles occiput crinitum geſtant,tonſa anteriori parte.Herod.li.4.
Anſes(vel vt Strabo vult,Anaſes)anteriorem Partem,crinitam habẽt,occiput vero tonſum.
Macæ ſummum capitis verticem radunt,in medio capillus creſcere ſinẽtes, hinc atque hinc in orbem.
Apud Athenienſes uetus fuit conſuetudo, vt qui ephebis exceſsiſſent,delati in Delphos de comis Deo primitias darent, anteriorem capitis partem abradendo.Plu. in vita Theſei.
Abantès,ne ullas hoſtibus ad capiendum anſas darent anteriorem capitis partem tondere conſueuerunt.Idẽm eodem.
Thraces quidam a re acrocomæ vocati, antias in frontem muliebriter demittũt. Cæl.li.4.ca.23.
Euboici comã p tergũ fuſã alunt,atq.ideo Opeithocomę vocãtur. Idem eodem.
Intonſi capitis cõſuetudo a Lycurgi legibns,vt multi arbitrãtur,proceſsit, qui dictare ſolitus eſt,eorum qui honeſta facie forent, accedente coma,decorũ magis auguriſat ijs qui deformes eſſent,ex ea plus terrori ineſſe.Plutarchus in vita Lyſandri.
Romani ad 454.annum vſq; intonſi fuere,donec adducente P.Ticinio ex Sicilia tonſores venerint.Pli.lib.7.cap.59.
Alexander in exercitu ſuo nihil aliud deſiderari dicebat,niſi vt Macedonib.barbę raderentur.nullum eſſe meliorem in pugna,quã barbæ capũ aſſerens,Plut. in Apophthegmat.
Genas fẽmini radi duodecim tabulatum interdicto centum eſt.Pli.lib.11.ca.37.
Tranquillus in uita C.Caligulæ,de eius inuidia contra omnes ſcribẽs,cũ ait,pulchros & comatos,quoties ei occurrerent,occipitio raſo ſolitum deturbare.

F V L L O N E S.

Anaſtaſius Aquilienſis,qui ſub Diocletiano paſſus eſt,artem fullonicã prius exercebat.
Cleſippus fuit etiam fullo:cuius meminit Plin.lib.34.cap.3.

F I G V L I.

Debutades Sicyonius primus fuit figulus Corinthi,q ex Creta docuit fingere:primusq. perſonas tegularũ extremis imbricibus poſuit.Vide Pli.li.35.c.11.Sunt qui in Samo primos omniũ plaſticen inueniſſe Ideochum,& Reihum,& Theodorum tradant.autor idem Plin.

Enciırapus & Eugrammus Italiæ plaſticem tradiderunt. Hominis imaginē gypſo ex ipſa facie primus omnium expreſſit, eraiq. in eā formam gypſi infuſa emendare inſtituit Lyſiſtratus Siconyus, frater Lyſippi. Hic & ſimilitudinem reddere inſtituit, de ſignis effigiem exprimere inuenit.

Plaſtæ laudatiſſimi fuerūt Dimophilus & Gorgalus. Cacoſthenes cruda opera fecit Athenis.

Tericles figulus fuit Corinthus, à cuius nomine fictilia quædā vaſa Thericlea dicta ſunt.

Praxiteles plaſticem matrem ſtatuariæ, ſculpturæ & celaturæ eſſet dixit. Neq. vnquam aliud fecit, antequam finxit.

M. Varro tradidit, ſibi cognitū Romæ Poſſunium, qui tubas & piſces fecerit, quos aſpectu diſcere a veris non potuiſſes.

Idē magnificat Arceſilaū, Luculli familiarē, cuius propalaſtice pluris veniebat ab artificib. ipſis quā aliorū opera. Idē fecit Venerē genitricem in foro Cæſaris.

Turianus Iouis effigiem fictilem in capitolio dicauit, fecit & Herculē eādē materia. Tales.n. effigies deum tunc erant laudatiſſimæ. Hæc oīa habet Plin. lib. 35.

Vatinius Beneuētanus calices vitreos faciebat. Hinc vaſa Vatinia dicūtur uitrea. Mar. lib. 10. Vatiniorum proxeneta fractorum. Idē in Diſtichis: Vilia tutoris calices monumenta Vatini Accipe.

DE RE NAVTICA.

Nauem primi excogitarunt Riphys & Argo nautæ: vel Tyrij, vt mauult Tybullus ſcribēs: Prima ratem ventis credere docta Tyros Danaus nauē primus in Græciam ex Ægypto aduexit. Nam prius ratib. nauigabatur in mari Rubro ab Erithra repertis. Antiquitus fiebant ex corio circūſuetæ in Oceano Britānico. In Mylo ex papyro, & ſcirpo & arundine Lōga naue primum Iaſonē nauigaſſe, teſtis eſt Philoſteph. Egeſias hoc tribuit Parihalo, Creſias Samiræ, Stephanus Semiramidi, Archimachus Aegeoni, Bibliographi Noæ, Onerariā Hippus Tyrius inuenit, Lembū Cyrenenſes, Cymbam Phœnices, Celocem Rhodij, Cercurum Cypri, Siderum obſeruationē in nauigādo Phœnices, Remum Copæ, Latitudinem eius Plateæ, vel a Icarus, Malū & Antemnā Dędalus, Tectas longas Thaſij, Roſtra Piſæus, Tyrrheni Anchorā Anacharſis Harpagones, Adminicula Tiphys, Claſſe depugnauit Minos.

NAVITÆ NONNVLLI.

De Tiphy licet ſatis dixerimus, adhuc ūi teſtimonia adijciem*. Ver. Æglóga 4. Alter erit tū Tiphys & altera q̄ vehat Argo Delecto heroas. Oui. in Epiſt Quid mihi cū Minyis, quid cū Tritonide pinu: Quid tibi cū patria nauita Tiphy mea. Seneca in Medæa: Quæq. domitore freti Tiphyn noua formare docuiſti ratē. Idē Auſus Tiphys pandere vaſto Carbaſa, Ponto, legeſque nouas ſcribere ventis.

Mneſteus, Sergeſtus, Cloantus nautæ fuerunt Aeneæ. Ver. li. 4. Æne. Mneſtea, Sergeſtumque vocat, fortemque Cloantum.

Fuit & Palinurus gubernator nauis Æneę. Ver. li. 3. Ipſe gubernator puppi Palinurus ab alta.

Telonem Maſſilienſem Lucanus nauigandi, aſtrorumq. peritia laudat li. 3. vbi ait Dirigit huc puppim miſeri quoq. dextra Telonis, Qua nullā melius pelago turbante carinæ Audiuere manum, nec lux eſt notior illi Craſtina, ſeu Phœbū videat, ſeu corna Lunæ, Semper venturis componere carbaſa ventis.

Idem cōmēdat Phoceum quendam vrinatorem adeo notandi periculū, vt mergeret ſe, ac demum emergeret quum vellet. Hæc eius verba: Pugna fuit vnus in illa Eximius Phoceus, animā ſeruare ſub vndis, Scrutariq. fretū, ſiquid merſiſſet arenis, Et nimis affixos vnci conuellere morſus, &c.

Ophiltes fuit nauta & circūuentor ſceleſtiſſimus. Sidonius: Qui vigor in pedib. fruſtra tibi natus Ophelte. Canop*, autore Plinio, fuit gubernator nauis Menelai, à

lai,a quo hoſtium Nili Canopicũ nomẽ ſũpſit,ubi ictu aſpidis mortuus eſt ille.

Buit Saro quiſpiam nauta,qui moribus ſuis intelligẽtib. & inurbanis ſequẽti adagio locũ fecit.Sarone magis nautic⁹.Simonides apud Plutarchũ teſtis eſt,Amarſyadem Phereclũ fuiſſe gubernatorem Theſei in Cretam ad Minotaurũ nauigantis Philochorus ubi ait,Nuſitheum & Phæacem rectores fuiſſe eius nauis.

Idem in Themiſtocles ait,Ariomenẽ Xerxis fuiſſe nauarchũ. Eodẽ teſte. Petitius fuit gubernator nauis,in quam Pompeius poſt fugam conſcendit.

Aceſſæus fuit ignauus quiſpiam nauta,qui ut nauigationẽ prorogaret, dicebat ſe Lunam magis opportunam expectare.Vnde natũ adagiũ,Aceſſei Luna: in cõperendinatores,qui ſemper cauſam cõminiſcuntur,quo negotium differant.

Mandro fuit quiſpiam nauicularius,qui aſpirante fortuna, tandẽ factus eſt imperator,unde etiã factus adagio locus,Fuit & Mandroni ficulna nauis:in eos, qui præter meritum ad opes euecti,priſtinæ conditionis non meminerunt.

Amyclas nauta fuit,ad quem tẽpore belli ciuilis acceſſit Cæſar,ut ab eo trãſueheretur in Italiam.Luc.lib.5.Molli conſurgit Amyclas,Quem dabat alga,toro.

Gerodotus in Melpomene ait, Colæũ fuiſſe gubernatorẽ cuiuſdã nauis Samiorũ.

Phereclus fuit architectus, qui naues Paridis ad raptum Helenæ ituri fabricauit, unde & nauis proprio epitheto Pherclæa dicitur.

Pelorus fuit gubernator nauium Annibalis fugientis.

ARGONAVTARVM NOMINA.

Argonautæ dicuntur Heroes illi,qui in Argo naui Colchos profecti ſunt ad rapiẽdũ uell⁹ aureũ.Sũt qui dicãt fuiſſe duo & quinquaginta numero. Alii quatuor addũt.Sed parũ refert de numero.Val.Flac.li.1.ſeriatim multos enumerat. De Zete & Calai.Oui.li.6.Met. Vellera cũ Minyis nitido radiantia uillo Per mare nõ notũ prima petiere carina.Proper.li.1.Hũc duo ſectati fratres, Aquilonia ꝓles, Hũc ſuper & Zetis,hũc ſuper & Balais. Omniũ ſũmi & principes fuerunt Tiphis & Iaſũ.Vnde Ouid.1.de Arte:Tippys i Aemonia puppe magiſter erat.

PERICVLA MARINA.

Charybdis periculum eſt marinum,in Sicilia,prope Taurominitanũ littus,quod, crebris aquarum uorticibus iit fremere, aſſiduisque fluctuum concurſib.rapta abſorbere dicitur.Oui.li.4.de Põto: Nec potes infeſtis cõterre Carybdim Achæis,Ter licet potet,ter uomat illa fretum.

Scylla,ſaxum eſt in mari Siculo,mare ipſum reddens importuoſum & plenũ periculi,quod aſſiduis aquarũ cõcurſibus latratum uidetur emittere. Poetæ fabulantur, Scyllam Phorci filiam mutatam in monſtrum ſupernẽ uirgineũ, infernẽ uero piſcem,& ſex caninis capitibus latrans,cũ ſe lauiſſet in fonte, quẽ Circe ueneno infecerat.Ouidius 7.Met.Cinctaque ſeuis Scylla rapax canib.Siculo latrare profundo.Plin.lib.3.In eo freto eſt ſcopulus Scylla.Item Charibdis, marẽ vorticoſum,ambo clara ſæuitia.Cicero Actione 6.in Verrem: Non enim Charybdim tam infeſtam,neque Scyllam nautis, quàm iſtum in eodem freto fuiſſe arbitror.

Malea promontorium eſt Laconiæ ſcopuloſum,quod per quinquaginta millia paſſuum in mare protentũ periculoſam reddit nauigatorem,propter aduerſos vẽtorum flatus.Hinc natum prouerbium,Quum ad Maleam deflexeris,domeſticos obliuiſcere.Eſt autem penultima dictionis indifferens,Verg.Ionioq.mari, Maleæque ſequacibus undis Statius lib.4.Theb.Item in Achill.

Caphareus mons eſt Euboiæ altiſſimus,Helleſpõtũ uerſus, importuoſus & formidoloſus propter ſcopulorum frequentiã,& crebros undarum uortices.Hic Nauplius rex Euboiæ mortem filii Palamidis Vlyſſis dolo interfecti,ultus eſt.Nam cum Græci Troia rediren. Nauplius facem in uertice montis poſuit,vt locus fidẽ portus faceret.Quo cũ ueniſſent,multi naufragiũ fecerũt: Statius in Achil. Quum reduces Danai,nocturnaq.ſigna Caphareus Exercet.

Syrtes duo ſũt loca in finibus Africę Aegyptu uerſus, vbi mare fertur eſſe vadoſũ & importuoſum, propter aquas reciprocas. Sen. Et amica nauis antè promittet vada. In creta Syrtis Syll. lib. 17. Et ſemper naufraga Syrtis.

Ouid. lib. 12. Eleg. de quibuſdam ſic inquit:

Cum domina Libicas auſim prærumpere Syrtes,
Et dare non equis vela ferenda Nothis.
Non quæ virgineo portenta ſub inguinem latrant,
Nec timeam veſtros curua Malea ſinus.
Nec quas ſummerſis ratibus ſaturata Charybdis
Fundit, & effuas ere recepta aquas.

NAVIGIORVM DIVERSA GENERA.

Acatium nauis erat actuaria, Iulius ait, fuiſſe Pollus velum in naui maximũ, ſicut minimum Dolonem.

Actuariæ naues dicũtur agiles, & præſtãtes celeritate. Salluſt. His actuariæ naues circiter 30. Onerariæ decem erant.

Anchrinomachus nauigiũ eſt aptũ, ferẽdis anchoris, cæteriſq. nauticis iſtrumẽtis.

Baris erat cymba, qua Aegyptij ſurorum cadauera ad tumulũ comportabãt. Propert. lib 3. Romanamq; turbam crepitanti pellere ſiſtro, Baridos, & cõtis roſtra Liburna ſequi. Herod. lib. 2.

Cataſcopium dicitur nauis exploratoria, ut Cataſcopus circũſpector, quod etymo dictionis cognoſcitur. Cæſar in Commentarijs: Literis celeriter in Siciliam con ſcripſit, & per Cataſcopium miſſis.

Celox dicitur breue nauigium, à celeritate. Apuleius: Qui celocem regere nequit onerariam petit. Plautus in Aul. Quò hanc celocẽ conferam? Varro Nautæ remiuagam mouent celocem.

Corbita nauis eſt tarde, & grandis. Plaut. in Pœnulo: Tardiores quã Corbitæ ſũt in tranquillo mari. Dicuntur autem Corbitæ, quod in earũ malo corbes pro ſigno ſuſpenderentur.

Cydarum. Calepinus ait, eſſe nauiculæ genus: ſed qualc, ut in pleriſque, tacet.

De Cymba. Verg. lib. 6. Aẽ. Genuit ſub põdere cymba Sutilis. Ouid. lib. 4. Met. Occupat hinc collem, cymba ſedet alter adunca.

Cyrceus nauis eſt pregrandis Aſiana. Plaut. apud Nonium. Quum precõtor portitores, ecquæ nauis uenerit ex Aſia: negant veniſſe Conſpicatus ſũ interim Cyrceium, quo me maiorem non vidiſſe cenſeo. Idem. Aedificat nauiũ Cyrcerum & merces emit.

Damenam Plut. in vita Periclis ait, eſſe quandam nauim rotundam, & cõcauã, & in uentris ſimilitudinẽ formatam, vt mare percurrere, ac celeriter cõuerti poſ ſit. Atq. hoc illi inditum nomen, quòd in Samo primũ reperta ſit, & a Polycrate tyranno ibidem ædificata.

Embolũ genus eſt nauigij velociſſimi: Alij ponunt pro roſtro æreo, quod ex prora nauium eminet.

Faſellus eſt nauigium Campanum, eodẽ Nonio teſte. Salluſt. lib. 3. hiſt. Et fortè in nauigando cohors una, grandi faſello vectara cæteris deerrauit.

Geſeorta nauis eſt quam nonnulli profumiam uocant.

Halius dicitur breuis ſcapha.

Hippago ſeu Hippagiũ, nauis eſt lata, & expãſa, qua equi & currus tranſmittũtur

Horiam, Nonius ait, nauim eſſe piſcatoriã. Plautus in Rudẽte: Mea opera laboratur, & Rete, & Horia. Diminutiuũ eſt Horiola. Idem: Malo hunc alligati ad horiolam, ut ſemper piſcetur, etſi ſit tempeſtas maxima.

Lẽbus dĩ nauicula breuis, & velociſſima. Plautus: Dum hæc aguntur. Lẽbo aduehitur tuus pater pauxillulo. Verg. Lẽbum ſi fortè remiſit Atque illum in præceps prono rapit alueus amne. Plin. lib. 7. ait, Cyrenenſes fuiſſe repertores Lembi.

Leunculus

Lenunculus dicitur nauis piſcatoria. Salluſt. apud Nonium: Primo inducit forte per noctem in Lenunculo piſcantis.

Liburni dicebatur bellicæ naues,& velociſſimę,a Liburnia Dalmatię parte,cuius exemplo fabricantur,vel ꝙ Liburni populi olim nauibus citiſſimis Ionium ma re inſulaſq; prædarentur. Hinc nauet leuitate præſtantes Liburnicas dixerunt: Hor.in Epod.Ibis Liburnis inter alta nauium Amice propugnacula. Dicimus & Liburnica.Suet.in Auguſto:Vtrobiq; parte Liburnicarum demerſa.Dicuntur etiam Liburnæ.Luc.Ordine contentæ gemino creuiſſe Liburnæ.Veget.lib. 4.Linter dicitur nauicula,cauatis arboribus facta. Hac vtebantur quondā Germani Danubium habitantes. Nonius ait,Lintres naues eſſe fluminares. Ouid. ad Liuiam:Quem ſemel vmbrifera naulta lintre tulit.Sidon.In pugnam Pirata coit,pars Lintre cauata.

Monoxylon dicitur nauis ex integro ligno,& non conciſo in trabes. Monon enim vnum,& xylon lignum dicitur.

Myoparo genus erat nauigij,quo vtebātur piratæ,autore Nonio.Cic.li.3.de Rep. Nam cum quæreretur ex eo, quo ſcelere impulſus mare haberet infeſtum vno Myoparone:Eodem (inquit)quo tu orbem terræ.Sallu.li.4.hiſt. Mariq; placido a duo perdonum Myoparonibus circumuenta.

Oenariæ naues dicuntur negociatoriæ, & propter onera tardæ.

Parones erant genera quædam nauium Varro:Iamq; duos Parones habebant in ſtructos.Budæus ait,Paronem hodie vocari Brigantinum.

Pontones dicuntur,quibus pontium loco vtimur in traijciendis fluuijs. Apul. Et ſi vado non poterunt,pontonibus tranſibunt.

Proſumia genus eſt nauigij ſpeculatorii,Cęcilius apud Noniū:De nocte ad portū ſum ꝓfectus ꝓlumia. Idē. Qui ꝓ gubernatore ſe gerēt prope vertit ꝓſumiam.

Scapha,nauicula eſt in ligno cauata.Horat.lib.3.Car.Tū me biremis præſidio ſcaphæ Tutum.Veget.Scaphas quoque de ſingulis trabibus excauatas cū Lōgiſſimis funibus,interdum etiā ferreis chatenis legio portat.Nonius ait.Scaphas nauiculas eſſe,quæ maiores naues conſequuntur.

Schedia,Nauigium eſt rude & impolitum,& trabibus inter ſe cōnexis,factum cuiuſmodi ſunt rates.

Sorrillum nauigium eſt Iſtricum,quod lino,& ſparto conſeritur, & condenſatur.

Stlata nauis eſt lata,quales forte ſunt,quibus equi & currus trāſuehūtur,Antiqui ſtlatam,& ſtlites,pro ſatum & lites dicebant.

Trieris,nauis eſt magna, quam remiges tribus utrinque remorū ordinibus impellunt:Latine Triremis dicitur,& trium ordinū nauis quemadmodum. Quadriremes,& Quinqueremes apud antiquos legimus,& apud Gręcos Epteres,Enneres, & Deceres, quæ naues ſeptenum, nouenum , denumque ordinum ſignificant. Biremē primū fecere Damaſthenes,autore Plinio.Triremem,Ammocles Corinthus.Quadriremē.Carthaginenſes.Quinq; remem inſtituit.Neſi hrō Salaminius.Sex ordinū,Xenagoras Syracuſanus.Decem remē,Neſigitō.Inſtituit Alexāder Magnus ad duodecim ordines,Ptolomæus Sother ad 15. Demetrius Antigoni ad 30.Ptolemęus Philadelphus ad 40. Ptolemęus Philopator ad 50.

Nauiū appellationes apud Gell.lib.11.cap.25. sūt Gaulli,Corbitæ,Caudicæ, Hippagines, Cercuri, Celoces, Oxiæ,Remieculi,Actuariæ , Proſumiæ, Geſeorte, Orioles,Cattæ,Scapha, Pōtones,Nuctuciæ,Mediæ,Phaſelli,Parōnes,Myoparones,Lintres,Caupulica,Mareplacide,Cydarum,Ratariæ Cataſcopium.

PROPRIA QVAEDAM NAVIVM NOMINA.

Argo dicitur fuiſſe prima nauiū,qua Iaſon,Tiphys,Caſtor,Polhux,& alij(quos in de Argonautus dicimus)profecti ſunt Colcos ad rapiendum uellus aureū.Sumpſit autem nomen ab Argo architecto.Vnde Val.Flac.lib.1.Ad charū Tritonia Argum.Moliri hūc puppe iubet & dimittere ferro Robora, Peliacas ēt comes

exit ad vmbras. Vel ab Argiuis, qui in ea nauigarunt. Hanc nauim poetæ multis ornant epithetis. Vocant in primi, fatidicam, & loquaculam, quod beneficio Mineruæ facta ſit ex quercu Dodonæa, quã Sophocles tradidit fuiſſe nõ tantũ verboſam, at ẽt futuri præſagam, vt in periculis Argonautas moneret. vnde Claud. Licet omnia vates in maius celebrata ferant, ipſumq. ſecandis Argois tradibus iactẽt ſudaſſe Mineruã, &c. Arbore plaga tabulas animaſſe loquaces. Val. Flac. prima demũ magis canimus freta parua nautis, Fatidicamque ratem. Vocatur præterea Pægaſea, a Pegaſa urbe Theſſaliæ apud quã fuit ædificata. Itẽ Pelias a Pelio monte. Tritonis, quoniã beneficio Mineruæ & ingenio facta eſt. Magneſis ſeu Magneſias, a Magneſia regione Macedoniæ ꝓxima. Argoa, & Argiua, ab Argiuis nautis. Hæc ex autoribus confirmari poſſunt, vt Oui. li. 7. Met. Val. Flac. lib. 1. & 8. Stat. lib. 5. & Pont. lib. 5. de Stellis, & Propert. lib. 1.

Priſtis, Centaurus, Chimera, Scylla, nomina ſunt nauium apud Ver. lib. 5. Æn. de Priſti & eius rectore Mneſteo ſic ĩquit. Velocẽ Mneſteus agit acri remige Priſti. de Chimera: Ingentemq. Gygas ingenti mole Chimerã. De Centauro, & Scylla: Sergeſtuſq. (domus tenet a quo Sergia nomen) Centauro inuehitur magno, Scillaque Cloanthus Cęrulea.

Apud eundem li. 10. Tygris nomẽ eſt nauis, cuius rector fuit Maſſicus. Hæc eius verba: Maſſicus ærata princeps ſecatæ æquora Tygri.

Eſt & Centaurus nomen alterius nauis, cuius rectorem vocat Cupauonẽ, vbi ait: Filius ęquales comitatus claſſe cateruas, Ingẽtem remis Centaurũ promouet.

Triton nauis fuit cuiuſdam Auleſtis. Idem: Hunc vehit immanis Triton.

Cælius ex teſtimonio interpretum Ariſtophanis ait, duas Athenis naues fuiſſe publico muneri deſtinatas, ex quibus Salaminia euocatos ad iudiciũ ſubueheret, Paralus uero eueheret Delphos ad rem diuinam.

VOCABVLA AD REM NAVTICA SPECTANTIA.

Anchora ferrum eſt repandum, & vtrinq. acutum, quo ſiſtuntur naues: vnde adagium, Nauis tua fulta eſt duabus anchoris.

Antemnæ inſtrumenta ſunt amnem anteſecantia, viamq; nauibus facientia. Ver. Cornua velatarum obuertimus antemnarum.

Carbaſus linum eſt tenuiſſimum, quo vela nauium fiebant quõdam, vnde & Carbaſa pro velis accipi ſolent.

Carina dicitur concauitas nauis, & capitur pro tota naui. Verg. Fondenteſque ferunt remos, natat vncta carina, Carinare, inſtar carinæ formare.

Celeuma dicitur clamor nauticus.

Claſſis capitur pro multitudine nauium, & quandoq; pro vnica naui. Ver. Et Lyciæ ductorem Claſſis Orontem.

Helciarij, qui maiores naues funibus trahunt canabinis aduerſus vndas.

Nauis vocabulum eſt generale. Naualia, nauium ſtationes, Nauarchus, nauis princeps Náuclerus, ſeu Naucleriacus, ductor. Nauta, & Nauita, idem.

Naulum & Portorium merces nautarum, & portitorum.

Naumachia vocatur pugna nautica. Naumacharij, qui nauale pręlium cõmittũt. Suetonius in Claudio. Sed cum proclamantibus Naumachiarijs Aue imperator, morituri te ſalutant.

Puppis pars poſterior nauis, Prora anterior. Proreta, rector proræ.

Rates dicũtur rudes, & impolitæ trabes, inter ſe connexæ. Ratis tamẽ capitur pro naui. Oui. li. 4. de Pont. Et freta veliuolas nõ habitura rates. Ratiarij, ratis ductores.

Remiges nautæ qui remos agunt. Remigare, remos agere.

Rudentes dicuntur funes nautici. Luca. li. 8. Aut laqueum collo, tortoſque aptare rudentes.

Tranſtra tabulæ ſunt, in quibus ſedent remiges, vel per quas ad regimen nauis deambulant.

Vela dicuntur linea vel canabina,tegmina quæ diſpaſſa malo nauis alligantur, ut ventos recipiant.Hinc mare veliuolum.
Vrinatores dicũtur natatores ſubaquatiles Vrinari,ſeu vrinare, ſub aquis natare.

PISCATORES, ET VRINATORES.

Ichthiophagos Plin.ait,populos Troglodytis uicinos, natare ceu maris animalia.
Scyllam Herodotus ait,fuiſſe vrinatorem Sicyonium Themiſtoclis ætate,qui etiã in naufragio ad Pelium facto multam pecuniam Perſis ſeruauerit,plurimumq. ſibi lucratus ſit.
Dyctis fuit piſcator quiſpiam,qui educauit Perſeũ,de quo Stat.li.2.Syl,Fluctiuagus uolucrem comebat Perſea Dyctis.
De Herminio,Syll.li.5.Nec minus Herminium primis obtruncat in armis,Aſſuetum Thraſimene tuos prudentibus hamis Exhaurire lacus,patriæq. alimenta ſe nectæ Ducere ſuſpenſo per ſtagna latentia lino.
Nicolaus quidam Calapiſcis cognominatus,ex Apulia oriundis,á puero aquis aſſuetus,degebat inter marinas beluas multos dies continuos illæſus,& profũda pelagi ſcrutabatur,futurasque tempeſtates prædicebat.

PISCINARII.

Piſcinarij dicuntur,qui piſcinas habent refertas piſcibus.easq. magno ſtudio cu rãt Oſtrearũ viuaria,primus omniũ Sergius Orata inuenit,optimumq; ſaporẽ Lucrinis adiudicauit.
Licinius Murena reliquorum piſcium uiuaria primus inſtituit.
Lucullus appiſcium receptacula montẽ excidit iuxta Neapolim, maiore impendio,quàm uillam ædificauerat,admiſſo mari.
Varro ſcribit,M.Catonem Vticenſem (cum hæres teſtamento Luculli ſeu Lucilij eſſet relictus)piſces de piſcina eius 49. millius vendidiſſe.
Murenarum uiuaria excogitauit C.Hirrius, qui cœnis triumphalibus dictatores Cæſaris ſex millia murenarum mutua appendit,& dedit in pondus.
Vedius Pollio quum piſcinas magno ſtudio coleret, ſolebat ſeruos ſuos occidere, eosq; piſcibus vorandos præbere,vt hominum cruore paſti delicatiores eſſent.
Curauit & piſcinas Hortenſius Orator,Murenamq; adeò dilexit, ut mortuã mul tos dies atratus fleuerit.
Antonia Druſi Murenæ, quã diligebat, inaures addidit. Cochleatũ uiuaria primus inſtituit Fuluius Hirpinus.

VENATORES.

Dianam poetæ fingunt perpetuo uenandi ſtudio duci,quod ideo fabulãtur,ut doceant magnopere his cauendã eſſe deſidiam,quibus curæ eſt virginitas.Nã(ut inquit Seneca)amor iuuentæ gignitus luxu, Otio nutritur inter lætæ fortunæ bona.Et Ouid.Otia ſi tollas,periere Cupidinis arcus.De Diana Ouid.li.2.Faſt. Mille feras ſyluis Phœbe uenata redibat.
Arethuſa virgo fuit uenatrix Dianę comes.Vnde Verg.4.Georg.Et tandem poſitis uelox Arethuſa ſagittis.
Orion uenator(vt fabulantur poetæ)quum uiribus fidens gloriaretur,nullam eſſe feram,quam non conficeret,dijs inſolens uerbum ulciſcentib.contigit,ut terra ſcorpionem pareret,à quo vulneratus occubuit Pamphilus: Errauit,quoniã cecidit uenator Orion.Idem:Valle ſequebatur iaculis venator Oriõ,Sæpe uagas iſta retibus atque feras.
Hippolytum ferũt Theſei ſeſe in conſectandis feris exercuiſſe,ſtudio uirginitatis & otij uitandi cauſa.Phædra apud Ouid.Si Venerẽ tollas, ruſtica ſylua tua eſt. Et apud Senecam in Tragœdiis.
Carnem:Ouid.li.5.Faſt.ait,fuiſſe nympham luſtrandis ſyluis deditam. Hæc eius uerba:Inde ſata eſt nymphę,Carnẽ dixere priores, Ne qcq̃ multis ſępe petita pcis;Rura ſeq̃ iaculisq. feras agitare ſolebat,Nodoſasq. caua tẽdere ualle pla-

gas. Adonis Cynarę ex Myrrha filius, dũ venaretur, ab apro iterfectus eſt Ouid. lib. 2. de Arte: Cura deæ ſyluis aptus Adonis erat.

Cephalus Athenienſes, Procridis maritus, venator fuit, quem poetæ fabulātur ab Aurora adamatũ. Ouid. in Epiſt. Phædræ. Clarus erat Cephalus ſyluis, multæq; per herbam Conciderant illo percutiēte ferę: Nec tamē Auroræ malè ſe præbebat amandũ, Ibat ad hunc ſapiens à ſene diua uiro, & lib. 1. Met. īducit Cephalum ſic loquentem: Sum nemorum ſtudioſus, ait, cædisque ferinæ.

Eius quoq; vxor Procris venationi vacaſſe, arguitur, teſtimonio eiuſdē poetę ſcribentis: Mōtibus errabat ſtudijs operata Diana. De Cephalo Stroza pater: Aenati Cephalo cura minor non fuit?

Atalanta mulier fuit Arcadica, quæ tumentes vteros fœminatũ, laboresq; conceptuum peroſa, uirginitati ac uenationi ſe totām deuouit. adeò vt immanē aprũ toti formidoloſum Arcadiæ prima percuſſerit cũ Maleagro. Oui. 8. Veni. Atalanta Schœnei pulcherrima uirgo, &c.

Abas Cētaurus inter uenatores reponitur uerbis Ouidij, lib. 11. ſcribentis: Et Pholus & Melaneus, & Abas, prædator aprorum.

Helymus & Panopes Aceſtæ regis Siciliæ comites, venatores fuerũt, teſte Verg. li. 5. Aeneid. Tũ duo Trinacrij iuuenes Helymus Panopesq; Aſſueti ſyluis, comites ſenioris Aceſtæ.

Fuit & Lauſus Mezentij filius, ferarũ debellator maximus. Verg. li. 7. Aeneid. Lauſus equum domitor, debellatorq. ferarum.

Idem vocat Amycum ferarum vaſtatorem li. 9. vbi ait: Inde ferarum Vaſtatorem Amycum, quo non felicior alter Vngere tela manu, ferrumq; armare veneno.

Idem lib. 11. Ornitum quendam inter venatores reponit, his verbis: Procul Ornitus armis Ignotis, & equo venator Iapige fertur.

De Mopſo Cretenſi venatore diximus in cap. de Sagittarijs.

Caliſto Lycaonis regis Arcadiæ filia, venatrix fuiſſe dr̃, qđ docet Oui. lib. 2. Faſt.

Nota eſt Actęonis fabula, qui Ariſtæi filius, indignatione Dianæ (quam inter venandum nudam repererat) mutatus in ceruum, & a ſuis canibus dilaniatus dicitur, vt ſcribit Ouid. lib. 3. Met.

Ammone Danai filia, & venatrix fuit, quæ dum in ſyluis iaculo ſe exerceret, Satyrum læſit, & poſtmodum a Neptuno ibidem compreſſa eſt.

Britona nympha. Matris filia, inter venatrices puellas. & Dianę comites numerat̃.

Crocum poetæ dicunt venatorem fuiſſe, Muſarum precibus in aſtra relatum.

Hippe mulier Chironis Centauri filia, in Pelio Theſſaliæ monte ſeſe, exercitu venando, vbi deorum commiſeratione in equam mutata eſt, cum patris indignationem expaueſceret. Alio nomine Thea dicitur.

Philoctetes cum cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen vitam aucupio ſagittarum, configebat tardus celeres, ſtans volares, pennarumq; contextu corporis tegumenta faciebat, autor Cic. lib. 5. de Finibus.

Nicias fuit venator quiſpiam, qui dum venandi ſtudio feras immiſſis canib. præceps inſectaretur, in fornacē carbonariam decidit, vbi canib. circumgannientibus, & rapta veſte conantibus dominum educere, crematus eſt. autore Cęlio.

Perdix venator fuit, qui infanda correptus libidine matri congreſſus, fecit, vt Perdicis libido in prouerb. abiret. Cæl. c. 25. li. 16.

Melanionem quendam ferunt odio mulierum, & ſeruandæ caſtitatis deſiderio, conſectandis feris ſe totum deuouiſſe, nec vnquam a ſolitaria illa, & umbratili vita reuocari potuiſſe.

Endymiona paſtorē poetę dñt qñq. in mōte Lathmo vacaſſe cōſectādis feris. Val. Flac. li. 8. Argon. Lathinus ęſtiua reſidet venator in vmbra. Dignus amore deæ.

Mithridatem fuerunt venandi ſtudio adeò intentum fuiſſe, vt ſeptem annis neq. vrbis, neque ruris tecto vteretur.

Carpo-

Carpophorus fuit Romanus quiſpiã, Imperatori Domitiano chariſſimus, propter venãdi peritiam. Nam imperator ipſe eo ſtudio delectabatur adeò, ut ſi quãdo eſſet ocium, nihil curaret ardẽtius, quàm feras inſequi. De Carpophoro Martia lis lib. 1. Summa tuæ Meleagre fuit quæ gloria famæ, Eſt quota Carpophori portio fuſus aper.

Idem lib. 12. ad Priſcum venatorẽ hoc modo ſcribit: Parcius utaris moneo rapiente verendo Priſce, nec in lepores iam uiolentus eas. Sæpe ſatis fecit prędæ uenator, & acri Decidit excuſſus, nec rediturus equo. Aconteum venatorẽ fuiſſe docet Stat. li. 7. Theb.— Donec flammatus. Aconteus Strage virum. cui ſueta feras proſternere uirtus. Syl. lib. 16.

Horatius lib. 1. Epiſt. ait, Gargilium venatorem fuiſſe, qui ſpectãte populo ceruos cum plagis & uenabulis per mediũ forum iubebat tranſire, ac demum dẽpũ aprum palã referre, ut cepiſſe aliquid uideretur. Hæc eius uerba: Venemur, ut olim Gargilius, qui mane plagas, venabula, ſeruos Diſertum trãſire forũ populumq; iubebat. Venus è multis populo ſpectãte referret Emptum Mulus aprũ.

Cæterùm Caſſes, Plagæ, Retia, Venabula, inſtrumẽta ſunt uenatoria. Eſt & Podoſtrabe, venatorium inſtrumentum capiendis feris concinnum.

AVRIGAE, ET EQVORVM DOMITORES.

Phaeton Solis filius, dum currum patris regẽdum ſuſcepiſſet, equis ignotũ aurigã excutientib. cecidit in Padum, cœlo paſſim conflagrante. Hinc equi Phaetõtis. pro equis Solis ſolent accipi. Verg. lib. 5. Aen. Aurorã Phaetontis equi iam luce uehebant. Ouid. 11. Met. Hic ſitus eſt Phaeton currus auriga paterni.

Idæus fuit auriga Priami, Verg. li. 7. Aen. Idæum etiam currus, etiam arma tenẽtẽ. Metiſcus Turni. Idem lib. 12. Aurigã Turni media inter lora Metiſcum Excutit. Auſonius. Nec celeres mulas ipſe Metiſcus agas.

Naubolus Laij regis Thebarũ. Stat. Naubolus Hippaſides tuus ò mitiſſime Lai. Hoſpes adhuc currus ſecuraque lora tenebat.

Cirnus Melãpodis, Durꝰ Pelorẽ, Athlas Cãphaſi, Iberus Pãchatis equorũ fuerũt aurigę. De Cirno Syl. li. 16. Quò Cirneruis (nã Cirnus agebat) Verbera dimitte & reuocat moderatus habenas. Iberus ad Pãchatẽ apud eũdẽ ſic loquitur: Te ne Aſtur certãte feret quiſquã æquore palmã Erepto? conſurge, uola, perlabere, campũ. Durius ad Pelorũ: Quò ruis, aut quiſnam hic rabidi certaminis eſt mos?

Ferunt etiam, Iolaum Herculis fuiſſe aurigam.

Arceptolemus, Enipeus, Cabrion Hectoris aurigæ fuiſſe memorãtur. Mortuo Arceptolemo, ſucceſſit Cabrion eius frater.

Myrtillus auriga fuit Oenomai, cuius ruina mari Myrtoo nomẽ impoſuit. Oui. in Ibin: Proditor ut ſæui perijt auriga tyranni, Qui noua Myrtoæ nõia fecit aquæ.

Tortellius ait, Menonem fuiſſe aurigam Idomenei, Mneſteũ Diomedis, Mydonẽ Pyſemenis, ducis Paphlagonum.

Amphitus & Telchius Caſtoris & Pollucis aurigæ fuerũt, teſtimonio Pli. li. 6. ſcribentis: Sunt qui conditam eã ab Amphito & Telchio, Caſtoris & Pollucis aurigis, putãt, Ammianus, Vbi (inquit) inter ciuitates alias Phaſis eſt nomine fluuij dictitata, & Dioſcurias nunc uſq; nota, cuius autores Amphitus, & Telchius.

Spartani traduntur, aurigæ Caſtoris & Pollucis. Alij dicunt, Caſtoris & Pollucis aurigas fuiſſe nominatos Rhecam & Amphiſtratum: Strab. lib. 11.

Legitur in Trezeniorũ hiſtoria, Spherum fuiſſe Pelopis aurigam, quãquã alij in Olympia fuiſſe Cyllam tradãt. In Illiria ciuitas fuit Harpia, prope Enchelias, inquam Amphiarai auriga Baton abſorpto domino ſe contulit. autor Cel.

Cebares fuit equiſo, cuius aſtu Darius regnum Perſarum adeptus eſt, Nã quũ magni iter ſe pacto cõueniſſẽt, ut is, cuius equus primus hinniret, regno potiretur: Cebares manũ uuluę equinę prius admotam, naribus equi prębuit olfaciendã. Quo odore irritatus equus primus dedit hinnitum. Autor Herodotus.

Patyramphis fuit Xerxis auriga. Idem Herodotus: Poſt quem, inquit ipſe Xerxes vehebatur curru equorum Niſeorum præcedente auriga, cui nomen erat Patyramphi, Othonis filio.

Poetæ Bellonam Martis aurigã faciunt, flagello armatũ ſanguineo, vt docet Star.

Antomedon fuit Achillis auriga. Verg li. 12. Aen. Vina ingens Periphas, & equorum agitator Achillis Armiger Automedon. Ouid. li. 5. de Triſt. Nũquid Achillæos inter fera prælia fidi Deſeruit leuitas Antomedontis equos. Idem li. 1. & 2. de Arte amandi.

Picus fuit equorum domitor, dicente Verg. lib. 7. Læuasque Ancile gerebat Picus equum domitor.

Idem de Meſapo lib. 7. Aen. At Meſapus equum domitor Neptunia proles.

Anniceris Cyrenæus nobilis fuit equorum agitator, qui artẽ Platoni oſtẽtaturus, ante Academiam currus iunxit, ſæpeq. eundem curſum ijſdem ueſtigijs nihil delirando repetijt.

Ericthoni' Athenieſis quadrigas primus iunxit. Pont. li. 3. de Stellis: Qualis Erichthonius currus & quatuor auſus Iungere equos, rapidisq; rotis inſiſtere victor.

Aſtir Menonis fuit auriga, à cui' noĩe Auſtres populi Gallæcis proximi dicti sũt.

Conſtat Felicem Ruſſatum fuiſſe aurigam, verbis Plinii li. 7. ſcribẽtis: Inuenitur in actis Felicis Ruſſati aurigæ, iam igne illato, in rogum eius vnum è fauentib. iecisſe ſeſe.

Inter eos (qui equitatu claruerunt(Caſtor principem locum obtinuit. Poli. Vixq. boum frenis Caſtora frater amet.

IANITORES.

Butes armiger fuit Anchiſæ, & Ianitor. Verg. li. 9. Forma ũ uertitur oris Antiquũ in Buten, hic Dardanio Anchiſæ Armiger antè fuit, fidusq; ad limina cuſtos.

Cerberum poetæ fingunt eſſe cuſtodem & ianitorem inferorum. Verg. li. 8. Aen. Te Stygii tremuere lacus, te ianitor Orci.

Ammianus Marcellinus ait, Eunum fuiſſe ergaſtularium quẽdam, qui ductauerit in Sicilia fugitiuos.

PORTITORES.

Cælius ſcribit, Phaonem fuiſſe portitorem, eoque ſe fouiſſe artificio. Hic quũ Venerem tranſuexiſſet, vnguentum ab ea fertur accepiſſe, quo delibutus, factus eſt hominum pulcherrimus.

Phorcus Latinè portior dictus eſt, quòd per mare deferret colonias, teſte Beroſo.

Charon dicitur portitor inferorum. Verg. lib. 6. Portitor ille Charon. Idẽ: Portitor has horrendus aquas & flumina ſeruat Terribili ſqualore Charon. Proper. li 3. Portorium, Porthmeum, Telonarium, Mineruali, ſtips Charonica, Naulum dicitur portitorum merces Seneca de Charonte: Hinc ſeruat amnẽ cultu & aſpectu horridus, Pauidosque manes ſqualidus geſtat ſenex. Idẽ in Oedipo: Quinque capaci turbida cymbo flumina ſeruat durus ſenior nauita Charon.

PASTORES, ET ARMENTARII.

Apollo priuatus deorum ambroſia ob interfectos Cyclopes, pauit armenta Admeti regis Theſſaliæ Tibul. li. 2. Pauit & Admeti tauros formoſus Apollo.

Crathis ſeu Chrathides, paſtor fuit apud Sybarim, quem infando amore, capræ exarxiſſe iam diximus.

Sybotes fuit Suarius, qui Vlyſſem profugum & iam ſuis ignotum, in patriam deduxit.

Oebares fuit equiſo, & armentarius Darii, cuius aſtu Darius ipſe regnum Perſarum aſſecutus eſt.

Alſus nomen eſt paſtoris apud Verg. li. 12. ſcribentem: Sic rigido latus enſe ferit, Podalyrius Alſum Paſtorem.

De Amynta paſtore Mar.li.11.Indulget pecori nimium dum paſtor Amyntas,Et gaudet fama luxuriaque gregis.

Tytornus fuit bubulcus mirandæ fortitudinis,qui cum Milone certauit.

Mithridates apud Herodotũ nomẽ eſt paſtoris,cuius vxor Spaco nomine Cyrum infantem(qui poſtea rex fuit Medorum)ab Aſtyage deuotum feris,aluit.

Daphnis fuit paſtor,qui carmen Bucolicum reperit.

Gyges beneficio cuiuſdam anuli rex è paſtore factus eſt.autor Cic.

Sophi(qui poſtea rex fuit Turcarũ)in adendis armentis uictum puer quæritauit.

Philetius fuit bubulchus Vlyſſis,& Eumeus porcarius.De his intelligit. Ouid.in Epiſt.Vlyſſis. Hoc faciunt cuſtoſque boum,lõgæuaq; nutrix,Tertius immũdæ cura fidelis haræ.

Tilippus fuit paſtor ,qui Lycaſtum & arthuſium à Philonomia matre expoſitos educauit.autor Plutar.

Tamburlanus primum fuit Bubulcus Demum tamen adeò fauentem reperit fortunam,vt ad imperium Scytharum conſcenderit.

Fauſtulus fuit paſtor cui Amulius dedit Romulum & Remũ exponẽdos. Alijs placet,Fauſtulum eum fuiſſe,qui expoſitos nutriuerit.teſtis Plut.in Romulo.

Actiu s Nauius,augur clariſſimus,ob paupertatẽ ſues pauit.autor Cicero lib.1.de Diuinatione.

Mirmillo fuit armẽtarius,cuius ſimilitudo obiecta eſt Caſſius Seuero celebri oratori.Teſtis Plin.lib.7.

Euthycus apud Suetoniũ nomen eſt Aſinarij, vbi ait: Apud Actiũ deſcẽdenti in aciem aſellus cum aſinario occurrit.Homini Euthycus,Beſtię Nicõ erat nomẽ.

Primis laus è bubulco factus eſt Bohem.rex.

C O C I.

Phyrnis Lesbius coquus fuit Hieronis Syracuſani,datus poſtea Ariſtoclidi.

Myſtillus,& Taratalla,nomina ſunt coquorum apud Martialem ſcribentẽ: Si tibi Myſtillus coquus Aemiliane uocatur,Dicetur quare non Taratalla mihi.

Perdix fuit caupo quiſpiam claudus,qui ſequenti prouerbio locũ fecit, Perdicis crura:in homines diſtortis cruribus.

V E S P I L L O N E S.

Sunt autem Veſpillones tumultatores cadauerũ,qui mortuos efferũt ad ſepulchretum,Suetonius de Domitiano loquẽs:Cadauer eius populari ſandapila per ueſpillones exportatum. Aliter dicuntur Libitinarij,& Sandapilarij.

Plutarchus in Phocione ait,Cympionem fuiſſe quẽdã inter Athenienſes homũculum,qui in tumulandis efferendiſque cadaueribus quæſtum faceret.Is interfectum Phocionem accepta mercede in Eleuſinam deportauit.

Diaulus nomen eſt Veſpillonis apud Martialem lib.1.ſcribentem:Chirurgus fuerat nunc eſt veſpillo Diaulus.

M A N G O N E S, E T A L I Æ profeſſionis homines.

Ganymedem poetæ faciunt Iouis præguſtatorem.

Cadmus fuit quiſpiã notæ impietatis carnifex,Horatius.Tũc Syriadame,aut Dionyſi filius audes Deijcere è ſaxo ciues,aut tradere Cadmo.

Apud eundem Lycinus nomẽ eſt tonſoris,vbi in Arte ſcribit: Si tribus Antyciris caput inſanabile,nunquam Tonſori Lycino commiſerit.

Fuit Diadumenus pincerna Auguſti.

Secundus(id proprium eſt viri nomen)pincerna Nicomedis regis Bithyniæ.

Carpophorus magno fuit temporibus Domitiani, alius ab illo uenatore, de quo ſcribit Martial.eſt quota Carpophori portio fuſus aper.

Thoranius fuit magno,qui vẽdidit Marco Antonio duos eximia forma pueros,alterũ Aſiaticũ,alterum Gallicum,ut geminos,& uterinos, tanta erat formæ unitas

tas,& ſimilitudo. De eodem ſic ait Macrobius. Delectatus erat Auguſtus inter cœnā ſymphoniacis Thoranij māgonis,atq.eos frumento donauerat. Meminit & Suet. Qui matres familias,inquit,& adultas ætate virgines denudarent,atq. perſpicerēt,tanq̃ Thoranio mangone vendente. Erant aūt mangones ſeruorū, & puerorum liberali forma diuenditores,quib.moris erat,medicamentis puerorum vænalium pubertatem,& barbam coercere, vt formoſi ſemper apparerent. Hoc autem faciebant Hycinthi radice bulbacea,quæ vino dulci illita non patitur pilos erumpere. Mangonium,vocatur ipſum mangonis artificium. Pli. Nec tamen in hoc mangonio quicquam totum placet.

Alphenus nomen eſt ſutoris apud Hora.lib.1. Ser.dicentem. Vt Alphenus vafer omni abiecto inſtrumento artis clauſaq. taberna Sutor erat ſapiens operis.

DENOMINATIONES A VARIIS ARTIVM, profeſſionibus, ordine literarum.

Abietarij dicuntur fabri lignarij,ab abiete arbore. Abiegnæ trabes, abiete factæ.

Acupictores vocantur Phrygiones,qui aurum, & colores veſtibus intertexunt.

Actuarij ſiue ab Actis dicuntur notarii,qui ueloci ſtylo acta actioneſq.deſcribūt.

Acupedarii optimi curſores,a pedum acumine.

Agaſones equorum ductores. Hor. Si patinam pede lapſus frangat agaſo.

Aliptes corporum vnctor. Idem ferè ſignificant Veſpillo, Sandapilarius. Libitinarius. Iuuen. Sat. 3.

Alutarii ſutores coriarii,ab aluta,ieſt pelle,quæ a luteo colore dicitur

Amphorarij pincernæ,ſeu pocillatores,ab amphora vaſe vinario.

Apiarii qui curant apes. Aliter uocantur Mellatores.

Aquarii qui aquam circumferunt venalem. Idem autor.

Arcarii arcarum fabri, autor Cælius. Appellantur, & Scriniolarij. Apud autores paſſim obuiam.

Architectus primarius faber.

Arcularii arcularum,& ſcriniorum fabri.

Argentarij dicuntur campſores ſeu nummularij. Budęus. Argentarii Romæ tabernas in foro publico conductas habebant. Aliter vocantur Menſarij, Menſularij, Trapezitæ, Collybiſtæ, Monetarij.

Argyrognomones minutuli nummularij: quaſi pecuniæ ſpectatores.

Aſinarij qui aſinos paſcunt,hoc uocabulo vtitur Cato de re ruſtica.

Atrienſes cuſtodes atriorum,ſeu Veſtibularii.

Aucupes qui aues capiunt.

Auiarii qui auium curam gerunt. Col. Sic tamen illuſtria fiet loca,quæ commodius habitet Auiarius.

Aurarii qui aliquid inaurant.

Aurifices dicuntur aurarii. Aurificina aurificis taberna.

Aurigæ,curruum & vehiculorum ductores.

Balneatores,balneorum miniſtratores. Vnde & apud Eraſmum eſt adagium, Aſinus balneatoris.

Bractearii qui Bracteas faciunt,quiq.aurum malleis tuſum, & ad quamuis tenuitatem ductile rebus inaurandis reducunt. Budæus.

Bubulci,& Bubſequæ boum cuſtodes.

Calceolari,qui calceos conſuunt,& conficiunt. Vocantur aliter, Alutarii, Coriarii Crepidarii, Sandaliarii.

Calones militum ſerui,qui clauas ligneas,haſtas, & fuſtes ferunt a tergo dominorum. Hor. Hunc permixerunt calones atque caballi.

Capſarii capſarum,& crumenarum cuſtodes,vel artifices.

Carnarii carnium venditores,a Græcis Creopolæ dicuntur, & Creurgi.

Carnicoctores qui coctas carnes exponunt vænales.

Car-

pentarij, fabri lignarij, qui carpenta conficiunt.
Caupones, eſculentorum poculentorumque uenditores.
Celeuſtes qui remiges hortatur, quaſi nauigationis moderator. Et Celeuma nauticus clamor dicitur. Budęus.
Cellarii qui aſſeruando penu præſunt.
Cæmentarii dicuntur Cęmentorum, ideſt, ædificiorum (quæ ex lapidibus fiũt ſtructores. Hieronym. uocat fabros murarios.
Ceroplaſtę cerearum imaginum artifices.
Chirurgi medici uulnerarii.
Cinclidarii quib' atrii, & ueſtibuli cõmittitur cuſtodia. Cinclidas enim Græci appellant ualuas duplices aut foramen, quo immittitur clauis.
Cinerarii, & Ciniflones dicuntur tõſores, a conflandis calamiſtrorum cinerib', in quibus calamiſtra ad iuuenum puellarumque capillos uibrandos calefaciebãt. Catullus: Nunc tuum Cinerarius tondet os.
Ciniflones qui modum docent criſpandorum capillorum calamiſtris.
Ciſtiferi uaſculorum aut capſarum uectores.
Clitellarii qui ſarcinas ferunt clitellis. aliter uocantur Mulumariani.
Codonophori, ideſt atrati ante ambulones, & ferales præcones tintinabula geſtãtes. Budæus.
Collybiſtæ dicuntur nummularii. Nam Collybus dicitur nummus.
Conchylarii, qui conchylia mari conquirunt.
Condi, qui recondunt in cellam penuariam bona domeſtica.
Copiarii qui legatis foris profecturis pecuniam ſuppeditant neceſſariam.
Coronarii qui coronas conficiũt Plin. li. 21. Coronarii quidẽ & ſpinę flore utũtur.
Coſmetæ dicuntur unguentarii, a Coſmo medico vt opinor, ſicut Coſmiani.
Crepidarij qui crepidas conficiunt. Aliter uocantur Calceolarii, ſutores.
Crocatarij qui crocino colore ueſtes inficiunt. Plautus: Qui inceduut infectores Crocatarij.
Cubicularij cubiculorũ famuli. Sueton. in Iulio. Manſitque apud eos non ſine ſũma indignatione prope 40. dies cum uno medico, & cubicularis duobus.
Cupedinarij uenditores ciborum lautiorum, qui vocantur Cupediæ.
Dardanarij dicũtur propolę, qui omnia præemunt, ut carius poſtea uẽdãt, à Dardanio quodam mago, qui hoc facere conſueuerat.
Decupa qui uinum quotidie minutatim uendit. Cicero. Vinũ à decupa, & propola quotidie ſumit.
Dulciarij dicuntur paſtores placentarii, quos Poſtillarios dicimus.
Epibatæ dicuntur, qui ob hoc tantum ſunt in naui, ut uehantur, author Budæus.
Eſſedarii dicuntur fabri eſſedorũ uehiculorum. Sueton. in Auguſto: Quum eſſedario (pro quo quatuor filii deprecabantur) magno omniũ fauore indulſiſſet rudẽ.
Fartores qui farcimina faciunt ex inſecta carne, & adipe. Terentius: Cupedinarii omnes, cetarii, lanii, coci, fartores.
Ferales præcones, dicũtur atrati illi ante ambulones, qui cadauera (quæ efferũtur cum tintinnabulis pręcedunt.
Ferramentarius, ferramentorum confector. Iulius Firmicus utitur.
Flamearii dicũtur infectores flamei coloris uiolę luteę quæ flameola appellatur. Hinc Flamea, coloris lutei veſtimenta.
Fœniſecę qui ſecant fęnum. Columella utitur.
Fullones dicuntur qui maculas e pannis detergunt. Eorum ars uocatur Fullonica Mar. lib. 7. Tam malè Thais olet, quàm non fullonis auari Teſta uetus.
Furnarii qui ex furno, paniſque coctura quæſtum faciunt Vocantur & Fornacarii
Gangabę à Perſis dicuntur, qui humeris onera portant. author Curtius lib. 3. de Geſtis Alexandri.

Gemmarij gemmarum uēditores. Cælius: Gemmarius quidam vitreas gēmas, vt legitimas verasque Imperatoris vxori magno pretio vendiderat.

Hamiotæ dicuntur piſcatores, ab hamis, quibus vtuntur ad capiendos piſces.

Helciarij qui naues deducunt, ſubducuntve ad officia inuicem adhortantes, & ru dētib. corpori ſuo inuolutis trahunt inſtar equorum. Mar. li. 4. Quem nec rumpere nauticum, nec clamor ualet Helciariorum.

Herbarij qui uires herbarum noſcunt, aut ex his conficiunt vnguēta. Idem Plin. li. 13. Herbarij in utraque pauca his & alia alijs miſcent. Idem li. 21. Scelus herbariorum aperitur in hac mentione.

Horrearij appellantur horreorum cuſtodes.

Hoſtiarij cuſtodes hoſtiorum. Plin. li. 12. Nat. hiſt. c. 15. Sed præter has & cuſtodes. ſatellitesque, & hoſtiarij, & miniſtri populantur.

Inſtitores propriè dicuntur rerum delicatarum venditores & negociatores, quod gerendis inſtent negocijs. Prop. li. 4. Mundus demiſſis inſtitor in tunicis. Ouid. Inſtitor ad dominam veniet diſcinctus emacem.

Inſularij, inquit Budæus, dicuntur ab inſula, qua lingua vernacula Cōciergi uocātur. Eiuſmodi homines eſſet ſolent in domibus principum, quæ inſulæ plerunque ſunt, ideſt, à priuatorum domibus diſtinctæ.

Lactarij qui cibos ex lacte cōficiunt: Spartianus in Heliogabalo: Dulciarios, & Lactarios tales habuit.

Lachanopoles oleorum venditor, qui & Olitor, & Olearius dicitur.

Lanarij qui lanas curant Plaut. Sta. fullo. Phrygio, aurifex, lanarius.

Lanius ſeu Lanio, qui carnes uendit in carnario. Aliter dici poteſt Bouicida.

Lathomi dicuntur lapicidæ, & Lathomiæ dicuntur lapidicinæ, vbi eruuntur & cędunturlapides. Tomos enim Græcè, ſectio dicitur Latinè.

Lecticarij, lecticarū curatores. Seruius Sulp. Meisquè lecticarij eū in urbē referre.

Lenobates appellatur vuæ calcator.

Lenones dicuntur illectatores, & productores meretricum, ab allicieudo. Et eſt cōmunis generis, quamuis etiam dicamus lena.

Libitinarij dicuntur qui ex rebus funeralibus & exequijs quæſtū faciunt. A Libitina dea ſepulchrorum, aut ſepulcro ipſo. Vide Senecam.

Librarij qui libros vendunt. Aliter Bibliopolæ. Catull. Nam ſi luſerit ad librariorum Curam ſcrinia.

Libratores qui aurū aut aliquid aliud ad librā expendūt. Theodoritus per Zenobiū Acciaiolum: Ille (inquit) qui ſcire amet, quot pondo cenſenda ſunt vel aurea uaſa, vel argentea, vel numiſmata quæpiā pendenda, & libratoribus defert.

Limborarij qui limbos cōſuunt. Plaut. Textores limborarij. Eſt autē limbus veſtimentum purpuram infernè conſutam habens.

Linthearij qui linthea vendunt & conficiunt, vt Lintheones.

Lintheones qui linthea conficiunt. Vocabulum eſt Vegetij.

Lixæ dicūtur, qui aquas hauriunt. Seneca in Theb. Humiliſq; ſocerum lixa dominantem ſequar. Syl. Et inutile Marti. Iaxarum uulgus.

Lucenarij ante ambulones & tædiferi. Appellantur & Luceniferi, & à Græcis Daduchi, & Dadurgi, Tædifices.

Machærophori dicuntur haſtiliferi. Cuiuſmodi ſunt regi ſtipatores. Cic. Q. fratri.

Machærophoris centum ſequentibus miros riſus nobis edidere.

Machæropii dicuntur fabri gladiorū, quo nomine dictus eſt Demoſthenis pater, quòd cultellos factitaret. Machæra Græcè, Latinè dicitur fica, ſeu gladius.

Mangones dicebantur magiſtri & conceptores formæ puerorū & puellarū, quos exponebant venales. Solebāt enim artificio colore corporis pulchrificare, quo facilius vēderent quos volebant. Hinc Mangonizare, eſt aliquid ornare ad alliciendos emptores.

Man-

Manſuetarij qui ſylueſtria animalia mã ſuefaciũt,& cicurant,& ex feris domeſti cos reddunt. Aliter Exarmatores dici poſſunt. Lampridius.
Margaritarij, margaritarum aliarumq. gemmarũ venditores & negociatores. Dicuntur & Gemmarij.
Mediaſtinus eſt mãcipiũ abiectum, quod viliſſima & ſordidiſſima miniſteria obi re domi cogitur: vt domũ uerrere, purgamenta efferre, ligna cõgerere, & huiuſ modi alia facere. Ita autẽ dr̃, quod in media domo ad imperium omnium, nutusq. ex cubare ſoleat. Hor. in Epiſt. Tu mediaſtinus tacita prece rura petebas.
Medicamentarij & medici, à medẽdo dicuntur, qui morbis afferunt remedia. Plinius. Herbarias & medicamentarias artes dixit.
Mellatore qui curã mellis & aptum gerũt. Aliter vocantur Apiarij. Volat. Ad hæc propellanda diligens mellator remedijs inſtabit.
Mellifones ſeu Mellarij, qui mella & apes curant. Aliter Mellatores & Apiaria, vt iam diximus.
Menſarij & Menſularij dicuntur collybiſtæ, ſeu monetarij & trapezitæ.
Mercenarij qui cauſa mercedis operam nobis præſtant, a mercede hoſtimento.
Meſonauta nomen eſt vtilis mancipij in naui: diciturq. is, qui iubente Nauarcho quæque munia ſubire cogitur.
Metallici qui metalla eruunt aut conficiunt. Plin. lib. 13. c. 16.
Mollitores vulgo molendinarij, qui frumenta molunt in piſtrino. Aliter Piſtrinarij dici poſſunt.
Muliones qui mullorũ habẽt curam. Apud Martial. Mullio capitur pro eſſedario vbi li. 9. ait: Nec pigri rota quaſſa mulionis.
Myropola vnguentorum venditor, & Myropolium, officina vnguentorũ & pharmacorum.
Nauta ſeu Nauitã magiſter & ductor nauis. Eodem etymo. uocatur Nauclerus.
Nouacularij qui nouaculas ſeu cultros raſorios conficiunt.
Obſtetrices & Obſtetriculæ, quæ parturientiũ curam habẽt, quod ſua peritia dolori obſtent. Obſtetricare, eſt partum adiuuare.
Odorarij qui odores conficiunt, & uendunt: à Græcis uocantur Aromatopolæ.
Aeconomi dicuntur cuſtodes & diſpenſatores frugum, pecuniæ, & omnium rerũ quas dominus poſſidet. Vnde Oeconomia, rei domeſticæ adminiſtratio.
Oenopolita vini venditor. Oenopolium, taberna vinaria Plaut. Tuũ à piſtore panem petimus, vinum ex Oenopolio.
Olitores qui hortum oleribus conſitum exercẽt & curant. Aliter vocatur Hortulani. Olitor etiam dici poteſt, qui vendit olers.
Organici & Organarij dicuntur organorũ artifices. Lucre. li. 2. Organici quæ nubilibus digitis expergefacta figurant.
Oſtiarij cuſtodes Oſtiorũ. Vocantur aliter Atrienſes, Æditui, Aedituenſes, Aedi tipij, Claſtarij, Clauſtritimi, Ianitores, Liminarij, Liminarchæ, Veſtibularij.
Oxyporopili, qui cibos vẽdunt aceto cõfectos. Pli. in eo vſus eſt, Et Oxyporopoli ſeruant, addito dulci ad cremẽtum aceti temperãtes. Et Oxypora dici poſſunt eſculenta aceto condita. Vnde idẽ Pli. li. 20. cap. 23. Idipſum condimẽtis prope omnibus inſeritur, Oxyporis etiam aptiſſimè.
Paniſices ſeu Panifici, qui panem conficiunt. Panificum panis confectio dicitur.
Pecuarij pecorum cuſtodes, qui & Armentarij vocantur. Pecuariã rem facere, eſt armenta gregesque alere.
Pegalarij dicuntur curſores, qui ſtatis locis manſiones ſuas poſitas habent, quorũ diuerſoria Stathmi vocantur. debeo Budæo.
Pelliones qui veſtes pelliceas, aut alia quæuis opera pellib. cõficiũt. Phrygiones dicuntur, qui acu pingunt, aut veſtes auro intexunt. Phryges enim primi inuenerunt aurum telę intertexere.

Pharmacopolæ medicamentorum venditores. Et Pharmacopolium amuletorum officina.

Pigmentarij qui pigmenta vendunt, aut conficiunt. Hieron. in Exod. Compoſuit, & oleum, & ſanctificationis vnguentum, & thymiamata de mūdiſſimis aromatibus opere pigmentarij. Cælius inter eos, qui corporis curam agunt recenſet Tonſores, Balneatores, Pilicrepos, Aliptilos, Mediaſtinos, Māgones, Coronarios, Coſmetas, & id genus alios.

Piſcarij qui piſces pendunt. Var. Inter piſcatores nemo vendebat.

Piſcatores qui piſces inquirunt. Aliter vocantur Hamiotæ, ab Hamis, quibus eſca opertis piſces decipiuntur.

Piſcinarij qui piſcinas curant, cuiuſmodi fuerunt Sergius Aurata, & Licinius Murena, qui captorum piſcium lætabantur vocabulis. I. quoque Philipphus, & Hortenſius piſcinas habuerunt precioſiſſimis piſcibus refertas, quos propterea Cicero piſcinarios appellat.

Piſtores ſeu piſores dicuntur furnarii panifices, a pinſendo, qui proprio decenti epitheto vocantur Farinulenti.

Placentarii qui placentas, & cibos dulciarios conficiunt. Vocantur & Officinarii.

Plumarii qui acu pingūt. Aliter vocātur Polymitarii. Opus plumarium acu factū. Vitru. lib. 6. de Archit. c. 6. Non minus, inquit, pinacotheca, & plumariorum textrinæ, pictorumq; officinæ, vtri colores eorum in opere propter conſtantiam lu micis immutata maneant qualitate.

Pollinctores dicuntur funerum curatores. Pollincere. n. eſt mortuos curare. Plau. in prologo Pœnuli: Eorum alter viuit, alter eſt mortuus. Propterea apud vos dico confidentius, quia mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerit. & in Sticho: Hodie pollinctura eſt.

Pocillatores dicuntur pincernæ, & prægustatores, qualē poetæ fabulantur eſſe Ganymede aſſiſtentem Ioui: aliter Propinatores dicuntur. Nam quamuis propinare ſignificet præbibere, aliquando tamen eſt dare bibere. Pli. 21. c. 20. Medici in vino decoquunt recēs vel aridum, illinuntq;, vt Spleneticis propinēt ex aceto. Idem lib. 18. Artemon propinauit aquam è fonte noctu Comitialibus morbis. Vbi (vt in pleriſque aliis locis) propinare pro dare bibere ponitur. Sunt tñ neſcio qui ridiculi, qui nihil probant, niſi quod in putidis quibuſdā autorib. legerint: qua ſi verò Linguæ Latinæ copiam debeant, aut poſſint circumſcribere pomœriis ſuæ ignorantiæ.

Popinones ſunt, quos Tabernarios dicimus, vel luxurioſi, qui propinas amant, qualem Horat. villicum ſuum arguit, quod rure velit redire Romam, deſiderio popinæ. Budæus decenti epitheto delicias vocat popinales.

Porcarii dicuntur porcorum cuſtodes. Alio nomine dicuntur Suarii. Porculatio porcorum nutritio, & porculena merces ipſius.

Portitores dicuntur transfretatores, a portu. Ver. lib. 6. Portitor has horrendus aquas, & flumina ſeruat Terribili ſqualore Charon. Vocantur aliter Telonarii. Portorium merces, & ſtips, quam merentur.

Præcones enunciatores publici, qui iuſſu magiſtratus publicè aliquid enunciant. Horat. Vt præco ad merces turbam qui cogit emendas. domeſticus præco dicitur, qui ſeipſum laudat.

Promi dicuntur, qui præſunt promendis cibariis, aliiſq; rebus domeſticis. Auſonius. Promus quam condus magis.

Propolæ à Græcis dicuntur, qui à nobis Reuēditores, qui aliquid præemūt, ut carius poſtea uendant. Lampridius: Imitatus propola circūforaneos, equos curules ſibi comparauit. Vocantur aliter Dardanarij, ut iam docuimus.

Proreta dicitur, q. proræ præfectus eſt, queādmodū Gubernator, q. puppi. Plautus i Rudēte: Si tu proreta iſti naui es, ego gubernator fuero. Refero acceptū Budæo.

Pro-

Proxenetæ licitatores uendendarum comparãdarumque mercium mediatores.
Purpurarij purpurarum piſcium piſcatores,qui Conchiliarij dicũtur:poſſunt etiã dici Infectores purpuræ.
Putearij qui puteos excauant.Plin.li.33.cap.3. Depreſſis puteis ſulphura,vel aluminoſa occurrentia putearios necat:Puteorum excauatores Græci Phreorycos uocant.Eorum inſtrumẽtũ dicitur Terebris. Organum quo ex puteo hauritur aqua,Celonium,uel Ciconia.Puteos aperire apud Iurecõſultos eſt ex cauare. Cæl.lib.6.cap.17.
Quadrigarij qui quadrigas agunt,aliter uocantur aurigæ & Eſſedarij.
Quæſtores pecuniæ publicæ collectores,& qui curam habent ærarij. Magiſtratus uocatur Quæſtura.
Ratiarij a rate,ut nauicularij a naue,dicuntur negociatores, qui ex ipſa rate quæſtum faciunt.
Sagarij dicuntur,qui uẽdũt ſaga: Eſt aũt Sagũ ueſtis militaris, ut poſtea docebimus.
Salarius qui cibos ſalſos uendit. Mart. Quod uiles pueri ſalariorum.
Salſamentarii dicuntur uenditores ciborum ſale cõditorũ. Alio nomine Salarii.
Sandapilarij dicuntur rerum funebrium & exequiarũ curatores. Aliter uocãtur Veſpillones,Libitinarij,Necrophori,& Funerarij. Eſt.n. Sandapila,autore Fulgentio,ferrum ſeu loculus mortuorum, quo non corpora nobilium, ſed Plebeiorum,atq. damnatorum cadauera portabantur.Sidonius: Hanc non ueſpillonum ſandapilariorumque miniſteria ominoſa ſimulauere.Suet.ſcribit,cadauer Domitiani popularij ſandapila per ueſpilliones exportatum.
Scoparij,miniſtri,quorũ inter eſt pauimenta ſcopis deuertere,& mũdare domũ. Hinc Hiero. Aquilonem uiarum ſcopam appellauit quod difflando perpurget quicquid in uia puluerulentum obiacet.Vlpi.de Tit.de fondo.
Scripturarij dicuntur tabelliones,quos Clericos & Cõmiſſarios uocant:dicuntur & Scribæ.
Segmentarij qui aurum ueſtibus intertexũt: à ſegmentis,id eſt,bracteolis,orbiculiſque uariegantibus. Ouid.lib.3.de Arte:Quid de ueſte loquar:nam non ſegmenta requiro.Nec quæ de Tyrio murice lana rubet.
Sellurarij dicuntur,qui opus aliquod ſedendo conficiunt:qui & Sedentarij.
Sericarij textores ſericorum.Sericati homines,pannis ſericis induti.
Solearij ſolearum ſutores,qui & Crepidarij dicuntur.Plaut.in Aul.Solearij aſtãt.
Spheriſterici & Sphæriſtæ dicuntur ſtudioſi ludi pilæ,& peritiſ.Spherizo,ideſt,ludo pila.Sphæriſterium,ludus pilæ.Lãpridius in Ale.Poſt lectionem operam palæſtræ,aut ſphæriſterio,aut curſui,aut luctaminibus mollioribus dabat.
Statuarij qui ſtatuas fingũt,Græcè Idoloplaſtæ uocãtur.Quales fuerũt Lyſippus Praxiteles,Myron,Polycretus.
Suarij qui ſues paſcunt.Aliter uocantur Porcarij,ut iam diximus.
Suffarranæ dicũtur,qui ferrea & frumenta in caſtra cõuehunt,crebris & uillibus iaſtitorum uecturis.
Sutores dicuntur calceolarij,aut ueſtimẽtorum artifices,qui melius Sarcinatores appellantur.
Telonarij dici poſſunt tributorum collectores,qui & Telones uocantur.
Thermularij dicuntur,qui thermis præſunt & ex his quæſtum faciunt.
Tonſores lanæ aut capillorum dicuntur inciſores.Hor.in epiſt.Si curatus inæqualitonſore Capillos Occurri, rides. Hinc culter tonſorius dicitur.
Vaſcularij qui uaſa conficiũt,& uendũt,aurea & argentea.Nã inter Aurifices numerantur Vaſculari,Cælatores,Inauratores,& Bractearij.
Vehicularij uehiculorum ductores: Carrucarij,carrucæ. Eſſedarij,eſſedorum.
Veſpillones dicuntur funeratores,& curatores cadauerũ.Suetonius in Domitiano:cadauer eius populari Sandapila per ueſpilliones exportatum.

Veſtiſpici famuli,quorũ intereſt mũdare veſtes dominorũ.Et Veſtiſpicæ ancillæ, eodem modo dicuntur.

Veteramentarij,dicuntur ſutores Crepidarij,qui veteres calceos reficiunt.Plaut. Euclio multa eiuſmodi commemorat in Aulu.vbi ait:

Stat fullo Phrygio,Aurifex,Lanarius,
Caupones,Patagiarij.Induſiarij,Flamearij,
Violarij,Garinarij.Manulearij.Myrobrecharij.
Propolæ,Lintheones,Galceolarij,
Sedentarij,Sutores,Diabathrarij,
Solearij aſtant,aſtant Molochinarii
Petunt fullones,Sarcinatores petunt.
Strophiarij aſtant,aſtant Semizonarij,
Terceni quum ſtant Phylaciſtæ in atriis:

Textores Limborarii,Arcularij dicuntur.

Vexillarij qui in exercitu ferunt vexillum dicuntur etiam Anteſignani,Primipili & Vexilligeri.

Vinarij vini venditores,à Græcis Oenopolæ dicuntur.Sueton.Quum de vinariis aut lanis ageretur,exclamauit in curia.

Vinitores ruſtici vineaũ cultores.Verg.Aut cuſtos gregis,aut maturæ vinitor vuę

Viſceratores dicuntur carnium diſtributores.Et viſceratio ipſa diſtributio.

Vnguentarij qui vnguenta exponunt vænalia,aut conficiunt.Plin.lib.12.ipſiq; vnguentarij digerũt haud difficulter.Idem lib.21. Et vnguentarij propter colorẽ eo maxime vtuntur.

Vulnerarij qui vulneribus medentur, vt Chirurgi.

OFICINÆ ARTIFICVM.

Laniena laniorum & bouicidarum.

Myropolium vnguentariorum & pharmacopolarum.

Oenopolium officina vinarij.

Pinotheca ſeu Pinacotheca pictorũ eſt tabula in qua pictæ tabulæ reponuntur,Vitruuius lib 6.Nõ minus pinacothecæ & plumariorũ textrinæ,pictorũq; officinę vti colores eorum in opere,ꝓ conſtantiã luminis immutata maneãt qualitate.

Sutrina dicitur Sutoris officina.

Textrina textoris.Plau.Ipſa per ſe tenax ratio textrinæ.

Theſmopolium officina,in qua eſculenta & poculenta calido venduntur.Plau.Sẽper videas bibentes in thermopolio.

Tonſtrina tonſoris.

Vſtrina metallici.Pli.36.c.12.In vſtrina ter ſiccẽtur,ita vt torreẽtur carbone puro.

REPOSITORIA DIVERSARVM RERVM.

Armamentarium repoſitorium armorum & nauium.

Atramentariũ atramenti.

Bibliotheca librorum.

Calamarium calamorum.

Caſteria inſtrumentorum nauticorum.

Dactylotheca gemmarum repoſitorium Pli.li.36. Dactylothecam,inquit,primus habuit Romæ priuiginus Syllæ Scaurus.

Granarium,i.horreum,ſeu repoſitorium granorũ.Varro de lingua latina:Panariũ vbi panẽ ſeruabãt.Granarium,vbi granum:in quo aliqua conduntur, horreũ.

Myrothecium,vbi vnguenta conduntur.

Panarium panis repoſitorium. Stat.li.1.Syl.Hi panaria candidasq. mappas. Subuect ant,epulasq.lautiores.

Veſtiarium dicitur ueſtimentorum repoſitorium.Pli.lib.15.Veſtiarium contra teredi nes ac noxia animalia, amurca aſpergi.

DIVER-

DIVERSORVM ARTIFICVM OPERA, ET PRIMVM quidem de ciborum diuerſis ſpeciebus.

Bellaria cibi dicuntur ſecundæ menſæ. Apponuntur ad irritandam gulam. Vocantur a Græcis Tragemata, & pemmata.

Botulus ſeu Botellus, genus farciminis ex villa carne. Mar. li. 11. Betullos imitatur & Boletos. Fiebat Botolus initio hyemis gratus quidem omnib. menſis, ſed maxime celebratus in Saturnalib. Idem Mart. Qui venit Botulus medio tibi tempore brumæ, Saturni ſeptem venerat ante dies. Bucellatũ cibus erat militaris, ita dictus, quod in bucellas & fruſtra confectatus eſſet Ammianus, Frumentũ ad vſus diuturnitatem excoctum, Bucellatum, vt vulgo appellant, humero impoſuit libentium militum.

Carica genus eſt ficuum, vel ficus ſicca. Ouid. li. 1. Faſt. Quid vult palma ſibi rugoſaq. carica? Ixi Caricas antiqui vocabãt eſculẽtũ lautũ, & variis cõditum cupedijs. Carica. n. genus erat cibi Lydij, multiiugis lauticijs, & ſanguine confectũ.

Cariotydes dicuntur palmarum fructus, qui delicatis olim menſis adhibebantur. Stat. Et muſtaceus, & latente palma Prægrandes Caryotides cadebant. Nam Caryota ſpecies eſt palmæ.

Coccentum edulium erat ex melle, & papauere.

Conchis edulium eſt ex faba, vel leguminis genus. Vocatur aliter Concha, ut Cõchus Iuuen. Sat. 14. Alterius concham æſtiui cum parte lacerti Signatam.

Epidipnides appellantur dapes, quæ poſt dipnon, ideſt cœnam apponuntur. Idem Mar. Hic feras epidiphnidas parabit, Hinc piſtor farreas facit placentas.

Epityrum genus eſt edulij, ſeu caſei Siculi.

Forbea erat quidam cibus, qui calidus abſumebatur.

Fritilla cibus erat ex pulte.

Irceus genus erat farciminis.

Mattya condimentum eſt carnium vnctum, a verbo Græco matto, i. oblino. Hoc genus edulii excogitauerũt Macedones. Mar. li. 10. Diues, & ex omni poſita eſt inſtructa macello Cœna tibi, ſed te mattya ſola iuuant.

Merenda vocatur cibus poſt meridianus Calphur Seræq. videbitur hora merẽdę.

Minutal eſt genus edulii, quod Perſius Minutum vocat. Fiebat Ceto marino piſce liquamine, oleo, vino, porris & coriandro. Iuuen. Sat. 14. Heſternum ſolitus medio ſeruare minutal Septembri. Vocatur autem minutal, quòd minutatim concideretur, & particulatim.

Lucanica genus farciminis, quod porcina carne fieri conſueuit. Mart. lib. 4. Et lucanica uentre cum faliſco.

Obſonium dicitur omnis cibus, qui per ignem præparatur.

Ozimum edulium erat redolens, quod fiebat ex inteſtinis. Aliqui ozimum vocãt ab eiuſdem nominis herba citò in hortis creſcente. Perſius Sat. 4. Cum bene diſcincto cantauerit ozima vernę.

Pernam antiqui, & lardum, & petaſonem ſumebant ex porco. Idem Sat. Non lardum, graue, debiliusve perna.

Pulmentum capitur pro pulte, aut cibo aliquo facto inſtar pultis. Plaut. in Pſeud. Ego pulmento utor magis vinctiuſculo.

Pulpamentum capitur pro cibo lautiore. Teren. in Eunu. Tute lepus es, & pulpamentum quæris.

Pulpa cibus eſt minutatim conciſus, qui & minutal dicitur. Apul. Quę ſuis domi nis parabat iuſcum fartim circumciſum, & pulpam fruſtatim confectam.

Sagina vocatur cibus pinguefaciens, & reddens obeſum corpus. Hinc Saginare uerbum Pontanus in pompa Lepidinæ: Ecce venit pingui multũ ſaturata ſagina.

Tomacula edulia fiunt iecore porcino ſemicocto, & minutatim cõciſo, permixtis ouis crudis, caſeo, liquamine, pipere, aniſo, & gingibere, teguntur que omento

 ſuillo.

ſuillo.Iuuen.Sat.10.Extra & candiduli diuina tomacula porci.

Tragemata,quæ Latini uocant bellaria,conſtabant ex Cocco,Faba,Chondro,Caſeo,Melle,Siſamide.

Tuceta vocantur cibi regij ſapore præſtantes,Apul.libro ſecundo Metam. Abacũ paſcue vinulentum,& quidem naribus iam mihi ariolabar Tucetum per quam ſapidiſſimum.

Venter Faliſcus eſt genus farciminis,inuentum á Faliſcis populis.Stat.li.4.Syl.Nõ lucania,non graues faliſci.

PLANES AC PLACENTAE,
diuerſi generis.

Panificij multa diſcrimina obſeruauit antiquitas,panis tamen vocabulum a pano dici Varro putat. Meſſapios redundantiam & ſaturitatem adpellaſſe paniam te ſtis eſt Athenæus. Vnde,vt idem vult,Latini panis nomen deflexerunt. Erant enim pani cunicæ cognomento ſacri.

Accroſus panis ſine paleis Feſto Pompeio dicitur,quos Græci vocant Achyra.

Acidus & quaroſus Græcè oxylepes vocatur ab Aetio,febricitantibus eum dãte, quibus uenter profluat.Hunc Aegyptij cylaſtin dicunt.

Album panem uocamus apud nos, furfure maxima ex parte excreto.

Aleurites a farina,gyrites apolline,chondrites ab halica ſiue zea,ipnites & caminites a coquendi ratione uocatur.

Aboleti forma boletinus,accepto papauere & fumoſi caſei colore.

Artolaganum genus eſt panis,ſeu placentæ,ex ſimilia in oleo coctæ. Et infũditur mod·cum uini cum pipere uel adipe.Hic panis quõdam habebatur in delicijs.

Artocrea fiebat ex pane & carne.Nam artos panis,creos caro dicitur.Perſius Sat. 6.Ve niſi comminues oleum artocreasque popello.

Artopititius panis aclibanite ac furnaceo differre eo videtur,quòd hic duriore fermento ſplendidus conficitur,illi fermentum ſemper quam tenerrimum deſiderant.

Artopteſia panis erat quem faciebant Quirites , priuſquam uſus piſtorum eſſet Romæ.

Attaragos uocant quas alij Pſothia,ſed Polluci eſt ſuperior in pane cruſta.

Autopyri panes,ſiue quod idem eſt,autopyrites,qui furfure tãtũ leuiter ſuccreto fiunt,qualis ferè cibarius & ſecundarius eſt.Fieri aũt ſolet,vt Galenus ait, quoties triticum generoſum nõ eſt. Firmiſſima ſiligo,deinde ſimilia, aut tradit Celſus:deinde cui nihil ademptum eſt,Autopyron Græci uocant.

Azymos panis non fermentarius , cuius Scriptura ſæpe meminit. ab alijs dratos vocatur.

Baſiniæ placẽte apud Delios Iridi ſacræ,ex triticea farina cum melle cocta fiebãt.

Bellarium in Gallia vulgariſſimum fingitur è polline uel ſimilia, cum lacte , ouis, & butyro ſubacta,conſperſis veteris caſei micis,hoc in circinare rotũditatis pa ſtilum colligitur,& furno mãdatur excoquendum, Gallico ſermone Gaſter nominatur,uel Gaſtellus.

Blema candidus & egregie ſubactus panis eſt.

Blomioli quadrati panes,ex oleo,anetho,& caſeo.Alio nomine Cubi.

Boues panes nuncupati,quod cornua haberent præfixa. Offerebantur autẽ Apollini,Dianæ,Hecatæ & Lunæ.

Bromites idem eſt,qui furfuraceus.a quibuſdam eucanos appellatus. Alio quoq. nomine Pityrites.

Buccellatus panis , quem inter militaris annonæ genera nonnulli commemorãt. Cuius mentionẽ faciunt Paulus & Aetius,bis coquitur,a bucca buccea dictus. Eſt autẽ Buccea,ut ex Suetonio colligitur, idem ferè quod nunc bolus dicitur. Suntque qui Bucellatum panem fermento putant carere.

Caces

Caces, Ægyptiorum panes, vt inquit Strabo, ad ſiſtendum aluum vtiles erant.
Canicaceus panis furfureus eſt Pacuuio.
Capyria ſunt placentæ, vt Athenæo placet, quæ alio nomine tractæ dicuntur.
Catillus ornatus Romanorum placēta, vt Athenæo placet, ita fingi ſolet: Lactucæ elotæ igni ferueſcunt, & iniecto vino in mortario teruntur, expreſſoq. ſucco cū ſiligine ſubiguntur, vbi conciderint paulatim inter terendum, nō nihil ſuilli adipis & piper adijciuntur: ea rurſum cōtra colligūtur in lagana, quæ in placentaceas formas extracta, in feruentiſſimum oluem coniecta coquuntur.
Chariſios Ariſtophani placenta eſt panis uero Eubolo, præmium hoc in peruigilis dabatur. Suntq. qui putēt, chaliſiones quaſi chariſiones appellari eſt amygdalis & ſaccaro, nec alia fert materia, quā Mazapanes, ſed oblongi faſtigatiq. in medio, quaſi dehiſcente cruſta tument.
Chondripos, vide Collabum, Ciuicum, panem, quem cibarium & ſecundariū doctis audio appellari. cum albo conuenire ferunt.
Chœrinæ placenta a ſuibus.
Chryſocollæ ex lino & melle fiebant.
Clibanites. Vide Aritopititium.
Cneſtos panis habetur à nidore, Cuius mentionem facit Ioānes Rubellius de Natura ſtirpium lib. 2. cap. 14.
Coceora celebrantur mirum in modum, quorū meminit Demoſthenes in oratione pro Creſiphone, continet autem ficos & nuces tres.
Colix panis, quem ſubcineritium nonnulli interpretantur.
Collabus, ſiue, quod idē eſt, collix, & per diminutionem Colliphioni, ex caſeo recenti conſtat, hic & trimatias & Chondripos quoq. dicitur. Sunt & Maconides vocati.
Collabi a ſimilitudine quadam Collaborū in cithara dicuntur. Sunt autem clauiculi, quibus circunectuntur fides.
Collyræ minuti erant panes.
Coliphium genus panis. Plautus: Coliphia mihi ne incocta detis.
Conos fiebat ex vuis paſſis & amygdalis.
Copta & Coptaplacūta Samis & Rhodia placēta inſignis duritia, & accipit hæc papauer & mel.
Cotyliſcus ab hemina, qui ex tertia chœnicis parte fictus erat, vn̄ & nomē ſūpſit.
Creion placenta erat quā apud Argiuos ſponſæ ad ſponſum fuerunt, in carbone coquitur, accerſebantur & amici, & cum melle præſentabatur.
Cribanæ placentæ ſunt ſpecies mammoſa.
Cribanites præfertur omnibus ſanitatis vſu a Galeno ſiue quod idē eſt, clibanites a clibano quem Attici clibanum appellant.
Crimnites ē crimno ſiue farinæ vtriculo fiebat.
Cubi ſunt quadranguli aut etiam quadrati ex oleo, anetho, caſeo, quanquā Athenæus eos qui Romæ quadrati vocarentur, inciſuris præcinctos & blomiolos appellari Græcis prodit.
Cyllaſtis ex hordeo, uel vt Herodotus vult, ex ſiligine fiebat.
Cyllaſtin uocant Aegyptij panē acidum & ſquaroſum, qui Græcē Ocylepes vocatur ab Ætio, febricitantibus eum dante, quibus venter profluat.
Cyribanæ Lacedæmonijs ſunt propriæ, in cōuiuijs fœminarū circūferri ſolitæ, cū virgo a choro muliebri commendanda laudibusque decantandæ promeretur.
Dipyros ſiue Dipirites ab Hippocrate panis delicatus fuiſſe traditur. Verum cū dipyrites ad aquā intercutem cibo utilis exiſtimatur, cōiectari licet pro biſcocto capiendum eſſe.
Domeſticum & familiarē nominant Galli tertiarū, q̄ proxime ſuccedit Ciuico.
Doratos panes uocant quidam non fermentatos, quod alij Azymos.

Echinus panis ab erinaceo nomen habet, qui ſecundis menſis offerebatur.

Elaphos placenta erat ceruorũ venatoribus dicata, ea pinſita farina & ſeſamo cõſtruebatur: alij à nomine menſis, quo fingebatur, dictam putant. Septembre.

Elaphus placenta fiebat ex ſeſamo, & flore farinæ.

Empeptas triticeus panis eſt cauus, crepidę non diſſimilis, in cuius ventrem cæſariæ placentulæ vt in thecam recundi ſolebant.

Encryphia ſubcinericius panis in Saturnalibus præberi ſolita. Vide Laſgana. Idẽ enim eſt.

Encryphi, qui & Agaræus id eſt forenſis & venali eius & Atticus vocari ſolet.

Enchris placenta oleo primũ coquitur, mox accipit mel. Habetur & panis hoc nomine, vt paulo ante diximus.

Epicylios Syracuſanorum placentæ, nos verò Catonianas eſſe arbitramur.

Ericitem uocant panem qui ex confracto, non excreto fit tritico.

Aſcharites a craticula, ſub finem cęnæ cõuiuijs apponi ſolitus eſt, & intingi paſſo vſque ad ebrietatem legitimam: Coniectura autem colligi licet, id genus panificij, quod a tenuitate & candore nebulas fere Galli vocant, Eſcharitẽ veteribus fuiſſe.

Euconos idem quod furfuraceus, a quibuſdam pityrites vel Bromites appellatus.

Farreum genus eſt libi ex farre. Plin. Nouæ nuptæ farreum præferebant.

Fertum genus eſt libi, ſacris adhiberi ſolitũ Flauius Vopiſcus Farratũ vocat. Perſius: Attamen hic extis & optimo vincere ferto Intendit.

Furfuraceum magna ex parte recremẽticiũ dicimus, quod extra tritici capiat, quæ Græci cyribia, aut etiã furfures, quos ijdem aphærema & pityra, nos etiam canicas & aplaudas vocamus. Vnde Canicaceus panis furfureus eſt Pacuuio.

Caſtris placẽta fit in Creta è nuce auellana, amygdalis & papauere: itẽ pomis, ſeſamo & pipere quadrangula figura.

Glycinas ex paſſo, & melle, Cretenſibus familiaris, eadem ferè cum muſtaceo, niſi quod illa expaſſo, hæc mulſo factitabatur.

Hypotyrides ita fingũtur, Athenæo teſte Mel & lacconiectum expreſſumq; fictile mittitur, & cogi coaleſcereq. finitur, & in tenuia, ſi adſint, incernicula ſubiecto vaſe mixta conijciuntur, vt ſerum profluat. Sin deſint, flabelis, quibus ignis vẽtilatur, vtendum: nam eorum ſupplent inopiam. Cũ ſatis videbitur concreuiſſe in argenteum vas transferenda.

Itrion, quod Itrion appellant Græci, exilis placentula ſeſamo & melle conſtans, ſuminale à Feſto dicta, forſitan, vt conijcio quòd ſumen Itron Græcè dicatur: qua propter nõ ſimplici ratione libum, ſed ſuminale libum potius Latinis dicẽdum Docti ſuadent, quod Cato libum ex caſeo & ouo condidit.

Laganum cibus eſt ex farina & aqua diſtentus in modũ membranulæ. Condiebatur olim caſeo, pipere, croco, cynamomo.

Lagunculi & Gaioli cibi erãt deliciarij, in quibus ſigna & effigies Gai & Lagonis puerulorum repræſentabantur, vt nunc noſtro tempore, videmus placẽtas formari in roſas & lilia. Stat. lib. 1. Syluarum: Molles Caioli, Lagunculique.

Laſgana ſiue Lagana panis minimo pondere, quanquam leuior & tenerior, etiam num à carbone dictus epãthracias. Saturnalibus præberi ſolitus, nihil, vt quidã putant, ab encryphia differens: vterque ſubcineritius eſt.

Libum farreum, à farre, Libum vero quod prius libaretur quã eſſet coctũ, vt Varroni placet, dictum eſt.

Libum fiebat ex farre, melle & oleo. Oui. Liba deo fiunt, ſuccis quia dulcibus ille Gaudet, & a Baccho mella reperta ferunt.

Libi circi ſiue circuli adempta farina, aqua & caſeo, fiũt, quia circuitum æqualiter fundebant. Hos quidam qui magis incendere faciebaut, & lixulas & ſemilixulas vt Varro tradit, vocant, Sabino vocabulo.

Libi

Libi genera. Latina ſũt, & ſacris dicata, quę fartũ & ſtrues appellãtur, Vnde Stru lecani qui ea ferre conſueuiſſet.

Maeonides. Vide Collabum.

Magno & ſordidos panes cilicios uocabant, & a colore ſubnigro phæos ſicut age læros, qui a Gallis Gregarij & ciberis dicuntur.

Maza uocatur rigidus panis, qualis eſt quo vtuntur nautæ: Plebecula Biſcoctũ uo cat. Fuit tamen ſpecies præſtantis edulij. Hinc adagium Græcis vſurpatũ Supra mazam: in eos qui diffluderet delicijs. Fiebat ex farina, oleo, aqua, & lacte.

Meliceridesa melle placentam vocant.

Mola ſalſa roſum farſale conſperſum, quo victimæ perfundabantur, Volochyton Græcè dicta.

Myllos Syracuſani celebrãt, ex ſeſamo & melle, muliebris pubis ſpecie, quas fęmi næ dearum focis & altaribus circumferebant.

Myſtile uocabatur panis ſorbitionis gratia excauatus.

Muſtaceus ſeu Muſtaceum, erat libũ, quod fiebat ex farina ſiliginis muſto cõſper ſa. Iuuen. Cauſa nec eſt, quare cœnam & muſtacea perdas.

Nanos placentarius panis eſt, caſeo & oleo conſtans.

Naſti panes, ſeu Sacti. fiebãt ex melle, vuis paſſis, & aromate, quorum artifices uo cabantur Naſtocopi.

Naſtos è nucibus & inteſtinis & fartilibus adiecto melle fit, atque lacte, vnde na ſtos quaſi fartum dicitur.

Nauticum panem intelligimus qui uetus ſit & ſiccus, fortaſſe bis coctus quē Græ ci dicphton vocant.

Obeliæ panes Baccho ſacri, ita dicti, uel quòd ab obolo Alexandriæ venirent, uel quod in veru torrerentur.

Oedepæſa Coi celebrant.

Orinda panis eſt factus ex orindio ſemine Aetiopico.

Ornides ab Oryza, ſiue ab ſemine quodam Aethiopico tam ſimili ſeſamo, vt diffi cile poſſit inter noſci.

Ortoſtrates erat ſacer panis.

Pancarpia Alexadrinis celebratur in madum rotæ papyro in uoluta, diuturnitatis gratia: ſed hæc ſunt cum melle trita, & poſt cocturnam in orbē coacta, & tenui charta, quo diutius reſeruentur, obducta.

Pelani communes erant dijs omnibus. Fiebant ex tenuiſſima farina.

Phacinos panis fiebat de lente, popularis Alexandriæ.

Pityriæ panes ſunt viliores, ut furfurei. Tritičei appellãtur Pyrini Sitanij qui ſiũt ex quadrimeſtri tritico Calliſtei, apud Aegyptios uocãt panes ī acutũ formati.

Pitirites & Bromites panis idem eſt, qui Furfuraceus, a quibuſdã Euconos appel latus.

Placenta libum farinaceum, caſeo & melle conditum, cuius piſtores uocãtur Pla centarij. Mart. li. 4. Nec te liba iuuant, nec ſectæ quadra placentæ.

Placentarum ſpecies ſunt Ames, Ametidais, Pyramus, Sextamius, Erichytus, Eri thrya, Strecta, Cotyliſcus, Phthœdia, Crepis.

Alia placentarum genera numerantur a Cælio: vt, Tarentinum, Craſſianum, Sicu lum, Cluſtrum, Plicium, Montianũ ex uino & caſeo Erant & Tyrocoſcimō, Co ptoplacus, Pancarpia, Polton, Pyanion. Ex caſeo fiebant hæ placentæ. Enchyros ſcriberiſſus. Bitulus Fit & ex Halita ſubitullus, ſpira ex caſeo.

Iam luculentæ argyro tryphomata, libi, circi ſiue criculi, æxaphæ, cruſtoplacũtes, oryſtitæ, phthoes, quæ ita fiunt. Præſue caſeus territur, & æneo cribro colatus. De in mel & ſiliginis hemina in unum ſubacte coguntur.

Poltos ab Alexandrinus dicta placenta, quam nos uocamus pultē in Catone qui dem punicæ fit pultis menatio inter placentas, forte libo, non diſſimilis ei quod

punicum ea ratione uocabant,quod ex Africa veniſſet.

Popanum erat lata placenta,quam veteres offerebant dijs.Iuuen.Sat.6.Scilicet & tenui popano corruptus Oſyris.

Pſothia,ſiue ut aliqui,pſathyria, ſunt qui placētæ genus fecerunt.alij micas panis interpterantur,quas & Attarragos vocant.

Punica placenta alij vocant Poltos,vt iam dictum eſt.

Pyramides placentæ erant,quæ in peruigilijs dabantur quaſi pręmia,ijs qui nocte tota inſomnes excubaſſent. Fiebant ex torrefacto tritico & melle irrigato.

Pyramuntes a tritico nomē duxerūt,& ab ijs diuerſæ ſunt pyramides, quæ in peruigilijs dabantur.

Rubidū panem uocat Plautus,quem nos alio noīe nauticū appellamus,bis coctū.

Sauillum panis eſt,quem Athenæus Subityllum nominat.

Scribilita erat cibus omnino placentæ ſimilis,prærerquā quòd ſine melle coqueretur,& abſumeretur adhuc calida. Mart.li.3.Circumlata diu menſis ſcribilita ſecundis,Vrebat nimio ſæuo calore manus.Secundarius ſeu Secundus Panis dicitur plebeius.Horat.Paſtus ſiliquis,& pane ſecūdo Sueton.de Auguſto:Cibi minimi erat atque vulgaris,ſecundarium panem, & piſculos minutos, & caſeum bubulum manu preſſum,& ficos uirides biferas maxime appetebat.Semidalites panis è ſimila fit.Dictā uerò ſimilā a Cærere putant,quam Syracuſii Simalida nominat & Sitanam.

Seſamides panes ex melle & ſeſamo torre factis, adiecto oleo orbiculata pilariq. ſpecie formabantur.

Sordidus panis erat,quo Neronem vſum legimus.Idem ferè eſt panis qui Syncomiſtos,quanquam Paulus ſeparet.

Sordidos panes uocabant cilicios,alio nomine,ut diximus ante,Magnos.

Spodites idem uidetur eſſe cum Branchylo.

Spoleta,vt Athenęus author eſt,panem Græci vocant,quo neceſſarij duntaxat cognatique ueſcuntur.

Stetites ex pinſita cōficitur,quę liquida in patellis funditur adiecto melle ſeſamo & caſeo,ut Hierocles tradit.Sunt tamē qui in pingui.melle,caſeo & ſeſamo factitari prodant.

Stilo ſublucū vocari ſcribit Aeli? libi genus,ex halita oleo,atq.melle, ut Feſt.inqt.

Streptitius ſiue Streptos ex lacte,oleo,pipere conficitur,aut olei loco adipe.

Strues dicebantur placentæ digitorum coniunctorum ſimilitudinem,qui ſuperiecta panicula in tranſuerſum continebantur.

Sumana erant liba farinacea facta in modum rotæ.

Syncomiſtos is eſt, quem alio nomine uocari autopyron Galenus eſt autor, quod ex omnibus ſuæ farinæ partibus citra ullam detractionem conſtet,inter furfuraceum & ſimilagineum medius.Syncomiſtos quaſi confuſaneus dictus, quoniā caſtratus non ſit,ſed omnia ſimul tulerit,furfures,utriculos & ſimilam.

Tabarites puſillus erat,Achenes pergrandis,quo Teſmophorijs utebantur Atticæ mulieres.

Taganitæ a patellis & ſartagine dicuntur,quæ cum accepto melle coquuntur,.acte peptes bullant.

Trageniæ quos epichytas & anites vocari Pamphilos autor eſt,an idem ſit genus, quod apud Cratonem vocatur enchyton,in dubio eſt:Phocion nihil diſtinguit, Iulius Pollux diſtinguere uidetur.

Teſtutaceus Varroni dicitur,quòd in teſto calido coqueretur,namq.quod cibanū Græci,Latini teſtum dixere.Vſas eo comitalibus matronas ſcribunt.

Thalyſius panis eſt,q primus nouella meſſe fingitur Alioq. noīe vocāt Thargelos.

Thargelos qui & Thalyſius eſt, ita dici panem uolunt, qui primus, ut iā diximus, nouella meſſe fingitur.

Thiagones

Thiagones in Aetholia dicuntur panes deo dicati.

Tractæ ſunt placentæ, quæ alio nomine Capyriæ dicuntur.

Triangularis placenta, à matronis Gallicis conficitur, ex ſimilia, cum ouis, lacte, & butyro, in panificium ſubacta, capaci intus ventre, quem per hiſcentem rimulã uere complent caſeo & furno, dum eliqueſcat, & torreatur caſeus.

Tyrocoſcynæ placentæ dicuntur a caſeo, & vſu cribri.

Tyronites a caſeo nomen habet, Eucridi ſimilis eſt Phyſicillus, quo Spartani vtebantur in ſacris epulis rapi effigiæ.

Zymites, hoc eſt fermentatus, qui & naſtos dicitur, quanquam naſto quibuſdam placente genus ſit.

AVCTARIVM.

Alia quoq. habentur genera Oſtracites. Attacyæ, Amylon, Thyroiſtinon, cuius parandi rõ hæc eſt. Preſſum bene caſeum in vas mittito, & per æreum cribrum ſuperpoſitum cernito, cum offerendi tempus aderit, ſatis mellis ſuperponito.

Varia panis gña ponuntur a Pli.li.8. vt Artolagani a delicijs. Speuſici a feſtinatione. Furnacei vel Artopeſij a coquẽdi rõne. Picentini panes fiebãt ex alicæ materia nouem dieb. macerata, decimo ad ſpeciem iacta, & ſubacta vuę paſſę ſucco.

Panes hi ꝓbãtur Iulio Polluci, Cribanitæ, Obeliæ, Collices, Collabi, Naſti, Amyli, Collyre, Zymetes, Siganitæ, Chariſis, Cãchridæ, Maza, Melictuti, Hyglea, Anthema, Thridacine, Phyltæ, Oemita, Ephieras, Dãdalis, Loledia, Comon, Iupe.

Artopteum officina coquendi panes.

Bucellam panis Pſomon, Entheſin, & Blomon vocant.

Arcam panariam Ariſtophanes Sypiam vocat. Inſtrumentum ſubigendæ farinæ idoneum Mactram.

Tripodes, & Magades vocantur menſarum fulcra.

In caſtris menſas habebant, quadratas, quas Cibilas vocabãt, domi vero rotũdas.

Monopodia dicuntur menſæ, qui vnico pede fulciuntur.

Abacus menſa vaſcularia, & vinaria.

Antiquitus tres tantum adhibebantur cõuiuæ ex numero Gratiarum. Deinde nouem ex numero Muſarum.

Cyrus conuiuas ſiniſtro lateri admouebat, vt cordi propinquiores, & chariores.

Antiquitus Prandere, & Cœnare in propatulo verecundiæ non erat.

Conuiuij locus vocatur Syppoſium, Andron, Syſſition, Triclinium.

Conuiuas Græci Sympotas, Homoſitos, Syſſitos, Sinuſiaſtas, Thiaſotos, Thiſitas, Illapinaſtas, & Eraniſtas, vocant. Sunt prouerbiales q̃dam locutiones, quib. delicatum cibum poſſumus exprimere, cuiuſmodi ſunt iſtæ, Deorũ cibus, deorum ambroſia, Cœleſte manna, Iouis cerebrum. Qualia purpurei cemedunt obſonia reges, Pontificalis cœna, opipara, dapſilis, adijcialis, dubia, ſaliaris.

CIBI ELECTILES, ET DELICATI.

Genera eduliorum alijs præſtantia hæc ponũtur a Gellio, ex teſtimonio Varronis, Panus è Samo, Phrygia, Attagena, Grues, Melicæ, Hędus ex Ambracia, pelamis Chalcedonia, Helops Rhodius, Scari Cilices palma Æegyptia, Glans Iberica.

Horatius electiles cibos enumerat his verbis: Nõ me Lucrina iuuerint conchylia Magisve rhombus aut Scari, Si quos Eois intonata fluctib. Hyems ad hoc vertat mare. Nõ Afra auis deſcendat in ventrẽ meũ, nõ Attagen Ionicus iucũdior. Stat. li. 1. Syl. inter mẽſarum delicias ponit Adorea Bellaria, nuces ponticas, palmas; Idumæas, Pruna Damaſcena. Eboſiæ Zacharum, Gaiolos, & Lagunculos, pyra ametina, Muſtaceum, & Caryotides.

His annumerãdæ ſunt lauticię, quas habuit Vitellius in ſua patina. Trãquillus ait, fuiſſe Scarorũ iecinora, phaſianorum, & pauonum cerebella, linguas phœnicopterum, Murenarum lactes a Carpliano vſq. freto per Nauarchos petitarum. In veterũ quoq. luxu fuerunt Rhõbus, placẽta, Samia, Murena Tarteſſia, Thynnus

Tyrius,Ceſtreus ex Sciatho,Cenche Pelorinæ Menidus ex Lipara,Rapæ apud Mantineam Crenes Methymnæi,Galeus,Rhodius,Pſetæ Eleuſinię Cythinius & Siculus caſeus,Sal Tragaſæus,a Tragaſa Epyti loco,Faba Aegyptia.

Scriptorum monumentis probantur Rauennę Aſparagi,Aegyptium acetum.Attili⁹ Padi,Anguillæ,Bænaci,Gãgis & Timaui Auratæ Actiacæ,Anthiacæ,Anthia maris Rubri,Alloſæ Tyberis,Bulbi Megarici,Caſei Lunenſes & Veſtini, Lucrinæ cõchæ,Cumarum capæ,Bænaci carpiones,Petragoricorum caſtaneæ, Gallinæ Numydicæ,Veneciarum Gobius, Circellarũ lactucæ, Iac Saſſinæ, Arcadiæ Muſculli,Melones Oſtienſes,Auellanæ nuces & Tarẽtinæ.Napi Amiterni,oleũ Venafranum,Velitrarum Oua,Poma Phæacum & Phaliſcorum , Porri Ariciæ & Tarenti,Placentæ Picentinæ,Capuæ Pepones,Rhõbus Adriaticus,Germaniæ Raphani,rapa Nurſina,Salmo Aquitanicus.

CIBI QVIBVSDAM NOMINIBVS GRATI, cum diuerſo populorum victu.

Plato gaudebat ficubus,vnde & Philoſycon eum dixerunt nonnulli.

Philippus & Alexander dicti ſunt Philomeli,a pomis,quæ auide eſitabant.

Gaudebat lupinis Protogenes.

Ante uſum frugum Arcades ueſcebantur glãdibus,Argæi pyris,ficubus Atheniẽſes,pyris ſyluestrib.Tirinthij,Palmulis Carmani milio Mæotici & Sauromatæ, Perſæ cardamo.Nomades Aethiopiæ ueſcuntur elephãtis,vt Symbari:Cynocephali populi lacte: Agriophagi pantheris & leonibus: Anthropophagi humana carne:Mandi locuſtis,ut etiam Parthi.Solitæ piſcibus Ophiophagi ſerpentibus Apæi baccis:Aetate Hieronymi carnes humanas eſitabant Scoti.

Amazones lacertis olim ueſcebãtur,vnde & Sauropatidas Græcis eas appellarũt. nam & Sauras lacertas vocant.

Nero gaudebat porris, quibus uocis gratia omnibus æſtatis dieb. permixto veſcebatur oleo,nihilque aliud præter panem eſitabat.autor Plin.lib.19.

Claudius imper.gaudebat Scarapiſce.Iulia quotidie inula herba ueſcebatur.

VESTIMENTORVM GENERA.

Abolla veſtis erat tragica,& grauiorum perſonarum. Ea utebantur externi reges: erat enim magni ſplendoris & precij.Mart.li.4. Cæreæ quẽ nudi tegit vxor Abolla grabati.Idem li.1.Neſcit cui dederit Tyriam Criſpinus abollam.Suet.ſcribit Pompeium quendã baculo percuſſum fuiſſe a Caligula,quòd ſpectacula ingreſſus,conuertiſſet omnium oculos fulgore purpureæ Abollæ. De hac Iuuen. Sat.3.Atque audi facinus maioris Abollæ.

Adaſus tunica erat ab humeris non conſuta.

Amictorium indumentum erat pectoris,quo dormiẽtes ſe integebant, ne nocturno frigore offenderentur.Erat autem ex lino,mulieribusque maximè in vſu.

Amphitapæ dicuntur ueſtes,uillos vtrinque habẽtes. Lucilius apud Nonium Amphitapæ villis ingentibus molles,& ſi aliud quid deliciarum.

Anaxyrim Cælius ait indumentum fuiſſe Perſis peculiare.Nos Pileum dicimus,

Arſineum autore feſto,ornamentum erat capitis mulieris.

Aulæa teſte Nonio,genus erat ueſtis peregrinæ. Nos Aulæũ dicimus velamẽ beluatis intextum Picturis.Aliter dici poteſt Peripetaſma,Periſtroma & tapes ſeu Tapetũ.Verg.lib.1.Aeneid. Aulæis iã ſe regina ſuperbis Aurea cõpoſuit ſpõda

Bardocucullus ueſtis erat Gallica,vnicuique tempori idonea,cum qua milites imbrium tempore iacebant in caſtris,& in agris ruſtici.Lucan.li.1.Vrbica Lingonicus,Tyrianthina bardocucullus.

Batrachides ueſtes erant viriles & floridæ , quæ nomen traxerunt à colore ranæ, quæ Batrachos Græcè dicitur Similis prope erat Bardiacus, ſed ſine cucullo,id eſt capitis ligamento.

Birrigenus eſt ueſtis Gallicæ,quo capita integuntur.

Braccha veſtimẽtum erat Gallis quodã peculiare. Vopiſcus: Gallicis, inquit, braechis ornatus Tetricus in triumphum eſt ductus: Lamprid. ait Alexãd. principẽ inter militaria veſtimẽta brachas donaſſe hoc etiã vtebãtur Sarmatæ. Brachialia dicuntur brachiorũ tegumẽta, vt tibiaria tibiarum. Plin. li. 25. Nec vllo malo medicamẽto lædi poſſe, aut veneno (ſi quis in brachiali habeat) arbitrãt magi.

Erat & Burrhanicum genus cuiuſdam ueſtis.

Calantica tegmen erat capitis muliebre. Tullius in Clodium: Quum calanticã capiti accommodares.

Colaſiris fuit itidẽ Perſarũ veſtis omniũ pulcherrima. Herod. in Euter Veſtibus amiciuntur lineis circa crura fimbriacis, quas, Calaſires appellãt, ſuper quas cãdida ferunt amicula tanquam ſuperiecta.

Caliga tegumentũ eſt tibiariũ. Hinc Caligati, caligis induti. Imperator Caligula nomẽ ſũpſit à caligis, quas margaritas refertas primus portauit, Auſonius, Caius cognomen caligæ cui caſtra dederunt.

Caltula ueſtis nomẽ ſumpſit à Calta herba. ſeu viola coloris lutei. Calyptra genus erat veſtimenti, quo mulieres integebant ſua capita.

Campeſtre dicitur lumbare, ſeu ſubligar, quo integuntur lumbi. Hor. lib. 1. Epiſt. Penula ſolſtitio, campeſtre niualibus auris.

Candys indumentum erat Perſicũ, & regis quidem Haliporphyros. Plutarch. in Alexandro Magno Nunquam tamen vt Mædorum amictum barbarũ nimis & ab ſe alienum aſſumeret, induci potuit, ſemper anaxyridas, candyn. tyaramq; repudians.

Capidulum idem ſignificat quod capitium.

Capitia dicuntur tegumenta capitũ. Varro apud Noniũ. Nec capitia, nec ſtrophia neque zonas.

Capyris tunica, erat, Perſarum manicata.

Carbaſus (inquit idem) pallium eſt, quo flumina amiciũtur, aut opulẽtiæ. Sericeũ erat, aut lino tenui. Ver. li. 8. Eum tenues glauco velabat amictu Carbaſus.

Caſiaca nomẽ eſt veſtis, qua vtebantur Græci milites Caſianã vocauit Euſtatius, a nomine Caſij montis.

Caſtula dicebatur palliolum, quo puellæ nudæ infra papillas præcingebã tur. Varro Caſtulam mulier ſumpſerat pro ſuccula. Hæc etiã Perizonium & Præcinctorium appellatur.

Cauſia ſeu Caſea, tegmen eſt capitis ad calores. Valerius Maximus. Quemadmodum Antigonus caput Pyrrhi texit Cauſia, qua velatum caput more: Macedonum habebat.

Cæſitum lintheolum erat purum & candidum ſic dictum, quod aras haberet circuncilas, autore Nonio.

Cento ueſtis eſt craſſa, varijsq. pãnis & partibus conſuta, ad quã alluſiſſe videtur Hora. in Arte, dicens: Purpureus latè qui ſpẽdeat vnus & alter Aſſuitur pãnus. Iuue. Sat. 6. de Meſſalina Imperatrice: Intrauit calidũ ueteri Cẽtone lupanar. Nomades autore Strabone, tentorijs vtuntur Centonum inſtar pilocontextis, Centones per ſimilitudinem vocãtur carminis genus, ex diuerſis carminibus, & carminum fragmentis, hinc atque illinc accerſitis, conſutum: qualis eſt Auſonij Cẽto nuptialis, ex Virgilianis carminibus concinnatus. Hinc natũ adagiũ, Farcire centones: id eſt, comẽtitijs nugis auditores ludere. Plautus in Epidico: Quintu, inquit, alium quæras, cui Cẽtones farcias: id eſt, quem tu glorioſis mẽdacijs expleas.

Chalalis tunica erat laxa & muliebris, uel (vt alijs malunt) nodus tunicæ muliebris quo connexa circa ceruicem tunica ſumitur.

Chirodita vocatur tunica prolixa, ultra brachia manus operiens. Peculiaris eſt Dalmatarum genti Eius pannum Galli damaſcum uocaut.

Chiton veſtis erat prætenuis & ſimplex,quæ fiebat lino.Capitur etiam pro thora-
ce:vnde & Homerus Chalcochitonas Achæos vocauit,tanquam æneis præmu
nitos tunicis.

Chlamys dicitur veſtis militari pallio ſtrictior & breuior.Val.Flac.lib.6.Nō auro
dipicta Chlamys,nō flaua galeri Cæſaries.Plautus ad ornatū militis ait opus eſ
ſe chlamyde,machæra & petaſo.Tranquillus in Tiberio accipit ꝓ veſte puerili
munera,inquit,quib.à Pompeia,Pompeii ſorore,in Sicilia donatus eſt,chlamys
& fibula.In Caligula verò poſuit ꝓ veſte militari,dicēs:Vt ſæpe chlamyde,pel
taque,& galea armatam,& iuxta ad equitātē militibus oſtenderit.Chlamydati
dicuntur induti Chlamyde.Plautus in Pſeud.Quis hic homo chlamydatus eſt,
aut vnde eſt ?

Chlæna veſtimētū erat,quod aliis omnibus ſuperponebatur. Nos Lęnā dicimus.

Cinctus Gabinus toga erat ſic in tergum reiecta,vt lacinia eius reuocata hominē
cingeret.Ea vtebantur Romani conſules bellū inducturi.Verg.lib.7. Aen. Ipſe
Quirinali trabea cinctuque Gabino Inſignis reſerat ſtridētia limina cōſul.Por
ro Cinctus virorum erat,Cingulum mulierum.

Colubrum tunica erat ſine manicis,qua vtebantur quondam Romani.

Conopeum genus erat tentorij ad culices prohibēdos,quo maximè vtebātur Ale
xandrini,qui Conopeis lectos operiebant,ne à culicibus infeſtarētur.Prop.li.3.
Fœdaque Tarpeio Conopea tēdere ſaxo. Horat.in Epod.interque ſigna turpe
militaria Sol aſpicit Conopeum.

Crocotō genus eſt veſtis rotūdæ ac fimbriatæ,qua utebātur diuites matronæ. Nu
meratur à Feſto inter delicatas veſtes . Hinc adagiū natum, Feli Crocoton da-
re:quum indignis honor exhibetur.

Croco ula veſtis crocei coloris:Plau.Patagiatam,Caltulam,aut Crocotulam.

Cucullus veſtis erat quæ implicabatur collo.Noſtri monachorum geſtamē vocant
quod relinquere planè ſit nefas.Cucullā tamē dicere malunt fratres heremita
ni.De Cucullo Mar.li.10.Pullo Meuius alget in cucullo Iuu. Sat.6.Sumere no-
cturnos meretrix Auguſta cucullos.Georg. Valla ait,breue eſſe tegmen,& vile,
quo caput humerique ad arcendam pluuiam conteguntur.

Culcitram Nonius ponit inter genera veſtimentorum.Eſt autem tela illa, ſeu lin-
theum,quod dormientibus nobis ad quietem ſupponimus,cuique plumam in
culcamus Mar.Fraudata tumeat facilis tibi culcitra pluma.

Cyclas veſtis eſt fœminea & in rotūditatē formata , Sidonius ait pronubā Cycla
de honorari,ſicut toga ſenator honoratur Alexāder Roman.Imp.(autore Lam
pridio)dicere ſolebat,matronas regias contentas eſſe debere Cyclade,quæ ſex
vnciis auri,plus non haberet.De Cyclade Iuue.Sat.6. Hæ sūt, quæ tenui ſudāt
in Cyclade Cycladati dicūtur induti Cyclade.Trāquil.de Caligul.Sæpe depi-
ctas gemmataſque indutus Penulas,manuleatus & armillatus in publicum pro
ceſſit:aliquando ſericatus & Cycladatus.

Dalmatica genus eſt veſtis,quæ à Dalmatis populis(apud quos frequens fuit eius
vſus)nomē sūpſit.Hac dictione vſus eſt Lampridius Dalmaticatus,inquit,poſt
cœnam ambulabat.

Dextrocheria dicuntur dextrarum manuū ornamēnta. Alio nomine vocātur Dex
trariola:Iulius Capitolin. ſcribit, Maximinum Imperatorē pollice fuiſſe ita va
ſto,vt vxoris dextrocherio vteretur pro annulo.

Diphthera paſtoricium erat indumētū ex pellib.Herodotus ſcribit,Ionas Biblos
dicere Dephtheras quod aliquando Biblorum ſeu papyri penuria,pellibus vte
rentur tum caprinis,tum ouilis.Alio nomine vocatur,Beta.

Diplois dicitur duplex pallium,vt dictio monſtrat.Diplodion Cælius numerat in
ter veſtes mulierum proprias.

Endromis veſtis erat hirſuta & longiore villo,quib. vtebātur in gymnaſio & thea
tro

ſto ad munera arenç exercenda. Mittebatur autem ex Gallia ob peritiam texto rum, qui illic habebantur præſtantiſſimi. Mart. li. 4. Dona peregrinam mittimus Endromidem. Hæç veſtis exigui erat precij, licet a diuitibus rarũ vſurparetur: nam ſoli diuites in gymnaſiis ſolebant exerciti. Idẽ Martialis: Pauperis eſt munus ſed non eſt pauperis vſus, Hanc tibi ptotogula mittimus Endromidem.

Ephestris a Græcis dicitur, quam milites armis ſuperponunt.

Epitogium dicitur pallium, quod ſuperponitur togæ. Verbum eſt bigenũ, ex Græco & Romano compoſitum.

Exomides erant ueſtimenta quædam quæ alijs tunicis ſuperponabãtur. Sunt qui Comicorum eſſe putent.

Feminalia ſeu Femoralia dicuntur feminum ſeu femorũ tegumẽta. Femina enim pro femoribus capiuntur, Plin. Prioribus pedibus femina onerãt, propter id natura ſcabra De feminalib. Suet. in Auguſto: Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis & ſubucula & thorace laneo, & feminalibus & tibialibus muniebatur.

Flammea erant indumenta capitis, quibus matronæ & nubentes utebantur ad velandum pudorem in nuptijs. De his videtur intellexiſſe . Senecã, Cui cõiugio corpora uelas captiue pudor. Lucan. li. ſecundo. Lutea demiſſos uelarunt flammea uultus.

Forenſia ueſtimenta erant, quibus Romani utebantur in foro. Aliter vocantur togę forenſes. Sueton. in Auguſto. Forenſia autem calceos nunquam non intra cubiculum habuit.

Gabaniũ habitus eſt Græcanicus oblongis manicis, quo nũc vtuntur pleriq. Itali.

Galericulum capitis indumentum, quo crines operiebãtur. In uſu erat palæſtritis, ne capilli eorum cęromate contaminaretur Suetonius ſcribit, Othonem Galericulum capiti propter raritatem capillorum adaptaſſe: vbi Galericulum accipit pro adulterina coma, quæ ex alienis capillis inſtar galeri compingitur, & ita graphicè capiti annectitur, vt a vera coma internoſci nequeat. De hoc Mart. Ne lutet immundum nitidos cæroma capillos, Hac poteris madidas condere pelle comas.

Galerus dicitur capitis tegumẽtum, factum inſtar galeæ. Poetæ fingant, Mercuriũ in ferendis Deum mandatis uti galero. Claud. li. 1. de Raptu. Cyllenius aſtitit ales Somniferam quatiens uirgam, tectusque galero.

Gauſapina ueſtis erat uilloſa, non tamen oneroſa. Martialis: Et dolet, & queritur ſibi non contingere frigus, Propter ſexcentas Baccara gauſapinas.

Hemitogium dicitur media pars togæ. Ratio dictionis nota.

Hypotichos dicitur ſubucula, eſtq; pontificum autore Hieronymo.

Ianthina dicit ueſtis violacea. Mart. Coccina formoſæ donas & Iãthina mœchæ.

Ias nomen eſt veſtis apud Herodotum ſcribentẽ: In quas quũ alia ratione anima duertere non poſſent, ueſtem illarum in ladem mutauerunt.

Impluuia ueſtis erat, qua ſacerdotes per imbrem utebãtur Varro: Salium quoque ſereno tempore Impluuia amictum fuiſſe criminabantur.

Induſium ueſtis erat, quæ ſuper ſubuculam induebatur. Induſiatus, ideſt, induſio ueſtitus.

Inſulæ dicebantur faſciæ factę inſtar diadematum, a quibus utrinque depẽdebãt vittæ. Verg. Nec te tua plurima Panthu. Labentem pietas, nec Apollinis inſula texit. inſulati dicuntur inſula operti. Inſtita erat faſciola, quæ partem unã ſtolæ ambiebat. Horat.—Sunt qui nolunt tetigiſſe niſi illas, Quarum ſubſuta talos tegit inſtita ueſte.

Lacerna ueſtis erat miliaris, & coccinea. Erãt & Lacernæ albæ apud veteres, qui bus utebantur in ſpectaculis, & ad uſus theatrales. His albentes togas (vt indicat Epigrammaticus) cõtegebãt. De his intellexit Suet. in Auguſto, dicens: Nequem poſthac de cætero paterentur in foro circoue, niſi poſitus lacernis togatũ conſiſtere

conſiſtere. Pli.li.16. Statimq augent lacernarum precia. Prop.li.3. Tu tamen iniecta tectus Veſane Lacerna: vbi militari intelligit. Idem lib.4. Texitur hæc caſtris quarta lacerna tuis. A lacerna fit lacernatus. Iuuen. Ipſe lacernatæ quum ſe iactaret amicæ.

Latusclaus veſtis erat ſenatorij ordinis inſigne, & Calceus lunatus. Tunicę purpuram Plin. Latumclauum appellat Suet. in Auguſto: Sumenti virilem togam tunica laticlaui reſuta ex vtraq; parte ad pedes decidit. Clauus etiam & Latuuſclauus (quod etiam Laticlauiũ dicitur,) capitur pro ſenatoria dignitate: vt Ius annulorum aureorum, pro equeſtri ordine. Ouid. Curia reſtabat, claui menſura coacta eſt. Tunica laticlaui texi cępit Plinij temporibus, qui latiore clauo Tullum hoſtilium è regib. primum vſum prodidit. Dictus eſt aũt a textura, qua in mappis vſos fuiſſe docet Mart. Et lato variata mappa clauo. Ab hoc veſtimento Laticlauij dicuntur ſenatores, & ſenatorum filij. Suet. in Aug. Binos plerunq. laticlauios propoſuit ſingulis alis.

Læna veſtimentum erat, quod ſuperponebatur tunicis omnib. Ver. Tyrioq; ardebat murice læna Demiſſa ex humeris. Græci Epigraphon dixere. Ab huius vſu nomen traxerunt Lęnates Romani.

Leuidenſa genus veſtis vile raro tenuiq. textu. Hinc Munus Leuidenſæ prouerbiali figura dicitur munus minimi precij. Cic. Dolab. li.9. Epiſt. Sed ego hoſpiti veteri, & amico munuſculum mittere volui Leuidenſæ, craſſo filio, cuiuſmodi ipſius ſolent eſſe munera.

Limbus erat veſtimentum muliebre, purpuram in imo conſutam habens. Ver. lib. 4. Aen. Sidonia picto chlamidem circundata limbo.

Lumbare quo integuntur lumbi. Gieronymus: Sicut tu poſuiſti lumbare iſtud ad lumbos tuos.

Mamillare indumentum erat ad compeſcendas papillas mulierum mammoſarũ, Mur. Taurino poteras pectus conſtringere tergo, Nam pellis mammas nõ capit iſta tuas.

Erat & Mandya veſtimenti genus, quo ſe vt lorica muniebã. Latini Mãtellũ dñt.

Manicæ dicuntur manuum tegumenta. Hinc Manicatæ veſtes quæ olim probro datę ſunt, & molicici. Ver. Et tunicæ manicas, & habent redimicula mytræ.

Mantile dicitur lintheum, quo teguntur manus. Ver. Tonſiſq. ferunt mantilia villis. Dicimus & mantellum. Plaut. Nec his ſycophantis, nec fucis vllum mantellum obuiam eſt.

Maſtrugæ ſeu Maſtrucæ veſtes erãt Sardis peculiares. Plautus: Maſtrugatus & plenus puluere.

Mollicina veſtis a mollicie nomen ſumpſit.

Myoton Armeniorum fuiſſe veſtimentum dicunt, muris figura varie ornatum.

Muticia veſtes erant tenues, & lucidæ, & delicatis aptiſſimæ. Fiebant ſerico. Dicebantur autem Multicia quòd ſuauitate ſua mulcerent, Iuuen. Sat.2. Non faciẽt alij, quum tu multicia ſumas.

Nebrides veſtes erant villoſæ, factæ pellib. ceruorum, quibus in ſacrificijs Bacchi vtebantur. Sid. Rotat Enthea thyrſum Caſſaris & maculis Erithreæ Nebridos horrens.

Otho apud Homerum nomen eſt candidi amiculi ex lana, non ex lino Cælius.

Palla dicitur honeſtę mulieris veſtimentũ. Stat. lib.7. Theb. Et fibula raſilis auro Tænarium fulua mordebat Iaſpide pallam. In Gallia viri etiam vtebantur palla. Mar. Dimidiaſq; natęs Galhca palla tegit.

Pallium veſtimentum erat Gręcis peculiare. Hinc Palliatæ comœdię, quę ſcriptæ ſunt ſecundum ritus & habitus Gręcorũ palliatorum. Palliati & palliolati dñr induti palio. Suet. in Cæſare Dictatore: Vno quo ſagati palliatine, altero quo togati, cum illuſtriorib. prouinciarum diſcumberent. Mart. Hanc volo, quæ facilis,

quę

quæ palliolata vagatur. De pallio Suet. in Aguſto Togas inſuper & pallia diſtribuit. Idem in Cæſare Tibet. Redegitque ſe depoſito patrio habitu ad palliũ & crepidas pallium quoque veſtimẽtum erat philoſophicũ. Herodes (vt eſt apud Gellium) quẽdam barbarũ palliatumque (qui ex eo habitu philoſophus videri volebat) ita taxauit: Video barbam & pallium philoſophum nondum video. Diminutiuum eſt Palliolum. Iuuenal. Satyra 3. Vxorẽ comœdus agit, vel Dorida nullo Cultam palliolo. A Palliolo fit aduerbium Palliolatim. Plautus. Palliolatim amictus ſic inceſſi ludibundus.

Paludamenta ornamenta erãt, & inſignia militaria. Ideo quũ ad bellũ exiit imperator, Paludatus dicitur proficiſci. Cic. in Piſonẽ & Gabiniũ: Exierunt duo paludati vulturi. Paludamenta dicunt à palam, ꝙ his induti palam conſpicerẽtur Plin. ſcribit, Coccũ fuiſſe dicatum paludamentis imperatoris Licet aũt bellicũ & caſtrenſe imperatoris eſſet indumentũ, paludari tamen erant lictores. Liuius Cũ palludatis lictoribus profectus ab vrbe Brundufiũ venit. Paludati (vt iã exẽplis docuimus) dicuntur paludamentis ornati. Iuuen. Sat. 6. Cũq; paludatis ducibus præſente marito. Ipſa loqui recta facie, ſtrictisque mamillis Paludau.ẽtũ hodie Cottam armorum vocamus, inquit Budæus.

Parnacides veſtes erant puellares. Teſtis apud Nonium Varro.

Paragiũ erat chlamys aurea, quæ præcioſis tunicis ſuperinduti ſolebat. Patagiari dicuntur veſtimenti huius textores. Patagiari, eo induti.

Penulæ veſtes erant ſeruorum, & pauperiorũ. Optimæ texebantur ex lana Appula. Ea vtebantur ad arcendam pluuiam, ſed nũquam imperatores. Galba amico roganti Penulam, Non pluit, inquit, nõ opus eſt tibi: ſi pluet, ipſe vtar. De Penulis Lampridius in Alexandro Seuero Penulis intra vrbẽ frigoris cauſa, vt ſenes vterentur, permiſit, quum id veſtimenti genus ſemper itinerarium aut pluuiæ fuiſſet. Matronas tamen intra vrbem penulis vti vetuit, in itinere permiſit. Horat. lib. 1. Epiſt. incolumi Rhodos & Mytilene pulchra facit, quod penula ſolſtitio brumale niualib. auris. Notatus eſt Caligula, quòd penulis vteretur, quæ imperatorẽ minime decebant. Suetõ. Sepæ depictas, gemmatasque indutus penulas manuleatus & armillatus in publicũ proceſſit. Auguſtinus Penula accepit pro grammaticorũ indumento lib. 1. Confeſ. vbi ait: Quis penullatorũ magiſtrorũ, inquit, audit aure ſobria, ex eodem pluere hominem clamantem & dicentem, fingebat hæc Homerus Vulpianus iuriſconſ. inter cõmunia veſtimenta (quibus vir & mulier promiſcue viũt) penulas numerat Penulariũ dicitur penulæ repoſitoriũ, & Penulati Penulis veſtiti. Mar. lib. 4. Nõ ipſe codrus alpha penulatorũ.

Peplũ ſeu Peplus, veſtis erat ſolẽnis, quæ viro vel fœminæ inficiebatur. Plaut. Nũquam ad ciuitatẽ veni, niſi quum infertur peplũ hodie. Verg. Crinibus Iliades paſſis, peplumque ferebant. Lactantius grammaticus ait, peplum dici veſtẽ cãdore eximio, aureis diſtinctam clauis, ſine manicis, quã veſtitores deorũ ſimulachris iniiciebãt, Peplum primo inſtituerũt Athenienſes, Texebatur, matronarũ manibus, intraque triõniũ numini offerebatur, ſed Mineruæ in primis. Seruius ait, Peplum pallam eſſe fœmineã Mineruæ conſecratam Xenophon. ſcripſit Peplum etiã conueniſſe viris. Lactãtius Peplos dixit in maſculino genere. His Peplos (inquit) & indumento precioſa, quibus vſus velaminis nullus eſt, his aurũ & argentum conſecrat.

Petimela antiqui vocabant indumenta, quorũ extremitatibus aſſuta eſſet purpura, quadam inſulæ imagine.

Periſcelis dicitur pectoralis mulierum faccia ſeu ſimile aliquod ĩdumẽtũ puellare: aut (vt alij volunt) brachiorũ eſt ornamẽtum, quod aliter Dextrocherium vocatur Hora. li. 2. Epiſt. 1. Nota refert meretricis acumina, ſæpe catellam. Sæpe Periſcelidem raptã ſibi flentis. Menãder ſcripſit, puellas geſtare periſcelidas. Gremialia vocat Cælius.

Petizonium

Petizonium pallium eſt præcinctũ, quo nudæ, virgines infra papillas præcinguntur. Aliter Præcinctorium vocatur.

Petaſus dici poteſt capitis tegmẽ, ſeu vmbraculum ad inſtar pilei, formatũ. Suet. in Auguſto. Domi quoq. non niſi petaſatus ſubdio ſpaciabatur. Cicero ad Caſſium: Sed tabellarij petaſati ueniunt, comites ad portus expectare dicuntur. Plini.li.36. ſcribit in ſummo labirinthi Italici Petaſſum vnum omnibus Pyramidibus impoſitum fuiſſe.

Phelonem pro quodam tuniculæ genere accipit Cælius.

Pileus ſeu pileum, dicitur virile tegumẽtum. Perſius: Hãc nobis Pilea donãt. Cel. Sabinus iuriſperitus teſtis eſt apud Gelliũ, pileatos ſeruos venũ ſolitos ire: quo indicabant veteres, venũdandi legẽ nõ eſſe operiendã. Corona ſignum erat captiuorum vænalium. Pileus vero impoſitus demonſtrabat, eiuſmodi ſeruos venum dari hinc Pileus interim pro libertate capitur, cuius inſigne eſt. Liuius: Poſtero die ſerui ad pileum uocati, & carcere vincti, emiſſi. Suet. in Nerone: Tantumq; gaudiũ publice præbuit, vt plebs pileata tota vrbe diſcurreret. Idẽ in Tiberio. Seruis ad pileum fruſtra vocatis in Siciliã profugit. Serui enim (qui manumittebantur) accipiebant pileum capite raſo. Sex. Aurelius: Omnis (inquit) Roma adeo interitu Neronis exultauit, vt plebs induta pileis manumiſſionum, tãquã ſæuo exempta domino triumpharet: Mart. li. 1. Permittis puto pileata Roma, in Saturnalibus ad exprimendam libertatem pileata erat Roma: vnde idẽ Mart. Dumque decent noſtrum pilea ſumpta Iouem.

Poderis dicitur talaris tunica duplici ſyndone. Ioſephus Byſſinã uocat. Hęc adeo arcta eſt, & ſtrictis adeo manicis, vt nulla ſit in veſte ruga. Tales interdũ habẽt milites, vt onere expediti aptiores ſint torquendis haſtis, aut vibrãdis ſagittis.

Polimitus nomen ſumpſit à multiplici liciorum varietate: nam mitos Græcè, filũ dicitur Latine. Hinc Polymita veſtis dicitur multis licijs cõtexta. Plinius. Plurimis vero licijs texere, quæ Polymita appellant Alexãdria inſtituit. Polymitarij dicuntur, qui huiuſmodi veſtimenta conficiunt.

Prætexta ueſtis erat patriciorũ, ab eo dicta, quod purpura ꝓtexebatur. Hinc prætextatus Papyrius dictus eſt, ob loquẽdi tacẽdiq. prudentiam in ætate prætexta. Et Prętextatus ſermo dictus ab antiquis; qui nihil haberet obſcęnitatis. Põpeius Sextus libro 16. de Verbis priſcis: Nefas, inquit, apud veteres habitũ eſt, vti prætextati pueri uerbis obſcœnis vterentur, ideoq; prætextatum ſermonẽ appellarunt, qui nihil obſcęnitatis referret. Quam ſententiam apud Macrobiũ videtur probare Vectius ꝓtextatus. Nã toga, inquit, prætexta ea ratione pueris additur, vt ex colore purpuræ ingenuitatis pudor regeretur. Diuque negatum libertinis fuit vti prætexta. Vnde et Prætextatæ tabulæ apud antiquos dictæ sũt quibus pręcepta & monitiones ad optimos mores pueris tradebatur. Horatius in Arte: Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas. Contra iſti Sueton. in Tito Veſpaſiano, uerba pręrexta, vocat impudica, qualibus ſolẽt vti laſciuientes pueri: Erat, inquit, dicacitatis plurimæ, & ſic ſcurrilis ac ſordidæ, vt ne prætextatis quidem verbis abſtineret. M. Tull. in oratione pro Murena ſcribit filios triumphantium maxime prætextatos ſedere conſueſſe in equis triumphatoris.

Puluinar, Puluinus, & Pulluillus dicitur, quod dormientium capitibus ſupponitur, à plumis pullorũ, quibus fit. Catullus poſuit pro plumeo lecto, & geniali thalamo in quo noua nupta quieſcit cum ſponſo, vbi ait: Puluinar vero diuæ geniale locatur. Idem: Puluinar complexa ſuo uelabat amictu.

Ralla veſtis dicta eſt à raritate filorũ. Plautus apud Nomũ. Tunica Ralla, toga ſpiſſa.

Recinium veſtis fuit antiquiſſima quadrata, cuius mediam partem iaciebat poſt humeros. Eadem Ricinus & Ricinium dicitur à reijciẽdo. Feſtus: Reciniũ eſt omne veſtimentum quadratum.

Rechidipna ſeu Recidipna, ueſtes erãt peregrinæ, quib. vtebãtur in Gymnaſijs.

Iuuenalis

Iuuenalis Sa.2.Ruſticus ille tuus ſumit recidipna.Quirine.

Regilla ueſtis erat regia,vnde etiam tractum nomē.Ea erat auro & purpura intexta & regibus peculiaris Plaut.Baſilicam an Regillam induam tunicam.

Reticulum capitis tegmen muliebre.Varro: Suisq.ſuſpendit laribus marinas molles pillas,Reticula & ſtrophia.Capitur etiá pro quodam inſtrumento,quo antiquus panes ferebantur.Iuue.Sat.12.Mox cú reticulis,& pane,& uétre lagenæ.

Rhenones ueſtes erant pelliceæ,quibus autore Cæſare,Germani utebantur.Sidonius Viridētia ſaga limbis marginata puniceis,pendulis ex humeris baltei uel gladij balteis ſuper currentibus ſtruxerat clauſa bullatis latera Rhenonibus.

Richa ueſtimentum erat,quod nos ſudarium dicimus.Serenus.Aut zonulam,aut auentj;aut richam.

Rhiza ueſtimentum fuit Thraciuḿ.

Sagulum diminutiuum eſt a ſago.Ver.li.8.Aen.Virgatis lucēt ſagulis, tum lactea collo Auro inuectuntur.Hinc etiam.Sagulati ſagulo induti.Suet.in Vitellio:Vrbem quoque ad Claſſicum introijt paludatus , ferroque ſuccinctus inter ſigna atque uexilla ſagulatis militibus.

Sagum erat militare ueſtimentum,quod teſte Cicerone,ſumi ſolebat in bello. Et quando in ſagis tota ciuitas erat,conſulares uiri ſolebant eſſe togati. Mar. li.1. Ibis ab excuſſo miſſus in aſtra ſago.Pli.lib.27.Sacerdos cādida ueſte cultus arborem ſcandit,Falce aurea demetit, Candido id excipitur Sago. Iuuen.Sat.6. Anſaga uēdenti nubat caupone,relicto.Sagati dicuntur ſago induti.Sagarii dicuntur uenditores ſagorum.

Semitogium uocatur breuis & dimidia toga.Vnde Semitogati dicuntur.

Singuliones genus erat ueſtis barbaræ,inquit Baptiſta Egnatius.

Stola erat talaris tunica,qua matronæ vtebantur.Tibul.lib.1.Quamuis nec vita ligatos Impediat crines,nec ſtola longa pedes.A ſtola,pudor dicitur Stolatus,id eſt,matronæ cōueniens.Mar.lib.1.Et ſtolatum permittit meretricibus pudorē.

Stragulum ueſtis erat,qua lecti ſternuntur,colorum & figurarum multitudine variegata.Tibullus lib.1.Nam neq. tunc pluuiæ,nec ſtragula picta ſoporem, Nec fonitus placidæ ducere poſſet aquę.Martialis:Stragula purpureis lucent uilloſa tapetis.Idem tamē accepit Stragulū pro ephippio,ubi ait:Stragula ſuccincti venator ſume ueredi.Varro:Quicquid inſternebant, a ſternendo ſtragulū appellabant Hieronymus poſuit pro ueſte muliebri:Stragulatam(inquit)ueſtem fecit ſibi,Byſſus & purpura indumenta eius.

Strigium ueſtis erat Hiſpanica.Plaut.Nudus eſt,Iurat ſe ſtrigium oppigneraſſe.

Strophium dicitur faſcia pectoralis ad deuinciēdas puellarū mámas.Nonius ait, Strophiū breuē eſſe faſciam,quę uirginearū papillarum coercet errorem .Martialis Faſciam uocat pectoralem, ubi ait:Faſcia creſcentes dominæ cōpeſce papillas,Vt ſit quod capia noſtra tegatq.manus.De Strophio Catullus: Non tereti ſtrophio lactātes uincta papillas . Capitur etiā Strophium quo religioſa quędā corona,qua utebātur antiq. ſacerdotes.Pli. Tenuioribus coronis utebantur antiqui,ſtroplia appellantes.Diminutiuū eſt Strophiolū. Autor hymni (qui ī honorē diui Ioannis Baptiſtæ canitur)poſuit ſtropium pro uilliolo corporis tegumēto,ubi ait:Præbuit hirtū Tegimē Camelus Artubus ſacris Strophiū bidētes.

Subarmalia ſaga erant & chlamydes, quibus arma ſuperinduebant.

Subligaria ueſtes erant, quæ coxas uſque ad umbilicū a genibus cōtegebāt. His utebantur Mimi in theatro Mar.lib.3.Iuuen.Sat.6.Aliter uocatur ſubligaculum Cicero in Offi.Scenicorum quidem mos tātam habet uetere,diſciplina uerecundiā,ut in ſcena ſine ſubligaculo prodeat nemo Imperitus ſubligaculum indutus omnibus id oſtētat Adagium eſt in eos,qui propter inſolentiam etiam ineptiſſimis rebus efferuntur.

Subucula ueſtis erat interior, q̄ ſub alia induebatur.Varro: Poſtquā binas tunicas

habere cęperunt, inſtituerunt vocare ſubuculam Hor.lib 1.Epiſt.1.Rides, ſi forte ſubucula pexæ Trita ſubeſt tunicæ,vel ſi toga diſſidet impar.

Sudarium dicitur lintheum ad detergendum corporis ſudorem,& purgandas nares Sueton.in Nerone: Neq; quicquã ſerio ioco ve egerit,niſi aſtãte Phonaſco, qui moneret,parceretq. arterijs ac ſudariũ ad os applicaret. Ex Setabi Hiſpaniæ vrbe mittebãtur optima linthea,quæ Sudaria dicebãtur.Catullus:Nã ſudaria Setaba ex Iberi.Miſerũt mihi munera Fabullus & Verãnius.Diminutiuum eſt Sudariolum. Apul.Quãti ſudores innocentibus hoc vno ſudariolo afferantur poſſum equidem pluribus diſputare.

Supparus ſeu Supparũ dr̃ leuis & anguſta toga.Feſt.ait,veſtimentum eſſe puellare ex lino.Nos Subuculam & Camiſiam dicimus,Nonius ait,Supparũ eſſe lintheũ fęmorale vſq.ad talos pendens,qđ ſubtus appareat.De ſupparo Afranius: Puella non ſum,ſupparos ſi induta ſum. Luc.li.3.Humeriſque hærentia primis Suppara Seneca ꝑ velis accepit ĩ Medea.Et alto rubicũda tremũt ſuppara velo

Syndones veſtes erãt cãdidæ ex lino,quibus magi vtebantur.Erant autem ſubtiliſſimè, & tenuiſſimis filis intextæ. Mar.lib.4 Nec ſic in Tyria ſyndone tutus eris Syndones vero populi ſunt in Mæotidis confinio, teſte Pomponio Mela.

Syntheſis genus eſt veſtis breuis & negotijs aptæ,qua Rõmani omnes toga depoſita in Saturnalibus vtebantur.Conſura erat & compoſita quadã compoſitione verſicolori,vnde inditum nomẽ. Mar.De noſtra praſina ſyntheſis empta toga. Sytheſiatus hac dicitur indutus veſte.

Syrma veſtis erat,quæ in recitandis grauioribus poematis trahebatur ab hiſtrionĩbus.Mar.li.4.Muſa nec inſano Syrmate noſtra tumet.Ea veſte maximè vtebãt Tragedi,quod etiam inuenit illud diſtichon Mar.lib.12.Tranſtulit ad tragicos ſe noſtra Thalia cothurnos,Aptaſti tragicum tu quoque ſyrma tibi.

Tapetum ſeu Tapes,vocatur tegmen diuerſis coloribus & figuris variegatũ, quo præcipuè aulæ & cubicula diuitum ornari ſolent. Aliter vocatur Aulæum,periſtroma,peripetaſma. Ver.7. Inſtratos oſtro alipedes,pictiſque tapetis.

Tibialia dicuntur Tibiarum indumenta,atq.etiam arma,quibus crura muniũtur Sueton.in Auguſto:Subucula & thorace laneo,& fęminalibus,& tibialib. Muniebatur. Paulus Iuriſ.Si tibiale,vel humerale miles,alienauit,caſtigari verberibus debet.

Toga communis erat Rom.veſtis,qua vtriuſque ſexus homines vtebantur. Accipitur interdum pro peculiari habitu clientũ & ſalutatorum qui togati ſalutatũ ibant,ut ſportulam conſequerentur: Mar.Mane vel a media nocte togatus ero.

Toga prætexta veſtis erat magiſtratuum.Togatę fabulæ,quæ ſcriptæ ſunt ſecũdũ ritus & habitus Romanorum.Earum ſcenici actores vocantur Togatarij. Toga pura & uirilis dicebatur, quã adoleſcẽtes tyrocinij die poſita prætexta puerili, ſumebant in capitolio.De toga Mar.lib.3. Gallia Romanæ nomine dicta togæ. A Toga Romani dicuntur togati.Ver.Romanos rerũ dominos,gentẽq; togatã.

Trabea veſtis erat togata purpura circũducta ſub tegmine puniceo,quã aureæ fibulæ annectebant.Ver.Ipſe Quirinali lituo,paruaq.ſedebat Succinctus trabea. Oui.1.Faſt.Hoc igĩ vidit trabeati cura Quirini.Trabeatus dr̃ trabea indutus.

Tunica ueſtis erat breuior,& ſine manicis,qua utebantur uiri.Manicata decebat fęminas,ut arguit illud Ver.Et tunicæ manicas,& hẽnt redimicula mytrę.Plautus:Manuleatam tunicã habere hominem decet.Gel.li.7.Tunicis(inquit)uti uirũ prolixis ultra brachia,& uſq.in primo res manus,ac prope in digitos,Romę atq.omni in Latio indecorum fuit. Propterea Pub.Afric.Pauli filius, P.Gallo, homini delicato,probro dedit, quod tunicis uteretur manus totas operiẽtibus. Diminutiuum eſt.Tunicula. Gell.li.1.Elegans illa ueſtis & molles tunicula ab æmulis aduerſarijſque probro datum.Tunicati dicuntur tunica induti. Hor.li.1.Epiſt.uilia uẽdendũ tunicato ſcruta popello.Trãquillus in Auguſto:Vt ſtare

inter-

interdum per totum diem iuberet ante prætorium tunicatos.

Tyara tegumẽtum erat capitis, Perſarum genti peculiare, quo reges & ſacerdotes utebantur Simile prope erat mytræ aut galero. Iuuen. Sat. 6. Et Phrygia ueſtitur bucca tyara. Hieron. ad Fabiolam, Quartum genus eſt ueſtimenti rotundum pi leolũm, quale pictũ in Vlyſſæo conſpicimus, quaſi ſphæra ſit diuiſa, & pars una ponatur in capite: hæc Græci & noſtri Tyaram, nonnulli Galearum vocant: Nõ habet acumen in ſummo, nec totum uſque ad comas caput tegit, ſed tertiã par tem a fronte in opertam relinquit. Atque ita in occipitio uitta cõſtrictus eſt, vt facile labatur ex capite. Eſt autem Byſſinum, & ſic fabrè operatum lintheolo, ut nulla acus ueſtigia forinſecus pateant: Ouid. lib. 11. Tempora purpureis tentat Velare Pyaris. Reperitur etiã in maſc. genere & frequẽtiſſimè. Verg. Sceptrũq; ſacerque Tyaras.

Tyrianthinæ veſtes erãt purpureę ſumpto nomine a Tyrijs, qui vſu purpurę claruerunt. Mart. Vrbica Lingonicus, Tyranthina bardocucullus.

Venſia tegumentum erat & mitella capitis ſubtiliſſima, qua Germanorum crines contegebantur. Mart. lib. 8. Fortior intortos leruas uenſica capillos.

Ventrale, ventris tegumẽtum, vt femorale femoris, brachiale brachij, humerale hu merorum, tibiale tibiarũ. Plin. Patris mei memoria cœpere Amphimala noſtra, ſicut uilloſa etiam uentralia.

Vmbella itidem erat indumentum capitis, quo radij ſolis arcebantur. Mart. li. 11. Vmbellam luſcæ Lygde feras dominæ.

Xerapellinæ ueſtes erant matronales, dictæ ab ampelino colore, qui medius eſt in ter coccum & muricẽ, Merula ait Arabicas fuiſſe appellatas. Iuu. Sat. 6. Et Xerapellinas veſtes donauerit ipſi.

Xyſtis autore Cælio, dicitur talaris tunica & muliebris. Alij Tragicum putãt indu mẽtum. Xyſtus uerò appellatur lata porticus, in qua athletę Hyberno tempore exercebantur. Vnde & Xyſtici athletæ dicti ſunt Suet. in Aug. Nec tamẽ eo mi nus aut Xyſticorũ certationes, aut gladiatorũ pugna ſeueriſſimè ſemper exigit.

Porro acu veſtes facere Phryges inuenerunt. ideoque Phrygiones appellati Aurum intexere in Aſia inuenit Attalus rex Pergami, unde nomẽ Attalicis Colores diuerſos picturę intexere Babylõ celebrauit, & nomẽ impoſuit. Mart. Nõ ego prętulerim Babylonica picta ſuperbę Texta, Semiramia quę variantur acu. Plu rimis licijs texere, quę Polymita appellant, Alexãdria inſtituit: Scutulis diuide re, Gallia autore Plinio libro octauo, capite quadrageſimo octauo. Veſtimẽtorũ ſũt omnia aut lanea, uel linea, vel ſerica, vel bõbicina. Omnia itẽ aut uirilia, aut perilia, aut muliebria, aut cõmunia, aut familiaria. Afr. Mauri, Saraceni, Scythę, gaudẽt colorũ uarietate, Gręci crepidati incedebãt. Fuerunt & priuatę quorũ dam ueſtes. Adã & Eua priuſquã peccaſſent, degebãt nudi, poſt peccatũ texere folijs uerẽda, crudi pellib. humeros amicti. Ioanes Zacharię filius in heremo uteba ur ueſte camelorum ſetis cõtexta, ſcorteaq. cingebatur zona Vnica fuit Chriſto ueſtis incõſutilis, quæ nullo vſu detrita eſt. Pallium Bartholomęi p an nos 20. neq̃ue ſordes vllas, neque ueiuſtatem ſẽſit. Iacobus Apoſtolus qui a cor poris ſimilitudine frater Chriſti dictus eſt, lineo vtebatur amiculo. Idẽ intõſus uixit, nunquam cinctus, nunquam balneo uſus. Paulus primus heremita ueſtẽ habuit palmaceis cõtextã folijs. Mortui exuuias induit Antonius abbas diebus ſolum feſtis. Capilli texerunt Timotheum Anachoretã, & adeo deformarũt, vt à Panutio In ſolitudine repertus, fera primo aſpectu ſit creditus, nõ homo. Onophrius heremita cõſũpta ueſte nudus egit, folijs verẽda tegẽtib. Frãciſcus Aſſiſias craſſi pãni tunicã induit, quã funiculo cõpreſſit, nudis pedib. ligneos ſubie cit ſocculos. Maria Aegyptia cõſumptis veſtibus, nuda egit in heremo. Herculẽ Nemæi leonis exuuio indutũ Gręcia fabulata eſt Diogenes unico pallio uixit cõtentus. Portius Cato nunquam toga uſus eſt pluriſq̃ centũ drachmis empta.

Pythagoras alba vtebatur veſte,& coronam geſtabat aureã. Empedocles Agrigetinus vtebatur veſte purpurea,æreisq. calceamentis. Hippias & Gorgias purpureis. Porphyrius a purpura nomen ſumpſit,quũ Maichus diceretur. Fuit Ariſtoteles victu veſtituq. delitioſus,& ob id Platoni aliquãtulum infenſus. Cethegi exerto nudoq. erãt brachio. Cæſar laxiore tunica. Auguſtus hyberno tẽpore thorace laneo,tibialibus & quaternis tunicis. Mecœnas mollioribus veſtibus,vnde & Malacinus ab Auguſto cognominatus eſt. Demoſthenẽ Gelli⁹ ſcribit fuiſſe cultu corporis nitido,& nimis accurato: Hortenſium quoque multa cũ mundicia & circumſpectè fuiſſe indutum.

De coloribus ueſtimentorum nunc aliquid adijciamus. Cymatilem colorẽ dixerunt marinum & cæruleum. Glaucus pro uiridi ponitur, habetque uirori commixtũ alborẽ. Hinc glauci oculi,glaucæ ſalices oliuæ. Impluuiatus color, quaſi fumato ſtillicidio. Crocinus & Croceus a Cruco. Hinc croceata ueſtis Cerinus a ceræ colore. Ferrugineus,a ferro. Oſtrinus ſubruber, Nurex fuit purpure⁹, Anthracinus niger. Anthrax Grecè dicitur carbo Amethyſton, vt uiola propè purpureum ponit Plin. Molochinum dixerunt colorem ſimilem maluæ, Luteũ croceum a lutho herba.

VESTES GENTIVM PROPRIAE.

Pallium Gabinium. Caſiaca Græcorum. Toga & Prætexta Romanorũ. Maſtruga Sardorum. Braccæ Bordocucullus Gallorum. Germanorum Rhenones. Aulæa Britãnorũ. Strigium Hiſpanorum. Arſineum, Tyara, Candis, Capyris Perſarũ. Chorteus Maſilienſium. Mycoton Armeniorũ. Dalmatica Dalmatarũ. Peplum Troadum. Caunaces Babyloniorum.

VESTES QVAEDAM MEMORABILES.

Antiſthenes Sybarita veſtem elaborauit, in qua variæ deorum effigies erant depictę. Hæc quotannis in Liciniæ Iunonis templo ſuſpendi miraculi cauſa ſolebat.

Athenienſes magno precio tandem ſibi compararunt.

Lollia Paulina tunicam habuit ex margaritis æſtimatam quadringentis ſeſtertijs.

Tranquinius Priſcus aurea triumphauit tunica teſtis Verrius apud Plin.

Habuit nero triclinaria Babylonica 400. millibus empta Syloſon veſtem habuit, quam quum Dario Hyſtaſpis filio dono dediſſet,totã ab eo & urbem & inſulam Samiorum in hoſtimentum muneris accepit. autor Valer. Max. de Gratitudine. Saxo Grammaticus ſcribit. Frontoni cuidã veſtem fuiſſe,qua circũamictus nullo telorum acumine lædi poterat.

CALCEAMENTORVM GENERA.

Calopodium genus eſt calceamenti lignei,alio nomine dicitur Soccus.

Carpatinæ calceamẽtum erat ruſticũ,quod fiebat ex recẽtib. corijs bubulis, ſic appellatũ a Caribus,ut ſcribit Iulius Pollux. li. 9. ad Cõmodum Cæſarẽ Ariſtoteles in 2. de Animaliũ hiſtoria ſcribit,camelos calceati carpatinis, ne in exercitu lõgiore fatiſcãt itinere. Catul. Cullos & crepidas lingere Carpatinas. Sunt qui Crepidas carpatinas dicant eſſe calceamenta ſtercorata.

Carpicum ſeu Carpiſculum,genus eſt calceamenti,autore Flauio Vopiſco,qui ait Aurelianum abſentem a ſenatu vocatum fuiſſe Carpicum. Hodie quoque Itali Scarpos vulgò crepidas vocant.

Cothurn⁹ aptus eſt vtriq. pedi,fiebatq. in modũ crepidarũ. Hinc adagiũ natũ, Cothurno uerſatilior ĩ hoĩes incõſtãtes. Cõgruebat hoc calceamẽtũ viris pariter & mulierib. Verg. Purpureoq. alte ſuras uicire cothurno. Qđ interim ꝑ tragico uerſu accipiatẽ,uaria docẽt exẽpla. Sta. li. 5. Syl. Terrifico ſup ĩtonuere cothurno

Crepida Græcani cum fuit calceamẽtũ coriaceis ſuperuinctũ ligulis Perſius: Nõ hic qui in crepidis Graiorum ludere geſtit. Gellius li. 13. cap. 20. ait Crepidas & Crepidulas eſſe,quas Romani ſoleas vocant Cic. apud eũdẽ. Gallicas vocat,dicens: Cũ Gallicis & lacerna cucurriſti. Eius item ſutores Crepidarios dixerũt

Sempro-

S[illegible] [illegible]ius Ael[illegible] lib. 14 rerum geſtarum, crepid[illegible]rius, inquit, cultellum a crepi[illegible] [illegible] ſutore.

C[illegible]zia autore Cælio, [illegible] ſunt calceamenta.

H[illegible] calceamenta [illegible] fultura, ſimiles ſunt crepidis.

H[illegible]o crepidis genus eſt calceamentis [illegible].

H[illegible] hypodema, calceum lati[illegible] cat.

M[illegible] primũ [illegible] calcei [illegible] A[illegible] purpurei coloris qui poſtea patricio[illegible] [illegible] C[illegible] mulleos, [illegible] hederaceos, & al[illegible] viris om[illegible] lic[illegible] [illegible]

N[illegible] calceam[illegible] ſunt m[illegible] & [illegible]

P[illegible] ruſticũ calceam[illegible] è crudo corio. Verg. l. b. 7. Crudus [illegible] pero. Iu. S[illegible] 14 N[illegible] non pudet alto Per gla[illegible] perone [illegible] dicitur [illegible]

Phæca[illegible] dicebantur veterum ſacerdotum calcei.

Sandalium [illegible] eſt calceamẽ[illegible] peculiare, ut docet Iul. Pollux [illegible] in [illegible] induit [illegible] trario a in aures. D[illegible] andalio T[illegible] capite.

A[illegible] Sandali[illegible] dictus eſt, a [illegible] Athenis [illegible] batur. Et [illegible] calceolari[illegible]

S[illegible] Plautus, Qui quæſo potius quam Sculpo[illegible] [illegible] Sculpo[illegible] babuenda ſunt [illegible] Cato ſcri[illegible] Sculponeas bonas [illegible] dare oportere familæ [illegible]

Socci [illegible] Actores enim C[illegible] Hinc ſoccus ple[illegible] [illegible] gran deſque co[illegible] V[illegible] Pro mox mo [illegible] calceandi [illegible] ſoccelũ dextrũ [illegible]s.

Solea calceamẽtũ [illegible], quo ſolum plantarum obtegebatur, cætera pedum partibus [illegible] nudis, ipſis tamen pedib. coriaceo vinculo ſuperne [illegible] Dat iã [illegible] as, atque [illegible] E[illegible] funt etiã ex ferreo quæ pedibus iumen[illegible] [illegible] mulorum ſub[illegible] Solea interdum pro calceo po[illegible] Proſi [illegible] ſoleati ſoleis induti.

T[illegible] calceamentum eſt ferratum, quo extenduntur Pelles.

[illegible] calcei ex Polluce ſũt B[illegible], quibus utebãtur Athenis. Crepides ge[illegible] Empades ſumptuoſum calceamentum. Crotopeza [illegible] ligneũ cal[illegible] dictum [illegible] ſunt item Schiſtæ, [illegible], Compodes, Africe, Emba[illegible] ſexui communes. Hydoceſma [illegible] calceam[illegible] Proſchema ſeni[illegible] [illegible] ſolearia & Aco[illegible] meretricũ, Rh[illegible] & cr[illegible] [illegible] erat. Baucides ſumptuoſorum. Rurſus Crocot[illegible] Opito[illegible] crepides [illegible] hyra, Aciolp[illegible] yra, Canob[illegible], Gynepo[illegible]ia, [illegible] Me[illegible] [illegible] racides, Seleucides, Ni[illegible]des, Ambraci[illegible], [illegible] fuerãt. Viri [illegible] ſexu[illegible] communia; Phares, Lærarium, [illegible]

VASORVM DIVERSA GENERA.

A[illegible]ana uas erat, quo recondebatur eorum cibaria, qui ad Theorias, id eſt, rẽ diui nam Delpos mittebantur.

A[illegible] Græcis dicũt uaſa [illegible] a, quæ ca[illegible] o [illegible] aquã ſe trahũt.

A[illegible] uas [illegible] factum. H[illegible] lignis calefactat [illegible] Ver. [illegible] undare tepid[illegible]

Alabaſtrum [illegible] marmor, quo [illegible] uaſa fiebãt u[illegible] Interdum [illegible] capitur. Mar[illegible] b. 11. Quod Colni [illegible] alabaſtra, ſociq[illegible] Cic. lib. 3. Quæſt. Acad. Quibus etiam alaba

[illegible] plenus unguenti putere videtur.

Amphiteturum [illegible] poculi genus, ita factum, vt qua[illegible]is ex parte poſitum ſtaret, nullumq. certum haberet fundum. Hinc ſumptum eſt adagium. Exam[illegible] bi[illegible]:in eum, qui liberius potaret, ac m[illegible] act[illegible]s.

Amphora vas eſt vina[illegible], quod qui [illegible]ut, vocantur Amphorarij. Horat. in Arte: Amphora cępit Inſtitui, currēte rota, cur vrceus exit? Mart. Amphora [illegible] ruit tā p[illegible] mora. Reperio ēt Amphora dictas fuiſſe de uaſis a[illegible] crementicijs, Monumētis enim prod[illegible] Romæ in Angiportis & a[illegible] amphoras [illegible] colocatas in qui[illegible] tr[illegible] ebr[illegible] & vi[illegible]lenti m[illegible]te ſol[illegible]. Quod indicat Caius Titus L[illegible]cij coætaneus, in orat[illegible]e, qua le[illegible] F[illegible] fit. Dum me[illegible]um ([illegible] quit) [illegible] eſt in angiportu amphora, qu[illegible] nō impleat, quippe qui veſicā vini plenam habeant. Ad hoc faciunt verba Suetonij ſcribent[illegible] Veſpaſianum nouum ſordidumq. tributum repertiſſe, pro amphoris in vr[illegible] ficiendis, quibus veſicæ comm[illegible]a[illegible]tium exonerarentur.

Amphorum vas erat, vtrinq. A[illegible]atum. Ampulla vas era[illegible] olear[illegible]m, quo in balneis vtebantur. Apuleius in Fl[illegible]dis: Hippias prædicauit ampullam quoq. o[illegible] (quam geſtabat) [illegible]em[illegible] [illegible]fabricati[illegible]n Ho[illegible]s vaſis turgidū erat, & [illegible] ſum. Hinc Horat[illegible]s in Arte [illegible]ampullas [illegible] ba turgētia, [illegible] ro[illegible] pullas & ſeſquipedali[illegible] verba. Sueto[illegible] Ampullā accep[illegible] ſe vitreo, vbi ai[illegible]: Quot[illegible]s oci[illegible] e[illegible] bar, et a[illegible] pro ſ[illegible] di[illegible] matutinis[illegible]; h[illegible]s, ac l[illegible]u[illegible]abat [illegible] q. ad ſ[illegible]cie[illegible]atē, vel[illegible]ō [illegible] per cęnā prętet [illegible]al[illegible], & mo[illegible] ampulla po[illegible]

Amula vaſcul[illegible] erat, [illegible]uo [illegible] L[illegible]trali[illegible] cauſa re[illegible] ſcelerū. Sum[illegible]t[illegible] ab a[illegible] [illegible] ſ[illegible]e[illegible]lis malis. V[illegible] letum re[illegible] d[illegible] [illegible]s inuidiam & Ve[illegible] vocatur.

Ancæſa dic[illegible] antiqu[illegible]s vaſa cælata a circu[illegible] dedo. Quæ ſiguris [illegible] ra vocabantur Anaglypha.

Antilia vas eſt hauriēdis aquis idone[illegible] [illegible] verbū, [illegible] lib. 9. Curua laborata antlia to[illegible] aquæ.

Ariſanas A[illegible]s, & A[illegible]ticos p cyathis [illegible] ſcribit Cæl[illegible] ſcta ab [illegible] do nomenclatura.

Ariſtophorum [illegible]ur vas, quo prandium def[illegible]t[illegible]r. Lat[illegible]e uocatur D[illegible]

Armil[illegible] vas v[illegible]rium, [illegible] ta[illegible] [illegible] tar[illegible]tur. Varro [illegible] N[illegible] [illegible] po[illegible] [illegible]æ vo[illegible] & C[illegible] eſt po[illegible] [illegible] quod ve[illegible] [illegible]

Bacchar vas [illegible] B[illegible]chatū dici po[illegible] B[illegible]o, vt [illegible]

Eſt & Bacc[illegible], quo [illegible]

Baſcaula [illegible] p[illegible], & [illegible] p[illegible] Martial. [illegible] n[illegible] baſcauda [illegible], [illegible] iam mauult di[illegible] re Roma[illegible]

Bat[illegible]s [illegible] lo[illegible] [illegible] T[illegible]lam no[illegible] vocant.

Eſt & Batiola nome[illegible] uaſ[illegible] apud Nonium. Batio[illegible] a [illegible] p[illegible]o bi bebar accipere [illegible]

Bro[illegible] u[illegible]s [illegible] peculiar[illegible], deorſum [illegible] ro[illegible] [illegible] co[illegible]mod[illegible] [illegible] & [illegible]

Ca[illegible]s [illegible]p[illegible] [illegible] a ſono [illegible] [illegible] clu ab[illegible]s in ca[illegible] [illegible] aqua ad [illegible] ucat.

Cad[illegible]s [illegible] V[illegible]r. in Conpa[illegible] ca[illegible] up[illegible] d[illegible] [illegible] ro [illegible] con[illegible] [illegible] cados [illegible] uum [illegible], quo [illegible]ra[illegible]a col[illegible]

Calathus

C[illegible] vas eſt vimineu[illegible] & [illegible]ſa repon[illegible]o [illegible] Vir. de Ca[illegible]. No[illegible] calathisve M[illegible] [illegible] ſ[illegible]dē [illegible] Bu[illegible] T[illegible]bi [illegible] plenis [illegible] rūt [illegible] calath[illegible]s. A C[illegible] [illegible] Ca[illegible] e[illegible]dē [illegible] cātio[illegible] cū pri[illegible]o Cat[illegible]. V[illegible] v[illegible] [illegible]bat cal[illegible] Po[illegible]. A [illegible] ex[illegible]at an[illegible] baſilic[illegible] [illegible]s [illegible]ū dicitur a[illegible]ū, quo calida hauri[illegible] aqua. Nam [illegible]ldam, veter[illegible]s [illegible] [illegible]

Cal[illegible] vas eſt vinar[illegible]ū [illegible] Varro [illegible]ctum vult ab aqua calida, quam veteres in eo [illegible]js eni[illegible] antiquitus calida [illegible] tr[illegible] [illegible]ebatur. Iu[illegible] Cal[illegible] [illegible]. De Calice Mart. li. 4. Prod[illegible] [illegible] cuius ne duo vina ca[illegible] C[illegible]x accip[illegible]r pro vaſe, in [illegible] legumi[illegible]a coquuntur. Ouid. l[illegible]. 5. [illegible] ca[illegible]es, minor inde fabas, olus alter hab[illegible].

C[illegible] fictil[illegible]u dolium Varro apud No[illegible]. [illegible] am nomen do[illegible] [illegible] id genus va[illegible]rum Calp[illegible]r.

C[illegible] [illegible]aniſt[illegible] dicitur ci[illegible]a, [illegible] fi[illegible]ella c[illegible] texta v[illegible] m[illegible]e Oui[illegible]. lib. 8. Met. [illegible] & [illegible] patu[illegible]s re[illegible]o[illegible]t a mala can[illegible]is.

C[illegible]s [illegible]prū [illegible] Lib[illegible] patris pocul[illegible] Verg[illegible] c [illegible]leuo. Er [illegible]a[illegible]s attrita pen[illegible] cā[illegible] anſa. Nomē aūt ſi[illegible]mp[illegible]a ſim[illegible]udine [illegible]js eiu[illegible]d[illegible] om[illegible]nis. [illegible] C[illegible]aru nome[illegible]e[illegible] oſtendit M[illegible]cro[illegible]. ex M[illegible]na[illegible]ri teſtimonio.

C[illegible] eſt poc[illegible], [illegible] a capiendo. Dimi[illegible]u[illegible] eſt Capidula. Hæc [illegible] vas [illegible] Ca[illegible]

[illegible] vas [illegible] [illegible]etorto a capacitate etymo.

C[illegible]o [illegible]m [illegible] en[illegible]um ſeu vaſculum, quo aliquid [illegible] Ca[illegible].

[illegible] c[illegible] [illegible]o vaſe. C[illegible]p[illegible]an[illegible]s l[illegible]. 2. [illegible]p[illegible]ſt. Fidelia farris [illegible] capaces [illegible] minu[illegible].

C[illegible] vas [illegible], [illegible]o v[illegible]b[illegible]tur vete[illegible]s. A[illegible]m era[illegible]t, & manu facilè ca[illegible] v[illegible] [illegible] nomen. Varro: Cap[illegible] & [illegible]or[illegible] Cap[illegible]æ à capiēdo no[illegible] [illegible]. Eſt & al[illegible]d [illegible]iuſ[illegible]o[illegible], quod Capiſteriu[illegible] dicitur.

C[illegible] p[illegible] erat forma proc[illegible]ra, & c[illegible]ca m[illegible]dia[illegible] partem cōp[illegible]ſſa, anſis [illegible]o ad [illegible] pert[illegible]tibus. Nomen & form[illegible] acce[illegible] a ſimilitudine [illegible]. Na[illegible] v[illegible] par[illegible] Carchel[illegible], [illegible]mā v[illegible]o Carcheſiū [illegible] Macr[illegible] Carcheſiū poculū Græcis tantū[illegible] [illegible]uiſſe notū. [illegible] N[illegible] Liuius Adro[illegible]cus, Latuorum po[illegible]arū ve[illegible] [illegible]us, [illegible]o v[illegible]s e[illegible] vbi ait: [illegible]ore a[illegible]labant lib[illegible]ri ex Car[illegible]ijs. Phe[illegible] [illegible]um ait Ioue Alc[illegible]æ p[illegible]eciū cōcubitus. Carche[illegible] C[illegible]rch[illegible]js. Verg. Cape Mæon[illegible] Carcheſia Bacchi, [illegible] duo ri[illegible]ro libans Carcheſia Baccho.

C[illegible] ro[illegible] poſuit pro caniſtro. T[illegible]les (inquit) de cun[illegible] [illegible] pones [illegible] Car[illegible]lo.

C[illegible] C[illegible] vas dicitur in quo [illegible] aliquid ad [illegible]ſcariam menſā [illegible] Hor[illegible]. 2. [illegible]m. Anguſtoq[illegible] va[illegible]s piſces vrg[illegible]e Catino.

C[illegible] C[illegible] Latine dicitur [illegible]la. I[illegible]dē [illegible]bi volūt C[illegible]rap[illegible]s & Chyt[illegible]apida.

C[illegible] p[illegible]o[illegible] dicuntur Colocaſiæ folia [illegible]orū ſimilitudine [illegible] pocula facta, [illegible] traxerunt nome[illegible]. Ho[illegible]. lib. 2. Car. Obli[illegible] Maſſico Ciboria exple.

C[illegible] vas [illegible] vinar[illegible]ū. Plau[illegible] in Ampit[illegible], [illegible] erat vin[illegible]e impleui Cirnea.

C[illegible] dicitur [illegible]neā poculū ex hedera, quod Hom[illegible] Cyclopi ab Vlyſſe datū [illegible] pocul[illegible] Euripid[illegible]s & Callimach[illegible] apud Macrob. meminerunt.

C[illegible] myſticum, quo v[illegible] [illegible]acr[illegible]s [illegible] Catullus. Pars obſcura [illegible]rabāt or[illegible]ia ci[illegible]is. Nunc p[illegible] [illegible] ut vaſe negociatorio. Iu[illegible] [illegible] vetu[illegible] Græ[illegible]s [illegible]ruabat ci[illegible]a [illegible]. [illegible] C[illegible]ſer Mercenar[illegible] di[illegible] Mart. [illegible]. 5. Nupſiſti G[illegible]ia ciſt[illegible]fero. D[illegible]utiuū eſt Ciſtella, capiturq. pro

naſ[illegible],qua [illegible] popul[illegible] in c[illegible] magiſtratib[illegible]s,l[illegible]gibuſque f[illegible]ren[illegible] [illegible]bantu[illegible] Cic.ad H[illegible].Satur[illegible]nus legem ferre cœp[illegible],colleg[illegible] intercede[illegible] nihil[illegible] [illegible]s ciſtellam de[illegible].

Clepſy[illegible]ra [illegible]ocatur vas vitreum modico foramine pertuſum, horas [illegible] in cu[illegible]us fu[illegible]do [illegible] canal[illegible]s guttatim aquã emitt[illegible]s. Nu[illegible]c Clepſ[illegible] [illegible] vocant ea vaſcula multis ſubter for[illegible] pertuſa, quibus æ[illegible] [illegible] hort[illegible] [illegible]rantur.

Coculum vas æneum aptum coctionibus. Plautus: Æneis coculis excocta e[illegible] [illegible] omnis marc[illegible]a. Mar[illegible] Cato vtitur

Colum vas eſt [illegible]narius,co[illegible]xtum viminibus, dictum [illegible] colando. Verg. Col[illegible] præl[illegible] fumoſis diripe tectis.

Co[illegible] ab eodem Horatio pro vaſe ponitur, vbi ait. Funde capacibus V[illegible] de conch[illegible]s.

Cophinus Græca eſt dictio. C[illegible]rbem Lati[illegible] interpretatur Priſcian. Iuu[illegible] Sat [illegible] Iudæis quorum Cophinus, fœn[illegible]que ſupellex.

Corbis ciſta eſt vim[illegible]a, qua vtuntur m[illegible]ores. Prop[illegible]r. li. 4. Corbis in impoſ[illegible] dere meſſor eram. Cic. in o[illegible]atio[illegible]e pro S[illegible] M[illegible]a le corbe co[illegible] [illegible] nutiuũ eſt Corbula. Cato dicit Cor[illegible]s [illegible]as quatuor v[illegible]co [illegible] eſſe, id eſt, ex amer[illegible]na ſal[illegible] cõ[illegible]x[illegible]s. [illegible] Am[illegible]ina vrbs V[illegible] ſalicibus [illegible]rax, vnde Ver. A[illegible] Ame[illegible]a p[illegible] [illegible]entæ re[illegible]acula v[illegible]

Cattabus vocatur phiala ſeu p[illegible] [illegible] pro genere [illegible]

Cotyla vas eſt aptum bi[illegible] Diogenem v[illegible] fu[illegible] Capit autẽ ſex v[illegible]as. Mart. lib. 8. [illegible] hu[illegible] Cotyla [illegible] [illegible] pitur etiam Co[illegible]o maius co[illegible] Co[illegible]la a[illegible]

Cratanũ, Cra[illegible], C[illegible]des, pocula ſunt apu[illegible] C[illegible] ap[illegible] L[illegible] thon. Vnde A[illegible] [illegible]ant merum [illegible] [illegible] n[illegible]mus di[illegible]tur. Sunt & Co[illegible] artificis no[illegible]

Craterã No[illegible] v[illegible]s vinariu. Creter[illegible] [illegible] cre[illegible] ab autoribus. Verg. Cre[illegible]as [illegible] Idẽ: Cra[illegible] duos ſtatuam tibi [illegible] pedib. cra[illegible] curuis Tollit. Rariſſime [illegible]

Cretera vas eſt ap[illegible] hau[illegible] [illegible]us, N[illegible] Vidimus p[illegible] am[illegible] [illegible] ex po[illegible].

Croſſ[illegible] vas [illegible] [illegible] Aſtid[illegible] lactis & v[illegible] [illegible]:O[illegible] ac v[illegible] C[illegible] adol[illegible] [illegible]

Cucumæ ua[illegible] [illegible]lum a[illegible]. Au[illegible] D[illegible] ex quibus Cucumæ m[illegible] ad vi[illegible] [illegible]um.

Cul[illegible]na vas eſt potori[illegible] C[illegible] in fœno [illegible] In eo vi[illegible]um [illegible]ter.

Cullul[illegible] calices era[illegible] [illegible] põtifices vir[illegible] Ve[illegible] tur. Horat[illegible] [illegible] Ti[illegible]s & aereis M[illegible] C[illegible] [illegible] Arte: Reges [illegible] culul[illegible], Et [illegible] x[illegible] labo[illegible]

Cu[illegible] vas eſt f[illegible]umentarium, ſeu quo fru[illegible] conduntur. Horat. li[illegible] Cur[illegible]a plus cumet[illegible]s laudes [illegible]ria [illegible]

Cuppæ d[illegible]cunt[illegible] maiora va[illegible] ex [illegible] vinum, i[illegible] quib[illegible] pe[illegible]us primum vuas ca[illegible]. L[illegible]an. lib. 4. Nam[illegible] ratem v[illegible] [illegible] u[illegible] liqu[illegible] cu[illegible]pæ.

Cya[illegible]us paruum eſt pocul[illegible] [illegible]. H[illegible] c[illegible]ya[illegible]are Pl[illegible] v[illegible], id eſt, bibere. S[illegible] a[illegible] [illegible] p[illegible] & præ[illegible] [illegible]pibus vinum p[illegible] Horat. I[illegible] quis ex [illegible] capillis A[illegible]

[illegible] C. M[illegible] obiecit Iulio Cæsari [illegible] ad [illegible] & vinum Nice[illegible] autor Tra[illegible].

[illegible] poculum eſt vinarium à cymbæ ſi[illegible]dine nuncupatū. Alij Cymbiō [illegible] dictum putant, quaſi C[illegible], vt [illegible] apud Macrobiū Varro [illegible]. Item erant, [illegible], vaſa vinaria [illegible] Aquilinę paterę, [illegible]. Eſt tamen Cymbium lactis quo[que] poculū. Verg. Infermus tepi[illegible] Cymbia lacte.

[illegible] dicitur à Græcis poculum ad interna pro[illegible]atum. Vocatur & Amphi[illegible]um, velut vndique intro inflexum.

[illegible] vas eſt piſcatorium, quod in alueorum anguſt[illegible] terræ infigitur, vt eo ſe [illegible] piſces

[illegible] & Trimodiæ, vaſa ſunt ruſtica, quibus ruſtici in ſerendo fruméto [illegible] H[illegible] vocabulis vtitur Columella.

[illegible] genus, quo vtebantur vetuſtiſſimi.

D[illegible], & vtrinq; anſatum, aptiſſimum ſeruando vino. Hor. li. 1. Car. [illegible] Deprome quadrimum Sabina O Thaliarche merum diota.

[illegible] in quo reponuntur carnes & alia [illegible]. Apud C[illegible] [illegible]ſus [illegible]atus. Capitur etiam pro ludo & rotundo lapide, quem in ſub[illegible] iuuenes. Ouid. 1. 10. Splend[illegible], atque meum certamina [illegible] librata [illegible] Phœbus in auras [illegible], & oppoſitas diſiecit pō[illegible]s

[illegible] N[illegible] vaſa ſunt grandia, in quibus vinum reconditur. Cato de Re [illegible] calcatos [illegible] piſato [illegible]

[illegible] Sa[illegible] ad [illegible] Plaut. [illegible] Aul[illegible]aria: Mulſi [illegible].

[illegible] Plin. F[illegible] quatuor im[illegible] n eſſe [illegible] propter [illegible] quo [illegible] Coppa[illegible] & [illegible] Diminu[illegible] vl[illegible] [illegible] lac colatur, dū [illegible] hæc colam [illegible]. Tibul. lib. 2. Tunc [illegible] vtraque etiam [illegible] capitur pro vaſe, in [illegible] pecunia reponitur Aſconius. [illegible] & Sporte [illegible]a. Et Sac[illegible], Sac[illegible]culi, & Saccelli, Crumenæ Manticę [illegible] Fiſcinæ & Fiſcellæ.

[illegible] in quo [illegible] Nomen [illegible] deductum.

[illegible] und[illegible].

[illegible] quibus repon[illegible] [illegible]aria & edulia. Mart. [illegible] habere lauti.

[illegible] Gall[illegible] dixit Ariſtop[illegible]. Quali eſſet forma, nō reperi.

[illegible] ex qua aqua [illegible] ad lauandas manus. [illegible] oris a[illegible].

[illegible] in ſacrificijs vtebātur, quod forte oris eſſet anguſti, & [illegible] Plin. li. 16. c. 39. Manius Curius iurauit ſe ex præda [illegible] [illegible]ctum [illegible], quo ſacrificaret.

[illegible] poculum, in quo enauigauerit Hercules, ac eſſe Solis pro[illegible] ſunt Ethan[illegible] & H[illegible]. Fuit & Hol[illegible] pocul[illegible] ge[illegible]e.

[illegible] vocamus vrnā aquarium Budæus: Lagena vas eſt ea forma, qua [illegible] hodie a Bellou[illegible] importatur.

[illegible] poculum erat C[illegible]prijs p[illegible] a [illegible] Calo.

[illegible] aptum balneis aut thermis. Dictū a lauando. Cic. in Epiſt. Labrū [illegible] eſt, fac vt ſit

Lagena

Lagena vas eſt [illegible] tereti [illegible] collo [illegible] laxitas [illegible] ad [illegible] nulla catena [illegible] præcincta lagena.

Lanx vas eſt latum [illegible] minus excauatũ quam patina. Apta erat lanx [illegible] diuinis, Verg. lib. [illegible] Gem. lanc [illegible] & [illegible] fumantia reddimus exta. [illegible] pro vaſe [illegible] Iuuen. Aſpice quàm magno diſtendat pectore [illegible]

Laterculus vas eſt, in quo [illegible] carbones.

Laſanum vaſculum eſt ad euacuãdum ventrem. Horat. Te pueri Laſanum [illegible] tes Oenophorumque.

Lecythus vocatur ampulla olearia. Hinc prouerb. Lecytho pinguior. Hiero. [illegible] Reg. Hydria farinę non deficiet, & lecythus olei non eſt imminutus.

Læbaſium & Leſbium Celius reponit inter pocula. & Lycurgus inter phialas.

Lebetes dicuntur vaſa ænea apta coquendis carnibus, aut alijs rebus.

Ouidius lib. 12.

Et prima pocula pugna.
Miſſas volant fragileſq; cadi, curuiq; lebetes.

Vergil. lib. 3. Æneid.

Ingens argentum Dodonæosque lebetes.

Lepiſta vas eſt ampullæ ſimile. Varro de vita patrum apud Nonium. Alij [illegible] tantoleum.

Læpiſtæ etiã nũc Sabinorum fani, pauperibus pleriſq; aut fictiles ſunt, aut [illegible]

Linter genus eſt dolij ruſticani.

Tibullus libro primo.

Aut mihi ſeruabit plenis in lintribus vuas.

Eſt etiam lignum cauatum inſtar nauiculæ. Vnde & pro naui ſolet accipi.

Luter vas eſt, quo diluitur vinum, & immiſcetur aqua. Hieronymus in [illegible] vtitur.

Malluuium ſeu malluuiæ, vas eſt, in quo lauantur manus.

Manſiſterna [illegible] aquarius.

Plautus. [illegible] manſiſternam cum aqua foras.

Maſtas a Paphijs nuncupatur poculum.

Matallides quoque eiuſdem ſunt v[illegible]s.

Matella vas eſt urinariũ, & in quod emittitur lotiũ. Mart. li. x. Diſpeream [illegible] di pręſtare matellã Dignus es, aut porcus paſcere Pirithoi. Di[illegible] tellio eiuſdem ſignificationes. Varro: Poſtularet Trulleũ matellionem [illegible]

Mergus mergoris, nomen eſt vaſis a mergendo dicti. Capitur forte pro [illegible]

Metanipτrum calix erat, quo poſt cœnam vtebantur veteres, vbi lau[illegible]

Metreta nomen eſt menſuræ. Interdum accipitur pro amphora [illegible] ſe. Mart. lib. 5.

Plurimus Hiſpanas mittet tibi nauta metretas. Iuuen. Saty. 3. At hic [illegible] in cutit, ille metretam.

Miſtarius vas quo vinum aqua miſcebatur. Lucil. Vrceus aut [illegible] longus miſtarius vrna.

Mortarium vas eſt in quo aliquid tunditur piſtillo. Plaut. in Aul. Cultrum, [illegible] piſtillum, mortariũ, quæ vtenda vaſa ſemper vicini rogant. Aquam in [illegible] tundere, adagium eſt de inani opera.

Mulctra quandoq; capitur pro vaſe in quo mulgetur. Verg. li. 3. Georg. Quã [illegible] ex hauſto ſpumauerit vbere mulctra Læta magis [illegible] manabunt vbera [illegible]

Nanim vas eſt breue & latum. Calepinus ait, alitet dici Situlum barb[illegible]

Naſiterna vas eſt aquarium, a latum ac patens. Varro de re Ruſtica. Vt es [illegible] nam, vrceos, naſiternam [illegible]

Naſſa vas eſt piſcatorium, quo quum intrauit piſcis, egredi nequit.

Cic. ad Attic. li. 15. Ex hac naſſa exire cõſtitui, nõ ad fugã, ſed ſpe [illegible]

Neſſotro[illegible]

[illegible] Cælius ait poculum fuiſſe quo ſit vſus Neſtor.
Obba [illegible]tus eſt poculi Pōti Leppidina: Obbā lactis, & hęc fumāti farta caniſtro.
[illegible] horū uas eſt uir arium, aptū fere [illegible], Græca compoſitio ducet. Iuuē.
[illegible]m illa uenit rubicundula totum Oenophorum ſitiens.
O[illegible]s eſt ua[illegible]s. Varro: Cato ait uu[illegible]m uimineam in ollis cōmodiſſimè cōdi. [illegible] 34. Quidam in ollis fictilibus tuſam urunt, ac lauant in mortariis, poſtea [illegible]. A[illegible] eadem ſignificatione poteſt accipi. Vnde Plautinæ Aululariæ [illegible] nomen.
O[illegible] calix erat ligneus.
Orca uas eſt capaciſſimum, Hiſpanis peculiare, quo ſalſamenta, uinum & oleū, & [illegible] condebātur. Nomen traxit ab Orcæ marinæ ſimilitudine. Perſius: An [illegible] non fallier orcæ. Item Varro apud Nonium.
Oxybaphon dicitur uas acetarium. Cratinus poſuit pro poculo.
Paneria dicuntur uaſa uiminea, quibus panes inferuntur ad menſam. Statius lib. 1. Syl.

H[illegible]a, candidaſque mappas.
[illegible], epulaſque lautiores.

[illegible] eſt Panariolum. Martialis.
[illegible]is [illegible]us rediſti.
[illegible] nomē eſt poculi, apud Poſſidoniū, quo etiā in genere ſūt Pellicæ.
[illegible]is uas eſt [illegible]arium Mar. Cui portat gaudens ancilla paropſide rubra Alecē.
Patina [illegible] latum & aptum condendis obſonijs. Hor. lib. 1. Epiſt. Nec modica [illegible] olus omne patella.
Patera poculum [illegible]um ac patens Ver. li. 4. Aen. Ipſa tenens dextra paterā pulcherrima Dido.
Patina uas [illegible] quo dapes elixæ & iurulentæ ferūt ad mēſam, a patēdo, ut liquet.
[illegible] quibus excipitur [illegible]dum [illegible]getur.
[illegible]a[illegible]rium, in quo proprie pedes lauantur, quamuis etiam dicatur de alijs [illegible].
[illegible] Pelluuia uas quo lauantur pedes, a perluendo.
[illegible] in quo [illegible]ruabantur [illegible]nta.
Phiala [illegible], aut aquar[illegible]. Iuuenalis Sat. 5. Virro tenet Phialas, tibi non [illegible]. Conflabatur enim au[illegible]o. Noſtri Phialas uocant uaſa uitrea, [illegible]tum, aut aliquid ſimile reconditur.
Poculum uas quo bibit. Verg. Pocula bina noua ſpumantia lacte quotannis. Idem [illegible] Geor. Pocula ſi quando ſæuæ infecere nouercæ. Diminutiuum eſt Pocillum [illegible] una poſtea, te cum æque pocilla potitet. Hinc Pocillatores [illegible] poſteriæ.
[illegible] num[illegible] priſtis, Prochytis.
[illegible] aquam [illegible] lauādas manus. [illegible] Piſto apud Nonium, Aquam [illegible] date, [illegible] ſiniſtra manu teneto.
[illegible] uas [illegible] anſa & pates quod in ſacrificijs ſolebant ferre.
Pſycter [illegible] celeriter [illegible] Polluce. Ipſum refrigerā[illegible] erat [illegible] tamen Nicander poſuit pro um[illegible]. [illegible] Glaucū medicū inquit) in [illegible], caput [illegible] Pſycterem hauſit.
Pytinē [illegible] uas eſt grandius [illegible]. Podonipturū uas eſt, [illegible] lauantur [illegible] a Græcis.
Qualus uas uimineum, per quod [illegible] e prelo [illegible] dum calcat uua[illegible] ſpiſſo [illegible]. Columella [illegible] ſuos repoſuit [illegible].
Rhytium uas eſt lunari ſpecie. Mart. In [illegible] poteris Phœbe lauare pedes.

Sagana

Sagana dicitur, [illegible] alquid teritur. Nomen eſt etiam veneficæ apud [illegible].

Salinum vaſculū eſt, in quo ſal reponitur, ad menſæ vſum aut ſacrificia. Hora. Viuitur paruo bene, cui paternū Splendet in menſa tenui ſalinum. Perſius. [illegible] & ſine labe ſalinum.

Sartago dicitur patella, in qua caro frigitur, aliter vocatur Frixoriū. Hieronymus, Iuſſit ignem admoueri, & adhuc ſpirantem torreri in ſartagine.

Seleucides Athenæus pro poculis poſuit. Seria vas eſt ob longum & fictile. Liuius Etiā vico [illegible] fontem tanta vi aquæ fluxiſſe, vt ſeries doliaque (quæ [illegible] loco erat prouoluta) velut impetus torrentis tulerit.

Scaphium vas eſt excrementiciū, & ad recipiendam corporis fæcem. Aliter vocatur Matella Iuuen. Saty 6. Et ride poſitis ſcaphium cū ſumitur [illegible]. Capitur quandoque pro omni uaſe lati orificii. Luc. li. 6. Et ramenta ſimul [illegible] fu[illegible]tus ahenis in ſcaphiis.

Scutra ſeu Sutula, vas eſt forma rotūda, aliquādo minor diſco. Martia. accipit pro vaſe octo unciarum, li. 8. dicens: Beſſalem ad ſcutulam longo p[illegible] Nos etiam Scutellam dicimus.

Scutriſca vas itidem rotundum, quod à ſcuta videtur deduci. Conſule Catonē de Re ruſtica.

Scyphus vas eſt potoriū Herculi dicatū quo ueteres in cōuiuiis & laetitiis [illegible]bantur Cælius ait, Scyphos quaſi Scythos, à Scythis populis, qu[illegible] ebrietas. Hinc Scythiſſare, id eſt, inebriari. Inter Scyphos laudāt [illegible]tii, quibus Hercules primū in expeditionib. vſus eſt. Deinde Rhodiaci, [illegible]tibus Syracuſiis. De Scypho Ver. Et ſacer impleuit dextram ſcyphus.

Sinum uas erat ſinuoſum, aptū condendo lacti. Ver. Sinum lactis, & hæc tibi [illegible] Priape quotannis.

Sitarchia vas eſt repoſitoriū cibi. Hiero. li. 1. Regum, Panis deficit Sitarchiis [illegible]ſtris, & Sportulam non habemus.

Situla ciſta erat, qua ſuffragia populi colligebatur in creādis magiſtra[illegible] que ferē lis. Dicimus & Sitella. Cic. p Cornelio. Neq. maius eſt [illegible] cum intercedatur, quam ſitellā ipſam ipſo cum intercellore [illegible] capitur pro vaſe, quo aqua hauritur. Plaut. Si hanc ſitulam acceperis, [illegible] puteo animum intertraxero.

Solium vas erat quo lauabantur, qui nolebāt in thermis ſudare. Factū [illegible] ſumptu, ut eſſet argenteum, quo mulieres lauabantur. Mart. li. 2. Zoile [illegible] lium ſubluto podice perdis.

Sporta ſeu ſportula, vas eſt vimineum, caniſtro non diſſimile. Aliter poteſt vocari Corbis. Salluſtius lib. 2. Hiſt. [illegible] muris canes Sportis [illegible] mittebā. Capitur & pro diſtributione pecuniæ in populū, aut cibis ipſis qui diſtribuebatur. Iuuen. Satyra 1... Nunc ſportula primo Limine parua ſedet.

Stamnium a polluce numeratur inter uaſa vinaria.

Strigilecula eſt genus vaſis. Apul. Iuxtaq. honeſtam ſtrigileculam recta [illegible]ne clauſulæ flexa tribulatione ligulæ, vt & ipſa in manu capulo moraretur, &c.

Suturnium vrceolus eſt, ſeu gutus, ex quo aqua in p[illegible]uum diſtillar.

Sympiuium nas erat vinarium, quo vtebatur in ſacrificiis. Iuue. Sat 6. [illegible]dere Numæ, paruumque catinum.

Syntheſis vas eſt fictile, ex diuerſis uaſis cōpoſitū. Statius li. 4. Syl. V[illegible] ſyntheſin qui horres Alborum calicum, atque cacaborum.

Sirilcum vas erat plexile, in quod coniiciebantur fici.

Syrropes Syrrop[illegible]is, vas eſt fictile tribus fultum pedibus.

Talarus vocatur calathus, qui contexitur uiminibus. in quo coagulatur caſeus.

Tepidarium vas eſt, in quo aqua temperatur.

Targelus dicebat olla, in qua pcoquebant fructuū primitię in honorē [illegible]

Thericlei[illegible]

Thericlæum poculum eſt vinarũ, in quo bibitur, à Thericle quodã inuentore nominatum. Hinc natum adagiũ, Thericlæi amicus: in paraſitos & amicos mẽſæ.

Tinnia apud antiquos uaſa fuerunt uinaria.

Tragelaphum Cælius numerat inter pocula.

Trient al uas eſt, tertiam partem ſextarij capiens.

Trua, ſeu diminutiuũ Trulla, genus eſt vaſis, dictum à terendo Eo uaſe aqua fun debatur in lanatrinam. Febat Trulla ex ære Corinthio, & argento. Mart poſuit pro Scaphio li. 9. dicens: Clinicus Herodes Trullam ſubdua erat ęgro Hora. pro uaſe potorio, dicens: Qui Veiẽtanũ feſtis potare diebus Campana ſolitus Trulla, vappamque profeſtis.

Trulleum vas eſt latum & aquatile, quo perluuntur manus. Varro apud Nonium: Itaque ea ſibi modò ponere ac ſuſpendere, quæ vtilitas poſtularet. Trulleum, metallionem, peluim, naſiternam.

Vannus fœminei generis, vas eſt latum & vimine contextum, quo ſordes à frumẽtis auferuntur. Alij cribrum cereale vocant. Columela: Ipſæ autẽ ſpicæ melius fuſtibus tunduntur, vannis expurgantur.

Vrceus vas, quo aqua effũditur in vrnam Diminutiuũ eſt Vrceolus. Cato de re Ruſtica, de hoc & alijs compluribus ſic ait, Item in cella olearia hæc opus ſunt: Dolia olearia, & opercula, & labra olearia 14. Conchas maiores duas, & minores duas Trullas æneas tres, Amphoras olearias duas, vrceũ aquariũ vnũ, urnã quinquagenariã vnã, ſeſtarium olearium unum, Labellum unum, infundibula duo. Spongias duas, Vrceos fictiles urnales duos, Trullas igneas duas.

Vrna vas eſt fictile, quo auritur aqua Pontanus. Nõ riui crepitantis opem, non fictilis urnæ. In urna etiam quandoque vinum & oleum recõduntur. Cato de re Ruſtica: Vrnæ oleariæ, vrcei aquarij, vinarię urnę, & alia uaſa ęnea Capuę. Dicimus etiam Vinarium. Teſtis apud Nonium Varro.

SACCVLORVM NOMINA.

Fiſci Fiſcinæ & Fiſcellæ dicuntur marſupia, in quibus recõduntur pecuniæ publicæ. Vnde confiſcare verbum. Iuuen. Sat. 3. Res fiſci eſt, vbicunque natat.

De Hippoperis Anneus Seneca in Epiſtolis: Cancherio (inquit) vehebantur, impoſitis quidem hippoperis, vt ſecum utilia portarent.

Loculus ſeu Loculamentum dicitur capſa, in qua ſeruatur pecunia. Mart. Hos niſi de flaua loculos implere moneta Non decet, argẽtum uilia ligna ferent. Ouid. lib. 6. Faſt. Gramina continuo loculis de promit eburnis.

Mantica dicitur pera uiatoria.

Marſupium, Cato: Maiorem curam habere marſupij noſtri, quàm uiræ.

De Paſceolo Plautus in Rudente: Nummi, inquit, octingenti auri in marſupio inferunt, prꝫterea centum denaria Philippea in paſceolo ſeorſum. Idẽ de Saccipe rio & Vidulo: Quæ nam balęna, inquit, meum vorauit uidulum, aurũ atq; argẽtum ubi omne compactum fuit? Eadem illa credo quæ meũ marſupiũ, quod plenum argenti fuit in ſacciperio.

Pera capitur pro ſacculo. Erat autem peculiaris Cynicis. Mart. li. 4. Cum baculo peraq; ſene. Idem in Diſt. Dormiat & tetrico cum cane para rogat. Compoſitũ eſt Hippopera equeſtris capſa. Et Sacciperium, ex pera & ſacco.

Saccus in primis dicitur Culleus, ſeu maius marſupium, in quo frumẽtũ, aut quid aliud reconditur Diminutiua ſunt Sacculus & Saccellus Iuuen. Sat. 11. Sacculus e cœlo deſcẽdit. Saccus niuarius dicebatur pãnus lineus, quo niues attenuabãtur, vnde refrigerabantur vina. De hoc Mart. Attenuare niues norunt, & lintea noſtra.

Saccularii dicuntur latrones & inciſores marſupiorum. Plaut. appellat zonarios ſectores. Græci Balontiotomos. Aeſchinus apud Cęlium: Adducent, inquit, illum ueneficum, Balantiotomum, qui Remb. incidit.

SVB-

SVBSELIORVM GENERA.

Subſelliorum vocabula ſunt Tripodes,Stratum,Hemicyclum,Troclius,Exhedra, Lectica,Cathedra,Hypodion,Thorus,Sigeſtria,Scabellum,uel(vt alij malunt) Scamellum Silicaſtrum,Sella,Biſſellium,Scimpodium, Gellius Græcienſæ vocat,quòd frequens fuerit in Græcia:Offendimus,inquit,Frontonem Corneliũ in ſcimpodio Græcienſi cubantem,quũ pedes grauiter ægrotaret.Erant & Stybadia,thori humi iacentes,ex lignis.ramisve ſtructi Accubita,& Accubitæ,ſedilia ſunt accũmbẽtium, vt etiam Sponda. Verg. Aulæis iam ſeſe regina ſuperbis Aurea Compoſuit ſponda.

VEHICVLORVM GENERA.

Arcirna plauſtrum eſt exile,aptum ferendis hominibus.Blondus Arcetam vocat, aitq.ruſticũ eſſe plauſtrum,tectum undique,quo ſenes & ægroti uectari ſolent, Phauorinus apud Gellium:Si homo in ius uocatus. morbo aut ætate æger ad ingrediẽdũ inualid⁹ eſt,arcera nõ ſterniť,ſed ipſe aufertur,& iumẽto imponiť.

Baſterna vehiculum eſt itinerarium,quod mollibus ſtramentis compoſitũ a duobus equis,aut alijs animalibus deportatur.Ammianus Marcellinus: Quo comitatu,inquit,matronæ complures coopertis capitibus & baſternis per latera ciuitatis cuncta diſcurrunt.

Benna uocabulum eſt Gallicum ſignificans quoddam uehiculi genus in quo qui vehũtur,dicuntur Cõbennones,ideſt,ſedentes in eadem bẽna.Biga currus dicitur duob.equis uolubilis,vt Triga tribus,Quadriga quatuor.Diciturque Biga quaſi Bijuga.Plin.Bigas primum tinxerũt Phrygij,Quadrigas Ericthonius.Auguſt.Vinctos duos equos bigas vocamus.Suetonius in Tiberio:Natalẽ ſuũ plebeis incurrentem Circenſib.vix unius bigæ abiectione honorari paſſus eſt:Nota argentei nummi fuerũt bigæ atque quadrigæ. inde Bigati & Quadrigati dicti.Grãmatici contendunt Bigas pluratiuo ſolum numero dici debere , quoniã multitudinis numero tenentur.Nam ſicut quatuor equi iũcti quadrigas faciũt, ita iunctos duos equos bigas uocamus.Grammaticorum autem opinioni refragatur,autoritas ueterum, qui bigam & quadrigam ſimulari numero dixerunt. Statius:Roriferũ gelida tenuauerat aera bigæ.Plin. In sũmo mauſoleo eſt quadriga marmorea.A Triga fit Trigarium,id eſt trigarũ certamen Plin. Ne equos quidem in trigarijs præferri ullis vernaculis animaduerto.De Quadrigis ſic ait Gel Quadrigas Cæſar(etiamſi currus unus equorum quatuor iunctorũ agmen unum ſit)pluratiuo ſemper numero dicendas putat.

Birotum vehiculum eſt duas habens rotas, vt aperta dictionũ monſtrat cõpſitio.

Burdones fuerunt uehiculi genus,unico homini ferendo idoneum.

Eſt & Cantherium genus vehiculi Seneca epiſt.3.M.Cato Cẽſorinus,inquit(quẽ è Repub.tam fuit naſci,quam Scipionem: alter enim cũ hoſtibus noſtris bellũ, alter cũ moribus geſſit)cantherio vehebatur Aethiopico.Canthus vero ferrum eſt,quo rotæ uinciuntur,teſte Quintiliano,Perſius Saty.5. Nã quamuis propere,quamuis temone ſub vno Vertentem ſeſe fruſtra ſectabere Canthum.

Carpentum uehiculum eſt Petorito prope ſimile,dictum quaſi Carmẽtum,mutatione unius literę,a Carmenta Euandri matre.Vide Ouid.li.1.Faſt.Nam prius Auſonias matres Carpenta uehebãt,&c.Corn.Tacitus,Suum quoque faſtigiũ, inquit,Agrippina altius extollere,capento Capitolium ingredi,qui mos ſacerdotibus & ſacris antiquis conceſſus,uenerationem augebat fæminæ.

Carruca uehiculũ eſt , cuius actores dicũtur Carrucarij Spartianus de Alexãdro Seuero,Carrucas Romę & rhedas ſenatorib.omnibus, vt haberẽt argẽteas permiſit:intereſſe Romanæ dignitatis putans,ut his tantæ urbis ſenatores uectarẽtur.Antiquitus Carrucæ ex argento cælabantur.Plin. Carrucas quoq.ex argento cælari inuenimus.Nero nunquam paucioribus mille carrucis iter facile dicitur.Mart.li.3.Aurea quòd fundi pretio carruca paratur.

Ciſium uehiculũ eſt duabus rotis uolubile. Vnde Ciſiarius, ideſt Carrucarius Cicero 2. Phi. Inde Ciſio celeriter ad urbẽ aduectus, domũ uenit capite inuoluto. Vitruuius. Sunt innumerabiles moderationes machinamentorum, ut ſunt rotę, folles, fabrorum, Rhedæ, Ciſia torni.

Comba. Sabinorum lingua, ſignificat lecticam.

Couinus currus erat Britãnicus, qui ſine auriga equis puſilis trahebatur. Mart. lib. 12. O iocunda Coruine ſolitudo, Carruca magis, Eſſedoq. gratum. Sulpitius ait conuinum currum eſſe cameratum Gallorum lingua ubi carmen illud Lucani ex lib. 1. Pharſ. declarat, Et docilis rector monſtrati Bulga Couini.

Currus dicitur uehiculum, quo veteres ad curſum utebãtur. Hoc proprie ueteres in bello, ruſticisq. & alijs neceſſitatibus utebantur. Plut. tamẽ de Cæſare, Quũ per Italiam, inquit, Cæſar curru ueheretur, ſemper Antonium una ſecũ habuit. Diminutiuum eſt Curriculus, uel Curriculum. Curtius: Aliorum turbati eq. in amnem præcipitauere curricula. Capitur etiã pro curſu. Cic. pro Rabirio: Exiguum nobis uitæ curriculum circumſcripſit.

Eſſeda currus erãt Britannis peculiares, quibus utebãtur in bello. Vnde & Cæſar in Commẽtarijs, Eſſedarios uocat milites Britannos, qui ex Eſſedis pugnabant & ex his interim deſiliebãt, rotarumq. ſtrepitu Cæſarianorum ordines cõturbabant Propertius lib. 2. Eſſeda cælatis ſiſte Britanna iugis. Oui. Paruaque quam primum rapiẽtibus Eſſeda Mannis. Horum tamen curruum inuentũ Gallis acceptum refertur. Propterea Ver. lib. 3. Geor. inquit: Belgica uel molli melius ferret Eſſeda collo. Interim Eſſedũ promiſcue pro quouis curru accipitur. Trãquillus in Auguſto: Nos in Eſſedo panẽ & palmulas guſtauimus. Eſſedarij uocãtur, ductores eſſedorum. Idẽ in Caligula: Quum quodam die muneris eſſedario Porio ob proſperam pugnam ſeruũ ſuum manumittẽti ſtudioſius plauſum eſſet.

Lectica frequentiſſimum fuit apud priſcos uehiculũ, quo nobiles, uiri & fęminæ utebantur. Integebatur uelis oculos à puluere, ſole, & uentorum flatu defendẽtibus: quorum aliqua erant denſiora, ad arcendam pluuiam grandinem, & alios rigores hyemis. Erat duorum capax, ea tamen unicus homo quãdoq. ferebatur. Sueton. de Nerone: Matris ſæpe Lectica per publicum ſimul uectus eſt. Et ſuccollabant deni duodeniq; ſerui quibus longo in itinere uicarium in laborẽ, alij ſuccedebant, conficiebanturq. eo vectationis modo & longa ſimul, & inquieta, & quam libuiſſet accelerat itinera. Seneca: Non faciet te beatũ turba ſeruorũ, lecticam tuam per itinera vrbana aut peregrina portantiũ. Iuuen. Namque facit ſomnũ clauſa Lectica feneſtra. Diminutiuũ eſt Lecticula. Sueton. in Auguſt. A cęna in lecticulam ſe lucubratoriam recipiebat. Lecticarij dicũtur, ſerui, qui dominum in lectica portant. Idem in Caligula: Ad primũ tumultum Lecticarij cum aſſeribus in auxilium accurrunt. Curtius ait, Alexandrum magnum crure uulneratum, uſum fuiſſe Lectica militari in expeditione.

Octophorum fuit octo rotarũ uehiculum, quo ſolus uſus eſt Caligula. Vnde Suetonius: Interdũ ſegniter & delicate inceſſit, ut Octophoro ueheretur. Alij octophorum uocant lecticam delicatam, quam octo ſerui humeris ſuis ferebant, iacentibus reſupinis ibidẽ magnatib. Mart. Octophoro ſanus portatur Auite Philippus, Hũc tu ſi ſanũ credis Auite, furis. Vt etiam Hexaphorũ lectica, quæ ſex miniſtris ferebatur. Mar. li. 2. Laxior hexaphoris tua ſit lectica licebit. De hac intellexiſſe uidetur. Iuuen. ſcribens: quum iam ſexta ceruice feratur, Hinc atq. inde parens.

Petoritũ Gallica uox eſt, autore Gellio, ſignificans aliud quoddã uehiculi genus quatuor rotis ductile Plin. lib. 34. Cæpere deinde & eſſeda, & uehicula, & petorita exornare. Hor. 1. Ser. Atque caballi Paſcendi, ducenda petorita, nunc mihi curto Ire licet mundo.

Pilentum uehiculum erat, quo ferebãtur matronæ. Erat cõſimilẽ Petorito. Varro

ſcribit,

Vncique puer monſtrator aratri. Sidon. Non cum Triptolemo uerêdam Eleuſin, qui primas populis dedere ariſtas.

Ceres cultum terræ & fruges. Ver. 1. Geor. Prima Geres ferro mortales vetere terram Inſtituit, cum iã glaudes, atque arbuta ſacræ Deficerent ſyluæ, & victũ Do dona negaret.

Peletronij Theſſaliæ populi fræna. Ver. Frena Peletronij Lapithę, gyrosq. dedere Impoſuit dorſo, atq; equitem docuere ſub armis Inſultare ſolo, & greſſus, &c.

Belgæ eſſeda vehicula. Verg. li. 3. Æn. Bulgica vel molli melius feret eſſeda collo.

Ariſteus rex Arcadiæ apũ & mellis vſus. Ver. lib. 4. Geor. Tempus & Arcadij memoranda inuenta magiſtri. Pandere, quoqne modo cæſis iã ſæpe iuuẽcis Inſincerus apes tulerit cruor. Oui. inuentum mellis Baccho tribuit libro 3. Faſto. Libadeo fiunt, ſuccis, quia dulcibus idẽ Gaudet, & a Baccho mella reperta ferunt.

Achates, ignem ſilice excutere. Ver. li. 1. Æn. Ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates Secundum alios Pyrodes Cilicis filius.

Aegyptij ſiſtrum. Verg lib. 8. de Cleopatra. Regina in medijs patrio vocat agmina ſiſtro Oui li. 3. Eleg. Quid nũc ſacra iuuant, quid nũc Aegyptia proſunt Siſtra.

Apollo medicinam. Vnde Oui. lib. 1. Met. ſic loquitur: Inuentum medicina meum eſt, opiferque per orbem Dicor, & herbarum ſubiecta potentia nobis.

Ægyptij linum. Oui. li. 1. Met. Nunc dea linigera colitur celeberrimâ turba Secũdum alios Arachne.

Talus puer ferram. Ouid. lib. 8. Ferroque incidit acuto Perpetuos dentus, & ferræ reperit vſum Primus.

Iaſon & Tiphis nauim, ſecundum eccleſiaſticos Noe. Ouid. lib. 1. Met. Primęque ratis molitor Iaſon. Tibullus hoc inuẽtum Tyrijs aſcribit dicens: Prima ratem ventis credere docta Toros. Mercurius lyrã. Stat. in Syluis: Vocalis citharę repertor Arcas.

Gręci trochum. Hor. lib. 3. Carminum: Venarique timet, ludere doctior Seu Græco iuberis trocho, Seu malis vetita legibus alea.

Archilochus iambicum carmen. Hor. in Arte: Archilochum proprio rabies armauit iambo.

Bacchus vinum. Ouid. lib. 15. Victa racemifero lynces dedit India Baccho.

Zoroaſtres artem magicã, Stroza pater: Nec Zeroaſtreas artes, magicive requiram Carminis auxilium.

Purpuram Hercules. Politian. in Ruſt. Aut bis in Herculea Mileſia vellera cõcha Verſantur.

Alcman poeta carmen amatorium.

Anaximander Mileſis horologium & ſpheram.

Bizes Nazius tegulas.

Sp. Carbilius grammaticus G literam.

Claudius Centinianus R literam.

Daphnis paſtor carmen Bucolicum.

Palamedes Nauplius ordinem literarum.

Corax & Creſias Siculi, artem & præcepta Rhetoricæ.

Ibicus Rheginus Sambucam.

Perillus taurum æneum, qui propterea dicitur Perillæus. Oui. Ipſe Perillæo Phalaris permiſit in ære Edere mugitus, & Bouis ore queri.

Pyſeus & Ayrrheus æneam tubam.

Phemonoe carmẽ hexametrũ. Polit. Et Delphica lõgos Phemonoe cõmẽta pedes

Simonides Ceus artem memoriæ.

Amphion rationem muſicam.

Ariſteus lactis coagulum.

Acreus Solis eclypſim. Æſculapius dentium euulſionem.

Argillus quadrigam in Græcia.
Amphitrion ſomniorum interpretationes.
Anagallis puella ludum pilæ.
Palamedes aleam.
Tages artem auriſpicinam.
Capaneus ſcalas.
Cadmus lapidicinas,auri & metallorum conflaturam.
Cyclopes ferrariam fabricam.
Cecrops coniugium apud Athenienſes.
Dædalus fabricam lignariam,aſciam,& perpendiculum.
Empedocles artem oratoriam.
Epimetheus ſtatuam ex luto.
Etholus iaculum.
Gorgoris mellis vſum apud Hiſpanos.
Anaximenes vmbrarum rationem.
Cadmus ſolutam orationem.
Belus ſcientiam ſyderalem.
Ethruſci prætextas veſtes.
Idæi Phryges acu veſtes facere,Aurum Attalus intexere,Alexandrini colores picturæ intexere,Galli ſcutulis diuidere.
Fuluius Hirpinus viuaria inuenit,L.Sergius Orata Oſtrearum,Licinius Murena reliquorum piſcium,C.Hirtius murenarum,Deliaci gallinas ſaginare.
M.Lelius auiaria.
Cn.Matius nemora tonſilia.
Argens agrorum ſtercorationem.
Numa deorum cultum apud Romanos.
Mercurius Moly herbam:Hercul Heracleon herbã,Mercurius parthenion,Achilles Achillaon,Melãpus Melampion,Teucer Teucron,Gentius rex Gẽtianam, Lyſimachus Lyſimachiam, Iuba rex Euphorbiam,Scythæ Scythicen,Thraces Ichemonẽ,Vetones Betonicã, Seruilius Democrates Hiberidem,Hirundines Chelidoniã,Canes canariã,Ciruæ Elaphoboſcõ,Sardonia Peucedanũ herbas.
Ancus Martius Salinas.
Seruius rex æs ſignare.
Callias Athenienſis minium.
Aſinius Pollio bibliothecam apud Roman.Glycera coronas.
Dibutades plaſticem.Græci ſubdialia.
Annus Ægyptius vſus clibanorum,in quibus panes coquerentur.
Apollodorus pictor umbrarum imitationem.
Staphilius uinum aqua diluere.
Glaucus ferruminationem.
Attacius artem magicam in Thracia.
Attalus tapetes,qui propterea dicuntur,Attalici.
Dipelus,ſculpturam marmoris.
Dithirambus Thebanus uerſus dithyrambicos.
Endymion curſum Lunæ.
Iphitus Olympiadem.
Meliſſus rex Cretenſis,deorum ſacrificia.
Paralus,longam nauem.
Piſunus Iouis filius,& Dauni pater,piſendi frumenti vſum.
Prometheus,ignem in ferula ſeruare.
Thon apud Ægyptios medicinam.
Thymele mulier ſaltationem ſceuicam.Mart.Qua Thymelẽ ſpectas,deriſoreque

Latinum

Latinum Illa fronte precor carmina noſtra legas.
Ægyptij vel Cleantes picturam.
Rhodij Celocem nauem.
Cinyras tegulas.
Ægyptij ciuitatem regiam.
Hoſtilius rex latum melauum, genus veſtimenti.
Craſſus coronas argenteas.
Danaus puteos.
Bacchus diadema. Nicias artem fullonicam. Cloſter fuſos.
Hanno Carthaginenſis leonum manſuetactionem.
Chiron artem herbariam.
Salaminij hyppagium.
Hortenſius pauos occidere. Lydi lanas inficere.
Dædalus malum nauis.
Thraſon muros vrbium.
Typhis ad minicula nauium.
Nero aquæ decoctionem.
Perſæ vnguenta Rhadamanthus leges.
Zeno Eleates & Alexamenes dialogos.
Sp. Coruinus diuortium. Prometheus oues occidere.
Boetius artem ſutrinam. Thales horologium apud Mileſios.
Bacchus triumphos. Cyclopes turres.
Phryges vehiculum quadrirotum. Icarus vela.
Lycurgus munus humandi. Oppidum Cecrops.
Rhadamanthus Aſſyrias literas: Anubis & Mennō Ægyptias: Phœnices Græcas: Carmenta euandri mater Latinas.
Copæ populi remum. Plateæ populi latitudinem remi.
Phælon nummum & menſuras. Vulcanus fabricam.
Minerua artes. Meſon comicus perſonam.
Damon Atheniēſis remiſſam harmoniam. Clonas elegiographus tibicinicas regulas, & concentus. Terpāder citharœdicas. Polymneſtus Colophonius, carmina heroica: ſecundum alios Phemone: vt alijs placet, Delphici in honorē Apollinis poſt interfectum Pythonē Sabel... Heroica carmina Phæbo Delphica poſt cæſum cecinit Pythonia iuuētus. Olympius Phryx legem tibialem. Hyagnis tibiā lugubrem. Cecrops ſimulachra. Pelaſgus tuguria. Lycaon Lycæa. Rhœcus, & Theodorus Samii, artem æris fundendi & cōflādi ſtatuas. Theuth numeros, ſupputationem geometriam, talorum & alearum luſum.
Artaxerxes Longimanus legem uenationis.
Chalybes ferrum.
Combe puella, Aſopi filiam armaturam Æneæ.
Anacharſis folles anchoram, bidentem, figuli rotam.
Pyxodorus vſum marmoris.
Aſclepiades medicos lectos penſiles.
Archytas crepitaculum.
Creſibius hydraulicas machinas.
Pollux palæſtram: ad quod alluſit Stat. lib. 2. Syl. Siue cathenatis curuatus mēbra palæſtris Starete Amyclæa conceptam matre putares.
Chus filius Cham, idolatriam. Ninus bellum.
Vulcanus fulmen. Pontanus: Tum deus ignipotens inuēto fulmine primum Ipſe ſuum miratur opus.
Lydi ludum teſſerarum. Darius tributa.
Amazones ſecurim, quę propterea Amazonia & Pētheſilæa dicitur, & Thermo-

dontia, quòd Amazones ad Thermodontem fluuium habitauerint Horat li. 4. Car. Amazonia ſecuri Dextras obarmet Ouid. lib. de Pōto: Nec tibi Amazonia eſt pro me ſumēda ſecuris. Mant. in Alphonſo: Pēcheſilæa non inferiora ſecuri.

Cottalus Siculus libare pocula.

Lycaon bellorum inducias.

Prætus & Acritus clypeos autore Plin.

Loricam Mydias Meſſenius.

Gladium galeum, haſtam Lacedæmonij.

Ocreas & criſtas Cares. Arcum & ſagittam Scythes Iouis: Iaculum cum amento Ætolus Martis filij.

Lanceas Ætoli. Haſtas velitares, & pilum Tyrrhenus. Piſeus uenabula, ſcorpionē Cretes.

Catapultam Syri. Balliſtam & fundam Phœnices.

Teſtudines Artemon Clazomenius.

Arietem Epœus repertor machinæ Troianæ.

Turres ambulatorias Diades miles Alexandri.

Equeſtrem pugnam Centauri. Bigas Phryges.

Ordinem exercitus, ſigni dationem, & vigilias Palamedes in bello Troian. fœdra Theſeus.

Sermones primus de equitatu ſcripſit.

Corſes primus barbam ſibi raſit Alexandro ſeculo.

Alexander Citherius primus pſalterium implicauit chordis.

Aginetæ primi nummum cuderunt.

Maris Theſſalus primus equum aſcendit.

Gregorius Pont. Max. Primus ſe Seruum ſeruorum Dei appellauit.

Paulus heremita ſolitudinem heremiticam inuenit.

Caliſtus Pont. ieiunia quatuor temporum.

Sinon Græcus ſpecula. Sidonius menſuras & pōdera, regnāte apud Solymos Hieroboam.

De literarum inuentoribus reperit ſunt ſequentes verſus admodum uetuſti, quos Crinitus ait ſe legiſſe in bibliotecha. Septimana. Moyſes primus Hebraicas extrauit literas, Mēte Phœnices ſagaci cōdiderunt Atticas. Quas Latini ſcriptitamus edidit Nicoſtrata. Abrahā Syras, & idē reperit Chaldaicas. Iſis arte nō minore protulit Ægyptias, Gulfila prompſit. Getarum quas videmus ultimas. Ægyptij Geometriam inuenerunt.

Dierum natalium obſeruationem Chaldæi.

Scapham Libyci.

Sunt & diſciplinę quædā, quarum inuētum Muſis tribuitur. Clio fertur hiſtorias inueniſſe Melpomene tragœdias, Thalia comœdias, Euterpe tibias, Terpſichore pſalterium, Erato geometriam, Calliope literas, Vrania aſtrologiā, Polyhymnia rhetoricam. De alijs rerum inuentoribus uide Plinium.

QVI SVIS INVENTIS PERIERVNT.

Thraſius ſeu Thraſſillus quum ad exorandas a Ioue pluuias, Buſirim docuiſſet hoſpites immolare. interfectus eſt omnium primus. Ouid. in Ibin, Vt qui poſt annos ſacri monſtrator iniqui, Elicuit pluuias victima cæſus aquas. Idē lib. 1. de Arte. Dicitur Aegyptius caruiſſe iuuantibus arua, &c.

Perillus quoque in tauro æneo (quē ad reos torquendos excogitauerat) a Phalaride combuſtus eſt. Ouid. in Ibin: Aere Perillæo ueros immittere iuuencos, Ad formā tauri cōueniente ſono. Idem libro quarto, de Arte amandi: Et Phalaris tauro uiolenti membra Perilli Torruit, infelix imbuit autor opus. Idem in Triſtibus Perillum primò, deinde Phalarim ſic inducit loquentes:-- Vt in unus munere penſes, De pcor ingenio munera digna meo. Dixerat & Phalaris pęnę

mirandæ

mirãdæ repertor, Ipſe tuũ pręsẽs imbue dixit opus. Claudianus li. I. in Eutrop.

Si opifex tauri tormentorumque repertor.
  Qui funeſta nouo fabricauerat æra dolori.
Primus inexpertum Siculo cogente tyranno.
  Senſit opus, docuitque ſuum mugire iuuencum.

Phalaris quoque tyrãnus, eodem poſtea tauro incluſus, & crematus eſt, quo alios prius ſuffocauerat. Oui. in Ibin: Vtq; ferox Phalaris lingua prius enſe reſecta, More bouis Paphio clauſus in ęre gemas.

Pygmalion frater Anthæi quum immolationem hoſpitum docuiſſet, deorum aras ſuo ſanguine inſtar cæterorum imbuit. Ouid. in Ibin: Frater vt Anthæi, quo ſanguine debuit aras Tinxit, & exemplis occidit ipſe ſuis.

Diomedes ab Hercule datus eſt in pabulũ ſuis equis, quos humano prius ſãguine ipſe pauerat. Oui. in Ibin: Vt qui terribiles pro gramen habentibus herbis, Impius humano viſcere pauit equos. Scyrõ latro in Attica, à Theſeo in mare præcipitatus eſt, quo prius hoſpites ipſe deturbabat: cuius oſſa mutat dicũtur ĩ ſcopulos. Icarus pater Erigoues, quum Atticos vſum viñi docuiſſet, ab eis in ebrietatem lapſis interfectus eſt. Oui. in Ibin. Muneribusq; tuis lędaris, vt Icarus, in quem Intulit armatas ebria turba manus. Ageſta Siciliæ fuit oppidum, in quo principatus eſt Aemilius Cenſorinus, qui noui tormenti inuẽtores muneribus cumulabat. Cui quum Aruntius Paterculus equum ex ære factum ad fõtes perimendos excogitaſſet, e iuſdẽ iuſſu primus eo cõiectus eſt, & ibidẽ enecatus. autor Ariſtides Mileſius apud Plut.

DE VARIIS VIRTVTIBVS AC VITIIS.

TITVLVS VII.

RELIGIOSI.

PEricles ſuggeſtum aſcenſurus dijs uota faciebat ne verbum aliquod inconſultè & imprudenter euomeret. Alexander Macedo mane ante omnia dijs ſacra faciebat.

Numa inſtituit deos fruge colere, & mola ſalſa ſupplicare.

L. Albinus vxorem & liberos in uia pedibus ire iuſſit, vt veſtales cum ſacri currui ſuo imponeret.

Tempore bellorum Sylla Apollinis imagunculam ferebat in ſinu, quam imminente diſcrimine oſculabatur, & velut adiutricem inuocabat: autorę Plutarcho.

Ludouicus Craſſus, Francorum rex, ſacerdoti Euchariſtiam afferenti obuiam proficiſci ueluit, quamuis grauiſſimo affectus morbo.

DE CHARITATE IN PATRIAM EXEMPLA.

Quũ Lacedæmonij ob interfectũ cõtra ius gẽtiũ Xerxis legatũ peſte laborarẽt ad finem mali reperiẽdũ utile fore dixerunt, ſi quis ex Lacedæmone facinus indignum ſua pẽlaret morte. Quod audiẽte Spartius & Bulides læti ſe obtulerũt, & ad Xerxẽ profecti cultris deuorauerunt iugulos, vt violato iuri ſatisfacerẽt.

Ageſilaus filium ſuum Pauſaniam inedia conſumpſit, quod quinquaginta auri talenta accepiſſet à Xerxe, ut Spartam proderet.

Eadem ratio impulit Caſſium ad inferendam Craſſo Bruto filio ſuo mortem, ꝙ is

portas vrbis Romæ dicta mercede Latinis voluiſſet aperire, vtriuſq; exempli teſtis eſt Plutarchus.

Dion Syracuſanus vſq. adeò patriæ ſtudioſus habitus eſt, vt animum ſemper adiecerit eam liberandã à Dioniſij tyrannide. Quod tandem fecit virtute, pulſo in exilium tyranno.

Demarathus Lacedęmonius patria pulſus, quum Athenis exularet, nõ potuit tamen ſuos non munere belli, quòd tacite parabant Athenienſes.

Aratus Sicyonius patriam liberauit à Tyrannide.

Erectheus in Eumolpum bello cõtendens, conſuleis oraculis reſponſum habuit, futuram ſibi & patriæ victoriã, ſi filiam immolaſſet. Quod quum audiſſet, filię vitam abſtulit. vt afferret ſalutem patriæ.

Cleomenes dux Spartanorum, contracto cũ Ptolomæo fędere aduerſus Antigonũ & Achęos, in pignus fidei perpetuæ matrem eidem Ptolomæo dedit obſidem. Quæ cũ reſciſſet honeſtiſſimas pacis cõditiones Cleomeni filio offerri ab Achæis, literis eũ monuit, ne propter carioſum vetulæ corpus pacem illam renueret, quã intelligeret eſſe vtilem patriæ.

Regnante apud Phrygios Myda, quum prope Celenas vrbem dehiſcẽs terra ſeſe aperuiſſet, erupiſſetq. ex ea voragine vis aquarum plurima, propinquas domos eruens: rex oraculo conſulto, quid ea in re faciendum eſſet, reſponſum habuit; Hiatum illum nõ prius clauſum iri, quàm quis intro ſe demitteret ad pacãdã irã numinum. Quod videns Ancurus. Midæ filius, dato patri & vxori oſculo in voraginem præceps deſilijt. autor Plutarch.

Argiuis Thebas obſidẽtib. Męneceus Thębanus pro patrię ſalute ſe è muris pręcipitem dedit, gladio iam perfoſſus Stat li. 16. Inſignemque animam mucrone coruſco Dedignantẽ artus pridem. męſtamque teneri Arripit, atque vno quæſitãm uulnere rumpit. Sanguine tunc ſpargi turres & męnia luſtrat. Seque ſuper medias acies nondum enſe remiſſo Iecit, & in ſæuos cadere eſt, conatus Achiuos.

Vlyſſes apud Caliпſo, patriã pręlulit immortalitati. autor Cicero in orationibus his uerbis: At ſi nos patria delectat. Quirites, cuius eſt tantus amor, vt Ithacam vir præſtantiſſimus, nidulũque illũ affixum ſatis immortalitati prętulerit. multi tamen extra patriam melius rem geſſere.

Cretinus Magneſius bello Mithridatico aduerſus ipſum Mithridatẽ delegit imperatorẽ Hermiam, quò cum tamen priuatas gerebat inimicitias, profeſſus ſe interim iturũ in exilium, ne quis tumultus ob illã ducum factionem suboriretur. Quód ſi patria mallet Cretinum imperatorẽ, quam Hermiam, orauit út interim exularet Hermias. Aduerſarij modeſtia permotus Hermias, ſponte exulauit.

Quum Athenięſes à Doriẽſibus bello præmerẽtur, adeò vt reſiſtere non poſſent diffidentia humani auxili, ad Apollinis oraculum cõfugerunt. Conſultus deus ſuper futuro rerum ſtatu & uictoria, reſpondit, Partem illã victricẽ fore cuius rex occumberet in ipſo bello. Quod reſponſum quum vtrique exercitui innotuiſſet, vtrinque edictum eſt, ne quis regẽ hoſtem interficeret. Id vbi cognouiſſet Codrus Athenienſium rex, depoſitis inſignibus imperij familiarem & abiectum cultum induit, diffuſis hoſtibus ſe obijciẽs, vnum ex his falce percuſſum in cędẽ ſuam cõpulit. Quo facto uictoriam ſuis reliquit. Hor. lib. 3. Car. Codrus pro patria non timidus mori.

Thraſybulus tanta fuit in Athenas charitate ut parua ſtipatus militũ manu animum adiecerit ad eam liberandum à triginta tyrannorum teterrima dominatione. Cui interim operi quum quidã interrogaſſet hoc modo: Quãtas tãdem tibi Athenæ p te libertatẽ conſecutæ gratias debebunt Traſybule? Reſpõdit: Dij faciant, vt quantas ipſe illis debeo, videat retuliſſe.

Themiſtocles

Themiſtocles Athenis patria pulſus coactus eſt ſe recipere ad Xerxē Perſarū regem, quem prius debellauerat. A quo mira exceptus beneuolentia & hoſpitalitate, quum poſtea ſolicitaretur ad inferendum ingratæ patriæ bellum, mortē ſibi conſciuit, epoto ſanguine taurino.

Quum Carthaginenſes & Cyrenenſes diſceptantes de finib. agrorū, mutuis bellorū cladib. ſe attriuiſſent, ad dirimendā armorum cauſam in hoc fœdus coiuerunt, vt certo die vtrinque legati domo próficiſcerentur, & quo in loco obuij inter ſe fuiſſent, communis vtriuſque populi finis haberetur. Miſſi ſunt igitur ex Chartaginēſib. duo fratres nomine Phileni, qui quū ſeu feſtinantiſſima celeritate, ſeu greſſu citra horam conſtitutam maturato in lōgius terminos promouiſſent: Cyrenēſium iuuenes de fallacia eorum queſti optionē fecerūt Carthaginenſibus, vt vel illi quos fines populo ſuo peterent, ibi viui obruerētur, vel cōditionem hanc ſibi relinquerent. Phileni conditione probata, uitam ſuā Reipublicæ condonauere, & uiui obruti ſunt. Carthaginenſes in rei memoriam mortuis aras poſuerunt, hiſque honores diuinos domi conſtituerunt.

Ariſtoteles Athenis in lectulo iacens non potuit tamē nō eſſe ſolicitus de patria. Quam quum euertiſſet Alexander, ab eodem literis obtinuit, vt inſtauraretur.

Theſeus quamuis Aegei Athenarum regis (aut, vt placet Ciceroni & Plutarcho, Neptuni) eſſet filius, nō grauatus eſt tamē deuouere ſe Minotauro, vt patriā ſeruitute eximeret. Catul. Ipſe ſuū Theſeus pro charis corpus Athenis Proijcere optauit, potius quam talia Cretam Funera Cecropiæ, ne funera portarentur.

Brotogenia & Pandora filię Erichthei Athenarū regis, ingruente Bœotico bello, ſe pro patriæ ſalute vltro iugulandas obtulerunt, & immolandas. Quod factū eſt in pago Hyacintho, vnde & virgines Hyacinthides ſunt cognominatæ.

Quodam tempore quum annonæ caritas Atticam præmeret, conſulta oracula cecinere finem malo non prius futurum, quam aliqua immolaretur puella. Id vbi reſciuit Leos Orphei filius publico permotus bono filias ſuas, Phaſitheā, Theopem, Eubulen, exhibuit immolandas.

Macaria quoque Herculis filia pro incolumitate publica ſe deuouit.

M. Lepidus Pont. Maximus & M. Fuluius in cenſura collegæ priuatas inimicitias ad patriæ utilitatem poſuerunt.

P. Seruilius & M. Lucullus priuata quoque odia reliquerunt in adminiſtratione Reipublicæ.

Tres fuerūt Decij, qui pro ſalute patriæ ſeſe deuouerē. Pater, quum Latino bello Romanorum aciem inclinatam penè, & iam proſtratam videret, ſeipſum deuouit ac protinus concitato equo in medium hoſtiū agmen, patriæ ſalutē, ſibi mortem petens, irrupit: Filius in quarto cōſulatu. Q. Fabij collega aduerſus Gallos & Samnites profectus, pro patriæ fortiſſime pugnans, occubuit. Nepos perijt in bello Pyrrhi, quod geſſit pro Tarētinis. De his Cic. li. 1. Queſt. Tuſc. Si mors, inquit, timeretur, nō cum Latinis pater Decius decertans, cū Ethruſcis filius, cum Pyrrho nepos hoſtiū telis occubuiſſent. Idem in 1. Paradoxo de his & quibuſdam alijs.

Romanus populus Cannēſi clade attritus, quum nihil niſi de fuga, & patriæ cogitaret exilio: Scipio African⁹ adhuc admodū iuuenis ſtricto gladio mortē vnicuique minitans, iurare omnes, nunquam ſe relicturos patriam, coegit. De Attilio Regulo, Coclite, Fabijs, Epaminunda & Lyſandro varijs in locis, vt res poſtulauit, locuti ſumus.

Quum in vrbe Roma hiatus terræ paulatim excreſcens accidiſſet, Curtius amore patriæ intrò ſe demiſit, ac patriam a crudeliſſima peſte liberauit.

P. Rutilium pulſum Roma, & exulantem, quū neſcio quis monuiſſet ad inferendū patriæ bellum, quo facilius reditum aſſequeretur: reſpondit, ſe ciuium ſalutem pluris facere, quam reditū ſuum, & malle ut exilij ſui puderet Romanos,

quã propter reditum defleret patria Monitus in ſomnis. M. Marius cõſul, ſe ex Cymbris victoriam reportaturum, ſi filiam Calphurniam ſacrificaſſet, arrepto cultro paruit nocturnis phantaſmatibus, & filiã immolauit. autor Plut. ex teſtimonio Doſithæi Græci. Quũ Cæſar odio Põpeij patriam vellet opprimere, M. Brutus ipſi Pompeio adhæſit, à quo tamẽ ſciebat patrẽ ſuum bello Syllano interfectum fuiſſe Mutinæ, condonauitque priuatas iniurias patriæ.

Nihil Caſſium Cheream compulit ad inferendam Caligulę ſanguinario principi mortem, præter charitatem patriæ, quam ille multis homicidijs, probroſisque flagitijs contaminabat.

Petronius Granius, centurio octauæ legionis, ſub Cęſare Gallico bello militans, Gorgoniæ portus tantiſper ab hoſtili protexit impetu, dum ſocijs ad fugam tẽpus dederit. Reuertentibus demum ijſdem ad ſubſidiũ, vulneribus deficiens, Ite nunc, ait incolumes.

AMOR CONIVGALIS.

Idas auſus eſt in Apollinem certare, propter ereptam ſibi Marpiſſam vxorem.

Orpheus, vt fabulantur poetæ, deſcendit ad inferos, non alia cauſa, quàm ad repetẽdum Eurydicem vxorẽ, quã prius multis lachrymis defleuerat. Verg. libro 4. Geor. Ipſe caua ſolans ęgrum teſtudine amorem, Te dulcis coniux, te ſolo in littore ſecum, Te veniente die, te decedente canebat.

Alceſtis maritum ſuum Admetũ regẽ Theſſalię tãto amore dilexit, vt quũ Admetus ipſe morbo laboraret, cõſultaq; oracula reſpõdiſſent, futurũ eũ incolumẽ, ſiquis amicorũ pro eo mori vellet: ſola vxor, recuſantib. pietatẽ illã cæteris amicis, pro viri ſalute morti ſe deuouerit. Propterea poeta fabulati ſunt, reuiuiſcẽdi munus ei a dijs conceſſum Admetus uero beneficij memor, perpetuas defũctæ nænias inſtituit. Iuuen. Sat. 6. Spectant ſubeuntem fata mariti Alceſtim.

Tantus fuit Penelopes in Vlyſſem amor, vt eo abſente per annos viginti caſtitatẽ ſeruauerit impollutam, nulliſque procorũ blandimentis ſuccubuerit. Propert. lib. 2. Felix Admeti coniunx, & lectus, Vliſſis.

Capanei apud Thebas mortui dum celebrarentur exequiæ, vxor Euadne in rogũ mariti ſe cõiecit. Ouid. li. 3. de Arte, Accipe me Capaneu, cineres miſcebimus, inquit Iphias, in medios deſiluitque rogos. Martialis: Atſerit Euadne flammis iniecta mariti.

Quum Belides omnes facta cõiuratione maritos interfeciſſent, ſola Hypermeſtra pepercit marito Lino ſeu Linceo.

Proteſilaus, ſub cuius imperio fuerunt Antrõ, Phylaca & Lariſſa, vrbes Theſſaliæ, primus Græcorum interfectus eſt apud Troiam a Dardano quodã. Quod quũ reſciuiſſet Laodomia, in ſolatium mœroris optauit, vt mortui vmbrã videret. Quod quũ impetraſſet, in illius amplexibus expirauit. Propert. Illic Phylacides iucundæ coniugis heros Non potuit cæcis immemor eſſe locis; Sed cupidus falſis attingere gaudia palmis, Theſſalis antiquam venerat vmbra domum.

Artemiſia Mauſolo marito ſuperſtes in perpetuo luctu & mœrore vixit, quo etiã confecta contabuit. Amoris eius fidem facit ſepulchrorum illud memorabile, quod erexit mortuo. Sunt qui velint eam cineres cadaueris vino mixto, hauſiſſe, quorum opinio arridet Architrenio Darius exiſtimans vxorem ſuã ab Alexandro victore fuiſſe interfectam, eiulatibus impleuit caſtra, atque hæc verba prorupit. Quod ego tantũ nefas cõmiſi Alexander? Quem tuorum propinquorum necaui, vt hanc uicem ſæuitiæ meæ reddas? Odiſti me non quidẽ prouocatus. Sed finge iuſtum intuliſſe te bellũ Cum fœminis ergo agere debueras? Quibus verbis coniicere eſt, quantus fuerit Darii amor in uxorem.

Panthea vxor Abradatæ uiri Perſæ, quum audiuiſſet maritum in bello periiſſe, arrepto pugione ſeipſam interfecit.

Hipſi-

Hipſicratea Mithridati marito in omni bellorum diſcrimine fuit adiutrix, eumq. armata in expeditionibus ſecuta eſt, raſis etiam capillis, quo commodius vtere tur galea. Stroza pater: Nec Mithridatæas quæ comitata uias.

Pericles Aſpaſiam vxorẽ adeò dilexit, vt nunquam egrederetur domo, quin eam diſſuauiaretur. Vnde veteres comœdiographi De ianyrã & Iunonẽ eã uocabãt.

Vxorem adeò dilexit Periander Corinthius, vt etiam mortuæ ſe commiſcuerit.

Antimachus poeta Græcus Lyſidicem vxorem adeo dilexit, vt eius mortem lamẽ tabili defleuerit Elegia qua omnes Heroum calamitates enumerabat.

Portia Catonis filia, quum audiſſet maritum Brutum apud Philippos interfectũ, hauſtis carbonibus ſe ſuffocauit. Pamphilus: Vixiſſet Brutus, tunc non tã clara fuiſſet Portia.

M. Plautius in Aſiam cum 6o nauibus proficiſcens, quũ Tarentum veniſſet, Oreſtillam vxorem (quam ſecum duxerat) ibidem morbo abſumptã amiſit. Cuius dum celebrarentur exequiæ, impatiens mœroris Plautius pugione ſe confodit. Publius Rubrius Celer vixit cum Caia Ennia vxore ſua anno 43. menſes 8. ſi ne vlla querella.

Aemilius adoleſcens ſeipſum interfecit, quod deliteſcentem in uepribus vxorẽ, pro fera interfeciſſet. autor Plutarch.

Idẽ quoq. fecit Cyanippus Theſſalus propter vxorẽ a canib. dilaniatã. autor idẽ.

M. Lepidus Apulei uxoris charitate, poſt repudium obiit.

Iulia Cæſaris filia, & vxor Pompei, quum uidiſſet veſtem mariti ſui cruentã, & in fectam ſanguine quorũdam, qui iuxta Põpeiũ ipſum mutuis vulneribus ſe læ ſerant, ſubito pauore cõſternata, & exanimis collapſa eſt, ex eaque turbatione partum edidit immaturum. Autor Plut. Albutius vixit in coniugio cum Terentiana Valentiana annos 25. ſine vllo iurgio Antonius Pius vxorẽ Fauſtinã tanta dilexit fide, vt mortuæ diuinos honores inſtituerit, & ſtatuas erexerit.

Antonium quũ ſuperaſſet Auguſtus Cleopatra animi dolore mortẽ ſibi cõſciuit.

Saxo Grammaticus ait, Gunildam fuiſſe mulierem, quæ quum uideret exequias Aſmundi mariti ſui, ſpiritum ferro ſibi ſurripuerit.

MARITI VXOREM INTERFECTORES.

Mithridates rex Ponti vxorem Laodicem (qua mortua Hypſicratem duxit) cũ ſo rore, matre, fratribus ac liberis interfecit. autor Herodotus.

Procris mulier exiſtimans Cephalum maritum alteram deperire puellam, eundẽ in ſylua profectũ ſecuta eſt, vt obſeruaret quid faceret. Quũ ergo in dumis de liteſceret, ac vepres concuteret, Cephalus opinatus eſſe feram, ſagittis eam cõ fodit. Ouid. libro. 7. Metam. Adagium apud Eraſmum, Procridis telũ: de certis iaculatoribus, aut ictu eſt ſententia iacto.

Miratur Sabellicus, nec ſanè mirum quòd miretur. Periandrum Corinthiũ inter eos numeratũ, quos Græcia ſapientes appellauit, qui Lyſidem vxorem (alii Meliſſam ſcribunt) in pellicis gratiã interfecerit, ſciens uolẽſque cũ Cratea matre concubuerit, filiam relegarit, & Corcyrenſium natos Haliarti excæcandos præ buerit, vt Herod. ait.

Plinius li. 14. ſcribit, Egnatii Metentini vxorem, quod uinũ bibiſſet ẽ dolio, inter fectam fuſte a marito, eumque cædis a Romulo abſolutum. Egnatius.

M. Cæcilius apud eundem Plinium libro uigeſimo ſeptimo accuſat Calphurniũ Beſtiam, quòd dormientes vxores veneno peremerit.

Nero Sabinam Poppeam uxorem calcis ictu, quamuis prægnantem interfecit, nul la impellente cauſa, ſed ſolabile & iracundia motus. autor Cor. Tac. lib. 16.

Conſtantinus Imperator, Conſtantii & Helenæ filius vxorẽ Fauſtam (cuius ſuaſit Criſpum filium prius interfecerat) in balneas ardentes coniectam interemit. au tor Sext. Aurel.

Dacianus præſes Alexandriam vxorem, a beato Georgio ad fidem conuerſam, ſuſpendi fecit, & interfici.

Chilpericus Clothari filius, Glonſindam vxorem Athanagildi Gothorum regis filiam, ſuaſu Fredegundæ pellicis noctu iugulauit. Volat.

VXORES QVÆ MARITOS OCCIDERVNT.

Circe venefica mulier Sarmatarum regem (cui nupſerat) veneno itidē fertur occidiſſe, arreptoque regno ſubditos multum oppreſſiſſe. Sabell.

Redeuntem ab expeditione Agamenonē Clytemneſtra vxor interfecit auxiliātē Aegyſto, quo cum ſtupri conſuetudinem habebat. Verg. li. 11. Ae. Ipſe Mycenæus magnorum ductor Achiuum cōiugis (infandū) prima intra limina, dextra Oppetit, deuicta Aſia ſub ſedit adulter. Seneca in Agamēnone: Rex ille regū, ductor Agamemnon ducum, Cuius ſecutæ mille vexillū rates. Iliaca velis maria texerunt ſuis, Poſt dena Phœbi luſtra deuicto Ilio, Adeſt daturus coniugi iugulum ſuæ. Idem alibi. Adeſt cruenta coniugis victrix ſui. Iuuenal. Sat. 6.

Donatus Beli fil. quinquaginta habuit filias, quæ totidem Aegyſti filijs nupſerunt, factaque ſimul cōiuratione omnes maritos nocte una interfecerunt, præter Hypermeſtram, quæ Lynceo uiro pepercit, Seneca in Hercule Fuerunt: Nūc nunc cruentæ regis Aegyſti nurus Adeſt multo ſanguine infectæ manus. Ouidius li. 1. de Arte.

Semyramis quum à marito Nino impetraſſet, vt diem modò vnum in regio ſederet tribunali, obireque regium munus iuridicundo, faciendoque quæ viderentur: exploratis ſatellitum animis, Ninum ipſum apprehēdi iuſſit, & in uincula conijci ac poſtremo interrimi. autor Cæl.

Alexander Pheræus Theſſaliæ tyrannus, quum vxorem Thebem cuidā barbaro nudam plerunque oſtendiſſet, ab eadē factum ægreferente, dormiēs iugulatus eſt Ouid. in Ibin: Inque tuo thalamo iuguleris more Pheræi, qui datus eſt letho coniuges enſe ſuæ.

Antiochus Deus cognomēto, rex Syriæ, ab vxore Laodice veneno interfectus eſt, ob inductam alteram Berenicem Ptolemæi ſororem. Val. Max.

Scribit Volaterranus Albinā quandā Syriæ regi filiā duas & triginta habuiſſe ſorores, quę totidem maritos interfecerunt: expulſaſque propterea à patre ueniſſe in Brittanniam, & a nomine Albinæ inſulam uocaſſe Albionem.

Curtius li. 7. Ait Barbarum quendam Spitamenem ſomno & vino ſepultum, ab vxore in caſtris Alexandri fuiſſe interfectum.

Fabia mulier Fabium Fabricianum interfecit, vt liberius poſſet laſciuire cū Petronio Valentino liberali forma adoleſcentulo, quo cum adulterij conſuetudinē habebat. Plut. in Parall. Agrippina Tiberium Claudium principem maritum ſuum veneno ſuſtulit. autor Plin. lib. 32. c. 22.

Antonius Verus imperator perijt veneno a Lucilla vxore propinato, ob Fabiæ cōſuetudinem, ad quam frequenter itabat. Volater.

Gandulphus (qui in Burgundia pro fide martyrium paſſus eſt) dum uxorē adulterij inſimularet, eiuſdem opera ab adultero interfectus eſt.

Albionus rex Lōgobardorum, Cunimundo Gepidorum rege interfecto, eius filiā nomine Roſimundam ſibi copulauit. Cui quum aliquādo inter pocula, patris caluaria per iocum propinaſſet, irata puella non prius machinari deſtitit, quum eum curauerit interficiēdum. Quo mortuo alium maritum Helmigen nomine ſibi copulauit, quem poſtea veneno ſuffocauit.

Andræas filius Caroli Pannoniæ regis a Ioanna vxore, regina Sicilliæ, interfectus eſt: quod ignauus, & regno inutilis uideretur. Vol.

Galeotus Forolinij princeps Ioannis Bentiuoli filiam, duxit in vxorem. A quo dū ſperneretur puella, ſimulata ægritudine ſicarios ſubornauit medicos, qui eum ad orti in cubiculo confoderunt. Vol.

AMOR,

AMOR, ET INDVLGENTIA parentum in liberos.

Niobe filios ſuos ab Apolline interfectos tantis defleuit lachrimis, vt in ſcopulũ diriguerit. Propert. li. 2. Nec tantum Niobe bis ſex ad buſta ſuperba Sollicito lachrymans defluit à Sipylo.

Hecuba Polymeſtori regi Thraciæ genero ſuo oculos eruit, quod Polydorũ eius filium interfeciſſet.

Valerius Beſtius ſimili modo excæcatus eſt à L. Imbrico ſocero ſuo, quod eius filius Ruſcium interfeciſſet.

Nauiganti in Cretã Theſeo, quum Aegeus pater iuſſiſſet, vt ſi cõfecto Minotauro reuerteretur incolumis, albis vteretur uelis, ac Theſeus verborum patris immemor, reuertens nigrũ tetẽdiſſet lintheum pater eo procul uiſo in mare ſe coniecit, quod putaret actũ eſſe de filio. Fabulam hanc, ſeu ſi mauis, hiſtoriam fuſiſſimè deſcribit Catull.

Nihil magis curabat Aeneas, quam Aſcanium ſuum. Vnde Ver. li. 1. Aeneid. Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis.

Cõfectus ſenio Priamus vbi vidit filium ſuum Polytem à Pyrrho Achillis filio interfectum, nõ potuit iræ aut uoci parcere, quin homicidã inſectaretur conuicijs, licet in eadem eſſe alea, vt docet Ver. li. 2. Aeneid.

Auctolia Sinonis filia & vxor Laertæ, quũ falſo nũcio intellexiſſet Vlyſſem filiũ apud Troiam in bello decubuiſſe, impatientia mæroris vitam proiecit.

Iam diximus in Niobẽ in ſcopulũ diriguiſſe. Propert. liberos ſuos ab Apolline interfectos. Idem quoque dolor impulit Amphionem Niobes maritum mortẽ ſibi conſciſcere. Oui. in Ibin: Addidit vt fidicem miſeris ſua funera natis. Sic tibi ſint uitæ tædia iſta tuæ.

Euenus Martis & Steropæ filius, quum ſtupratorem filiæ Mapiſſæ Apharetum nomine comprehendere nõ poſſet ad ſupplicium, coniecit ſe in Lycormã fluuiũ animi dolore. autor. Plut.

Thomyris Scytharum regina filium ſuum Sargapiſem adeò dilexit, ut nõ prius ſibi conſtiterit quã mortem eius vita ſit ſeueriſſime. Comprehenſum enim interfectorem Cyrum, cruci affixit, teſte Diodoro, & ablatum mortui caput demerſit in utrem ſanguinis.

Mycerinus rex Aegypti, filiam quã habebat unicam, adeò dilexit, vt mortuæ cadauer incluſerit aureo bouis ſimulachro, quod in templis proxime deos poſuit floribusque ornauit, quotidie admora noctu perpetua lucerna. autor Herod.

Anius Thuſcorũ rex filium habuit Saliam nomine, quã quum rapuiſſet Catheus adoleſcens, iratus pater, in fluuium Anienem, inde cognominatũ, ſeſe proiecit. autor Plutarchus.

Artaxerxes Darium filium adhuc viuens regem conſtituit, contra morẽ Perſarũ.

Pythius Bithynius animi dolore quẽ cõceperat ex morte filij, à Xerxe interfecti, relicto vxori regno in mortui monumentũ ſe coniecit, atque inibi quod ſupererat uitæ, flebiliter compleuit.

Antiochus Sòter, rex Syriæ Stratonicẽ nouercã, cuius amore pruriebat, indulgentia patris Seleuci Nicanoris obtinuit.

Hippo & Miletia, filiæ fuerunt cuiuſdã Scedaſi inter Bœotios ditiſſimi, quas quũ impudici adoleſcẽtes per vim cõſtupraſſent, ac demum occultãdi ſceleris cauſa in puteum demerſiſſent, pater impatiẽs mœroris ad earum tumulos ſeipſum confecit.

Artedius Melior duos habuit liberos Bleſum & Glauciã nomine, quos adeò dilexit, vt diẽ Bleſi mortui natalem ſingulis annis celebraret, Mar. li. 8. Præſtas hoc Melior ſciẽte fama, Qui ſolennib. anxius ſepulti Nomẽ nõ finis interire Bleſi. Et de munifica profuſus arca Ad natalicium diẽ colẽdum Scribarum memori

piæque

piaque turbæ Quod donas,facis ipſe Bleſianum.

Mater Antiſtæ,quum vidiſſet filiã à Cn.Põpeio repudiatã, ſuperinducta Aemylia,mortem ſibi conſciuit.

Blauus quũ audiſſet filium a Triumuiris interfectum ab ijſdem impetrauit, vt interficeretur,& filio mitteretur comes.

Gordianus ſenior,audita filij morte,ſeipſum ſuffocauit laqueo.

Orodes rex Parthorum,vbi reſciuit Pacorum filium in bello cõtra Ventidium periiſſe,animi dolore uerſus eſt in rabiem.

AMOR LIBERORVM IN PARENTES.

Icarum patrem Erigones quũ agreſtes Attici interfeciſſent, filia doloris impatiẽs laqueũ implicuit collo.Oui.in Ibin: Quodq; dolore nocis patris pia filia fecit, Vincula per laquei fac quoque guttur eat.

Atys filius Crœſi quum eſſet natura mutus, vbi tamen vidit hoſtilem gladium imminentem paterno iugulo,ſolutis dentium clauſtris,prorupit in verba, quibus docuit affectum animi ſui.autor Gell.

Amphinomus & Anapius,Siculi fratres,quũ Aetnæ incendio Catana vrbs,& omnia propè Siciliæ loca deflagrarent,parẽtes humeris ſuperpoſitus,periculo ſubduxerunt.Syllius: Tum Catane nimium ardenti vicina Typhœo,Et glomeraſſe pios quondam celeberrima fratres.Autor Aetnæ: Amphinomus fraterque pari ſub munere forte quũ iam vicinis ſtreperent incendia tectis Accipiũt pigrũq; patrem,matremque ſenilem,&c.

Simili exemplo laudatur pietas Aeneæ,quod flammis vniuerſam Troiã populantibus,inualido patri humeros ſubincuruauerit,relictisq. diuitijs,vnicũ pignus redemerit ab incendio.Claudanus: Quod ſi notus amor prouexit in aſtra Lacones,Aeneam Phrigio raptus ab igne pater.

Lauſus Mezentij Tyrrheni filius,patrem in bello aduerſus Aeneã ſeruauit,eoque liberato ipſe ab Aenea interfectus eſt,Statius.

Et Lydi pietas temeraria Lauſi.

Artaxerxes rex Perſarum patris ſuis interfectorem dedit morti, mutata de induſtria cum eo lorica.

Antigonus quum ingenti prælio ſuperaſſet hoſtem,præmium belli trãſtulit ad patrem,& imperium tradidit.Cypri.

Antigona patri ſuo Oedippo exoculato ducem ſe præbuit.

Cleobis & Biton fratres Argiam ſacerdotem matrẽ ſuam currui inſidentẽ equorum penuria ob oppido traxerunt ad phanum,ſeq; iugo alligarũt:quod ius eſſet ſacerdotẽ ipſam ad ſacrificiũ curru vehi.autor Cic.lib.1.Quæſt. Tuſc. Clau. Si vetus Argolicos illuſtrat gloria fratres,Qui ſua materno colla dedere iugo.

Scipio adhuc puer patrem Pœnis hoſtibus circumſeptũ , liberauit apud Tycinum ſeu Trebiam.autore Liuio.Stat.lib.3.Syl.Quique tener ſeuis genitorem Scipio pœnis Abſtulit.

Oppium à triumuiris proſcriptum(dum ad ſuppliciũ quæreretur)filius humeris extulit,& incolumem peruexit in Siciliam.

Roſimunda filia Cunimundi Gepidarũ regis,maritum ſuum Alboniũ regẽ Longobardorum veneno ſuffocauit,quòd is Cunimundum bello victum interfeciſſet,& ex interfecti ceruice feciſſet ſibi poculum.

Leo iunior,quum annum vnicum præfuiſſet imperio,Zenoni patri manibus ſuis diadema impoſuit,ipſumque deinceps imperare iuſſit.

Alphonſus patrem ſuum Ferdinandum decem ac ſeptẽ aureorum millibus funerauit,magno pietatis argumento.

PARENTES LIBERORVM INTERFECTORES.

Tantalus(qui in Phrygia regnauit) deis hoſpitio ſuſceptis, Pelopen filium coctũ membratim comedẽdũ appoſuit,vt eorum diuinitatem experiretur.Seneca in Thyeſtes:

Thyeſte: Exceptus gladio paruulus impio, Dum currit patriũ natus ad oſculũ, Immatura focis victima concidit, Diuiſuſque tua eſt Tantale dextera, Menſas vt ſtrueres hoſpitibus deis.

Progne Pandionis filia ægreferens ſororẽ ſuam nihilomelã a Tereo marito fuiſſe ſtupratam, Itym filium eidem comedẽdum appoſuit Ouid. 6. Met. Tendẽtẽq; manus, & iam ſua fata videntem, Et mater, mater clamãtem, & colla petẽrem, Enſe ferit Progne, lateri qua pectus adhæret. Idem lib. 2. Eleg. idem li. 1. de Remedio. Sidonius: Siue prandia quis refert Thyeſtæ, Diſcerptum aut puerũ, cibumque factum.

Perimele puella uim & ſtuprũ ad Acheloo paſſa, ab Hippodamante patre deteſtãte facinus præcipitata eſt. Ouid. 8. met. Quod pater Hippodamas ęgrè tulit, inq; profundum Protulit è ſcopulo perituræ corpora natæ.

Althea ægrè ferens fratres ſuos ad a Meleagro filio interfectos, fatalẽ cõbuſſit ſtipitem de quo Parcæ prædixerant Meleagrum non prius periturum, quã ſtipes ipſe igni fuiſſet abſumptus. Hoc itaque modo natum emori fecit. Ouid. libr. 1. Triſt. Vtq; cremaſſe ſuũ ferẽ ſub ſtipite natũ Teſtias, & melior matri fuiſſe ſoror.

Aidona vxor Zeti, Ithilum noctu imprudens occidit, dum vnum ex filijs Amphionis (cuius vxori inuidebat) interficere vellet.

Artaxerxes Mnenon cognomento, Perſarum rex, Darium filium cum quinquaginta filijs interfecit, quod ab eis inſidijs peteretur Trogus lib. 10.

Cambyſes Cyri filius, Perſarum rex, filiũ ſagitta occidiſſe fertur, furore correptus quo prius fratrem & grauidam ſororem dederat morti. Sabellicus.

Medea ab Iaſone (quem hoſpitio ſuſceperat, & mo ũ rapiẽdi velleris docuerat) reiecta, filios ex eo ſuſceptos Dyndimum & Theſſandrũ interfecit. Verg. Aegl. 8. Sæuus amor docuit natorum ſanguine matrẽ Commaculare manus. Idem in Culice. Ouid. lib. 7. Metam. Vtroque ſanguine natorum perfunditur impius enſis. Idem lib. 2. Elegia. Idem li. 2. de Arte. Proper. lib. 3. Nam quid Medea referam, quo tempore matris Iram natorum cæde piauit amor.

Athamas rex Thebarum furore correptus, Learchum & Eurycleã liberos pro leonibus occidit, Ouid. lib. 4. Metam. Deque ſinu matris ridentẽ, & parua Learchũ Brachia tendentem rapit, & bis terque per auras More rotat fundæ: rigidioq; infantia ferro Diſcutit ora ferox. Idem, li. 6. Faſtorũ. Stat. lib. 2. Syluarum. Toruus adhuc Athamas inſanos flecteret arcus Idẽ li. 1. Theb. Claudianus li. 1. in Ruffinum: Hęc Athamãthæ direxi ſpicula dextræ Bapt. Pius 2. Eleg. Qualis ad abſumptũ per tela paterna Learchum, Deſiluit lachrymis fancia facta parẽns. Pli. quoque lib. 34. cap. 14. de hoc non nihil meminit.

Boges Perſa ab Athenienſibus obſeſſus, vbi nihil habuit cõmeatus in caſtris, liberos cum vxore primum, demum ſeipſum interfecit. autor Herod. lib. 7.

Perſis Græciam infeſtantibus, Pauſanius Lacedæmoniorũ dux 50. auri talenta, vt Spartam proderet, a Xerxes acceperat. Quod vbi reſciuit Aegeſilaus pater, filiũ in templo Palladis incluſum inedia conſumpſit: idem autor.

Idomeneus Deucalionis filius, & Cretenſium rex, quum vouiſſet ſe immolaturũ eum, qui primus Troia redeunti occurreret, filiam forte fortuna repertã immolauit. Volater.

Darius rex Perſarum Ariobarſanem filiũ interfecit, quòd is Alexandro promiſiſſet, ſe patri inſidiaturum, & mortem intentaturum, Plutarch. in Patal.

Læus Athenienſis ab oraculo monitus Athenas ipſas perituras, niſi tres filios immolaret, maluit oraculo parere, quàm ſuis parcere? Vol. autor.

Agaue Thebana mulier Pentheum filium Bacchanalia deſpicantẽ, cũ cæteris Męnadibus interfecit Verg. in Culice: Quo quondam victa furore, Venit Nyctileũ fugiens Cadmæis Agaue, Infãdas ſcelerata manus, & cæde cruenta. Ouid. li. 3. Met. Stat. li. 12. Theb. Seneca ĩ Thebaide: Egit ſorores mater, & gaudens malo.

Vibrante

Vibrante Thyrſo prætulit fixum caput. Idem in Oedipode.

Eriſthenes quũ malè in bello pugnaſſet, ac propterea domui ſuæ ignominiam peperiſſet, inedia conſumptus eſt a matre Ouid. in Ibin: Obſtrictusque necem patriaris lumine tecti, Ac legem pœnæ cui dedit ipſa parens.

Steſimbrotus ab Epaminunda patre Thebanorũ duce interfectus eſt, quòd cõtra mandatum patris manum cum hoſtibus Lacedæmonijs cõſeruiſſet, quamuis parta victoria. Idem Plut.

Apteras vetuſtiſſimus Græcorũ Saturnus patrẽ caſtrauit, filios interemit, fratrib. bella & ferrum intulit. Annius in Beroſum.

Erichtheus bellum cum Eumolpo gerens, quum ab oraculo accepiſſet futuram ſibi victoriam, ſi filiam dijs immolare: peruit, & conſenſu Praxithæ vxoris puellã cæcidit. Euripides apud Plut.

Hippomenes Athenienſium princeps, filiam Limonem in adulterio deprehẽsã, vnà cum equo feroci cõcluſit, nec huic, nec illi cibum præbens. Equus igitur fame in rabiem actus, puellam deuorauit. Hinc ortum adagiũ a Diogeniano poſitum: Magis impius Hippomene Ouid. in Ibin:

Solaque Limone pœnam ne ſenſerit illam,

Et tua dente ferox viſcera carpat equus.

Pyreus inſula quum maxima laboraret peſte, propter interfectum ibidẽ ab Athenienſibus aprum Dianæ ſacrum, conſultum oraculum reſpondit, Finem mali futurum, ſi quis filiam immolaſſet Suminis. Vnus autẽ repertus eſt Embarus, qui filiam ſolemni ritu ornatam ſacrificauerit. Eraſmus in Chiliadibus.

Orchamus Leucothoam filiam ab Apolline ſtupratam, viuã defodit. autor Domitius in Ibin: Ouid. item lib. 4. Meram.

Lyſimachus rex Pergami Agathoclẽ filiũ fortiſſimũ (cuius præcipua opera multa bella feliciter geſſerat) nouerca Arſinoe Ptolemæi ſorore inſtigãte veneno ſuſtulit. autore Trogo. Ptolemeus Euergetes a ſuis ob crudelitatem regno pulſus, filiũ quẽ ex Cleopatra ſorore ſuſceperat, in Cypro occidit, eiusque caput & pedes matri pro munere natalitio remiſit. Liu. lib. 56.

Ptolemæus Auletes regno ſuo redonatus (quo ob flagitia fuerat eiectus) Cleopatram filiam & Archelaum eius maritum (quos Aegyptij in regnum aſciuerãt) occidit. Strab. lib. 17.

Deiotarus quum multos ſuſcepiſſet liberos omnes, excepto tãtum vno, iugulauit: vt qui ſuperfuturus erat, potentior fieret, & maieſtatis anguſtioris Cælius.

Mithridates ſanguinolentus ac crudelis in omnes fuit. Nam matrem, fratrem, & filios tres impuberes, ac totidem filias interfecit. autor idem Cæl.

Arpiages filiam comedit. Ouid. in Ibin: Vt puer Arpiagæ, referas exempla Thyeſtæ, Inque tui cælus uiſcera patris eas.

Erearchus rex Cretæ ſuaſu ſecundæ vxoris, Phronymam filiam per negociatorem quendam nomine Themiſonem, ſubmergi fecit. autor Herod.

Manlius Torquatus itidẽ filium ſecuri percuſſit, quòd in Samnites contra edictũ pugnaſſet, quamuis hoſte profligato ad ſuos victoriam retuliſſet. Vnde Ver. li. 6. Sæuumque ſecuri, &c. Liu. lib. 8.

Brutum a Rom. expulſum, quum filius prodere voluiſſe, paterna cecidit manu. autor Ariſtid. apud Plut.

Romanis in Latinos certãtibus, Caſſius, ſignifir Craſſum Brutũ filiũ occidit, quòd is patrem prodere, & hoſtibus portas aperire voluiſſet. autor Plut.

Virgineus filiam Virginiã Icilio deſponſatam ſpectãte populo & palã interfecit, vt Appium Decemuirũ (qui eã ſtuprare velut ſeruam tentauerat) in odium & inuidiam populi traheret. Quod & factum eſt. Namque ut propter illatum Lucretiæ ſtuprum Romam reges deſierunt, ita quoque immoderate Appij libido finem fecit Decem virorum magiſtratui. autor Liuius, & Syl. lib. 13.

Marius

Marius quoque Cymbrico bello profligatus, quum intellexiſſet ſe forę victorē, ſi Calphurniam filiam dijs daret victimam, dedit, vt patriæ conſuleret.

Aulus Poſthumius Tiburius filiū ſecuri percuſſit, quod occaſione rei bene gerēdę iuſſus pugnam tentaſſet. aut. Val. de Diſcip. mil. Liuius li. 4. Mauult tamen hoc credere de M. Torquato, quam de Poſthumio.

Antonius Caracalla Imperator Iuliam nouercam in vxorē duxit, cuius filiam Getam nomine paulo poſt interfecit. author Aelius Spartianus.

Conſtantinus Mag. Criſpū filium cum Licinio ſororis ſuæ marito, incerta cauſa, morti dedit. Sextus Aurelius prodit, hoc eum feciſſe ſuaſu Fauſtæ coniugis.

Herodes rex Iudææ præter innocentium cędē, tres quoque ex liberis ſibi ſuſpectos, Alexandrum, Ariſtobolum & Antipatrem morti dedit. Macrob. lib. 2.

Dioſcorus pater beatæ Barbarę filium multis prius tormentis affectum, ad extremum ſupplicio capitis affecit, quod ad idolatriam flecti non poſſet.

Deuteria mulier timēs ne filia ſua (quam nubilem & formoſam habebat) à Theodoberto rege corrumperetur, eam in flumen præcipitauit apud Viridunum ciuitatem. autor Gregorius Turonenſis.

Lenogildus rex Hiſpaniæ filiū Hermogildum, quod a ſecta parentū abhorreret, ac Childeberti Francorum regis orthodoxi, filiam duxiſſet in vxorem, morte affecit. Volat.

LIBRI PARENTVM INTERFECTORES.

Ozias Amos prophetā patrem ſuum vecte per tēpora transfixit, quod contra mandatum Hieroboam regis verbum Domini prædicaret.

Oreſtes Clitemneſtrā matrem interemit, in vltionem patris Agamemnonis, quē a Troia redeuntem illam cum Ægyſto adultero interfecerat. Ouid. lib. 1. Eleg. Et vindex in matre, patris malus vltor Oreſtes. Auſus in arcanas pſcere tela deas Horat. libro. 2.

Peliam ſenio confectum, dū filiæ a Medea perſuaſæ vellent ad iuuentutem reuocare, lebeti feruenti impoſitum occiderunt. Eraſmus in Chil.

Alcmæon Eriphylem matrem interfecit, quod illa Amphiaraum patrē (qui in bello Thebano terræ hiatu abſorpt' eſt) Polynici pdidiſſet, accepto monili aureo. Ver. li. 6. Męſtamq. Eriphylem Crudelis nati monſtrantem vulnera cernit. Seruius & Diodorus lib. 5.

Perrheborum rex Triopas dum tyrannicę nimis imperaret, à Carnaba filio tantæ feritatis impatiente occiſus eſt. Cælius.

Trogus ſcribit, Theſſalonicem ab Antipatro filio interfectam, quum tamen vitam per vbera materna deprecaretur: idque quod Alexandro fratris magis, quam ſibi faueret.

Semiramidem à Nino filio interēptā produnt, quod eius concubitum & congreſſū optaſſet, q̄ prius equi amore conflagrauerat. Cæl. c. 37. li. 12. & Iuſtinus li. 1.

Ptolomæus Euergetes a Ptolemæo filio interfectus eſt, qui propterea (inquit Iuſtinus: Philopator, id eſt, patris interfector vocari cępit.

Ptolemæus filius Epiphanis matrē Cleopatram dedit morti. Vnde & Philometor eadem ratione dictus eſt, qua præcedens Philopator.

Oedipus cū Laio patre ignoto apud Phocidem congreſſus, ipſum neſcius interemit. Oui. in Ibin. Nec plus aſpicias, quam quem ſua filia rexit. Expertus ſcelus eſt cuius vterq; parēs. Seneca ī Thebaide Genitorē adorius impia ſtraui nece.

Cyane puella patrē Cyanippum (quod ab eo per uim ſtuprata fuiſſet) gladio confodit. Mebullina quoque ab Arutio patre ebrio violata, eidem mortem intulit. Plut. in Parał.

Oui. li. 5. Metam. Agyrtem fuiſſe quendam, qui patrem interfecerit. Regiſq. Thoactes Armiger, & cælo geτore infamis Agyrtes.

Redeuntem Troia Vlyſſem Thelegonus filius vt ignotum occidit. Hor. lib. 3. Car.

Dechue

Decliue contempleris aurum,& Thelegoni iuga patricidæ.

Coſroes rex Perſarum ſenio confectus,dum Medorſem filiũ regni hæredem inſtituiſſet ab altero Siroche natu maiore interfectus eſt.Idem Volat.

Ab Euandro quoque occiſum fuiſſe patrem quidam prodiderunt, ut ſcribit Cæl. lib.6.Lectionem antiquarum.

Polydice Pterelam patrem Thebarum regem Creonti prodidit, & occidi fecit,vt Nyſus à Minoe obſeſſus proditione Scyllæ filiæ crinem amiſit fatalem, atq. ita interfectus eſt autore Seruio.

Orodes rex Parthorũ,amiſſo filio Pacoro,qui in bello cõtra Vẽtidiũ occubuerat, in furorẽ propè uerſus , ab altero filio Phraate occiſus eſt.Volat.in Geograph.

Nicomedes pruſiam patrem,Bythiniæ regem dominandi libidine vita ſpoliauit.

Mithridates,autore Cælio tantæ fuit impietatis,vt matrem,fratrem, filios tres, ac totidem filias interfecerit.

P.Malleolus,teſte Liuio, matre interempta primus omnium inſuto culeo in mare præcipitatus eſt.

Poſt Annibalis bellum L.Oſtius fertur primus patrem occidiſſe.autor Plutar. in vita Romuli.

Fabricianus matrem Fabiam interfecit, quod illa Fabiũ Fabricanũ maritum ſuũ occidiſſet,vt liberius adulterium cũ Petronio adoleſcente committeret. autor Doſitheus apud Plutarch.

Nero cũ Agrippina matre facta ſua exquirente acerbius, & corrigẽte grauaretur, eã varijs modis perdere tentauit.primo veneno:ſed cũ ſentiret, eam antidotis præmunitã,ſolutilem nauẽ(cuius vel naufragio,vel cameræ ruina periret) commentus eſt,ſimulataque amicitia,Baias euocauit.Quã nando euaſiſſet vt cõperit,inops conſilij eam interfici iuſſit, quam prius ſtupro contaminauerat. Suet.

Heraclius Imp.Phocam patrẽ multis prius contumelijs effectum,poſtremò interfecit,dominandi(vt credibile eſt)libidine.Volaterranus.

Fredericus Imp.Panorũ profectus, Manfredi filij dolo interfectus eſt:quũ annos. 32.præfuiſſe.Bap.Egnatius.

Iul.Manſuetus ex Hiſpania rapaci legioni additus impuberem filiũ domi relique rat.Is mox inter ſeptimos a Galba conſcriptus,oblatũ fortè patrem, & vulnere ſtratum,dum ſemianimẽ ſcrutatur,agnoſcens,cognoſcensque,& exanguem amplexus,voce fleb ili precabantur placatos patris manes, ne ſe vt patricidã inſectarentur Cor.Tacitus.

Friſcus Actium Ferrariæ principẽ patrem ſuũ in carcerem coniecit,atque ibidem fecit emori,cum ob inductum nouercam,tum libidine dominandi.Volat.

Guillernus Iacobini Carrarienſis filius patrem occidit,quod ab eo ſpurius fuiſſet appellatus.

Ioannes Maria,Ioannes Galeatij filius dux Mediolani,Catharinam matrem facta ſua acerbius obiurgantem,in turri concluſit,& ibidem mori fecit.Volat.

DE MVTVO FRATRVM ET ſororum amore.

Hyama a leone deuoratũ ſorores Hyades lamẽtatione miſerabili proſecutę ſunt adeò vt mœrore vitã finiuerint. Deorum demum commiſeratione relatæ ſunt in ſtellas. Pont.Mox Hyadum chorus Eois emerget ab vndis,Fratris Hyæ quas perpetuus dolor indidit aſtris.

Sorores Phaetontis,quæ Hæliades & Phaetontiades appellantur,fratrem cęlo deturbatũ tantis lachrymis deplorauerunt , vt deorum commiſeratione in arbores commutatæ ſint.Ver.in Culice:At quib.inſigni curru proiectus equorum. Ambuſtos Phaeton luctu mutauerat artes,Heliades teneris amplexæ brachia trũcis,Candida fundebant lentis velamina ramis.

Anna apud Ver. conqueritur, quod ſorori ſuæ Didoni comes nõ fuerit in morte,

ad

adſimile genus mortis ſibi cōſciſcēdū. Hæc autem Annæ uerba ad Didonem ex 4. Aen. Comitéve ſororem Spreuiſti moriens? Eadem me ad fata vocaſſes, Idem ambas ferro dolor, atque eadem hora eſſe tuliſſet.

Antigoni Oedipi filia fratrem ſuum Etheoclem in bello peremptum ſepeliuit, inuito Creonte tyrāno. Oui. li. 3. Triſt. Fratrem Thebana peremptum Suppoſuit tumulo rege vetante ſoror.

Cleomenes Lacedæmonius fratrem Euclidā ſecū regnare permiſit. authore Plu.

Contra vero mutuo cōflagrarunt odio Romulus & Remus, Etheocles & Polynices, M Atreus, & Theieſtes, Aeta & Perſeus.

Fuit maximus amor inter Caſtorem & Pollucem, Oui. Stroza pater: Talis Amyclæos non iunxit grátia fratres, Alterna quorum vita redempta nece eſt.

P. Rutilius leui morbo impeditus, nunciata fratris repulſa in petitione cōſulatus ilico expirauit autore Plinio.

Dogobertus Francorum rex, conſortem regni fratrē Aripertum conſtituit, donata ei Aquitania.

Ramyrus Veremundi filius, Hiſpaniæ rex, conſortem regni aſſumpſit Garſiam fratrem adhuc impuberem.

FRATRVM ET SORORVM INTERFECTORES.

Inuidia (quæ alienā proſperitatē oculo irretorto neſcit proſpicere) fuit in cauſa, cur Cayn fratrē Abelē (cuius victimas dn̄o videbat gratas) nefarie īterfecerit.

Ioram rex Iudææ ſuaſu Athaliæ vxoris fratres interfecit, & nullū ſceleris genus omiſit, à nullo abſtinuit flagitio.

Ioannes Iudæ pontificis filius, quintus Hebræorū pontifex, fratrem Ieſum nomine, quem affectatæ dignitatis habebat ſuſpectum morti dedit.

Ariſtobolus rex Iudææ, Antigonum fratrē (quem prius regni conſortem fecerat) falſo poſtea inſimulatum interfici iuſſit, Volater.

Iſis demum Oſiridis fratris mortem ulta, Typhonem alterum fratrē auxilio filij (qui Oros dicebatur) occidit. Annius in Bereſum.

Typhon Aegyptius fratrem ſuum Oſiridem peremit, inuidia accēſus. Autores Beroſus & Seneca de ſacris Ægyptiorū. Didorus item: Cōpertū eſt (inquit) Oſiridem Aegypto iuſtè regnantē à Typhone fratre impio ac nefario interēptum quem in 26. partes diſſectum, cuilibet eorum qui tāti ſceleris participes fuerāt partem dedit, ipſos detenſores cuſtodesque regni fidos haberet.

Orta inter Dardanū & Iaſium contentione, Dardanus ſuperior fratrem peremit. Adeò conſortē neſcit poteſtas, adeo rara eſt inter neceſſarios charitas, vbi illa dominandi libido mentes hominum titillat.

Oedipus rex Thebarum moriēs, filijs ſuis Etheocli & Polynici regnū alternis annis dimiſit regēdū, Verùm quum Etheocles maior natu peracto anno fratri cedere noluiſſet, moto propterea bello, cōtractis utriuſq; copijs ambo mutuis ſe vulneribus interfecerunt. Verg. in Culice: Ac diſcordantes Cadmeo ſanguine fratres, Iam truculenta ferunt infeſtaq. lumina, corpus Alter in alterius iamq; aduerſus vterque Impia germani manat pro ſanguine dextra.

Helenus Priami filius dū venaretur, neſcio qua fortuna, Chaonem fratrem, a cuius nomine Chaonia dicta eſt, imprudens peremit. Seruius in 3. Æneid.

Medea cū Iaſone fugiens, Agyaleum fratrem membratim diſcerpſit, diſcerptum per agros paſſim proiecit, vt Aeetem patrē ſe perſequentem in colligendis filij oſſibus remoraretur. Oui. in Ibin: Et tua ſic latos ſpargātur membra per agros, Tanquam per patrias detinuere vias. Idem lib. 3. Triſtium.

Menalippus Oenei filius, dū in ſyluis aprū Calydoniū venaretur, a Tydeo fratre imprudēte occiſus eſt. Sta. li. 2. Theb. Pollutus placuit fraterno ſāguine Tydeus

Polytes quoque fuit quiſpiam, qui fratrem peremit, Stat. lib. 7. Theb. Cæloque infamis fratre Polytes.

H h Cambyſes

Cambyſes ſororem interfecit,quod illa Simerdi fratris ſui à patre occiſi mortem lugeret velut inultam.autor Herodotus.

Polyphontes rex fratrem interfecit, quod ab eo inſidias & mortem parari ſibi intellexiſſet.autor Gell.lib.4.cap.3.

Critolaus Tegeates ſororem interfecit,quod ſibi è victoria redeũti nõ gratularetur,quum tamen cæteri omnes applauderent.autor Demarathus apud Plut.

Cambyſi Perſarum regi viſus eſt per quietẽ nuncius addeſſe,dicens,Mereidẽ fratrem ſolio ſedere regio.Qua ille uiſione conſternatus,Prexaſpem,Perſã ad eũ interimendũ miſit.autores Trogus & Herodotus. Cui flagitio ſororis quoque mortem adiecit.

Orodes Phraatis filius,Parthorum rex,Mithridatem ſecundum fratrem ſuũ Babyloniæ obſedit factaq. deditione in cõſpectu omnium quamuis ſupplicem interfecit.Deũs te perdat ambitio,Quæ fratres armas in fratrum uiſcera,quæque Securum a nato non ſinis eſſe patrem.

Learchus Archeſilaum fratrem,Cyrenæorum regem ægrotãtem veneno potauit, & eo modo ſtrangulauit.Larchus demum ab Eryxo Archeſilai vxore lege talionis interfectus eſt.autor Herodotus in Melpomene.

Leucon ab Oxilocho fratre . Ponti interfectus eſt,quod cũ eius vxore adulterij & inceſtus cõſuetudinẽ haberet.Ouidius in Ibin: Aut pia te cæſo dicatur adultera ſicut Qua cecidit Leucon vindice,dicta pia eſt.

Mamerces quũ Siſaphonis Corinthi fratris ſui filios regnãdi libidine peremiſſet, ab ipſo Siſaphone mẽbratim laceratus eſt.Oui.in Ibin.Trunca geras ſæuo mutilatis partibus enſe,Qualia Mamercis membra fuiſſe ſuerunt.

Heſiodus poeta Aſcræus noctu iugulatus eſt ab Antipho & Crimeno fratrib. non tñ opera dedita,ſed per errorẽ,dũ illi ſororis ſuæ interfectorem eſſe putarent.

Rheſus Maximi & Ameriæ filius, fratrem Simulũ in uenatione volẽs interfecit, ac propterea ei paterna domo interdictum eſt.Ariſtides apud Plut.

Anacharſis philoſophus, Scytha genere,dũ Athenienſium leges apud ſuos introducere conaretur,vt patriæ conſuleret,a Caduido fratre eius loci rege per liuorem ſagitta confoſſus eſt,autor Laertius.

Ptolemæus Philadelphus Argeum fratrẽ (a quo inſidias parari ſibi intellexerat) interfecit & alteri fratri Magæ nomine(qui Cyrenis imperabat)bellũ intulit. Pauſanias apud Vola.

Ptolemæo Philopatori non ſatis fuit patrem interficere , niſi in fratrem quoq; & amicos gladio ſeuiret.

Ardieus Pamphyliæ tyrannus patrem ſenio confectum,& fratrẽ natu maiorẽ interfecit,autor Plato lib.10.de Rep.

Iam diximus tantã in Mithridate rege Ponti fuiſſe,feritatem,vt matrem,fratrem & ſex liberos interfecerit.autor Cæl.lib.16.lectionum Antiq.

Antiochus Mag.Seleuci filius mortuo patre fratrẽ uita exuit,ut ſolus principaretur,& regno frueretur.Romulus cũ ad extruendos urbis muros,vallum aratro duxiſſet,uetuiſſetq; nequis illud trãſiliret, Remus in ludibriũ fratris auſus eſt tranſilire:Quod iniquo ferrens animo Romulus eidem eripuit vitã,Liu.vnde Luc.Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.Oui.in Ibin:Vtque Remo muros auſus tranſire recentes,Noxia ſint capiti ruſtica tela tuo.

Primus apud Romanos . Hor. ob ſororem interfectam,perduellionis reus factus eſt deín abſolutus,autor Liuius.

Iugurtha Manaſtabalis filius nothus,fratres ſuos Adherbalem Hiempſalẽ, & Micipſæ patrui ſui filios interfecit,vt ſolus Numidis imperaret.Salluſt.

Lucilla,M.Antonij & Fauſtæ filia,à Commodo fratre,in quẽ coniurauerat,deprehenſa,ab eodem interfecta eſt.autor Herodianus .

Maximianus Diocletiani filius Artemiã ſororẽ gladio percuſſit,quòd relicta idolatriæ

lolatriæ hæreſi, ad fidem ſe conuertiſſet.
Henricus cognomento Clericus, Anglorum rex, Robertum fratrem hoſtē habuit, quem in bello captum, oculis primum auulſis in carcerem detruſit, ac demū pędore & inedia ibidem emori fecit. Volat.
Iſacius Angelus Imperator ab Alexio fratre (quem a Turcis captum redemerat) per ſummum ſcelus, oculis, imperio, & vita priuatus eſt.
Frotho Danorū rex tres habuit liberos, Haldanum, Roen, & Scatonē. Quib. mortuo; patre æqua inceſſit regnādi cupiditas. Quo factū eſt, vt Haldanus natu maximus duos iuniores interfecit, & regnū paricidio ſuſceperit. autor Saxo Grā.
Feugo quoqtie Horuēdillum Danorum regem fratrē ſuum incidus circumuenit: atque ubi patricidio datus eſt locus, cruenta manu funeſtam mētis libidinē ſatiauit, vt eo mortuo regnaret. Idem lib 3.
Idem Saxo li. 6. hiſtoriæ Daniicæ, meminit cuiuſdam Starchateri, quē inuſitata fortitudine, viribusq. pdigioſis ait faiſſe, ut qui nouē fratres Athletas ſimul pugnātes interfecerit, decē & ſeptē vulnerib. acceptis, amiſſaq; maiori viſcerū partē.
Herminefredus Bertarium fratrem vi oppreſſit, vt ſoli ſibi trāquillius & ſecutius apud Thoringos liceret regnare. Autor Greg. Turonen.
Theodebertus Chilperici filius Frācorum rex a Theodorico fratre bello petitus, & ad extremum interfectus eſt. Volat.
Fernandus rex Caſtellæ, Sanctij filius, Carſiam fratrem regem Nauarre peremit, vt Nauarrā ipſam ſuo adijceret regno. Vſque adeò libido principandi nō præſcribit ſibi modum.
Athila rex Pannoniæ reuerſus è Gallia, Budam fratrem (qui regnum occupauerat) de medio ſuſtulit.
Bela rex Pannoniæ, Polonorum copijs inſtructus, Andræam fratrem bello aggreſſus eſt, partaque uictoria interfecit uictum.
Mempricus filius Maddan rex Britaniæ, Malym fratrem exuit uita, ut eo mortuo principaretur. Cunedaglus quoque non alia ratione fratrem Morganū occidit quo tempore Roma condita eſt, vt ſupputat Volat.
Franciſcus & Ludouicus Gonzagæ, Vgolinū fratrem, ſimulata amicitia, ad cœnā inuitatum adorti ſunt, & interfecerunt, ſola ad facinus inuidia moti, quòd Guido Gonzaga pater, Mantuanorum dux, ei ſoli principium reliquiſſet. Volater.
Boleslaus Vratiſlai Bohemorū regis filius, fratrem Vuenceslaū æquitatis & religionis obſeruantiſſim. & Abeli iuſto perſimilem, interfecit, Draomitia matre ſceleris conſcia. Idem Volat.
Friola Alphonſi Catholici filius, rex Hiſpaniæ, ab Aurelio fratre interfectus eſt, cum annos duodecim regnaſſet. Volat.
Canſignorus Veronenſium princeps moriens Antonium & Bartholomæū filios reliquit hæredes. Quorum Antonius Bartolomæum fratrem de medio ſuſtulit quem in principatu conſortem aut parem ferre non poterat. Volat.
Canis grādis Veronenſium princeps, fratrem Eriganū (qui dum abeſſet, Veronā inuaſerat) foris reuerſus obſedit, obſeſſum uicit, victum dedit morti.
Hēricus Alphōſi undecimi filius, Petrum fratrem multis homicidijs famoſum, tādem interfecit magno omnium plauſu. Volat.
Perinus Fregoſus Genuenſium princeps, Nicolaū fratrem, doctrina moribusque inſignem, ob ſuſpicionem affectati principatus interfecit.
Pinus Ordelaphus Foroliuienſis, vt ſolus regnaret, Franciſcum fratrē trucidauit, eius liberis in exilium miſſis. autor Volat.

ALII PARICIDÆ.

Tydeus Oenei filius, Alcatum & Lycothęum nepotes apud Calydonē interfecit, ac demum Argos aufugit.
Thyeſtes Pelopis & Hippodamiæ filius Europā, ſeu Acropē fratris ſui Atrei uxo-

rē ſtuprauit,& ex ea duos ſuſcepit liberos,Tantalum & Plyſthenē,quos Atreus ipſe interfecit,interfectos fratri comedendos appoſuit.Seneca: Tātalus prima hoſtia eſt,&c.

Pygmalion rex Tyri,& frater Didonis,cum eſſet tauri cupidiſſimus Sichæū ſororis ſuæ maritum,agri inter Phœnicas ditiſſimū interfecit,vt mortui diuitias arriperet.Verg.li.1.Aen. Ille Sichæum Impius ante aras atque auri cæcus amore Clam ferro incautum ſuperat,ſecutus amorum Germanæ.

Pelops Tantali filius ex Hippodamia duos ſuſcepit liberos,Atreum & Thyeſtē. Ex Danaide puella Chriſippum patri cęteris chariorem.Quem quum nouerca Hippodamia odio proſequeretur,eius cruore manus impias cōtaminauit.Doſitheus apud Plutarchum.

Aegyſtus Thyeſtæ filius Atreum patruum ſuū dultus interfecit, mortemque Plyſthenis & Tantali fratrum ſuorum ab ipſo Atreo interfectorum vltus eſt.

Acriſius Abantis filius,cū ab oraculo accepiſſet,ſe eius manu periturū, qui ex Danae filia naſceretur,natum poſtea ex ea Perſeum iuſſit exponi & ſubmergi.Cōpertus tamē in littore Perſeus,a piſcatore quodam nutritus eſt. inde vbi adoleuit,ſuamque reſciuit originem,Acriſium ipſum interfecit.Volat.

Xerxes ob res infeliciter in Gręcia geſtas,adeo inter ſuos euiluit,vt Artabanus ſpem nactus occupandi regni,eum in regia interfecerit.Autor Trogus.

Mamertes Corinthius,filios fratris ſui Siſaphonis regnādi libidine interfecit maximo ſuo malo. Nam vbi Siſapho factum reſciuit,cum membratim diſcerpſit. Autor Ouid.in Ibin.

Nuceria vxor Hebij, cum Firmum priuignum maligno perſequeretur odio,filios ſuos ad inferendam ei mortem incendebat.Quod quum illi facere per pietatē abnuerent, dormientem gladio adorata eſt Autor Doſitheus apud Plutarchū. Polymneſtor rex Thraciæ Polydorum Priami ſoceri ſui filium iugulauit.Mant. lib.1.de Cala.Verg.lib.3.Aeneid.

Ptolemæus Auletes a Romanis regno Aegypti redonatus,quo propter flagitia eiectus fuerat,Archelai Cappadociæ regis filium,filiæ ſuæ Cleopatræ maritū(quē Aegyptij regem ſibi delegerat)vna cum ſorore interfecit.Strabo lib.17.

Proca rex Albanorum duos filios habuit Amulium & Numitorem,quibus regnū alternis annis dimiſit regendū.Quum aūt prior Amulius regnaſſet,peracto anno fratri cedere noluit: quinetiam Lauſum eius filium interemit.& Iliam eius ſororem(ne qua inde maneret proles,quæ facinus ulciſceretur) inter Veſtales incluſit.Ouid.lib.4.Faſtorum.

Spoliāte Campanos Annibale,L.Imbricus filium Ruſcium cum magno auri pōdere Valerio Beſtio genero ſuo ſeruandum commiſit:quē tamen Valerius auaritia ſtimulante obtruncāuit,vt auro potiretur.Plutarchus.

Conſtantinus Heraclij filius,quum annum vnum imperaſſet, Martinæ nouercæ, laborantis filium imperare,veneno interfectus eſt.Bap.Egnatius.

Cōſtantinus Magnus Licinium ſororis ſuæ maritum pugna ſæpius oppreſſum,& tandem apud Nicodemiam victum interfici iuſſit.Eutr.

Domitianus,autore Tranquillo,Flauium Clementem patruelem ſuū(cuius filios etiam paruulos ſucceſſores palam diſtinauerat)interfecit.

Sextus Aurelius ſcribit Aurelianum Imperatorem ſæuum fuiſſe & ſanguinariū, ut qui ſororis ſuæ filium interfecerit.

Albertus Imp.dux Auſtriæ,dū ſuaſu Bonifacij Pōt. & Rodulphi Imperatoris exercitum pararet in Gallos,a Ioanne fratris ſui filio interfectus eſt.

Orcanes rex Turcarum,Calapini filius a Moſe paruo(cuius fidei pupillum cōmiſerat)interfectus eſt,& regno ſpoliatus.

Draomitia Bohemorū regina,Ludmillā ſocrū religionis obſeruātiſſimā interfici iuſſit,Cuius ſuaſu Boleslaus fili⁹ Vuēceslaū fratrē iā interfecerat.Autor Volat.

Io.Galea-

Io.Galeatius Barnabam ſocetum Mediolani ducem per proditionem cepit, cōiectumq; in carcerem mori coegit, vt eo mortuo principatum arriperet.

Tyberius Nero Caligulę nepotis, imperandi libidine cōflagrantis, aſtu & dolo perijt anno ætatis 78. imperij uero 23. Egnatius.

Childepertus Clodouei primi filius, fratris ſui Clodomyri filios pupillos & clientes ſuos ad ſe venire iuſſos interfecit, vt eorum patrimonio potiretur.

Sigisbertus Clotarij filius bellum cum Chilperico geſſit, in quo Theodobertū eius filium poſt alia multa crudelitatis exempla interfecit.

Egeberrus Sycoberti filius, rex Anglorum, fratres filios (quos patre mortuo educebat) impuberes occidit. Volater.

Eduardus ſecundus rex Anglorū venatu rediēs, ab Afrida nouerca venenato poculo interfectus eſt. Volebat enim ſcelerata mulier Eceldredū filium ſuum ſeptennem principari. Volater.

Childebertus Clodouei filius in Almarichum Gothorum regē, ſororis ſuæ Clotildis maritum bellum mouit, ac uictum uictor obtruncauit, quòd Clotildē ipsā iurgijs & uerberib. propter cultū orthodoxæ fidei quotidie inceſſeret. Volater.

SERVORVM AMOR AC PIETAS IN DOMINOS.

Æſopus libertus Demoſthenis patronum ſuum adeo dilexit, ut nullo tormēti genere potuerit cogi ad reuelandum adulterium domini. autor Macrobius.

Seleuci ſeruus quum ſeruiret amico eius, à quo dominus fuerat interēptus, cenātem in ultionem confodit.

Mycithus ſeruus Anaxilai Meſſenij, acceptum à domino regnū eiuſdē liberis, vbi adoleuerunt, reſtituit, ſumptoq. exilij uiatico cum ſumma tranquillitate cōſenuit Olympiæ.

Neæra & Charmione ancillæ fuerūt Cleopatræ reginę, quæ ſpontaneam dominę mortē imitatæ ſunt, ac ſemiuiuæ repertę, dominæ iam mortuæ coronam capite delapſam reponentes.

Autium Reſtionem proſcriptū, & noctu fugientē ſeruus eiuſdē ſecutus eſt, abditumq. miniſterio ſuo aluit. Quum deinde pſequētes adeſſe ſēſiſſet, ſenē (quem caſus primū obtulit) iugulauit, & in cōſtructā pyrā cōiecit. Eadē accēſa eis occurrit, qui Reſtionē inquirebant dicens damnatum ſibi pęnas luiſſe, multoque acrius à ſe vexatū, q̄ ipſe uexabat. Quo factū eſt, vt Reſtio liberatus affugeret.

C.Gracchū ex Auentino fugientē Europus ſeruus qua potuit ratione tutatus eſt. Super occiſum deinde animam ſciſſis proprio vulnere uiſceribus effudit.

Cluentium Pelignum Italiſcenſem, cōprehenſum ab inimicis, ſeruus occidit, ne traderetur Pompeio hoſti: ac ſe, ne domino ſuperſtes fieret, interemit.

Cepionem morti adiudicatū, quòd inſidias paraſſet Auguſto, ſeruus ad Tyberim in ciſta detulit, peruectumq. Hoſtiam in agrum Laurentem ad uillā patris nocturno itinere perduxit. Cuius deinde nauigationis naufragio vna ex pulsū dominum Neapoli diſſimulāter occuluit, exceptusq. à centurione nec precio nec minis potuit adduci, vt dominum proderet.

Vrbinum in agro Reatino delitefcentem quum milites ad mortem inquirerent ſeruus eius dn̄i ornamētis indutus in eiuſdem cubile ſe reclinauit, vt irruentes hoſtes Vrbinum eſſe ſuſpicarentur, & ita primo impetu iugularent. In cuius rei monumentū Vrbinus mortuo erexit ſtatuam, cum titulo & inſcriptione, quæ ram memorabilem teſtaretur fidelitatem.

AMICI ARCTISSIMI.

Inter patria amicorum numerātur etiam Hercules & Theſeus. Nā hic illius uirtutem & facta ſemper imitatus eſt: & hunc in inferis captiuū redimere conatus eſt ille. Ambo in Amazones amati ſunt, in Scythiam. Phrygiamque vna profecti, eiſdem armis inſtructi, eodem telorum genere muniti, ſimilibus ſtudijs paribusq. exercitationibus uſi, ex geminis fratribus geniti. Hercules ex Ioue,

Theſeus ex Neptuno, ſecundum Plutarchum.

Fuit & mutuus amor inter Herculem & Neſtorem. Nã Hercules Meſſenem dedit Neſtori, & Neſtor primum inſtituit iuramentum per Herculem.

Statius Dimanta & Hoppleum amicitia inſignes fuiſſe memorat. Syll. Marium & Caſpiũ lib. 9. dicens. Sacro iuuene Præneſte creati, Miſcuerant ſtudia, & iuncta tellure ſerebant. Velle ac nolle ambobus idem, ſociataque toto mens æuo, ac paruis diues concordia rebus, Occumbere ſimul, votisq; ex omnibus vnũ, Id fortuna dedit iunctam inter prælia mortem.

Quum Oreſtes & Pylades ueniſſent in regionẽ Tauricam ad deponẽdas furias, quibus Oreſtes laborabat propter matrẽ occiſam, eſſentq; a rege comprehenſi, quod ſimulachrum Palladis inde auferre voluiſſent, rex Oreſtẽ (quem audiuerat eſſe autorẽ furti) damnauit capitis. Quum vero neſciret vter eſſet Oreſtes.

Pylades eum ſe eſſe affirmabat, cõtẽdebatq. vt pro ſocio interficeretur. Oreſtes verò volebat irrogari ſibi ſuppliciũ, nomẽ ſuũ accuſans & furtum. Cicero in Lælio: Quum ignorãte rege, inquit, vter eſſet Oreſtes, Pylades ſe Oreſtẽ eſſe diceret, vt pro illo necaretur: Oreſtes autem ita vt erat, Oreſtem eſſe perſeueraret, ſtantes plaudebant in re ficta. Oui. li. 4. de Triſt & lib. 2. de Ponto.

Damon & Pythias Pythagorei cõdiſcipuli, arctiſſima inter ſe amicitia coaluerũt. Nã quum alterum eorum Dionyſius Syracuſanus interficere vellet ſuſpicione proditionis, alter ſe mortis uadem præſtare nõ dubitauit, tantiſper dum is qui rapiẽdus erat ad ſupplicium, reuerteretur a cõponẽdis rebus domeſticis Quũ autem ad eſſet hora morti deſtinata, & iã obſes proximus eſſet ſupplicio, vnuſquiſque ſtultitia tam temerarium ſponſorem dãnabat At is nihil de fide amici dubitare prædicabat. Eodem autem momento quo ſuppliciũ tyrannus indixerat, qui diſceſſerat. ſuperuenit obſidẽ liberaturus. De his Cicero in Officijs.

Metrodorus Lampſacenus annis 17. nunquam diſceſſit ab Epicuro.

Phydias ſtatuarius Agorantem Parium diſcipulũ ſuũ adeò dilexit, vt nomẽ eius ſuis operibus inſcripſerit plerunque.

Galetes puer vſque adeò amatus eſt a Ptolemæo, vt quũ uideret reos ad ſuppliciũ trahi, ſalutem eis & impunitatem exorauerit a rege.

Hiſpides Menedemo ſocio a Spiramene inimicis occidendum ſe præbuit, quũ tamen liberum eſſet periculum declinare. Curtius.

Timagoras Meletẽ Atheniẽſẽ vſq. adeò dilexit, vt eo iubente ſe præcipitauerit.

Theſeus cũ Pyrithoo amicitiam iureiurando confirmauit, autore Plutarcho. quę nunquam diuelli potuit. Propterea fingũtur a poetis comitatu indiſſolubili ad infero, deſcendiſſe ad rapiendam Proſerpinã Ouidius Pyrithorũ Theſeus Stygias comitatus ad vmbras. Hor. Nec Lethæa valet Theſeus abrũpere fido Vincula Pyrithoo.

Solebant Spartiatæ & Meſſenij virgines ad ſeſe mutuo mittere, ad cõfouẽdas ſẽper amicitias.

Amelius cum Plotino philoſ. annos ſupra viginti ſumma familiaritate vixit.

Dario uſq. adeo amauit Megabyzum Perſam, vt diducto malo punico optauerit ſibi tot Megabyzos, quot illic eſſent acinorum teſtis Herodotus.

Quanta in Xerxem regem Perſarum beneuolẽtia fuerit Boges, quoq; modo eius cauſa ſe, ſuaque omnia morti & flaminis deuorauerit, alibi diximus.

Conſtituerat Achilles nũquã redire ad bellum Troianum, propter ereptam ſibi ab Agamemnone Briſeidẽ: vbi tamen intellexit Patroclum amicum ab Hectore fuiſſe peremptum, mutato propoſito bellũ adijt: nec prius quieuit ex animo quam ſocij mortem vindicauerit. Vnde mortuo Patroclo, ſic apud Homerũ loquitur, Nunquã pari dum viuam, dolore afficiar. Proper. lib. 2. Stat. lib. 4. Syl. Et lacerum qui circa mœnia Troiæ Priamidem cęſo ſolatia traxit amico.

Nyſus Hyrtaci filius & Euryalus, amici fuerunt arctiſſimi, qui pro Ænea certauerunt

runt in Turnum quorum alterum Euryalum quum Rutili interfeciſſent, Niſus qui periculum curſu euaſerat, radijt tamen ad vlciſcendam ſocij mortẽ. Quod cum feciſſe, ſuper mortui corpus ſe confodit, & exanimen proiecit. De his Ver. libro nono: His amor vnus erat, pariterque in bella rubeant. Idem de Nyſo, Tum ſuper exanimen ſeſe proiecit amicum Confoſſus, placidaque ibi demum morte quieuit.

Achates perpetuus Æneæ comes & ſocius fingitur à Vergil. ſic vt alter altero ſẽ per comitatus abeat. Stroza pater: Nec minus hunc colui, quàm dux Troianus Achatẽ, Qui in rector Graiæ Neſtora militiæ. Nã & maxima fuiſſe fertur: amicitia inter Neſtorem & Agamemnone.

Caſtor & Pollux fratres fuerunt, filij Lædæ: his ex Ioue, ille ex Tindaro. Propterea poetæ fabulantur, Caſtorem fuiſſe mortalem, quem immortalis Pollux ſuo interitu fraterna redemerit pietate. Quod ideo fingitur, quia eorum ſtellæ ſic ſe habent, vt vna occidente, oriatur altera, Seruio teſte. Verg. lib. 6. Æn. Si fratrem Pollux alterna morte redemit, Itque reditque viam toties.

Alexander tanta fide coluit Epheſtione, vt eo mortuo propugnacula vrbiũ diripi equos mulos tonderi, pleroſque gregarios homines interfici ad mœrori: argumentũ iuſſerit, idque vocauerit Epheſtionis inferias. In eius quoque exequijs decem millia talentum profudit. autor Plut. & Arrianus.

Cyziceni adeò fideles Romanis extitere, vt in bello Mithridatico diutiſſime obſeſſi, neque fama, neque tormentis vllis ad deditionem cogi potuerint. autore Plutarcho.

Nicomedes rex Bithyniæ, tam propẽſo fuit in Romanos animo, vt raſo capite pilem ſumpſerit, & ſe Romanorum libertum vocauerit.

Licinius Surra tanta familiaritate & beneuolentia coniunctus fuit Traiano, vt imperator ipſe poſt delationem domum eius venerit, pranſusque cũ illo eius medico oculos tentandos exibuerit, tonſoriq; operam dederit. Mox ad amicos cũ uerſus, Ecquid accuſare Surram amplius poteſtis? inquit. Eidem mortuo ſepulchrum fieri, & ſtatuam poni iuſſit.

Quum ſenatus Rom. Caiũ & Tiberiũ Gracchos, ob grauiſſimas ſeditiones, quas in populo concitauerant, hoſtes patriæ iudicaſſet, iuſſiſſetque cõprehendi, & interfici cum omnibus eorum aſſeclis: Bloſius, qui Tiberium ſecutus fuerat, in ſenatũ venit, culpã deprecaturus apud Lælium, quod tanti Gracchũ feciſſet, vt quicquid ille vellet, ſibi faciendum eſſe putaret. Cui Lælius: Dic, inquit, ſi Gracchus te in Capitolium faces ferre voluiſſet, nunquid feciſſe? Tum ille: Nunquam id quidem voluiſſet Gracchus: ſed ſi voluiſſet, paruiſſem. Quæ vxor quã tam uim amicitiæ promittat, vnicuique relinquitur coniectandum.

Pomponius & Lectorius tanta fide C. Gracco adhæſerunt, vt ad eius ſalutẽ mori ſeſe obtulerint. Nam quũ L. Opinius Gracchum ipſum fugientem cũ armata manu velut hoſtem patriæ inſectaretur, Pomponius & Lectorius perſequẽtium furori ſeſe obtulerunt, vt ille ſalutem fuga ſibi quærere. Nec prius ceſsũt impetu, quam telis & vlneribus vndique proteſſi expirarent.

Seruilium Cepionem in vincula coniectũ L. Rheginus, vi amoris impulſus, cuſtodia liberauit, & fugæ illi ſe comitem dedit.

Volumnius tam effuſis charitatis habenis M. Lucullum cõplexus eſt, vt quum Antonius Lucullũ interfeciſſet, quòd ad hæſiſſet Caſſio & Bruto Cæſaris interfectorib. Volumni9 amico mortuo noluerit ſuper eſſe, cũ tñ facilè poſſet euadere.

Cælius à Cinna & Mario Placentiæ obſeſſus, ne in eorum poteſtatem veniret, Petronium amicũ ſuum orauit, vt inferret ſibi mortem. Petronius quum ab ea ſẽtentia amicum non poſſet, auertere interfecit ſeque ibi comitem dedit.

Non minora beneuolentiæ indicia præſtit. Terentius Decio Bruto: nã quũ Antoni9 ſpeculatores miſiſſet. q Brutũ interficerẽt Seruius Terẽtius, vt eũ a morte

 liberaret,

liberaret,ſeipſum interfectoribus obtulit,nomen Bruti mentitus. Re tamen cognita, Terentium dimiſerunt incolumen,tracto ad ſupplicium Bruto.
C. Lelius & Africanus Scipio inter raras amicitias numerati ſunt.
Pōponius Atticus tāta beneuolentia iūctus fuit Cic.vt Ciceronis Atticus diceret.
Iulius Cæſar Syllanæ factionis inimicus,adeò fauit Mario,vt deiecta ei' trophea reſtituerit,ſtatuasque noctu erexerit in Capitolio.
Memorabilis eſt amicitia duorum hominum,quos Saxo Grammaticus Aſmūdū & Aſuitum vocat:quorum;quum Aſuitus morbo conſumptus eſſe,alter Aſmūdus ob amicitiæ iuſiurandum viuus cum eo tumulari voluit.
Quædam amicorū paria numerantur à Politiano,his verbis: Vt tibi collatus iuuenis Phocæus Oreſtem Oderit & ſpernat Theſea Pirithous, Sicanium Pyladē credatur fallere Damon, Vixque bonum frænis Caſtora frater amet.

IVSTISSIMI.

Ariſtides ab incorrupta æquitate Iuſti Cognomen apud Athenienſes meruit. Idē interrogatus,quid eſſet Iuſtitia: Nihil,inquit alienum deſiderare.
Aiunt Biblium fuiſſe virum tantæ integritatis & abſtinentiæ, vt cùm inter eūdū reperiſſet aliquid alienum,omnino intactum præteriret.
Philoxenus poeta maluit reduci ad fodinas lapidarias,quàm cōtra animi iudiciū carmina Dionyſij probare.
Briantis Prienæi integritas in iudicandis cauſis ſequenti prouerbio locum fecit, Prienenſi pollere iuſtitia.
Prodicus fuit quiſpiam apud Græcos in iudicādis litibus & arbitrijs inter diſſentientes amicos acerrimi iudicij.
Ripheus Troian' fuit quiſpiā,quē Verg. li.2. Æn.iuſtiſſimū fuiſſe ait his verbis: Cadit & Ripheus iuſtiſſimus vnus, Qui fuit in Teucris, & ſeruātiſſimus æqui.
De Emathione Ouid.lib.8. Met. Emathion æqui cultor,timidusque deorum.
Idem lib.6. Met. de Ericbtheo ſic meminit: Sceptra loci rerumq; capit moderamē Erictheus: Iuſtitia dubium eſt validisne potentior armis.
Hermes Ægyptius tanta fuit æquitate & iuſtitia, vt quum quid emeret, iuſtū ſē per exolueret precium,cariusque emeret,quàm venditor æſtimaret.
Bocchyris rex fuit Aegyptiorum adeò incorruptæ in iudicādis litibus iuſtitiæ,vt ſi quem magnopere iuſtū ſignificare vellent,Bocchyrim appellarent,autore Suidas apud Eraſmum.
Chiron fuit Cētaurorum iuſtiſſimus. Germanicus in Arato: Hic erit ille pius Chiron iuſtiſſimus omnes Inter nubigenas,& magni doctor Achillis.
Ariſtophanes Meſſenius tāta fuit æquitate,vt quoſdā ex ſocijs interfecerit, quod puellas virgines ſtuprare voluiſſent.
Maris philoſophus ex Laodicea fuit omnium ætatis ſuæ iuſtiſſimus.
De Zeleuci æquitate in capite de Seueriſſimis hominibus quære.
Timoleon Corinth.cum nullis precibus fratrem poſſet inducere ad exuendā tyrannidem,eius interfectoribus adiutorem ſe præbuit.
Cambyſes iudicem ſibi chariſſimum, quòd perperam & iniquam ſententiā tuliſſet,corruptus pecunia eueſtigio comprehendi iuſſit,& pelle ex toto eius corpore detracta tribunal iudicum inſterni,vt aliena fruerentur inſania, eoque periculo rectius iudicarent.
Herodotus ſcribit, Mycerinum Cleopis filium omnes Aegypti reges æquitate & iuſtitia ſuperaſſe. Si quis apud eum conquerebatur de re aliqua furto ſibi ſublata,ſua ipſe pecunia iacturam conquerentis reſarciebat & iniuriam.
Darius Scythen Zanclæorum regem cenſuit omniū quos vidiſſet,iuſtiſſimum. autor Herodot.
Idem ait Glaucum Lacedæmonium Epycidis filium tā celebri & incorrupta fuiſſe iuſtitia,vt ad eum videndum multi alienigenæ Spartam conuenirent.

Timochares,

Timochares,ſeu vt alijs placet Nicias,Pyrrhi Epyrotarũ regis medicus,quũ ad Fabriciũ acceſſiſſet,promiſiſſetq; ſe pacta mercede prẽminiſtraturũ Pyrrho venenũ:Fabricius non tantum auerſatur eſt facinus,at etiam Pyrrhũ hoſtem literis monuit,vt à domeſticis caueret inſidijs.autor Valerius & Antias apud Gell.

Quum Philippus in tribunali dormitãs aduerſus Machetam quendã pronunciaſſet,vbi vigilantior factus cognouit factam Machetæ iniuriam,non reſcidit quidem iudicium,ſed iniuſtam ipſe exoluit mulctam.

Idem rogatus ab Hapalo,vt Cratera eius familiarem iudicio liberaret:Eũ,inquit, rectius eſt,quàm nos ipſum malè audire.

Alexander Seuerus Imp.tanta fuit æquitate,vt nullas vnquam ſanciret leges,nullã cõſtitutionẽ ſacraret ſine viginti iuriſperitis,& doctiſſimis ac ſapientibus viris:nec vlla in re iudicium ferret,quin prius iret per ſententias ſingulorum, & ſcriberetur quid quiſq.dixiſſet.Quum de iure aut negotijs tractabat,ſolos adhibebat doctos & diſertos.Si de re militari milites veteres & ſenes. Si vnquã furẽ vidiſſet iudicem,paratum habebat digitum,vt illi oculum erueret. Tãto odio proſequebatur iudices,qui furtorum fama laboraſſent, vt ſi eos caſu aliquid videret,commotione animi choleram ſtomacho euomere,toto vultu inardeſcẽte autor Lampridius.

Camillo Phaliſcos obſidenti ludi magiſter liberos Phaliſcorum,tãquam ſpaciãdi cauſa,extra murũ eductos tradidit:dicens repetendis obſidib.ciuitatem impetrata facturã.Camillus nõ ſolũ ſpreuit perfidiã, at magiſtrũ reuinctis poſt terga manibus,pueris dedit verberandum , & ad parentes cum plagis reducendum Phaliſci ob hanc iuſtitiã ſpõte deditionem fecerunt.Claudianus in Ruffinum: Ductosque Camillus.Trans murum pueros obſeſſæ reddidit vrbi.

Cato & Phocion pcipuis amicis quandoq; aduerſabãtur cauſa ſeruãdę ęquitatis.

T.Manlius iuris pontificalis peritus , iudex inter Macedonas accuſatores filium conſtitutus,audita cauſa,ita pronunciauit:Quum probatum ſit Silanum filium meum pecuniam accepiſſe,ipſum repudio,& prole mea indignum iudicio protinusque à conſpectu meo abire iubeo.

Tranquillus ait,Auguſtum tãta fuiſſe æquitate,vt nulli vnquã genti ſine iuſtis & neceſſarijs cauſis bellum intulerit.

Vrſus Nolanus tãta fuit iuſtitia , vt ne lapidis quidẽ vnus in Nolanas ædes (quas inchoauerat)niſi ſoluat mercede conuectus fuerit.

INIVSTI.

Pilatus Hieroſolymorum præſul autorem noſtræ ſalutis adiudicauit morti , ne in Cæſaris offenſionem impingeret.

Themiſtocles monitus à quodã,vt æqualem ſe præſtaret in iudicio:Abſit,inquit, et ego dum potero,non magis amicis faueam cunctis in rebus.

Fanis rex Calcidis Heſiodum Homero prætulit,vt Midas agreſtem Panos catilenam Apollinis muſicæ.

Siſames nomen eſt illius iudicis, quem ob iniquam ſententiam à Cambyſe excoriatum prædiximus.Eius verò filius vocabatur Orhanes.teſtis Herod.

Amulius Numitorem fratrẽ regno expulit, & paruulos nepotes perdendos in Tyberim deuouit.Ouid.li.3.Faſt.Hoc vbi cognouit cõtemptor Amulius æqui Nãraptas fratri victor habebat opes Amne iubet mergi geminos.

Vltimus regum Romanorũ Tarquinius,vir fuit iniuſtus,vt docet Ouid.li.1.Faſt. dicens.Vltima Tarquinius Romanæ gentis habebat Regna, vir iniuſtus,fortis ad arma tamen.

PRODITORES, PERIVRI ET PERFIDI.

Ptolemæus Iudæus,Abobi filius, ſocerum ſuum Simonem Iudæorum principẽ, conuiuio exceptum cum duobus filijs interfeci,regnandi cupiditate.

Laomedon Neptuno & Apollini murorum Troiæ cõditoribus pactã denegauit

mercedem. Verg. lib. 4. Laomedonteæ ſentis periuria gentis.
Pelops filius Tantali periurio decepit Myrtilũ in Hippodamiæ certamine, vt fabulantur poetæ. Catullus. Periuri Pelapis vaſtabit tertius hæres.
De perfidia Theſei in Ariadnam, Iaſonis in Medeam, Demophontis in Phillidẽ, Æneæ in Didonem, iam diximus in capite de Ingratis.
Zopyrus Perſa benignè à Babilonij exceptus, vrbem eorum Dario prodidit.
Harpagus Aſtyagem dominum ſuum prodidit Cyro regi Perſarum.
Myrtilus Hippodamiam Oenomai filiam curuli certamine dimicãtem prodidit, pacta mercede corruptus a Pelope Seneca: Deceptor dominæ Myrtulus.
Helena Deiphobum Troianum, cui poſt mortẽ Paridis nupſerat, dormientẽ Græcis prodidit, foribus eius apertis autore Vergilio.
Iolas Alexandri pincerna dominum ſuum veneno ſuffocauit.
Eriphyle capta aureo monili, quod ferebat Adraſtus, maritum ſuum Amphiaraũ delitescentem prodidit, vt prius dictum.
Qua perfidia Paris Menelaum hoſpitẽ eluſerit rapta eiuſdẽ vxore, iam diximus Hora. Paſtor quũ traheret per freta nauibus Idæis Helenam perfidus hoſpitã.
Vlyſſes Calypſo nympham, cuius hoſpitio ſeptem annos fuerat vſus, fide violata deſeruit. Propertius li. 2. Sic à Dulychio iuuene eſt eluſa Calypſo, Vidit amato rem paudere vela ſuum.
Qua perfidia Polymneſtor rex Traciæ Polydorum interfecerit, ductum eſt in capite de Auaris.
Conuenit inter hiſtoriographos, Troiam ab Aenea, Antenore & aliquot alijs, qui poſtea profugi multis fuerunt annis, proditam fuiſſe Græcis.
Cillicon Milleſius prodita Prienenſibus Mileto patria, inhoneſtè dicatus eſt.
Laſthenes Olynthum prodidit Philippo Macedoni.
Cleomenes Spartanus Argiuos induciarũ fiducia conſpitos noctu inuaſit, aliosq́; contrucidauit, alios duxit captiuos.
Phrynicus fuit quiſpiam Lacedæmoniorum proditor.
Erybatus miſſus à Cræſo cum multa pecuniarũ vi, vt contraheret exercitum, ad Cyrum Crœſi hoſtem defecit.
Apollonius Samios, quibus erat præfectus, Philipo dedit occidendos.
Simonem Verg. fabulatur fuiſſe Græcum neſcio quem periurum, qui ſuis mẽdacijs & perfidia Troianos eluſerit, & fatalẽ machinã vatibus nequicquã reclamãtibus intra muros duxerit, Verg. libro 2. Talibus inſidijs periurique arte Sinonis Credita res, &c.
Dion Syracuſanus interfectus eſt proditione cuiuſdam Caliceratis, quo cũ sũma familiaritate prius uixerat.
Annibal ſenior appellatus Aſdrubalis filius, cum primo bello Punico totã Italiã vaſtaret, Cornelium Aſinam cõſulem ſpe pacis vocatum ad colloquiũ, punica fraude interfecit.
De Nicia Phyrri medico, eiusque in dominum proditione iam diximus.
Trapeia puella Capitolium Tatio regi Sabinorum tradidit.
Metius Supetius, cũ apud Albanos ſummã rerum teneret, à Romanis in auxiliũ cõtra Fidentes vocatus iure ſocietatis uenit quidem, ſed in ipſo prælio ad hoſtes defecit. Propterea Tull. Hoſtilis parta victoria cum religauit ad binas quadrigas hisque in diuerſa rapientibus membratim diſcerpſit.
Nilo Epyrotarum urbem Papyrio Curſori ſpe mercedis prodidit.
Cethegus Romanus cum Catilina in Remp. coniurauit.
Perpẽna conſul. Mari auarum partium, Quintum Sertorium, quo cũ prius magna amicitia dimicauerat, inter epulas nihil ſibi timẽtem interfecit, vt ſolus imperio potiretur in Hiſpania.
Aulus Poſthumus Albinus miſſus ad bellandum Iugurtham, pecunia ab eodem corruptus,

corruptus, fediſſimam contraxit pacem.

De perfidia Septimuleij in T. Gracchum in capite de Auaris iuuenis.

Cn. Domitius Bituitum Aruernorum regẽ ſpecie colloquij comiter inuitatũ vinxit ligatumque Romam miſit.

Fl. Fimbria Valerium Flaccum in Aſia curauit interficiendum corrupto exercitu

M. L. Druſus Magulſam Mauritaniæ principem, quem hoſpitio ſuſceperat. Baccho prodidit, pecunia corruptus.

L. Magius, & L. Fannius legati à Mithridate ad Sertorium miſſi, defecerunt ad populum Romanum.

Curio cum prius eſſet inimiciſſimus Cæſari, mutata poſtea uoluntate, factus eſt accerrimus eius propugnator, cùm ab eo liberatus eſſet maximo ære alieno. Vnde Lucanus: Audax venali comitatur Curio lingua. Et alibi de eodẽ: Gallorum captus ſpolijs & Cęſaris auro. Seruius ait, Curionem vendidiſſe Romã Cęſari 26. millibus aureorum.

Boleslaus tertius rex Bohemorum Moſconem regem Poloniæ ſimulatione colloquij exoculauit.

Cocalus rex Siciliæ Minoem regẽ Cretæ, qui Dedalum perſequebatur, ad colloquium prætextu amicitię inuitatum, per proditionem in thermis ſuffocauit.

Grimoaldus Pipini filius, Dagobertum, Sigisberti ſecundi filiũ fidei ſuæ poſt mortẽ patris eius commiſſum, interfecit, vt Auſtraſiæ regnum, cui præerat pupillus ſibi vendicaret.

Sedechias medicus Carolo Caluo regi ac domino ſuo venenum præminiſtrauit.

Io. Galeaticus dux Inſubrium Barnabã ſocerum ſuum, quẽ ſimulabat ſe ſalutare velle. obuiã prodeuntem in itinere per proditionẽ cepit, coniecitq. in carcerẽ.

FIDELISSIMI.

Maluit Atilius Regulus ad ſupplicium redire, quàm datã Carthaginenſibus fidẽ violare, at iam docuimus. Syll. lib. 6. Seranus clarum nomen tua Regule prole, Qui longum ſemper fama glicente per æuum, Inſidijs ſeruaſſe fidem memorabere Pœnis.

De fide Penelopes in Vlyſſem, & Zopyri in Darium, ſuis locis iam diximus.

VERACISSIMI.

Pomponius Atticus nec mendacium dicebat, nec pati poterat.

Benius abbas, qui in Thebaidis ſolitudine vixit, nũquã uiſus eſt iurare, nunquam mentiri, nunquam iraſci, nunquam verbum ocioſum dicere.

Hor abbas nunquam mentitus eſt, nunquam cuiquam maledixit.

ASTVTI ET FREDVLENTI.

Vlyſſem & Siſyphum vafros admodũ fuiſſe pro cõperto eſt vnde Homerus apud Eraſmum Siſyphus in terris, quo non aſtutior alter.

Cyrus Maſſagetis in ſe irruentib. caſtra reliquit diripenda, ut cibo potuq. graues & ſomno deditos poſtmodum aggrederetur, & uinceret, ut accidit.

Iſmenias Thebanus legatus ad regẽ Perſarum miſſus, quum ferret ex conſuetudine gentis nihil ab ipſo rege impetrari poſſe, niſi quis prius adorãs precũberet: vbi in eius fuit cõſpectu, annulum de induſtria ad pedes cadere permiſit vt in colligendos reclinatus uideretur adoraſſe regem.

Athenienſibus in expeditionẽ Siciliæ nauigaturus, Meſon Aſtrologus inſaniam mentitus eſt, ut onus detrectaret.

Pyſiſtratus timens primores Athenienſiũ, volũtarijs affectus plagis in publicum proceſſit, vbi de principum crudelitate queſtus populum cõcitauit ad ulciſcendam factam iniuriam.

Quo aſtu uſa ſit Phryne meretrix in Apellẽ, iã diximus in capite de Meretricib.

Scyllis Sicyonius tanto aſtu clarauit, vt quo tẽpore Xerxes imminebat Gręcię, Perſarum nauium rudentes & anchoris natando & urinando præſcinderet.

Dionyſius tyrannus citharędo cuidam, ſibi plurimum grato, in ſpectaculis multa pollicitus eſt, neq. tamen ſequenti die erogauit quicquam: mercedē uero repoſcenti hoc modo reſpōdit, Abundè tibi gratiam retuli citharęde. Quāto enim tempore oblectaſti canens, tanto etiam ſperans es oblectatus.

Hyperbolus fuit quiſpiam Chremidis filius, verſutia in fallēdo præſignis. Nā cū lucernas factitaret, plumbū immiſcebat æri, ut ponderoſiores factæ maius demererentur precium.

Theopōpus Lacedæmonius ꝑmutato cū vxore habitu euaſit è carcere, vt mulier.

Pyrrhander fuit ſycophanta quiſpiam egregè verſutus, notæq. malitiæ. Ariſtop. apud Eraſmum, Ac per Iouem fuit quidem Pyrrhandrica illa techna.

Quum mortuo Cambyſe ſeptē Perſarū magi inter ſe cōueniſſēt, vt cuius equus primum ſoli oriēti adhinniret, rex ſalutaretur. Oebares (ſeu vt aliqui ſcribunt) Cebares Darij equiſo admiſſum intra ęque genitalia manū narib. equi Dariani admouit. Quod odore irritatus equus, ante omnes hinnitum dedit.

Eucrates fuit verſutus quiſpiam, qui aliquo prætextu ſuffugiebat ſēper, ſi quādo fides eſſet præſtanda Hinc adagiū natum. Vias nouit, quibus effugit Eucrates.

Cautharus fuit quiſpiam impoſtor & maleficus apud Athenienſes.

Phrynondas fuit etiam uerſutus & maleficus, ſummusque malarū rerum artifex. Vndæ quotieſcunq. hominem inſignē malum volebant innuere, Phrynondam appellabant. Ariſtop. apud Eraſ. Scelerate tu, ac Phrynonda, & impuriſſime.

Ciphiſſodorus, Pantoleon & Matreas impoſtores fuerunt apud Alexandriā, qui vafris quibuſdam commentis ſpectantes eludebant.

Alexāder tertius Pōt. max. Venetias habitu ſerui fugiēs, manus Frid. ſubterfugit.

Annibal Romanā Claſſem adortus ſerpētes fictilib. vaſis incluſos, in hoſtē nihil tale ſperantem eiaculatus eſt, & inſperata formidine cōcuſſos in fugam uertit.

Papyrius Prætextatus ductus à patre in ſenatum, quum arcana quędā illic audiſſet, reuerſus domum, & interrogatus à matre quidnam actū eſſet in ſenatu: ad declinandas importunas eius preces, reſpondit, conſtitutū eſſe, vt vni uirò duę nuberent vxores. autor Gel.

Sertorius, vt eſt apud Gellium, in temporib. difficillimis mētiebatur ad milites, ſi mendaciū prodeſſet: & literas compoſitas pro veris legebat, & ſomnium ſimul labat, & falſas religiones conferebat, ut his rebus militum animos quoquò vellet, induceret.

Antonio Athenas intrāticum ciues vrbis obuiam proceſſiſſent, dixiſſentque, eſſe ſibi Mineruam nubilē, quam Libero patri (ita enim eum vocabāt aſſentādi ſtudio) deſpondere vellēt: arrepta occaſione ducturum ſe reſpondit, ſed oportere futuræ nuptæ mille dari talenta nomine dotis.

Iulius Cæſar in obeundis expeditionibus exercitum nunquā duxit per inſidioſa itinera, quin prius locorum ſitus experiretur: nec antè in Britāniam tranſuexit, quam portus & nauigationem & acceſſum ad inſulam exploraſſet.

Boemundus Roberti regis Siciliæ frater ab expeditione Hyeroſolimitana rediēs, quum per fines Alexij imperatoris inimici trāſire cogeretur, ſe clauſum in loculo, vt mortuum ferri iuſſit, eoque modo manus hoſtis euaſit.

Ladislaus rex Poloniæ, Cracouiam oppidum obſeſſum ad deditionem compulit opinione caſtrenſis copiæ ſtratagemate deceptum, quum montes farina integi mandauiſſet.

CONSTANTES ET PATIENTES
in rebus aduerſis.

Iob mortalium omnium patientiſſimus, amiſſis liberis omnibusq; fortunis, ſatis habuit dicere: Nudes exiui è matris vtero, nudus reuertor: Deus dedit, idem abſtulit: Sit eius nomen benedictum.

Eſaias

Eſaias propheta viuus in duas partes ſectus,tã conſtanti fuit animo,vt nihil patiẽti ſimilis videretur.
Ananias,Azarias & Miſael pueri in fornacem ignis cõiecti,hymnum domino ibidem cecinerunt.
Excrementicia hirundinum fece excæcatus Thobias,ſiniſtrum illum caſum tulit conſtantiſſimè.
Quum Stephanus protomartyr lapidibus obrueretur,non potuit tamẽ de percuſſorum ſalute non eſſe ſolicitus.
Diuus Hieronymus in heremo degens,aſinum ſibi ablatum æquo animo tulit.
Femella Amatriciana quum intellexiſſet filiũ demiſſo nimis animo ad ſuppliciũ trahi,eidem occurrens iuſſit,vt exuto periculi metu,cœlum & ſolẽ ſuſpiceret. Quod quũ feciſſet,An,inquit,ignoras fili,te cõfeſtim in arces illas emigraturũ.
Marcellinus martyr Diocletiani iuſſu ſtipitibus cum fratre affixus, Pſalmũ illum cecinit:Ecce quam bonum,& quam iucundum,habitare fratres in vnum.
Agathæ virgini Catanea cum mandato Quintiani Siciliæ proconſulis euellerẽtur mammæ, puella tortori pauca hæc verba ſatis habuit dicere. Ante non pudet Quintiane in me laniaſſe,quod te in matre aluit.
Seuerianus Adriani iuſſu moriens,ignem petijt,& accenſo thure,Vos, inquit,dij teſtes eſtote,nihil a me morte dignum eſſe commiſſum.Tantum hoc precor,ne cum mori,velit,poſſit.
Pigmenius presbyter Romanos Deo gratias egit,quod vtroque captus eſſet oculo,ne eccleſiæ inimicos videret.
Symphoroſa Getulij martyris vxor mortẽ ſeptem filiorum pro catholica fide occumbentium patientiſſime tulit,quinetiam ad martyrium animauit.
Parẽ filiorum numerum Felicitas mulier Romana pro religione Chriſtiana ſub Antonio emori læta conſpexit.
Sophia mulier tres filias ſub Adriano iugulari uidit cum gaudio.
Socrates vxoris ſuæ Xantippes conuicia & iniuria domi cõſtãtiſſime ferebat,vt aliarum mulierum inſolentiam foris pati diſceret. Idem ſitim & famẽ tolerãtiſſimè perferebat.Nudis pedib.glaciẽ & pruinas calcabat facilib',q̃ calceari mallet.Quantuſcunq; foret hyemis rigor,nihil addebat quotidianis veſtimentis.
Diogenes Cynicus in conuiuio quodam ab inſolenti iuuenum cœtu cruẽtis affectus plagis,contumelioſam illam iniuriam toleráuit conſtantiſſimẽ. Idẽ in maxima ui frigoris æneam ſtatuam frigidiſſimam ſolebat amplecti.
Pericles duobus filijs intra quatriduum ſpoliatus, iiſdem diebus vultu priſtinum habitum retinente concionatus eſt.
Xenophonti philoſopho Gylli Athenienſis filio ſacrificante,quum nunciatum eſſet,alterum eſt filijs natu maiore in acie cecidiſſe,coronã tantum depoſuit.Percontatus demum,quonam modo occubuiſſet?vt audijt fortiſſimẽ pugnantẽ cecidiſſe, depoſitam capiti expoſuit,numina teſtatus,ſe maiorem ex filij virtute lætitiam,quam ex morte mœrorem ſentire.
Anaxagoras audita filij morte nuncianti:Nihil,inquit,nouum memoras, Ego.n.illum ex me natũ ſciebã eſſe mortalem.Stroza pater.Videtat hoc celeber Samię telluris alumnus,Hoc & magnanimus ſenſit Anaxagoras,Hoc Xenophõ ſẽſit, quem non reuocauit ab aris Filius extinctus,nec doluiſſe ferunt.
Zeno Eleates a Phalaride tyranno correptus,atque in foro cruciatus,vt cõiurationis participes aperiret,conſtantiſſime reluctatus eſt, ſocioque tyranni amicos eius facti ſuſpectos reddidit.
Theodorus nullus verberibus aut tormentis ab Hieronymo tyranno cogi potuit, vt tyrannicidi conſcios proderet. Fingens tamen ſe cruciatus tandẽ conuictũ, Thraſonem,tortorem cõiurationis ignarum declarauit,qui protinus ad ſupplicium raptus eſt.

Ana-

Anaxarchus quũ in lapidea pila iuſſu Anacreontis Cyprij tunderetur ob veteres iniurias, nullum doloris præ ſe tulit indicium: qui cõuerſus ad carnifices, Tũdi te, inquit, pilam Anaxarchi, nam Anaxarchum non tunditis. Ouid in Ibin: Aut vt Anaxarchus pila minuaris in alta, Iactaque pro ſolitis frugibus oſſa ſonent.

Ariſtippus cuidã, qui ob iram in verba venerat, dixit: Ne quæſo a verbis propter iram diſcedamus, ſed potius ab ira propter verba. Idem cuidã maledicẽti ait: Tu maledicendi dominus, ego audiendi.

Ageſilaus Lacedæmoniorum dux, in caſtra Xerxis regis profectus, Mardoniũ Perſam occidit, putans ſe regem occidiſſe. Raptus igitur ad ſupplicium, quũ poſt uaria tormentorum genera nullum ſuſpirium prorſus emitteret, conſtantia illa meruit impunitatem.

Thraſeas Stoicæ diſciplinæ ſtudioſus, cum damnatus a Nerone ſolutis uenis moreretur, magna conſtantia ſuorum fletum compeſcuit, libauitque ſanguinẽ Ioui liberatori. Huius meminit Mart. lib. 1. dicens: Diuitior Criſpo, Thraſea cõſtãtior ipſo.

Plinius ſcribit, Gymnoſophiſtas Indorũ philoſophos ab exortu ad occaſum perſtitiſſe contuentes ſolem immobilibus oculis, atque etiam feruentibus arenis toto die alternis pedibus inſtitiſſe.

Phormio dux fuit quiſpiam in perferẽdis militiæ incõmodis notæ patiẽtiæ Hinc natum adagium Eraſmo poſitũ, Phormionis tori. De ſtratis minimẽ delicatis.

Phocion Athenienſis ruri ac militiæ nudis ſemper inceſſit pedibus.

Ariſtodemus Cydathenæus nudo itidem pede ſemper viſus eſt.

Lygus fœmina quum metu militũ filiũ occultaſſet, & illi per cruciatus interrogarent, vbi nam occuluiſſet? vterum oſtendens, ibidẽ reſpõdit latere: nec vllis tormentis cogi potuit, vt conſtantiam uocis egregiæ mutaret, autor Cor. Tacitus.

Theramenes philoſophus iuſſu 30. tyrannorum in carcerem miſſus venenũ cõſtãtiſſime hauſit, dicẽs: Propino hoc Critię. Fuerat is cauſa mortis eius. Iocabatur in morte uir ille fortiſſimus. Thucydides Atheniẽſis hiſtoricus a ſuis in exiliũ miſſus ob proditionis ſuſpicionẽ, fortunam illam æquo animo tulit. Neque vnquã flere aut queri uiſus eſt, neq; Braſidã exilij ſui autorẽ ſcriptis ſuis carpere.

Harpalo in conuiuium regis Perſarum accito quum appoſiti eſſent filij, finitaque cæna, rex interrogaſſet, an cęna ipſa fuiſſet oppipara? ubi dolũ & ſæuitiã agnouit Harpalus, lachrymas tamen tenuit, dolorẽ ſuppreſſit, uocem coercuit, atq; etiam placido vultu, & gratias agenti ſimilis, cęnam laudauit.

Albutius æquiſſimo Animo Athenis philoſophabatur, Marcellus Mitylenis.

Ariſtidæ quum improbus quidã os ſputo coinquinaſſet, riſit hominis improbitatem, ſatisque habuit eum monere, ne poſtea ſimile quicquam faceret.

Auditis Athenienſium legatis, & iam Athenas remigraturus, quum Philippus rex dixiſſet. Eſt ne aliquid obſequij, quod a me proficiſci ualeat in ciuitatẽ ueſtram Demochares legatorum unus: Si te, inquit ſuſpenderis. Quod uerbũ procax & ingratiſſimum Philippus ipſe quieto pertulit animo, quum tamẽ poſſet ulciſci, & deberet iure.

Quum Cambyſes rex Perſarum filium Prexaſpis à quo monitus fuerat uitandæ æbrietatis) ſagitta confodiſſet, pater dolorem ſupreſſit, atque etiam regẽ laudauit, ut peritum artis ſagittariæ.

Lycurgus a temulento quodam iuuene altero priuatus oculo, non tantũ non permiſit eum a ciuibus puniri, at blande ſubmonuit.

Clitimachus Carthaginenſis non tantum forti animo tulit excidum patriæ, ſed ciues quoque cohortatus eſt ad perferendum.

Stilbon Megarenſis, patria capta ac direpta, interrogãti Demetrio, quid perdidiſſet, Nihil ſe amiſiſſe, reſpondit.

Dion Alexandrinus in conuiuio probris cuiuſdam loquaculi, & infamib. uerbis multum

multũ laceſſitus, maledictis nihil penitus reſpõdit. Cæterum vbi rediit domũ, comitantibus pleriſq; & conuiciorum contemptũ ſuadentibus, ut pondit, Ne Gry quidem. Quod ægrè ferens conuitiator iuuenis, laqueo ſe præfocauit.

Dion in cubiculo cũ amiculis ſedens, ubi audiſſet filiũ è ſummo culmine domus prolapſum & exanimatum, nullo ſigno mœroris dato, illum ad ſepulturam ferri iuſſit ſermonemque inſtitutum continuauit.

Rex Antigonus mortẽ Alcionis filij adeò conſtanter tulit, vt diceret illum ſerius aliquanto, quam putaſſet, occubuiſſe.

Leena meretrix Attica nullis tormẽtis a Piſiſtrato cogi potuit, vt admodũ & Ariſtogitonem tyrannicidas proderet.

Æſopo in neruo apud iudices captiuitas animi firmitatem non abſtulit.

Paſcaſius tyrãnus quum Luciæ Syracuſanæ nũciari iuſſiſſet, ſe illius amore captũ, & oculorum pulchritudine illectũ: nihil morata uirgo, oculos ſibi eruit, ac tyranno miſit.

Mãſiniſſa rex Numydarũ, nonaginta natus annos, nudis pedib. inceſſit, nec imbre vllo aut frigore potuit adduci, vt operto eſſet capite. autor Cic. de Senectute.

Mutius Scæuola tã pertinacis fuit conſtantiæ, ut in conſpectu Porſenæ Ethruſcorum regis manũ flammis dederit comburendam, quòd regem ipſum non interfeciſſet. Luc. lib. 2. Te quoque neglectum uiolatæ Scęuola dextræ. De hac conſtantia Mar. lib. 1. Dum peteret regem decepta ſatellite dextra, Iniecit ſacris ſe peritura focis, &c.

Scipionem Africanum tanta in exilio comitate eſt patientia, vt audita fratris mortem animum retinuit.

Mors filij nõ deterruit L. Syllam, quo minus aduerſus hoſtem rẽ egregiè gereret.

Scriptorum monumentis, laudatur Attilij Reguli conſtãtia, quòd ad ſuppliciũ redire maluerit, quam Carthaginenſium captiuos redimi.

Qu. Fabius Maximus fraudatus pecunia, quã ꝓ captiuis Annibali publicè numerauerat, publice tacuit. Compluribus etiam laceſſitus iniurijs sẽper eodem vultu manſit.

Metellus ĩ exiliũ ire, quã Saturnini tribuni plebis iniquiſſimas leges ferre, maluit.

Aemylia Scipionis vxor non modo diſſimulanter tulit ancillã ſuam habet à viro in delicijs: verũ Scipione mortuo manumiſſam eam liberto ſuo dedit vxorem.

Horatius Puluillus pontifex, quum in capitolio Ioui ędem dedicaret, atque inter ſacra mortuum eſſe filium audiſſet: neque tẽpli dedicationem interrupit, neq. vultum à publica religione ad priuatum dolorem flexit.

Paulus Aemylius quum quarto die ante triumphum ſuum Macedonicũ alterum filiorum amiſiſſet, alterum tertio poſt triũphũ die, iacturã illã æquo animo tulit. Progreſſusq. ad populum, fortunæ gratias edit: deosq. precatus eſt, vt ſi quid diſcriminis Reipub. immineret, ſua eſſet calamitate deciſum.

Cato quoque nullis caſibus vnquam mutatus eſt, nulli ſuccubuit calamitati.

Cornelia quum poſt amiſſos duodecim partus, Tyberiũ & Caiũ cæſos & inſepultos miſera à matronis prædicaretur. Nũquã, inquit, me ego felicem nõ dicam quæ Gracchos peperim.

Rutilæ poſt amiſſum filium Cattam (quẽ in exilium fuerat ſecuta) lachrimas nemo uidit.

Bibulus audita duorum filiorum morte, ita ſeipſum uicit, vt die poſtero ad ſolita reip. officia proceſſerit.

Q. Martius rex amiſſo magnæ ſpei filio, dolorem tãta animi magnitudine cõpreſſit ut peractis exequijs curiam ſtatim petiuerit, & vocauerit ſenatum.

C. Marius ruſticanus vir, quum ſecaretur, vetuit ſe alligari, tormentumq; ſolutus pertulit conſtãtiſſimè, nec ullo rigore ſupplicij corpus immutauit. Idem autor libro ſecundo, Quæſt. Tuſcul.

Gloriari

Gloriari ſolitum ferũt Sertorium, ducem Romanum, ob amiſſum in bello oculũ. quod (vt dicebat) cæteri fortes ſua ſpolia bellica domi relinquerent, ipſe ſua ubique haberet.

Aſinius pollio intra quartum diem quam filium amiſerit declamauit.

Pompeius à Gentio rege interceptus, quum ſenatus conſilia prodere cõminationibus tormentorũ ſolicitaretur, digitum lucernę admouit comburendum. Qua patientia regi ſpem quicquam cognoſcẽdi abſtulit, & expetendæ populi Romani amicitiæ cupiditatem ingenerauit.

Iugurtha regno amiſſo Romã captiuus ductus ad carceris hoſtiũ iocatus dicitur.

P. Ouidius exilium non tantum fortiter tulit, at etiam multa in eo ſcripſit.

Auguſtus ſparſos de ſe in curia famoſos libellos nec expauit, nec eorũdẽ autores requiſiuit. Etiã in ſenatu verba facienti quum à multis reclamatum eſſet, id mãſuetiſſime pertulit. Tiberius Cæſar auditis quibuſdam maledicorum conuicijs, reſpondit, In ciuitate libera liberas eſſe linguas oportere.

M. Antonius tanta fuit animi conſtantia, ut nullo vnquã affectu, nullis rerum fortunis vultum immutauerit.

Val. Homullus interrogatus ab Antonio, vnde cõlumnas propheticas ſibi cõparaſſet? reſpõdit: Imperator quum in domum alienam ueneris, & ſurdus & mutus eſto. Quod tamen inſolens verbum Antonius non tantum non moleſtè tulit, at etiam habuit pręcepti loco.

Homullus quidã quum Romæ cauſam ageret, audita filij morte, inſtitutum non interrupit ſermonem.

Herodotus ſcribit, Seuerũ Imperatorẽ iter facere ſolitum ſine vlla intermiſſione neque labores vllo curaſſe. Fuiſſe inſuper frigoris & æſtus patientiſſimum, media quandoque bruma, & agris omnibus gelu cõſtrictis, aut niue, & pruina albicantibus, in montes altiſſimos iuiſſe aperto capite, vt ſuo exemplo milites ad laborem & alacritatem induceret.

Adrianus ſeruum qui in ſe irruerat armatus, non ſolum non puniuit, uerum & curari iuſſit, quod eſſet furioſus.

Turbo præfectus prætorianorũ ſub Adriano tanta fuit conſtãtia & animi magnitudine, ut nec morbo loborans domi ſe cõtineret, prępoſitos rerum ſtantes mori oportere dicens.

Gallieno Imperatori tanta fuit in acceptis cladibus patientia, vt in his etiã iocari nõ dubitauerit. Nã quum accepiſſet, Aegyptum à Romano imperio deſciuiſſe: Quid inquit, ſine lino Aegyptio eſſe non poſſumus? Perdita Gallia ridẽs, Et nõ eſt, inquit, tuta reſp. ſine trabeatis ſagis? Aſia Alemanorũ & Scytharum incurſationibus vaſtata, quid? inquit, ſine Alphronitis eſſe non poſſumus?

Carolus Malateſta victus, captusq. à Philippi Mariæ Mediolanenſis militibus, admirabilem in captiuitate animi firmitatem retinuit.

Pallas Stroctia Florentia pulſus, Paduæ ita uixit, vt exilium ad ocium literarũ cõuertiſſe uideretur.

Mauritius ſeruus quũ a Neapolitano prætore cãdenti forcipe concideretur, traheretur q. per vrbem ad maius ſupplicium, quod liberum hominem occidiſſet, nullos vnquam eiulatus miſit, neque vultum mutauit, neque ſtatum corporis.

Petrus Clareualenſis abbas, amiſſo ob ęgritudinem altero oculo, non ſolũ non viſus eſt conqueri, imò verò plurimum lætari, quod ex duabus corporis partibus ſibi inimiciſſimis alteram amiſiſſet.

Ioannes Aragonię rex, candens, chirurgi ferrum adeò conſtanter tulit, vt ſupra q̃ oportebat, vteretur. Alphonſus rex Neapolitanorum captiuus, ea fuit cõſtãtia, vt libertatem non videretur amiſiſſe.

Alphonſus Tarraconenſis, rex Siciliæ, nunquam viſus eſt iratus.

Gabriel Brixiẽſis, ordinis Minorum, & Cardinalis presbyter, iurare ſolebat, ſe an

nos

nos 30. nulli mortalium ſuccenſuiſſe.

Federicus Vrbinas tam æquo ferebat animo alterum oculum ſibi deeſſe, vt interdũ in deformitatem illam iocaretur.

Antonius Panhormiota multos annos tormina, & vrinæ difficultatem, tam patienter tulit, vt etiam diſſimularet ægritudinem.

Fran. Foſcarus, Venetorum princeps, filium flagitioſis criminationibus infamem relegari conſtantiſſime paſſus eſt.

MAGNANIMI.

Socrates accuſatus ab Anyto, nec patronum quæſiuit ad iudicium capitis, nec iudicibus ſupplex fuit, adhibuitque liberam contumaciam, à magnitudine animi inductam, non à ſuperbia. Et paucis ante diebus quum facilè potuiſſe educi à cuſtodia noluit. Quumque mortiferum in manu poculum iam teneret, ita locutus eſt, vt non ad mortem trudi, ſed in Cœlum videretur aſcendere. autor idem Cic. lib. 1. Quæſt. Tuſcul.

Epaminundas quum viciſſet Lacedæmonios apud Mantineam, vbi accepto ibidem vulnere Exanimem, & iam morti proximum ſe vidit, percontari cœpit, an ſaluus eſſet clypeus, & fuſi hoſtes. Quum autem audiuiſſet, quod cupiebat, auelli iuſſit eam (qua erat transfixus) haſtam, & ita multo ſanguine profuſo in lætitia, & victoria mortuus eſt.

Leonidas rex Lacedæmoniorum ſe in Thermopylis, trecentoſque alios, quos eduxerat Sparta, oppoſuit hoſtibus, quum propoſita eſſet, aut fuga turpis, aut glorioſa mors. autor Cic. lib. 2. de Finibus.

Antidonus Philippi regis miles fortiſſimus in obſidione Perinti catapulta confoſſus, non plus eã euelli paſſus eſt, quam hoſtem fugatum intra mœnia compuliſſet.

Mithridates rex Ponti tanta fuit animi magnitudine, vt filijs, præſidijs, & vniuerſo principatu deſtitutus, quum nec amplius Romanorum virtuti poſſet obſiſtere; nihil tamen humile, aut abiectum conceperit animo. Quinimo ad Celtas profectus, cogitauit vna cum illis in Italiam irrumpere.

Ea fuit animi fortitudine Scytharum regina Tomyris, vt amiſſo exercitu, & filio, quem Cyrus interfecerat, animum tamen nõ remiſerit, aut deſperauerit victoriã. Nam quo tempore lugendus erat filius, & exequijs vacandum incredibili virtute fœmina victorem tam glorioſum, & nihil ſibi non promittentem, regno iuſſit excedere per legatos. Quod mandatũ quũ nihil feciſſet Cyrus, non prius ſuos hortari, & ad profligandum barbarum deſijt animare, quàm ſimulata fuga hoſtem in meditullium regni ſui pellexerit, pellectum numeroſa militum caterua circumſepſerit, circumſeptum vicerit, victum interfecerit, interfectum coniecerit in vtrem plenum ſanguinis, vt eo ſe ſaturaret, quem tantopere ſitiuerat. Herod. hæc.

Boges Perſa Xerxi chariſſimus, quum ab Athenienſibus, & Cimone Miltiadis filio obſideretur, liceretq; ei accepta fide egredi, & in Aſiam remeare: tamen abnuit, ne regi præ metu ſubterfugiſſe videretur. Propterea ad extremum vſque perſtitit. Atqui vbi nihil in mœnibus commeatus reliquum fuit; rogum accendit, cui liberos, coniugem, concubinas, familiam iniecit, totumque vrbis aurum, & argentum è muris proiecit in Strymonem. Quo facto ſeipſum poſtremum incendio dedit.

Hegeſiſtratus Elæus, captus à Lacedæmonijs, & in vincula coniectus, rem fecit vniuerſæ poſteritati commendabilem. Nam quum ferratis ſoleis vinctus eſſet, dimidium pedem præcidit, vt ſe compedibus illis eximeret: demum ſubruto muro periculum effugit, deceptis excubitoribus. autor Herodotus in Calliope.

Alcibiades Athenienſis, dum vna cum ſocijs in via luſitaret, accedentem cum quadriga bubulcum monuit, vt plauſtrum ſiſteret tantiſper dum abſolueretur ludus. Quod quum ille recuſaſſet facere, Alcibiades in terram ſe ante boues ſtrauit, bubulco munito, vt ſi vellet ſupinum corpus boum pedibus, & rotis quadrigæ conculcaret. Idem quum à ludi literarij magiſtro Homericum aliquod opus

per iſſet, atque is reſpondiſſet, non eſſe ſibi: colaphum eidem infregit, dictitans non oportere bibliothecam literati hominis tantis operibus eſſe immunem.

Cyrus adhuc puerulus, rex per iocum inter paſtores creatus, eos qui erraſſent, verberibus ſeuerè caſtigabat. Propterea accuſatus à quodam (quem acerbius depalmauerat) apud Aſtyagem regem Medorum quum ab eodem carperetur, quod in tam tenera ætate, vilibusq; pannis iam imperium exerceret: reſpondit, regem intereſſe, vt delinquentis corriperent: vnde & ex eo tempore Aſtyagi factus eſt ſuſpectus. Ariarathes rex Cappadociæ, à Pordica obſeſſus, quum iam deſperaret effugium, ne quid fructus, aut trophæorum accederet inimicis, vrbem incendit, ſibique & ſuis omnibus conſciuit mortem.

Leonides Spartanus ad Thermopylas Perſarum expectans congreſſum, Eutychum militem domum remiſit, propter cæcitatem, quam quodam oculorũ morbo contraxerat. Diſcedens Euthycus pœnitentia, & rubore cœpit affici, quod ſocijs periculum expectantibus: ſolus ſubterfugium videretur inquirere. Propterea ſeruo ducere egreſſus in prælium, vtcunque poterat pugnando interijt.

Theleſis Argiua mulier Argos oppidum Græciæ, à Cleomone Spartanorum rege obſeſſum, vna cum cæteris mulieribus, quum deeſſent viri, tutata eſt.

Iuba rex Mauritaniæ ſuperatus à Cæſare mortem ſibi conſciuit, ne in triumphum raperetur.

Aſdrubal capta Sicilia Romanis bellum indixit, in quo L. Claucus præcipua nobilitate comprehenſam Aſdrubalis nauem non prius dimiſit, quam vtramque amiſerit manum teſtis Plutarchus.

Horatius Cocles Porſenæ regis Tuſcorum tumultu repentino, & inſperato Romã inuadentis, ſolus impetum ſuſtinuit, donec à tergo pons ſolueretur à ſociis: quo ſoluto, armatus, & vulneratus in Tyberim ſe coniecit.

Chlœlia eidem regi ad conditionem pacis obſes data, traiecto Tyberi Romam redijt, ſeq; exemit captiuitate. De hac puella & Coclide Verg. lib. 8. Aen. Pontem auderet quod vellere Cocles, Et fluuium vinculis innaret Chlœlia ruptis.

L. Poſthumius Albinus dum in conflictu contra Samnites accepto vulnere cecidiſſet, nocte concubia accepto ſpiritu ſurrexit, & ex interfectorum hoſtium clypeis trophæum erexit, tinctaq; cruore dextra titulum inſcripſit. Romam de Samnitib Ioui. in cuius poteſtate ſunt trophæa. autor apud Plut. Ariſtides.

Fabius Maximus dum in conflictu contra Pœnos, ſuos omnes quingentos numero amiſiſſet, ipſe mortifero accepto vulnere vehementi curſu irruit in Annibalem, eique diadema abſtulit, demum iacuit ſupinus.

Cn. Pompilius legatus ad Antiochum miſſus regem ipſum differentem reſponſum, virga circumſcripſit, & priuſquàm egrederetur circulo illo, reſpondere compulit magno dubium fortitudinis, an temeritatis argumento. autore Plinio.

Maluit Metellus exulare, vt iam diximus, quàm in pernicioſas Apulei Saturnini leges iurare.

M. Scæuæ Centurionis fortitudinem iam diximus in capite de Bellicoſis.

Quintus Sertorius accepto in bello vulnere deformatus gloriabatur, atque hoc ipſum tribuebat laudi, & æterno fortitudinis monumento. Alia fortitudinis, & magnanimitatis exempla iam poſui diuerſis in locis. Superſunt tamen plurima, quę omittenda putauimus, quoniam nullus eſt delectus, vbi de multitudine certatur.

CONTEMPTORES HONORVM, ET DIVITIARVM.

Cimon dux Athenienſis ſpolia victis hoſtibus erepta ſuis ciuibus partitus eſt.

Phocioni quum Alexander ex Perſica gaza bello parta magnum auri pondus miſiſſet, recuſauit ille.

Crates Thebanus non paruum auri & argenti cumulum proiecit in mare, quo melius philoſopharetur citra impedimentum.

Democritus agros ſuos reliquit, eoſque paſcua publica fieri paſſus eſt.

Lyſander rex Lacedæmoniorum, veſtimenta magni precij filiabus ſuis à Dionyſio miſſa recuſauit.

Aeneas militis cuiuſdam Turno adhærentis (cui nomen erat Magus) diuitias ſpreuit, quas offerebat, vt veniam conſequeretur victus. Aeneas apud Verg. lib. 10.
Argenti atque auri memoras, quæ multa talenta, Natis parce tuis.

M. Curium rapam in foco torrentem cum legati Samnitum reperiſſent, eique multum obtuliſſent auri: Malo, inquit, hæc in fictilibus meis comeſſe, & aurum habentibus imperare.

Legati Samnitum Fabricij domum ingreſſi, quum viderent multa ad ſplendorem, & tanti viri decere maieſtatem, magnam vim auri eidem obtulerunt. Quam repudiauit vltrò, teſtis eſt Gell. lib. 1. cap. 14.

Maior Scipio publicam rerum adminiſtrationem ſponte reliquit, vt priuatus ageret.

Sextum Aelium Catum, virum conſularem, quum legati Aetholorum vaſis fictilibus prandentem reperiſſent, eidem vaſa argentea miſerunt, quæ tamen recuſauit. Neque aliud argenti ad extremum vitæ diem habuit, quam duo pocula accepta a L. Paulo ſocero ſuo. autor Plin.

Maximianus princeps relicto imperio vitam quoque priuatam elegit.

Diocletianus relicto ſponte imperio in propriis agris conſenuit.

Theodoſius Atramytenus imperator, poſt Artemium pertæſus belli ciuilis ceſſit imperio, monaſticamque vitam amplexus eſt.

Lotharius imperator, & rex Gallorum imperio ſponte ſe abdicauit.

Meſſala primus omnium Romæ vrbis præfectus conſtitutus, die ſexta ab ea dignitate ſe abdicauit.

Beata Eugenia relictis opibus paternis cœnobio ſe incluſit.

Erburga filia Eduardi ſenioris regis Angliæ, relicta itidem paterna domo clauſtrum ingreſſa eſt, in quo ad mortem durauit ſanctiſſimè.

Homobonus ciuis Cremonenſis opes nundinariis, & negociatoriis partas laboribus reliquit, vt ſpirituali conſuleret lucro.

Nicolaus Pataræus Smyrnæ antiſtes patrimonium pauperibus impertiuit.

Raymundus, Io. Germanus, Vmbertus Viennenſis, Albertus Magnus, ſe ſuis epiſcopatibus abdicarunt vltro.

Clotildis, ſeu Batildis vxor regis Clodouei, dimiſſis opibus, & regno, cœnobio ſe incluſit.

Iudocus regis Britonum filius relicto principatu, cui poſt patrem erat ſucceſſurus, byſſum & purpuram in pannoſas, & viles commutauit tunicas.

Antonius anachoreta ne eligeretur epiſcopus, læuam ſibi auriculam ferro præſecuit.

Tuditanus patrimonium populo diripiendum ſparſit.

Michael Curoplates, imperator poſt Stauratium, Leoni Armeno curam imperij reliquit vltrò.

Manuel quoque habenas imperii Alexio reliquit, monaſticam ſecutus vitam.

Idem fecit Ioannes Catacuzenus imperator, qui ſucceſſit Andronico iuniori.

In Tygris alueo oppidum eſt Babythanice, cuius incolæ mortalium ſoli aurum in odio contrahunt.

Arſenius Romanus patricius, quum vocem hanc incerto autore audiuiſſet, Fuge, tace, & quieſce: relicta paterna hæreditate ad cœnobium properauit.

Rachis Longobardorum rex regno ſe ſponte abdicauit, vt monachum ageret.

Placidia virgo, Valentiniani Imperatoris, & Eudoſiæ filia, repudiatis opibus nulli rei præterquam ſaluti inhiabat.

Agnes vxor Henrici Tertij Imp. omnibus, & diuitiis, & honoribus ſe abdicauit, vt religioni daret operam.

Amurathes Turca dimiſſa filio regni cura priuatus egit.

Petrus rex Angliæ, dimiſſo ſuis regno Romã venit, vbi in paupertate priuatus vixit.

ARROGANTES, SVPERBI, GLORIOSI, & ambitioſi.

Poetæ fabulantur Caſſiopem Cephei filiam, Nereidib. ſe prætuliſſe, vt Niobem Latonæ, Antigonā filiam Laodemontis Iunoni, Lychionem filiā Dedalionis, Dianę.

Myxus fuit Dianæ ſacerdos glorioſus, & virtutum ſuarum eximius præco.

Narciſſus puer liberali forma tantæ fuit ſuperbiæ, vt pueros omnes, & puellas à quibus adamabatur, nihili faceret. Ouid. lib. 5. Met. Multi illum iuuenes, multæ cupiere puellæ: Sed fuit in tenera tam dura ſuperbia forma, Nulli illum iuuenes, nullę tetigere puellæ.

Martialis illudit cuidam Soſibiano, quòd patrem appellaret Dominum, qui tamen erat ſeruus. Sic autem ait: Et ſeruo ſcis te genitum blandeque fateris: Quum dicis Dominum Soſibiane patrem.

Seſoſtris rex Aegypti, fuit adeò ſuperbus, vt domitos reges ad currum iungeret, eoque modo triumpharet.

Zeuſis adeò ſibi placuit in Helena, quam pinxit, vt non expectato aliorum teſtimonio, hos verſus ipſe adiecerit: Haud turpe eſt Troas fulgenteſq; ære Pelaſgos Coniuge pro tali diuturnos ferre labores: Aeternis facies nimis eſt æquanda deabus.

Senecio fuit quiſpiam, qui grandia ſemper cupiebat dicere. Idem ſeruos nolebat habere, niſi grandes, & argentea vaſa nonniſi grandia. Concubinam habebat ingentis ſtaturæ. Summis inſiſtebat digitis, quum diceret, quò grandior videretur. Themiſon Cyprius Hercules dici volebat, rem eoque nomine ſibi diuinam fieri patiebatur.

Callipides Græcis fuit Tragędiarum hiſtrio, qui in ea re plurimum ſe mirabatur. Propterea quum Ageſilao regi occurriſſet, arrogantius eum ſalutauit, ſubinde illi ſe oſtentans, & inter aſtantes ſeſe intrudens, arbitratus fore, vt comiter à rege exciperetur. Verum is quum grauioribus intenderet, ac ne Callipidem reſpectaret, Non admodum, inquit, noſſe me videris, ò rex, nec qui ſim inaudiſſe. Ridens Ageſilaus, An non eis, inquit, Callipides ille mimus?

Varus Pergæus fuit quiſpiam, qui verbis aſſentatorum corruptus, perſuaſit ſibi, ſe eſſe omnium formoſiſſimum, arte quoque, & robore in palæſtra omnes excellere, imò ne Muſas quidem cantare ſuauius.

Salmoneus tonitrua aſtutè finxit, vt Deitatis opinionem ſibi vendicaret.

Acco mulier ad ſpeculum ineptè ſibi blandiebatur.

Sabor rex Perſarum, vocabat ſe regem regum, participem ſyderum, fratrem Solis, & Lunæ.

Appion Grammaticus Alexandrinus tanta fuit arrogātia, vt ei immortalitatem polliceretur, cui opera ſua nuncupaſſet.

Demetrius Poliorcetes, Antigoni Macedoniæ regis filius, tanta fuit inſolentia, vt Athenienſ. legatos biennium ſuſpenſos tenuerit ſine colloquio, ac demum re infecta reuerti iuſſerit.

Marſyas tibicen notatur hoc vitio, quòd Apollinem ad tibiæ certamen prouocauerit, vt fabulantur poetæ.

Menecrates medicus nullam ab his mercedem ſolebat accipere, quibus medebatur. Sed hoc tantum petebat, vt liberati ſe ipſius ſeruos eſſe faterentur, eumq; Iouem dicerentur.

Dares, vt eſt apud Vergilium, fuit neſcio quis glorioſus, qui in ludis, & certaminibus (quæ Aeneas ad Anchiſæ patris tumulum celebrauit in Sicilia) inani brachiorum oſtentatione gloriabatur, & immodicis laudibus ſe prædicabat, vnumquemque ad duellum prouocans, & ſuam vnius virtutem extollens immodicè. Verg. lib. 5. Aen. Nec mora, continuo vaſtis cum viribus effert Ora Dares, magnoque virum ſe murmure tollit.

Miſenus fuit Aeneæ tibicen, qui deos marinos ad certamen tubæ auſus eſt irritare.

Numanus Remulus fuit quiſpiam Retulus, qui quum multum ſibi tribueret, & immodice placeret, Troianos in Italia obſeſſos arguebat imbelliæ, & molliciei. Verba Vergil. ſunt hæc. Is primam ante aciem digna, atque indigna relatu Vociferãs, tumiduſque nouo præcordia regno Ibat, & ingentem ſeſe clamore ferebat. Eodem teſte.

Murrhanus fuit quiſpiam, qui antiqua generis nobilitate gloriabatur. Sic autem ait lib. 82. Murrhanum hic atauos, & auorum antiqua ſonantem Nomina per reges actum genus omne Latinũ Præcipitẽ ſcopulo atque ingenti turbine ſaxi Excutit.

Polydamas athleta ea fuit animi confidentia, & temeritate, vt ruinam ſcopuli, quę præuidebat caſurum, expectauerit, exiſtimans ſe poſſe reſiſtere: quo tamen obrutus eſt, vt iam diximus. Tamyras poeta, Thrax natione auſus eſt cum Muſis de cantu certamen ſuſcipere, ab eiſdem propterea exoculatus.

Iam diximus Theagenem Caprum pauperem fuiſſe, qui haberi volebat diues.

Timæus Siculus hiſtoricus gloriabatur ſeſe Thucydidem, & Philiſtum in hiſtoria ſuperaturum. autor Plut.

Auſa eſt Arachne certare cum Minerua de lanificio, vt teſtantur Poetarum fabulæ.

Heraclides philoſophus Ponticus draconem aluit, quem feretro ſuo poſt mortem imponi iuſſit, vt ex hoc putaretur ad Deos migraſſe.

Empedocles Agrigentinus poeta in Aetnam ſe coniecit, vt ad ſuperos conuolaſſe putaretur.

Suffenus fuit ineptiſſimus poeta qui in ſuis operibus mirabatur ſe plurimũ, ſibique blandiebatur, & arridebat. Catullus: Quem nõ in aliqua re videre Suffenũ poſſis.

Amulius Numitorem, Artabanus Xerxem, Athalia vniuerſum, Dauidis ſemen interfecerunt, vt apud ſuos dominarentur.

Heroſtratus nominis, & famæ libidine templum Dianæ Ephæſiæ incendio dedit. autor Gellius.

Remnius Palæmon grammaticus gloriabatur ſecum natas eſſe literas, ac ſecum demum morituras. Idem M. Varronem porcum appellare non veritus eſt.

Alexander Macedo Iouis Ammonis filius dici voluit.

Annibal Cannenſis pugnæ ſucceſſu elatus, neminem ſuorum ciuium admiſit in caſtra, nec vlli reſponſum dedit, niſi per interpretem.

Hanno Carthaginenſis aues capere ſolebat, quas hanc edocebat vocem, Deus eſt Hanno. Adultas demum, & doctas quaquauerſum emittebat, vt eandem emitterent vocem. Hoc Eraſmus refert in quendam Pſaphonem.

Marcus Druſus tanta fuit arrogantia, vt L. Philippum Conſulem, quia ſe interpellare concionantem auſus fuerat, obtortagula per clientem ſuum adeo violenter in carcerem detruſerit, vt multus è naribus eius cruor profunderetur. Quũ ſenatus ad eum miſiſſet, vt in curiã veniret: quare nõ potius, inquit, ipſe ad me venit? Cneius Põpeius balneo egreſſus ante pedes ſuos proſtratum Hiſpeũ ambitus reũ, nobilem ac ſibi amicum, iacentem relinquit contumelioſa voce proculcatum.

C. Neuius Comœdiographus, ſuperbiam ſuam teſtatus eſt Epithaphio, quod ſepulchro iuſſit inſcribi. Erat autem tale: Immortales mortales ſi foret fas flere, Flerent diuæ camęnę Neuium poetam. Itaque poſtquam orci traditus eſt theſauro, Obliti ſunt Romæ Latina loquier lingua. autor Gellius.

Conſtantinus Imperator Irenem matrem expulit, vt imperaret ſolus.

Iulius Cæſar dicebat, debere homines pro legibus habere quæcunque diceret, eoq; arrogantiæ progreſſus eſt, vt auriſpe triſtia, & ſine corde exta quondam nuncian te, futura diceret lætiora, quum vellet.

Domitianus iactabat in ſenatu patri ſe, & fratri Imperium dediſſe, illos ſibi reddidiſſe. Gaudebat appellatione Domini, atq; etiam Dei. Vnde Euſebius: Primus, inquit, Domitianus Dominum ſe, & Deum appellari iuſſit. Hinc fluxerunt duo verſiculi cuiuſdã poetæ aſſentatoris: Edictũ Domini, Deiq; noſtri, Quo ſubſellia

certiora fiunt. Vnde inſtitutum eſt ab eo, vt ne ſcripto quidem, aut ſermone cuiuſdam aliter appellaretur. Statius ſibi in Capitolio nonniſi aureas, & argenteas poni permiſit. Septembrem, & Octobrem menſes ex appellationibus ſui Germanicum Domitianumque tranſnominauit, quod altero ſuſcepiſſet imperium, altero natus eſſet.

Caius princeps ſeipſum inter Diuos retulit, & Iouis maximi nomine ſtatuas erigi ſibi imperauit.

Perpenna Conſul regnandi cupiditate Sertorium inter epulas incautum occidit, vt ſolus principaretur in Hiſpania.

Adrianus fuit adeo cupidus famæ, & laudis, vt libros à ſe ſcriptos de ſua vita, libertis ſuis literatis dederit, qui eos ſuis nominibus publicarent. autor Aelius Spart.

Ducebatur Nero æternitatis perpetuæque famæ cupidine: vnde & menſem Aprilē Neronem appellauit, & Romā Neropolim conſtituit appellare. autor Suetonius.

Maximinus iunior tanta fuit arrogantia, vt manus, & pedes Senatoribus præberet oſculandos.

Heraclius Phocan interfecit, vt ſolus imperaret.

Iugurtha fratres ſuos Hiempſalem, & Adherbalem morti dedit, vt Numidarum regno ſolus potiretur.

Sellus fuit quiſpiam, qui quum eſſet pertenui fortuna, volebat tamen haberi diues.

Actius poeta in Camœnarum æde maxima forma ſtatuam ſibi poſuit, quum tamen breuis admodum eſſet. author Plin. lib. 34.

Solebat Calliphanes poeta diuerſorum carminum, & orationum initia conſcribere ad tres, aut quatuor verſus, eaque pronuncia, & oſtentare, vt commentum ignorantibus multiſcius, & eruditus videretur.

Maricus quidam ex plebe Boiorū auſus eſt ſe Deum facere. autor Cornel. Tacit.

Erat Athila rex Pannoniæ ſuperbis inceſſu, huc atque illuc oculis circumferens, vt elata potentia in ipſo corporis motu appareret.

Neſtorius hæreticus factus præſul Conſtantinopolitanus, orationem poſtero die habuit ad populum arrogantiæ plenam, & ſuperbiæ, qua cœlum ſe vnicuique daturum promittebat.

Manes hæreticus prædicabat ſe natum virgine, deitatiſque numen ſibi vendicabat.

Paulus Samoſatenus hæreticus, diues factus è paupere, exercuit in ſuperbiam intolerabilem. Nam incedens per vicos & compita, doctrinam, & literas oſtentabat publicè, & notarijs in propatulo, quicquid primum in buccam veniſſet, dictabat.

Spitigneus rex Bohemorum dominandi libidine bellum geſſit cum fratre Vratiſlao.

DE IRA ET ODIO.

Saul quum audiſſet Dauidem ſibi odi ſum ab Abimelecho in Nobea in ciuitate hoſpitio ſuſceptum, ira & odio ciuitatem, & hoſpitem incendit, hominibus vtriuſque ſexus interemptis.

Anna ſocer Caiphæ pontificis, audita à Chriſto veritate, veſtem à pectore diſſecuit, quaſi blaſphemiam audiſſet.

Semiramidi circa cultum capitis occupatæ, quum nunciatum eſſet Babylonem defeciſſe ira feruens, altera crinium parte incompta ad eam expugnandam cucurrit.

Olympias Alexandri mater, tanta fuit iracundia, vt iolam pincernam (qui Alexandro venenum præminiſtraſſe ferebatur) mortuum, & iam tumulatum refodi iuſſerit, ac refoſſum minuatim diſcerpi.

Cleomedes Athleta, poſt interfectum, & exenteratum Lachum Epidamnium pugilem quum à iudicibus in ius vocaretur, indignatus columna, qua fulciebatur domus ludi literarii, diſiecit, eaque ruina extinxit plurimos.

Etheocles, & Polynices mutuo odio in tantum exarſerunt, vt mutuiſquoq; vulneribus, fruſtra renitente Iocaſta matre, ſe conferint dominandi ambitione. Quinetiam pertinax ille odij tenor apparuit in cadaueribus: nā dum cremarētur, rogus

ipſe

ipſe in duas partes ſe diuiſit. Vnde Ouid. Scinditur in partes, geminoq; cacumine ſurgit, Scinditur in partes atra fauilla duas.

Aeſchines orator Demoſthenem ſibi infenſum mordaciſſimis orationibus inſectatus eſt.

Chærephon Athenienſis philoſophus, impetuoſa fuiſſe fertur iracundia. Hinc adagium natum, In Palladis veſtigiis nihil Chærephontis gubernabis.

Hercules ob nimiam bilem ſacro morbo fuit obnoxius.

Bellerophon ob mœſtitiam ſolus in campis vagabatur.

Socrates quoque, & Plato atra bile dicuntur laboraſſe.

Malacho poetæ Syracuſano immoderata bilis plerunque vſum rationis auferebat. Eratque tum præſtantior in abſoluendo carmine, dum erat alienatus mente.

Archelaus Macedonum rex ſic atra bile afficiebatur, vt ſpei plenus ſibi maiorem in modum conſideret.

Philagrius ſophiſta Cilix, auditor Lolliani, fuit iracundus maximè. Nã & dormitanti quandoque auditori pugnum in malam fertur impegiſſe, & infregiſſe colaphum.

Cotys rex Thracum natura fuit prærapidus ad iram, & ad vltionem præceps, & impetuoſus in ſeruorum delictis. Propterea accepta à quodam fictilia vaſa, precioſa quidem, & tornatili opere conſpicua, ſed tamen fragilia, & obnoxia iniuriæ, penſauit collato precio: poſtea tamen fregit, ne ſi à miniſtris fracta eſſent, temperare non poſſet ab inferendo ſupplicio.

Eurilochum (qui Elienſem Pyrrhonem audiuit) tam bilioſum, & iracundum fuiſſe conſtat, vt quum in Elide variis quæſtionibus agitaretur, eſſetque reſpondendo fatigatus, abiecto pallio Alpheum flumen traiecerit: interdum quoque ſumpto cum carnibus veru ad forum vſque cucurrerit, coquum ſuum perſequens.

Seuſippus Eurymedonis filius ira aliquando percitus catulum in puteum deiecit.

Perſeus rex victus à Paulo Aemylio, duos ex domeſticis victum ſolari volentes, ira & dolore præcipitantibus ſenſim morti dedit.

Alexander ira percitus Clitum nutricis ſuæ filium conuiuio adhibitũ ferro cõfodit.

Hipponax poeta tanto odio Bubalum pictorem inſectatus eſt, vt eum ſuis ſcriptis ad laqueum perpulerit.

Promerus domeſticus Archelai regis Macedoniæ, Euripidem vſq; adeo inſectatus eſt, vt eidẽ a regis cœna redeũti furtim canes immiſerit, q poetã ipsũ diſſiparunt.

Tantum fuit Annibalis in Romanos odiũ, vt annos octo natus, altaria tenens iurauerit, ſe quum per ætatem liceret, acerrimum hoſtem populo Romano futurum.

Martius Sabinus ægrè ferens Hoſtilium ſibi prælatum in regno, cui aſpirabat, tanto furore exarſit, vt tædio vitæ mortem ſibi conſciuerit.

Simili exemplo Valer. Publicola, dolens Lucretium Collatinum collegam Bruto in conſulatu fuiſſe deſignatum, ſenatoriæ dignitati, cauſarumque patrocinijs, & clientelis renunciauit.

Q. Metellus quum vtramque Hiſpaniam conſul, & demum proconſul, ſubegiſſet, ægre ferens Q. Pompeium conſulem (quem ſummè oderat) ſibi ſucceſſorem mitti: ira percitus exercitum diminuit, commeatus, & horrea militibus reliquit diripienda, arcus & ſagittas confregit, elephantis cibaria dari vetuit, nihil denique (quo ſe tueretur Pompeius) dimiſit.

Cornelius Sylla C. Marij reliquias, apud Anienem ſitas, diſſipari iuſſit, ſolo motus odio. Propterea moriens primus apud Rom. cremari voluit, talionem veritus.

Cottæ apud Romanos dicti ſunt ab iracundia, & oris toruitate.

Vatinius propter flagitia adeo fuit odioſus Romanis, vt in prouerbium fluxerit, Odium Vatinianum Catullus: Munere illo odiſſem te odio Vatiniano.

Vedius Pollio fuit vſque adeo iracundus, & præceps in choleram, vt ſeruũ qui criſtallinum ruperat, ad ſupplicium rapi iuſſerit, & murenis dari prædam. Et iam actum erat de ſeruo, niſi ad Cæſaris pedes ſe prouoluiſſet, non mortem deprecaturus,

ſed mortis genus. Demiratus crudelitatem Cæſar, veniam exorauit pueto. Quanto Cic. odio deflagrauerint M. Antonius & Fuluia, literarum monumentis traditum eſt. Nero audita Galliarum defectione, diſcumbens præ nimio dolore menſam ſubuertit, fregitque duo immenſi precij pocula.

Commodus Imp. ira percitus balneatorem in fornacem ardentem coniecit, quòd balneum intraturus tepidiuſculum inueniſſet.

Septimius Seuerus Clodium Albinum prælio victum interemit. Nudum eius corpus propalatio proijci iuſſit, ac poſtremò equum abhorrentem calcaribus adactũ coegit ſupinum cadauer conculcare. Qua rabie nondum contentus ipſum retinuit, quoad fœtore compulſus iuſſerit in flumen præcipitari.

Heliogabalum populus Rom. ita odit, vt mortuum proiecit in cloacã, mox in Tyberim cum matre Scenide traxerit, eiuſque nomen è publicis monumentis eraſerit.

Clotarius ſeruatis per decennium odij fauillis, Galterum Yuetorum Rhotomagenſem, ſanctiſſima illa die & paraſceue (qua Chriſtus pro noſtra ſalute omniũ mortem paſſus eſt) ad genua prouolutum, ita feruens interfecit, in ſacro illo ſacello, quod eſt Lutetiæ.

Horatius fatetur, ſe ſuapte natura iracundum fuiſſe, facilè tamen placabilem. vbi ait: Iraſci facilem, tamen vt placabilis eſſem.

Fuit Auſonius poeta in irã propenſus, quod ſuo ipſe fatetur teſtimonio, dicens: Iraſci promptus properaui condere motum, Atque mihi pœnas pro leuitate dedi.

Mortuo quoque Michaeli Palæologo Imperatori populus Romanus ſepulturæ locum denegauit.

Ecelinus tyrannus tanto interdum furore correptus eſt, vt acceptum in bello vulnus, frendens in mortem ſæuientis feræ vnguibus dilaniauerit.

Machometes Othomanus quum duos cucumeres in horto pubeſcentes foris rediẽs decerptos inueniſſet, protinus duos iuuenes eleganti forma præditos (quos ad vſum nefariæ libidinis domi enutriebat) ſe decerpſiſſe negantes gladio traiecit.

Stephanus Sextus Pontifex Formoſum Pontificem (quem in petitione pontificatus aduerſum habuerat) mortuum iuſſit erui è ſepulchro, ademptisque Pontificis ornamentis extra eccleſiam ſepeliri, abſciſſis prius digitis.

Pari odio Sergius tertius Põtifex Formoſum ipſum inſectatus eſt. Eius enim corpus denuo erutum palam in foro capite multauit, ac deinde in Tyberim proiecit, in gratiam Lotharij Gallorum regis, cui Formoſus ipſe odioſus fuerat viuus.

Quo die ſacra Cineritia celebrantur à catholicis, quum presbyteri Cardinales ad genus Bonifacij Pontificis de more ſe reclinaſſent ad excipiendos cineres, pontifex ipſe paropſidem cum cineribus proiecit in faciem Procheti Genuenſis Archiepiſcopi, cuius odio conflagrabat, verbisque immutatis dixit: Memento homo, quia Gebellinus es, & cum Gebellinis morieris. Erat autem Gebellinorum factio Guelphis (quos amabat Pontifex) inimica.

INVIDI.

Cain videns Abelis fratris ſui fortunas feliciore ſemper incremento quàm ſuas augeri, eundem gladio traiecit.

Dathas & Abyrus eodẽ modo laborãtes, Aaroni ſacerdotium adimere conati ſunt.

Ioſeph venditus eſt in ſeruum a fratribus, quòd patri eſſet charior illis.

Fecit liuor, vt Herodes multa puerorum millia morti dederit, ad intercipiendum virginis partum, futuræ cuius gloriæ inuidebat.

Hyacinthum, Poetę fabulantur, liberali forma iuuenem, quum diſco luderet, a Borea interfectum, quòd Apollinem charius diligeret, quàm ipſum Boream.

Simili figmento aiunt, fulminatum a Ioue Aeſculapium, quòd Hippolytum reuocaſſet. Vnde Quintianus in Cleopoli: Iuppiter Hippolyto ſtygia a fornace redẽpto: Ecquid Apollineam retonanti fulmine prolem Opprimi?

Paridis iudicium, & Ganymedis raptus tantam Iunoni inuidiam conflauerunt in

Troianos, vt eoſdem multis procellis naufragos ſemper agitauerit, & auerterit, ab Italia, vt fabulatur Maro.

Circe venefica inuidens Scyllam nimpham a Glauco amari, fontem (in quo ſe lauabat) infecit veneno, cuius virtute Scylla in monſtrum marinum mutata eſt.

Bauius & Meuias ineptiſſimi poetæ, Vergilio ſuam inuiderunt gloriam. De quibus ipſe Verg. in Buc. Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui.

Aiax Telamonius inuidens arma Achillis interfecti data præmium Vlyſſi, verſus in furias ſe interemit.

Laboratus hoc morbo Zoylus Homerum poetarum maximum conuicijs lacerare nõ deſtitit. Mart. Ingenium maligni liuor detraxit Homeri: Quiſquis ex illo Zoile nomen habes.

Dædalus Telon diſcipulum ſuum interemit ob inuidiam, quòd figuli rotam & ſerã excogitaſſet.

Hyarbita Maurus, dum Timaginem philoſophum inter pocula declamantem vellet imitari, & non poſſet, inuidia crepuit. Horat. li. 1. Epiſt. Rupit Hyarbitam Timagenis æmula lingua, Dum ſtudet vrbanus, tenditque diſertus haberi. Inter Xenophontem, & Platonem tacitæ cuiuſdam æmulationis liuor extitit, quum hic illius nuſquam operum ſuorum meminerit. Contra verò Xenophon ipſius Platonis libros de Optimo ſtatu reipubl. adminiſtrandæ mutuis ſcriptis impugnauerit.

Sunt qui dicant, Ariſtotelem præceptori ſuo Platoni adeo inuidiſſe, vt bonam eius operum partem flammis & incendio dederit.

Drances fuit Rutilus, qui Turni gloriæ ſemper inuidit. Verg. lib. 11. Tum Drances idem infenſus, quem gloria Turni Obliqua inuidia ſtimuliſq; agitabat amaris.

Cato Vticenſis victoriam Cæſaris ægrè ferens, eiusq; principatui inuidẽs, ſe occidit.

Mutius fuit quiſpiam apud Romanos maleolus, & alienam poteſtatem adeo ægrè ferens, vt quum Publius eum ſolito triſtiorem aliquando vidiſset, ſtatim dixerit: Aut Mutio neſcio quid incommodi acceſſit, aut neſcio cui aliquid boni.

Nec mutua caruerunt inuidia Salluſtius & Cicero, quum ille huic impingat, quòd eloquentiam pudicitiæ iacturã apud M. Piſonem perdicerit, vxoremq; ſacrilegam & filiam matris pellicem habuerit. Hic verò illi, quòd impudiciſſimi corporis, quę ſtu victum ſibi parauerit, patrem mori coegerit, quòd eo nondum mortuo pro hærede omnia decoxerit, bis item ad iudicium ſubſellia tractus in extrema ſteterit fortuna.

Aſinius Pollio adeò fuit infenſus nomini Ciceronis, vt eius laudes audire nequiuerit. Nam quum Sextilius poeta carmen hoc retuliſſet, Deflendus Cicero, patriæque ſilentia linguæ: Aſinius ea re permotus audire noluit.

Didymus Alexandrinus liuore motus ſex libros in Marcum Tullium edidit, dictus propterea Ciceromaſtix.

M. Varroni (quem Maurus Terentianus virus vndecumq; doctiſſimum appellauit) adeò inuidit Rhemnius Palemon grammaticus, vt eum porcum appellauit.

Catullus poeta inuidioſus fuit cuidam Siconio, quem his verſibus inſectatur: Siconi arbitrio populi tua cana ſenectus Spurcata impuris moribus intereat. Nõ equidem dubito, quin primum inimica bonorum lingua exerta auido ſit data vulturio. Effoſſos oculos foret atro gutture coruus, Inteſtina canes cætera membra lupi. Cæſar ægrè ferens Catonem ſibi inuiſum, a M. Tullio multis celebratum laudibus, duos libros in eundem ſcripſit, qui à re Anticatones inſcripti ſunt, in quibus omnia propè Catonis vitia collegit, & inter alia ebrietatem, vt maximũ probrum, illi obiecit.

Caligula inuidia motus Torquato torquem, Cincinnato crimen, & Cn. Põpeio ſtirpis antiquæ Magni cognomentum abſtulit. Eſium quoque proculum formoſiſſimum adoleſcentem iugulari fecit.

Adria-

Adrianus Traiani gloriam adeò inique tulit, vt Armenia, Aſſyriam, Meſopotamiã, ab illo acquiſitas, Parthis conceſſerit, & pontem ſupra Danubium (quem ille magno conſtruxerat impendio) furioſus euerterit.

Illud porrò adiiciendum eſt, multos patria ſponte exceſſiſſe ad declinandum inuidiam, & in aliena terra vixiſſe. vt fecit Iphicrates in Thracia, Conon in Cypro, Timotheus in Lesbo, Chabrias in Aegypto, Chares in Sigæo. Apud Romanos Pompeius poſt tot triumphos, & imperia, domi aut ruri ſe continebat, rarò in publico prodiens, Syll. 13. de inuidia hoc modo ſcribit: O dirum exitium mortalibus, ò nihil vnquam Creſcere, nec magna, patiens exurgere laudes inuidia. Ouid. lib. 2. Met. Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto.

ALIENAE LAVDIS, AVT virtutis æmuli.

Nihil maiore voto ſtuduit Theſeus, quam Herculis imitari virtutem. Quod vt faceret, monſtra plurima confecit in terra Græcia: Scyronem, Procuſtem, & Scinidem latrones, Cretonem tyrannum, Minotaurum bicorporem, & Centauros oppreſſit, Thebas domuit, ad inferos penetrauit.

Temiſtocli Athenienſi Milciadis trophæa ſomnum excutiebant.

Salmoneus apud Elidem Græciæ, & Alladius apud Albam Italiæ, Iouis fulmen, & tonitrua mentiri, & confingere voluerunt. Alexãder viſo Achillis ſepulchro, prope modum collacrymari cæpit, ſtudio gloriæ, & æmulatione virtutis: eumque felicem prædicare, cui contigiſſet habere laudum ſuarum præconem Homerum.

M. Craſſus apud Romanos æmulus fuit rerum à Pompeio geſtarum.

Iulius Cæſar quum veniſſet Gades, animaduerſa apud Herculis templum Alexandri Magni imagine, ingemuit, & quaſi pertæſus ignauiam ſuam, quod nihil tum a ſe memorabile actum eſſet in ætate, qua iam Alexander orbẽ terrarum ſubegiſſet.

LITIGIOSIS.

Parnus fuit quiſpiam, qui ob amiſſam nauiculam obuijs quibuſque litigabat. Hinc adagium, Diſceptare ſcaphulam: idest, ob res minutulas, multum mouere litium, & querelarum.

Solebat Patacion bonis viris calumnias ſtruere, eoque turpi quæſtu rem domeſticam augere. Hinc adagium, Patacione calumnioſior.

Anus quæpiam fuit Ptolemais, quæ quoad vixit, lites agitabat, nec vnquam ab agendis cauſis feriebatur. autor Diogenianus apud Eraſmum.

Eurymnus fuit calumniator, qui diſſidium inter Caſtorem, & Polucem conatus eſt ſerere, alterum apud alterum inſimulans.

Hyperbolus fuit quiſpiam mirum in modum appetens litium. Hinc adagium, Vltra Hyperbolum.

Gellius ſcribit, Xantippem Socratis vxorem moroſam fuiſſe admodum, & iurgioſam: quod etiam de altera eius vxore Myrrho Ariſtidis filia prædicatur. Ambæ enim in muliebres contentiones propter ipſum Socratem deueniebant.

Herodotus ſcribit, Heuriſthenem, & Proclem fratres vbi adoleuerunt, per omne vitæ tempus inter ſe diſſenſiſſe, & eorum poſteros itidem perſeueraſſe.

Empedoclem aiunt ijs fuiſſe moribus, vt aſſidue ſimultatem cum aliquibus ſuſciperet, eaſq; pertinaciſſimè exerceret.

Notum eſt, quemadmodum Ethleocles, & Polynices fratres mutuo diſſidio ad certamen, & mutuam mortem venerint regnandi libidine.

Cornelius Tacitus ait, Verginium ſeditionibus obnoxium fuiſſe.

Plinius ſcribit, diſcordiam ignotam eſſe Hyperboreis viritim gregatimq; degentib.

Fuit Pomponius Atticus tanta erga domeſticos facilitate, vt iurauerit, ſe cum matre nonagenaria nunquam in gratiam rediſſe, cum ſorore pariter nullam geſſiſſe ſimultatem.

AVDACES, ET TEMERARII.

Poetæ Phaetontis arguunt temeritatem, quod patris currum acceperit regendum, quum tamen non eſſet idoneus auriga. Ouid lib. 1. Triſt. Vitare cœlum Phaeton ſi viueret, & quos Optauit ſtultè, tangere nollet equos.

Gigantes auſi ſunt Iouem armis laceſſere, & in eum ſcopulos iaculari, vt volunt Mythologorum fabulæ. Autor Aetnæ: Tentauere (nefas) olim detrudere mundo Sydera, captiuique Iouis transferre Gigantes Imperium, & victo leges imponere mundo.

Theſeus, & Pyrithous finguntur irremeabiles vmbrarum domos irrupiſſe, vt dominam Ditis thalamo deducerent.

Icarus confictis à patre Dædalo pennis ſupra modum intumeſcens, auſus eſt mediocrem parentis volatum deſerere, & in ſublime niti, donec liquefactis à ſole pennis, præceps deciderit in mare. Ouid. lib. 1. Triſt. Dum petit infirmis nimium ſublimia pennis Icarus, Icariis nomina fecit aquis.

Bellerophon inſidens Pægaſo per medium aerem ferri voluit.

Iaſon, & Typhis vitam ventis primi commiſerunt, & vias maris (quas natura negat teſte Claudiano) aggreſſi ſunt, Triſtes Hyadas rabiemq; noti, infames ſcopulos, Acroceraunia, & mare turbidum, vt ait ille, ſiccis oculis proſpicientes.

Fuit & in primis temerarium Sinonis facinus, qui fatalem machinã in medios Troianos duxerit ſolus in vtramque paratus leam. autore Verg.

Milo Crotoniates nimia roboris confidentia tentauit arbores diducere.

TIMIDI, ET METICVLOSI.

Iurauerat Petrus Apoſtolus, ſe non defecturum à Domino, etiamſi Apoſtoli omnes hoc feciſſent; vbi tamen ventum ad diſcrimen, ſubduxit ſe periculo, & ſecutus eſt à longe, captumque ter ante gallicinium negauit, impietatis Iudaicæ metu.

Archilochus ſcripſit, ſatius eſſe clypeum abijcere, quàm interire. Vnde & Lacædemonij ſuis eum finibus iuſſerunt excedere.

Cleonymus notatur apud Ariſtophanem, quod abiecerit clypeum.

Theagenes fuit adeò ſuperſtitioſe timidus, vt domi haberet Hecates ſimulacrum, nec vſquam pedem moueret, niſi illo conſulto.

Artemon apud Græcos metu fractus, & ſtupidus, & diu intra domus ſepta ſe continuit, duobus ſeruis æreum ſcutum ſupra eius caput ſuſtinentibus, ne quid noxium ſupernè excideret. Si quando autem tecto egredi cogeretur, lectica tecto adoperta geſtabatur.

Piſander timebat, necubi animæ ſuæ occurreret, a qua viuus eſſet deſtitutus.

Dionyſius eo formidinis progreſſus eſt, vt cultros metuens tonſorios, candente carbone ſibi adureret capillum. Quin & tondere filias docuit, ferro tamen remoto: inſtituitque vt candentibus iuglandium putaminibus barbam adurerent.

Ariſtogiton fuit Athenienſis quidam ſycophanta, qui Martem habebat in lingua, & nunquam non loquebatur de bellis, vt propterea bellicoſus appareret, quum tamen re ipſa foret meticuloſus. Proinde quum die quadam intellexiſſet exercitum parari, & conuocari milites, ſimulata valetudine crus obligauit, & baculo innixus in publicum ſe protulit claudicatem ſimulans. Quod vbi primum conſpicatus eſt Phocion, cognita primo intuitu hominis vafricia, exclamauit: Ariſtogiton claudicat.

Ariſtophanes, & Lucianus induxerunt Plutum quendam omnia formidantem.

Demoſthenes pro ignauo, & maximè timido accuſatus eſt, quod in propria cauſa dicturus, prius aufugerit, quàm deuenerit in iudicium.

Lycas furentem fugiens Herculem, complexus aras tremebunda manu mortem metu conſumpſit, vt nimio de metu exanimatus mortem ſenſiſſe non videatur.

Taurea Campanus, verbis quam re ferocior, Claudium Aſellum militem Romanũ ſuperbis comminationibus ad duellum irritauit vltro: vbi autẽ conuentum eſt ad conſi-

conflictum, repentè concitato equo fugam arripuit, & aufugit Capuam.

Perſes rex Macedoniæ fractis opibus regni, humiliter, & abiectè prouolutus iacuit ad Aemilij pedes.

Cn. Vatienus ſiniſtræ manus digitos ſibi amputauit, ne bello Italico militaret.

Diocletianus quum multos idolis ſacrificare volentes morti dediſſet, vnus omnium Marcellinus pontifex ad ſimulachra dęmonum, metu mortis immolauit.

Anaſtaſius Alexandrinus antiſtes, impar Arrianorum inuidiæ, ſex annos in profundiſſimo ciſternæ lacu metu mortis delituit.

MOLLES, EFFOEMINATI, & elegantes.

Syri olim malè audierunt ob morum mollitiem. Vnde adagium, Syrus quum non ſis, nec Syriſſa.

Bacchi mollitiem Seneca in Hercule furentes his exprimit verbis: Non erubeſcit Bacchus effuſos tener Sparſiſſe crines, nec manu molli leuem Vibraſſe thyrſum, quum parum forti gradu Auro decor Syrma Barbaricum trahit.

Ariſtagoras quidam Mileſius quum in concionem prodijſſet, inſolia apud Lacedæmonios veſtitus mollicie, quidā ex Ephoris hoc eū dicto ſummonuit: Domi Mileſia. Agathon fuit quiſpiā tibicen, cantilenarū ſuauitate aures maiorem in modum deliniens, quē infamia molliciei laboraſſe, teſtis eſt apud Eraſmū Zenodotus.

Sardanapalus ob inſignem mollitiem prouerbio locus fecit. Fuit delicijs vſq; adeo effœminatus, vt inter eunuchos, & puellas ipſe puellari cultu deliteſceret.

Stratonē Sidoniū Theopompus ſcripſit mortales oēs ſuperaſſe deliciis, & mollicie. Ad quod alluſit Mirandula in hymnis: quā quæ Sidonium velabat purpura regē.

Battalus fuit neſcio quis tibicen, qui laſciua, & vinolenta carmina complexus eſt, fecitque adagio locum, Battali ſimius. Cæl. ait, hunc primum omnium calceis fœmineis in ſcenā vſum fuiſſe, artemque tibiarum omnino remolliuiſſe. A quo fluxos, exoletos, & parum viros Battalos vocant. Nitarum quendam fuiſſe Cælius ſcribit, mollicie pluſquam muliebri infamem.

Dionyſius apud eundem Cælium teſtis eſt, Ariſtodemum tyrannum apud Cumas in Romanis antiquitatibus mollem fuiſſe cognominatum, quod parum vir eſſet, ac pudicitiam ſubſtrauiſſet.

Andramytem Lydorum regem ferunt omnium primum fœminas eunuchas feciſſe, eiſque eunuchorum vice vſum.

Ariſtoteles gaudebat mundo cultu, & elegante, comamque delicatius contendebat: annulis prǽterea digitos onerabat, & in hoc placebat ſibi nimium. Quo factum eſt, vt molliciei ſuſpectus haberetur.

Philoſtratum Ariſtophanes quendam laſciuiuſcule ſe ornantem Cynalopeca vocabat, vocabulo ex cane, & vulpe concinato.

Demoſthenem tradunt cultu corporis nitido nimis, & accurato fuiſſe adeo, vt molles (quibus laſciuiebat) tuniculæ ab ęmulis probro datę ſint. Quinetiam notatus eſt, vt parum vir, quodque polluto eſſe ore.

Lyſicrates abiit in vulgi fabulam, quod iam ſenio confectus capillos fucaret, vt ſpecioſus videretur, & iuuenis. Cuiuſmodi ridentur apud Martialem Ollus apud Horatium vxor pauperis Ibyci.

Maſſilienſes luxu perditi muliebrem in modum ornabantur comis vnguento delibutis, capilliſque religatis. Hinc ortum adagium, E Maſſilia veniſti in molles.

Argyrphius fuit dux quiſpiam effœminatus, nihil habens viri, pręter barbam.

Diadumenus fuit quiſpiam elegans iuuenis, cuius effigiem Polycletus expreſſit iuuenta molliore.

Miracles neſcio quis fuit concinnatulus, qui vnguentatos auratoſque capillos fertur habuiſſe. De hoc Val. Flac. lib. 1. Argon. Simul armiger ibat Semiuir, impubemque gerens, ſterilemque iuuentam.

Artemonem quendam aiunt fuiſſe mollem adeò, & ſolutum delicijs, vt nunquam pedibus itaret, ſed ſemper lectica circumferretur, haberetque duos vtrinque famulos peluim æream ſupra caput ferentes, ne quid supernè noxiũ excideret. Propterea factus eſt prouerbio locus, Artemon verſatilis. Crin. lib. 16. cap. 11.

Fuit, & Abron quiſpiam vitæ adeò corruptæ, & effœminatæ, vt locum parœmiæ ſequenti reliquerit. Abronis vitam agens. De molliter, ac deliciosè viuentibus.

Cliſthenes comicorum conuicijs laceratus eſt, quòd parum vir haberetur, ſeque cultu indecoro velut in mulierem transfiguraret. Quod feciſſe dicitur Aſſyriorum rex Sardanapalus, vt liberius inter fęminas laſciuiret.

L. Sylla Im. chlamydato ſibi, & crepidato Neap. ambulare deforme nõ duxit. Va. M.

C. Duellius (qui de Pęnis triumphauit) quotieſcunque epulaturus erat, ad funalem cæreum præeunte tibicine, & fidicine a cęna domum reuerti ſolitus eſt. autor Valerius Maximus.

Clodius Pulcher eneruem, & frigidam iuuentam egit, perditoque amore vulgatiſſimæ meretricis infamis fuit.

Hortenſius orator probroſi laceratus eſt Satyris, quòd circunſpectè, & moroſe indutus eſſet, quòdque manus eius inter agendum eſſent argutæ, & geſtuoſæ. Sed & L. Torquatus eum Dionyſiæ ſaltatriculæ nomine appellabat. autor Gell.

Iulius Cæſ. fuit adeo effęminatus, vt Curio pater quadam eum oratione omnium mulierum virum, & omnium virorum mulierem appellauerit.

Auguſtus ad Mecœnatem ſcribens, eiuſdem mollic em, & delicias multis expreſſit locis, ſed hoc maximè Vale Mecęnas melgentium ebur Ethruriæ, laſar Arretinũ, Tyberinum margaritum, Crineorum Smaragde, Iaſpi figulorum, Berille, & carbunculum Porſenæ. Annæus quoque Seneca Mecęnatem vocat diſcinctum, molliſſimasque eius delicias, & portentoſam orationem. Idem: Magnum, inquit, Romanæ eloquentiæ daturus exemplum, niſi illum eneruaſſet felicitas. Macrob. lib. 2. & Crinitus, lib. 24.

Attidius Melior Domitiani temporibus tantæ fuit molliciei, vt nitidius appellari meruerit. Vnde Statius: Stat quæ perſpicuas Nitidi Melioris opacet Arbor aquas.

Traditum eſt, Heliogabalum (qui ſupra omnia prodigia fuit molliſſimus) verſatilia triclinia habuiſſe, in quibus amicos quandoque ponere conſueuit, eosque violis, & floribus opprimere, ſic vt aliqui animam effluerint. autor Lampridius. Idẽ quoque quaternos canes ad currum, iunxit proceſſit, & in publicum, iunctis quatuor ceruis: coniunxit etiam Leones, & Tygres, Cybelem ſe & Liberum patrem vocans: habuit, vellicula gemmata, & aurata: atque vt inſaniam libidini adderet, iunxit etiam quaternas mulieres, nudusque à nudis vectus eſt.

STVLTI, ET INSIPIENTES.

Pſylli populi, dum Auſtrum ventus plus nimio haberent inuiſum, vt ſibi & ſuæ terræ noxium, ſumptis armis in eum hoſtiliter profecti ſunt, ceu viuum aliquem hominem, & non rem incorpoream peterent. Herod. lib. 4. & Gell. lib. 16. cap. 11.

Corębi filii Mygdonis Phrygii ſtultitia vulgi fabulis celebrata eſt, qui maris vndas numerare conabatur, quum non poſſet vltra quinque numerare. autores Euſtat. & Lucianus apud Eraſmum. Bagas fuit quiſpiam ſtupidæ mentis, & attonitæ. autor Plutar. in collectaneis. Vnde ortum adagium: Vt Bagas conſtitiſti.

Melitides fuit ſtultus, ab Homero celebratus, qui euerſa iam Troia veniſſe legitur, auxilium laturus Priamo. Lucianus apud Eraſmum. Melitidem, aut Corębum me putas per Deos.

Amphiſtitides tantę fuit ſtultitiæ, vt ignoraret, vtro ex parente prognatus eſſet.

Accon vetulano laborauit delirio (ſicuti iam diximus) vt ſolita ſit ad ſpeculum cũ imagine ſua, perinde ac cum alia muliere cõfabulari. autores Cęlius, & Eraſmus, ex aduocatis Gręcorum teſtimoniis.

Cippius ſimulabat ſe dormire, & ſtertere, quo facilius eius vxor męcharetur. Quod

arguit

arguit eum à zelotypia longè fuiſſe alienum. Vnde natum videtur adagium Ciceroni in quadam ad Fabium Gallum epiſtola poſitum: Non omnibus dormio. autor Lucillus apud Berroaldum.
Zenophantus fuit quiſpiam ſtultus, qui quo magis riſum cohibere nitebatur, hoc ridebat profuſius.
Midas Gorgii filius, quum agreſtem Panos Dei cantilenam Apollinis carminibus prætuliſſet, indignatus Apollo, aſininas auriculas eidem indidit, quibus poſtea abiit in riſum. Vide Ouid. lib. 11.
Claudius princeps inter ſtultos numeratur, quòd Domitium Neronem adoptauerit, quum Brittanniculum legitimo toro natum haberet. Sabell.
Enthuſiaſmus eſt quidam mentis ſtupor, quo laborauit Mammachutus quiſpiam ſola inſignis fatuitate. Vnde Mammachuti dicuntur hiantes, & ſtupidi. autor Ariſtophanes apud Cæl lib. 9 cap. 28.

CRVDELISSIMI HOMINES.

Saul rex Iudæorũ, audita ab aratro ſuorum hominũ legatione de Hammonitarum iniuria quærentiũ, bobus (quos præ ſe agebat) ſuccidit crura, præfatus ſic omnes perituros, qui ſibi eodem die ad Iordanem fluuium præſto non eſſent in armis.
Abimelech Gedeonis filius regnandi cupiditate 70. fratres crudeliter occidit, vno dũtaxat excepto, qui fuga, & pedibus ſalutem ſibi reperit. Idẽ Sichimitas (quòd ab his vrbem, & tribu eiectus fuiſſet) noctu adoratus, omnes trucidauit, nulla ſexus, aut ætatis habita ratione. Vrbem vi captam diruit, & in eius area ſalem ſparſit pro ſemine. Eos vero qui ſpe ſalutis ad templa ſe receperant, facta lignorum congerie ibidem flammis, & fummo necauit.
Athalia fęminarum ſæuiſſima, omnem Dauidis ſtirpem ſuſtulit, ne quis ſupereſſet à quo prohiberetur dominio.
Hęrodes multa puerorum millia occidi iuſſit, vt autorem noſtræ ſalutis interciperet.
Progne Pandionis Athenarum regis filia, Ityn filium marito ſuo Tereo Thracum regi appoſuit comedendum, quod ſtuprum intuliſſet Philomelæ eiuſdem Prognes ſorori. Verg. in Buc. Quas illi Philomela dapes, quæ dona parari. Vbi Philomelam poſuit pro Progne.
Medea fratrẽ Abſyrtũ, & filios ex Iaſone ſuſceptos membratim diſcerpſit, Ouid. i. Ibin: Et tua ſic latos ſpargantur mẽbra p agros, Tanquã q̃ patrias detinuere vias.
Tydeus arroſit caput Menalippi. Idem Ouid. Nec dapis humanæ tibi erunt faſtidia quaq́ue Parte potes, Tydeus temporis huius eris.
Gerion Mercurio natus patri hoſpites immolabat: autore Plut.
Eryx filius Veneris, & Butæ, ſolebat hoſpite crudeliter enecare. Hunc Hercules occidit. Mart. lib. 5. Et grauis in Siculo puluere fuſus Eryx.
Diomedes, & Buſyris equos humana carne pauerunt. Verg. lib. 3. Georg. Quis aut Euryſthea durum, Aut illaudati neſcit Buſyridis aras? Ouid. lib. 3. de Triſt. Sæuiores triſti Buſyride, ſæuior illo, Qui falſam lento torru t igne bouem.
Dirce Thebana mulier, vbi ſenſit Lycum maritum captum amore Antiopæ Nictei filiæ puellam tauri ceruicib. alligauit, ſuſpenſis à cornib. tæd s ardentibus, vt bos tormento furioſior, Antiopam ipſam per abruta, & ſcopulus tractã diſcerperet.
Damaſippus homo nulla prẹditus virtute, nobiliſſimos ciues (qui Syllanis partibus adhæſerant) inter victimas tanquam beluas crudeliter enecauit. Aruinæ tribuni plebis truncum in ſublime elatum per ora vulgi deferri iuſſit, tandem a victore Sylla obtruncatus.
Scytæ exenteratis animalibus viuos homines includebant eminentibus ſolis capitibus, vt cibo capto diutius languerent, viuerentq́ue donec putrefacti animalibus excreſcerent vermes, à quibus conſumerentur. Præcedentia hæc exempla habet Valerius Maximus.
Tomyris Scytharum regina, quum Cyrũ Perſarũ regẽ ſuperaſſet, caput eius abſciſ-

ſum

lum demerſit in vtrem ſanguinis plenum, eique his illuſit verbis: Satia te ſanguine, quem tantopere ſitiſti Cyre.

Apteras fuit quiſpiã, q patri teſtes eruit, & filios occidit. autor Annius in Beroſum.

Cleomedes athleta Lachum Epidamnium ictu pugni interfecit, interfecti latera adaperuit, & iniecta manu intestina eduxit.

Termerus fuit quiſpiam, qui humana capita confringebat. Hunc Hercules interfecit claua.

Hippomenes Athenienſium princeps, Limonem filiam in adulterio deprehenſam, equo feroci, & famelico præbuit abſumendum. Ouid. in Ibin: Solaq; Limone pœnam ne ſenſerit illam, Et tua dēte ferox viſcera carpat equus: Ortum eſt hinc adagium, Magis impius Hippomene.

Orodes rex Parthorum, Mithridatem fratrem, quamuis ſupplicem, in conſpectu omnium interfecit.

Oretes Perſa Polycratem Sammiorum tyrannum affixit cruci. autor Herod.

Paryſatis mater Cyri iunioris, rationem commenta eſt, qua humana corpora ſibi gignerent vermes, à quibus demum lenta morte conſumerentur.

Cambyſes rex Perſarum blande ſubmonitus à Prexaſpe domeſtico, vt ab ebrietate, & potu nimio caueret, quòd id malum quandoque rationis vſum auferat: ſtatim furore correptus, filium eiuſdem ſagitta confodit. Idem Cambyſes templa, & leges ludibrio habuit, Deorum ſimulachris illuſit. Recluſis cōditoriis mortuorum, inſpexit cadauera Amaſis, cadauer è monumento reuulſum verberibus cædi iuſſit, & omnibus probris affici, demum cremari. Duodecim Perſarum primores nulla penitus cauſa interfecit, viuos in caput defodiens.

Cambyſes fratrem, & duas ſorores occidit, Apim bouem ferro violauit. Captis inimicorum vrbibus, neque pepercit templis, neque ſimulachris Deorum.

Sapor rex Perſarum, quum Aurelianum Imperatorem bello victum cepiſſet, equum aſcenſurus curuatos eius humeros premebat ſuppedanei loco.

Xerxes maximum filiorum Pythij, Bithonij hominis ditiſſimi, à quo tamen cum toto exercitu fuerat hoſpitio ſuſceptus, medium diſſecari iuſſit.

Amaſtris Xerxis vxor, vxorem Maſiſtæ Bactrianorum præſidis excarnificauit. Eius mamillas præcidit, quas obiecit canibus. Item nares, aures, labra, linguam inhoneſtiſſimis deformauit plagis.

Darius rex Perſarum conſtitutus, cum populo iureiurando affirmaſſet, ſe nullum ex ſeptem principibus (qui coniurauerant aduerſus Magos) veneno, ferro, aut inedia oppreſſurum, vt religione ſolutus videretur, locum parietibus cinxit cineribus, plenum ſuperque ſuſpenſum impoſuit lignum, cui principes ipſo benigne cibo, & potione exceptos inſidere iuſſit, vt ſomno ſopiti deciderent in inſidioſos illos cineres.

Ochus Artaxerxes Ocham ſororem, eandem & ſocrum, viuam capite defodit. Patruum cum centum liberis, & nepotibus telis imperauit transfigi, quòd in his maximam apud Perſas probitatis laudem videbat conſiſtere. Creon tyrannus militum in bello mortuorum cadauera vetabat ſepelire, & inhumari. Hunc Teſeus interfecit. Ouid. in Met. Proh bentem bulta Creontē Atticus Aegides rupit Marathonide quercu.

Ptolomæus Philopator, rex Aegypti, patrē, fratrē, & amicos fere omnes interfecit.

Achilles interfectum Hectora currui, ſeu equinæ caudæ alligauit, & circum muros vrbis Troiæ ter exanimem pertraxit. Deum venale cadauer expoſuit parenti Priamo. Verg. lib. 1. Aenei. Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros, Exanimumque auro corpus vendebat Achilles.

Scinis latro Corinthius, arbores complicabat, hiſque alligabat hominum brachia, vt ni ſublime redeuntes lacera membra diſcerperent. Propert. lib. 3. Arboreaſque cruces Scinis, & non hoſpita Graijs Saxa; & curuatas in ſua fata trabes.

Atreus

Atreus Pelopis filius vxorem habuit Meropem, quam quum ſtupraſſet Thyeſtes frater, & grauidam feciſſet, ſuſceptos ex ea liberos Atreus decoxit, & conuocato per ſpeciem beneuolentiæ fratri appoſuit comedendos. Quod facinus adeo Sol exhorruit, vt refugus matutinum repetiuerit cubile. Vide Ouidium lib. 1. de Ponto.

Therodamas fuit neſcio quis carnifex, qui leones paſcebat humano ſanguine. Ouid. in Ibin. Therodamantæos, vt qui ſenſere leones.

Phyneus rex Arcadiæ, filios ſuaſu ſecundæ vxoris exoculauit: propter quod facinus vltricem numinum vindictam paſſus eſt amiſſo paulo poſt viſu. Ouid. lib. 1. de Ar. Quid fodis immeritis Phineu ſua lumina natis?

Cleomenes Lacedæmoniorum dux, ab Antigono victus profugit ad Ptolomæum, à quo benignè primum exceptus eſt, demum tamen Nicagoræ cuiuſdam calumnia ſuſpectus regi factus eſt, & ab eodem excoriatus.

Arpiages fuit quiſpiam, qui filium comedit. Ouid. in Ibin: Vt puer Arpiage referas exempla. Tyeſtæ, Inque tui cæſus viſcera patris eas.

Thrax fuit quiſpiam, qui filijs ſuis omnibus oculos effodit, quod neglecto patris mandato, Xerxem ſecuti, aduerſus Græciam militaſſent.

Mamertes, Syſaphonis Corinthij fratris ſui filios interfecit cupiditate dominandi.

Dionyſius tyrannus Marſiam quendam interfecit, ea tantum cauſa, quod is per quietem iugulaſſe ſe Dionyſium exiſtimauerat.

Phalaris tyrannus Agrigentinorum, non contentus exquiſitiſſimis cruciatibus, æneo vſus eſt tauro, quo miſeri mortales incluſi boum mugitus effingerent. Ouid. Ipſe Perillæo Phalaris permiſit in Ederem mugitus, & bouis ore queri.

Alexander Pheræus, viuos homines obuerſis in ſe faciebus ſepeliebat, alios vrſorū pellibus inuolutos dabat conficiendos venatoribus, & feris confodiendos. Polyphronem auunculum interemit haſta, quam ſacrauit, & feſta præcinxit corona.

Athenienſes Æginetis adoleſcentibus, nauticarum artium peritis, pollices præciderunt, ne in certamen nauale ſecum deinceps deſcenderent.

Perillus excogitauit æneum taurum, quo incluſi ſubditis ignibus longo, & abdito cruciatu mugitum bouis imitarentur, ne eiulatus ſimiles humanæ voci Phalaridē tyrannum ad miſericordiam inducerent. Quod teterrimum artis ſuæ opus primus artifex incluſus expertus. Ouid. in Ibin: Aere Perillæo veros imitere iuuencos, Ad formam tauri conueniente ſono.

Ethruſci viuorum corpora ſanioſis, & tabidis mortuorum cadaueribus alligabant, ora oribus, manibus manus, & pedes pedibus componentes. Feritatem hanc in Mezentio notat Verg. lib. 8. dicens. Mortua quinetiam iungebat corpora viuis. Componens manibuſque manus, atque oribus ora Tormenti genus, & ſanietaboque fluentes Complexu in miſero longa ſic morte necabat.

Mithridates rex ponti vna epiſt. 80. millia Romanorum per Aſiam diſperſa mandauit interfici.

Cyſenis filia Diogyridis Thraciæ regis, viuos homines diſſecabat medios, & parentibus comedendos apponebat liberos.

Ptolemæus Phiſco, rex Ægypti, filium ſuum Memphitem (quem ex Cleopatra vxore eadem, & ſorore ſuſtulerat) occidi iuſſit. Interfecti demum præciſos pedes, caputque, & manus ciſta concluſos pro munere natalitio matri miſit. Idem quum animaduerteret ſe ſuis omnibus odioſum eſſe, vt periculo poſſet obſiſtere, frequens iuuentute gymnaſium armis, & igni circundedit, incluſoſque omnes partim ferro, partim flamma necauit.

Carthaginenſes Attilium Regulum palpebris ante reſectis in machina referta aculeis incluſerunt, ibique inaudito mortis genere necauerunt. Claud. Prorogat æternam feritas tibi Punica palmam Regulæ, interfecto demum duce, milites fundo nauium ſubſtratos enecauerunt.

Annibal horum dux pontem humanis cadaueribus in Gelo flumine conſtruxit, ſuperque

perque

perque exercitum traduxit Ouid. in Ibin. Vt quos dux pœnus merſit putealibus vndis. Et iacto canas puluere fecit aquas. Idem Annibal captiuos Romanorũ itinere feſſos prima pedum parte ſucciſſa relinquebat in itinere: quos verò in caſtra perduxerat, ferro cogebat decernere, paria fratrum & propinquorum iungẽs. Nec ante explebatur feritas, quam ad vnum victorem omnes redegiſſet.

Tullia filia Tarquin j currum ſuper faciem mortui parentis duxit, equis etiam refugientibus, Ouid. li. 6. Faſt. Filia carpento patrios initura penates, Ibat per medias alta feroxq; vias: Corpus vt aſpexit, lachrymas auriga profuſis Reſtitit, hunc tali corripit illa ſono: Vadis, an expectas precium pietatis amarum? Duc inquam inuitas ipſa per ora rotas Certa fides facta eſt dictus ſceleratus ab illa Vicus, & æterna res ea preſſa nota eſt.

Manlius Torquatus conſul, dum cum Latinis bellum gereret, edictũ eſſe, ne quis extra ordinem pugnaret filium ſecuri percuſſit, quod a Genutio Metio Tuſculanorum equitum profecto laceſſitus manum cõſeruiſſet, licet parta de hoſte victoria.

Qu. Mutius Scęuola, Tribunus plebis, nouem collegas duce Sp. Caſſio ad dominationem aſpirantes, viuos cremauit. autor Valerius de Seueritate.

Lucius Sylla, Romam & vniuerſas Italiæ partes, ciuilis ſanguinis fluminibus inundauit. Quatuor legiones contrariæ partis, miſericordiam implorantes, obtruncari iuſſit. Præneſtinos (qui iuniorem Martium receperant) poſt factum P. Cethego deditionem extra mœnia iuſſit occidit, & eorum corpora per agros ſpargi, Qua immanitate perierunt quinque millia hominum, Quatuor millia & ſeptingentos diræ proſcriptiones edicto iugulatos in publicas tabulas referri voluit, ne tantiſ cinoris deleretur memoria. Virorum cędibus non ſatiatus ſeuijt in mulieres. Abſciſſa miſerorum capita afferri ſibi iuſſit, vt diro illo aſpectu ſatiaretur feritas. M. Marium prætorẽ non prius vita ſpoliauit, quam oculos eidem erueret, & ſingulas corporis partes confringeret. M. Pletorium (quod ad ſupplicium Marij exanimis cecidiſſet) mactauit protinus. C. Marij erutos cineres in Anienem ſparſit.

C. Marius vrbes potitus poſt exilium, cum Cinna, Carbone & Sertorio ſtatim ad cędem principum animum conuertit. Octauij conſulis caput expoſuit pro roſtris. Antonij conſularis caput menſis appoſuit. Cęſarem & Fimbriam in penatibus domorum ſuarum trucidauit. Craſſi pater & filius in mutuo alter alterius aſpectu iugulati ſunt. Bebius & Numiterius per medium forum vncis carnificum tracti ſunt. Catulus Luctatius hauſtis carbonibus hoſtili ſe exemit ludibrio, Archarius & Merula flamen dialis confoſſi ſunt. Quæ omnia feritatis exempla à Ianuarij Caſ. intra Idus abſoluit.

Septimuleius excīſum C. Cracchi caput liquato plumbo reſperſit.

Auidium Caſſium Romani alterum Catilinam vocarunt, quod cruoris eſſet cupidus. Is inauditum & nunquam prius viſum tormenti genus commentus eſt. Trabem enim longitudine 80. aut 190. pedium infixam terræ erigebat, cui à ſummo ad infimas partes alligatos homines flamma & fumo ſuffocabat.

Æmilius Cenſorium, Aegeſtæ vrbis Siciliæ tyrannus, multis muneribus eos perſequebatur, qui inauditum aliquod tormenti genus excogitaſſent. Spe igitur lucri commotus quidam Aruntius Paterculus, equum ex ære fabricatum, ei dono dedit. Ille autem muneris autorem primum ibidem concluſit, & emori fecit.

M. Antonius allatum ſibi Ciceronia caput in menſa apponi voluit, perque diem illud aſpexit, quouſque tale ſpectaculo animam exatiaſſet.

Eiuſdem Antonij vxor Fuluia caput ipſum maledictus ac diris execrata eſt, demum inſpuens gremio ſuo appoſuit, acrius inſpiciens linguam illi è faucibus euellit; eamque frequenter confodit acicula, qua tunc ab ornamento capitis vtebatur.

Vedius Pollio quũ piſcinas magno ſtudio ac diligentia coleret, ſeruos ſuos occidebat, eoſq; piſcibus dabat in prædam, & hominum cruore paſti delicatiores eſſent.

Numatius Flaccus, Pompeiani nominis defenſor, obſeſſus à Cæſare in Hiſpania, &

inclusus Attinguenſium mœnibus,omnes eius oppidi ciues (quos Cæſari ſtude-
re intellexerat) iugulatos è muris præcipitauit. Fœminas quoque virorum (qui
in contrarijs erant)cum liberis infecit. Alios infantes in conſpectu parentum hu-
mo infixit , alios ſuperatos pilis excipi iuſſit.

Domitius Nero,Domitij Aenobarbi,& Agrippinæ filius,matrem interemit. Octa-
uiam,& Sabinam Poppeam in matrimonium duxit,viris earũ, trucidatis,ipſasq́;
Demum vxores dedit morti. Petro,& Paulo vitã abſtulit Antoniam filiam Clau
dij,recuſantem ſibi nubere poſt Poppeæ mortem,occidit. Item Aulum Plaucium
iuuenem,quem ante mortem per vim conſtuprauerat. Ruſſum Criſpinum priui-
gnum,Poppea natum,impuberem adhuc ſubmerſit. Tuſcum nutricis filium rele-
gauit. Senecam præceptorem ad necem compulit. Pleroſque liberos diuites, &
ſenes (quos ſemper fautores inuenerat) occidit. Caſſio Longino iuriſconſulto
oculos effodit. Polyphago cuidam Ægyptij generis , crudam carnem mandare
aſſueto, viuus homines laniandos obijciebat,& abſumendos. Populo & mœni-
bus patriæ non pepercit. Vrbem enim palam incendit,quaſi offenſus deformita-
te veterum ædificiorum : quod incendium lætis oculis proſpexit è Mecænatiana
turri. Inflammatis iam domibus nemini permiſit ire ad reliquias rerum ſuarum.

Tiberius Nero,tertius Romanorum imperator, teſtamentum matris pro irrito ha-
buit. Tres ex Germanico nepotes, Neronem,Druſum,& Caium, variis modis af-
flixit. Neronem ad mortem compulit,quum ei laqueos , & vncos oſtentaret car-
nifex. Druſum in ima Palatij parte ſublatis alimentis adeo macerauit,vt ille tor-
mentum è culcitra tentauerit mandare. Ex viginti viris patricijs (quos elegerat
conſilij cauſa) vix duos, aut tres incolumes requirit, cæteros diuerſis cauſis neca-
uit. Seleucum Grammaticum ad mortem compulit. Piſcatori, qui ſibi ſecretum
aliquid agenti nullum inopinanter obtulerat, perfricari eodem piſce faciem iuſ-
ſit,& os locuſta lacerari. Militem prætorianum ob ſureptum è viridario pauonem
capite puniuit. Nullus à pœna hominum ceſſauit dies,ne religioſus quidem,ac ſa-
cer. Multos accuſauit, & damnauit cum vxoribus, ac liberis ſuis. Interdixit, ne
capite damnatos propinqui lugerent. Nemini delatorum fidem obrogauit. Ple-
rique citati ab eo ad dicendam cauſam partim ſe domi vulnerauerunt, partim in
media curia venenum hauſerunt , quos tamen colligatis vulneribus , & ſemiani-
mes in carcerem rapi imperabat. Puniti omnes in Gemonias vnco tracti ſunt. Vi-
ginti vno die abiecti tractique , nulla ætatis , aut ſexus habita ratione. Virgines
pleræque prius à carnifice viciatæ,demum ſtrangulatæ ſunt. Mori volentibus,vim
adhibebat viuendi. Mortem adeo leue ſupplicium putabat,vt quum audiſſet quen
dam Carnulium eam anticipaſſe, exclamauerit. Carnulius me euaſit? Furiatus
dolore quem ex morte filij ſui Druſi conceperat, multo nulla cauſa interfecit.
Rhodienſem hoſpitem quem benignis literis Romam euocauerit, vbi aduenit,tor
queri iuſſit,& occidi . Carnificiente locum habuit Capreis, vnde damnatos poſt
exquiſita tormenta præcipitari coram ſe in mare iubebat , excipientibus deorſum
claſſiariis, & cadauera remis elidentibus.

Domitianus multa crudelitatis exempla exercuit. Diſcipulum Pantomini puberem
occidit nullam aliam ob cauſam,quàm ꝙ magiſtro ſimilis eſſet forma. Item Her-
mogenem Tarſenſem propter quaſdam in hiſtoria figuras. Interemit, & multos
ſenatores in his aliquot conſulares,vt Ciuicam. Cerealem Aſiæ proconſulē Sal-
uidienum Orſitum, Acilium Glabrionem Aelium : Lamiam ob ſuſpicioſos iocos
Metium Pompoſianum, ꝙ habere imperatoriã geneſim vulgo ferebatur, & alias
quaſdam ob cauſas leuiculas. Præterea Salluſtium, Luculum Britanniæ legatum
& Iunium Ruſticum. Philoſophos omnes vrbe,Italiaque ſubmouit. Occidit, &
Eluidium filium, quòd ſub perſona Paridis,& Oenones diuortium ſuum cũ vxo-
rem tractaſſet Flauium Sabinum,quod cum præco non conſulem , ſed imperato-
rem ſalutaſſet. Aretinum Clementem conſularem capitis condemnauit.

Claudius Cæſar(qui interfecto Caligulæ ſucceſſit in imperio) tormenta quæſtionū, pœnasq́ue parricidarum repræſentabat, & exigebat palàm. Gladiatores retiarios iubebat interfici, vt expirantium faciem videret. Beſtiarijs meridianisq́ue gladiatoribus adeò delectabatur, vt à prima luce ad ſpectaculum deſcenderet, & meridie dimiſſo ad prandium populo perſederet.

Aulus Vitellius nobiles viros & condiſcipulos, omnibus blanditijs ad ſocietatem imperij, allice factos, vario genere fraudis occidit, & in his vnum veneno manu ſua porrecto in aquæ frigidę potione, quam is febre affectus popoſcerat. Portitorem quendam nulla penitus culpa interfici iuſſit, velle ſe dicens oculos paſcere. Duos item iuuenes patri ſupplicium auertere conantes. Quendam equitem Rom. iugulari mandauit cum liberto. Item plebeios quoſdam, qui Venetæ factioni maledixerat. Venit & in ſuſpicionem matri venenum porrexiſſe, quod audiuiſſet à Cata muliere vaticina, diutiſſimè ſe imperaturum, ſi ſuperſtes parenti extitiſſet.

Caligula auiæ Antoniæ defunctæ nullum exhibuit honorem, proſpexitq́; ſiccis oculis è triclinio ardentem rogum. Fratrem Tiberium intereniit. Sillanum ſocerum ad ſecandas nouacula fauces compulit. Cum omnibus ſororibus ſuis ſtupri conſuetudinem fecit, easq́ue (quod eſt omnium longè turpiſſimum) exoletis ſuis proſtrauit, Ptolemæum regis Iubæ filium, conſobrinum ſuum, item Macronem & Enniam (quos habuerat imperij auditores) pro meritorum gratia perſauit morte. Multos ex ſenatoribus interfecit. Quæſtorem ſuum in coniuratione nominatum flagellauit veſte detracta. Multos honeſti ordinis prius ſtigmate deformatos, ad munitiones viarum, ad metalla, aut ad beſtias condemnauit, aut beſtiarum more quadrupedes cauea coercuit, aut medios ſerra diſſecuit: idq́; ob leuiſſimam culpam, aut nullam potius. Parentes ſupplicio filiorum cogebat intereſſe, quorum vni valetudinem excuſanti, lecticam miſit. Curatorem munerum & venationum per continuos dies in conſpectu ſuo catenis verberatum, non prius occidit, quam offenſus putrefacti cerebri odore. Comœdiographum quendam ob ambigui ioci verſiculum igni cremauit in ipſo ſtatim amphitheatro. Equitem Rom. obiectum feris, cùm ſe innocentem proclamaſſet, reduxit, abſciſſaq́ue lingua induxit rurſus. Quendam ab exilio reuocatum, cùm interrogaſſet, quidnam ibi facere cōſueſſet: quum per adulationem hæc reſpondiſſet, Semper oraui vt periret Tiberius, & tu imperares: capta ex eo verbo coniectura exules ſuos mortem ſibi imprecari, miſit qui vniuerſos contrucidarent. Præter facta, verbis vtebatur feritatem immanem ſpirantibus. Dicebat omnia ſibi in omnes licere. Gallis Græcisq́ue aliquot vno tempore condemnatis, gloriabatur Gallogræciam ſe ſubegiſſe. Quos torquebat, minutis ictibus plecti iubebat, quo diutius langueret, addito et à præcepto Cura te vt ſe mori ſentiant. Iactabat & illud tragicum: Oderint dum metuant. Optauit plerunq; vt populus Rom. vnicam haberet ceruicem. Querebatur & dolebat ſua tempora nullis calamitatib. publicis inſigniri. Optabat exercituū cædes, famem, peſtilentiam, incendia, & hiatum aliquem terræ. Puteolis declinatione pontis multos littore ad ſe inuitatos, omnes præcipitauit. Quoſdam gubernacula apprehendentes, cōtis detruſit in mare. Publico epulo ſeruum ob detractam legis argenteā laminam carnifici confeſtim dedit, vt manibus abſciſſis, & ante pectus è collo pēdentibus, per cœtus epulantium circumduceretur, præcedente titulo, qui cauſam pœnæ indicaret. Mirmillonem ſecum rudibus certantem, ſponte proſtratum, confodit ferrea ſica. Admota altaribus victima elato malleo cultrarium mactauit. Inſiſtens Iouis ſimulachro, quum Apellem tragœdum interrogaſſet, vter illi maior videretur, cunctantem flagellis diſcidit. Vxorem aut amiculam quum oſculabatur, addebat, Tam bona ceruix, ſimul ac iuſſero, demetur. Hæc omnia ex Tranquillo.

Traiano imperante, Iudæi, duce Andræa, multos ex Græcis & Romanis obtruncarunt. Qua cęde non contenti, humanis carnibus veſci cępere, ſeq́ue occiſorum inteſtinis, ſtillante adhuc ſanguine, incingere, eorundem pellibus obuolui. Multos

item per medium vſque ad verticem diſſecuerunt: multos obiecerunt beſtijs laniandos. Alios inter ſe digladiari coegerunt, vt ducenta & amplius hominum millia eo furore, & armis Iudæorum, interierint. autor Dion. Caſſ.

Diocletianus paucis diebus 17. millia Chriſtianorum varijs ſupplicijs affecit.

Antonius Commodus, gladiatorijs cædibus adeò Romanorum auxit imperium, vt nomen gladiatoris vulgo meruerit. Idem, teſte Lampridio, homines qui pedibus debiles forent, ſagittis ſolebat conficere. Claua multos etiam affixit, Herculē ſe fingens Sacra Mithriaca homicidio polluit. Irridentes ſe feris obiecit. Eum qui Tranquilli librum in vitam Caligulæ continentem legerat, feris obiecit. Si quis ſe mori velle prædixiſſet, hunc inuitum iubebat præcipitari. Obeſi corporis hominē medio ventri diſſecuit, vt eius inteſtina ſubito funderentur.

Septimius Seuerus imperator poſt Didium Iulianū, Clodium Albinum tumultuantem interfecit, & capite eius Romam miſſo, corporis truncum, equo refugienti conculcandum præbuit.

Romanus Iunior Imp. matrem Helenam à ſe reiecit, & ſorores, quas ablatis imperialibus pannis incluſit cœnobio.

Baſilius huius filius, imperator poſt Ioannem Zimiſcem, Bardam Silerum vnum ex ſuis ducibus rebellantem cùm viciſſet, oculis priuauit. Bulgaros tumultuantes cū in poteſtatem ſuam redegiſſet, quindecim millibus captis oculos effodit, vno tantùm incolumi relicto, qui eos cæcatos ad Samuelem eorum ducem dirigeret.

Macrinus Imp. prodigioſi fuit animi in exhibēdis ſupplicijs. Nā geminos boues miræ magnitudinis aperiri iuſſit, hiſq; milites ſingulos (qui ancillę hoſpitis pudorē violaſſe ferebantur) incluſit, capitibus boum exectis, vt facilius vnà colloqui poſſet.

Maximianus Imp. tam crudelis fuit animi, vt Cyclops, Buſyris, Giges & Tiphon diceretur: Vnde ſequentibus verſibus eiuſdem ſæuitiæ illuſum eſt. Et qui ab vno non poteſt occidi, a multis occiditur. Tygris acerrimus eſt, & tamen occiditur. Caue multos, ſi ſingulos non times.

Irene imperatrix, vxor Leonis quarti, Conſtantino ſexto, filio ſuo in carcerem coniecto, oculos eruit, quòd ab ipſo prius fuiſſet expulſa.

Spendius fuit quidam Italici generis, Capua oriundus, qui captiuos in bello beſtijs laniandos obijciebat. autor Polybius.

Thamburlanus Scytharum rex, nihil habebat iucundius, quàm animi feritatem humano cruore oblectare. Cuidam roganti cur in omnes vſque adeò ſæuiret, toruo aſpectu rectoriſq; oculis fertur reſpondiſſe, An tu me hominem putas, & non Dei ira potius, ad hominum perniciem in terris agentem?

Tamburlanus rex Scytharum Pazaipem principem Turcarum; bello captum caueis incluſit, & catenis vinctum, ſub mēſa inſtar canis comedere, & mandare ciborum analecta.

Sanctius quartus Hiſpaniæ rex, patrem ſuum Alphonſum decimum, è Germania redeuntem, occupato regno non admiſit. Quatuor hominum millia trucidari iuſſit, quòd in tumultu quodam Alphonſum fratris ſui filium regem appellaſſent.

Atila rex Pannoniæ, vndecim virginum millia in expugnatione Coloniæ interfecit. Fratrem Budam morti dedit. Aquileiam diruit.

Tartari Pannoniam ingreſſi, Varidano oppido capto, fœminas templis incluſas cremauerunt, & Belam, quartum eius populi regem, ſic terruerunt, vt ad præſidium ſalutis, latebras inquiſiuerit.

Colomans rex Pannoniæ, Almo fratri oculos eruit.

Totila Rex Gothorum, capta Roma tertiam partem murorum diſiecit. Capitolium incendit, omnia diripuit. Et tanta paſſim feritate debacchatus eſt, vt Dei flagellū diceretur.

Vitoldus princeps Lituaniæ, hoīes morti deſtinatos mira crudelitate vrſinis includebat pellibus, eoq; modo inuolutos canibus dabat concerpendos. In bellicis ex-

peditionibus

peditionibus arcum ſemper habebat intentum, vt ordine aberrantem ſagitta configeret. Multi tantæ feritatis metu vltro ſine carnifice animas proiecerunt.

Ecelinus (qui circa Taruiſium, & in Euganeis exercuit tyrannidem) caſtrabat pueros, ſtupro viciabat virgines, matronis adimebat mammas, pregnantum ſecabat vteros, partus exertos in ignem mittebat. Biſſena Patauinorum millia ſub ſuo vexillo merentia ad vnum interfecit, audita Patauij defectione.

Othomanus Turcarum princeps, anno Salutis 953. Conſtantinopolim cepit. Conſtantini Imperatoris mortui caput ad ludibrium palo affixit, & totis caſtris geſtauit, Mares & fœminas illuſtres iugulauit, aut ad vſum nefariæ libidinis reſeruauit.

Egebertus Sicoberti filius, & poſt patrem Angliæ rex, fratres filios enecauit.

Clodomyrus Clodouei primi filius, Sigiſmūdum, filium Gundebaldi regis Burgundiæ, bello captum vna cum liberis & vxore in puteum coniecit.

Phildebertus huius frater Almaricum Regem Gothorum, ſororis ſuæ Clotildis maritum obtruncauit, & Toletum vrbem (in qua ille ſe tutabatur) diripuit. Duos item fratres Clodomiri filios ſimulata beneuolentia conuocatos interfecit.

Clotharius horum duorum frater, & Clodouei filius, Conabrum ducem Britonum interfecit, & Crominum eius filium cum vxore & liberis igne cremauit.

Sigiprandus Ariſprandi filius, & Longobardorum rex, Ariperto (quo cum certabat) oculos eruit, vxorem eius naſo auribuſque truncis dehoneſtauit.

Alboinus Longobardorum rex, ex capite Cunimundi Gepidarum regis bello victi, craterem ſibi fecit.

Narſes Italiæ præfectus, Sindualdū Britonū ducē armis domitum in trabe ſuſpēdit.

Boleslaus tertius Bohemorum rex, Moſconi regi Poloniæ ſuperato oculos eruit, vt etiam Odoalricus Boleslai frater alteri fratri Iamuro.

Atelſtanus rex Angliæ, Edimum adoleſcentem in nauigio ſine remige fluctibus perdendum expoſuit.

Alphonſus tertius rex Hiſpaniæ, quatuor fratribus oculos eruit.

Alphonſus primus rex Luſitaniæ, matrem coniecit in vincula, quod mortuo primo marito ſecundas tentaſſet nuptias.

Amalgaſuntha mater Atalarici regis Gothorum mortuo filio adiutorem ſibi delegit Theodatum, à quo tamen in balneo ſtrangulata eſt.

Ioannes Maria, dux Mediolanēſis, quotidie nouo tormēti genere ciues opprimebat. Idē matrē (à qua interim corripiebatur) in carcerē detruſit, & ibidē mori coegit.

SEVERISSIMI, ET MAXIME TETRICI.

Herodes Antipas filios ſuos Ariſtobulum & Alexandrum falsò accuſatos & ſuſpectos inſidiarum iuſſit interfici. Propterea dicebat Auguſtus, Malle ſe Herodis porcum eſſe quam filium.

Socrates fuit eodem ſemper vultu, nec aut hilari, magis, aut turbato.

Zaleucus legem ſtatuit Locris, vt in adulterio deprehenſis eruerentur oculi. Quam legem quum filius eius temeraſſet, eidem oculum excuti iuſſit, & ſibi alterum, vt eā probaret firmius. Hinc Zaleuci lex abijt in prouerbiū de tetrico nimis edicto.

Æacum, Rhadamantum & Minoa, poetæ fecerunt iudices inferorum ob incorruptam & inexorabilem ſeueritatem. Ouid. lib. 9. Quum videat feſſos Rhadamanthon & Æacon annis, Et Minoa queri, &c.

Tenes fuit quiſpiam, qui legem induxit, vt a tergo iudicis aſtaret ſpiculator, ſecurim tenens, vt qui perperam aliquid in iudicio dixiſset, eum protinus ſecuri percuteret. Hinc orta parœmia, Tenedius homo.

Ælianus ſcribit, Anaxagoram Clazomenium nunquam riſiſse.

Epaminundas victorem filium interfecit, ꝙ præter edictum cōgreſsus eſset inimicis.

Artaxerxes rex Perſarum cum ſenſiſset patari ſibi inſidias a quinquaginta filiis, Darij ſuaſu, omnes extremo effecit ſupplicio.

Vſcuncaſſanus rex Perſidis & Armeniæ, filium ſuum Maſsubeum ſecū ſemper duxit

catenatum, & ad extremum adegit ad mortem, quia cum fratre ipſius regis Gurlumonech (qui ab eo deſciuerat) ſenſiſſe videbatur.

Phœnix Amynthoris filius, matri gratificaturus patris interfecit pellicem.

Simili exemplo Oreſtes matrem Clitemneſtram interfecit, quod illa Agamemnonem eiuſdem Oreſtis patrem occidiſſet maritum ſuum.

Damatriona Spartana mulier filium occidit, quod eum ignauo eſſe animo, & inutilem bello accepiſſet.

Talantia alia Spartana, quum audiuiſſet filium ſuum Pedaretum iniquè apud Chios principari, his ad eum verbis ſcribit: Aut te melius in Chij adminiſtratione gerito aut illic maneto. Nam ſi Spartam redieris, non eſt quod vltra te ſperes victurum.

Tigranes rex Armeniæ, collapſus equo ſuo inter venandum, ſtatim vt ſurrexit alterū ex filijs maiorem natu interfecit, quod parenti dextram non porrexiſſet.

Mithridates rex Ponti, filium ſuum catenis vinctum mori cogit, quod eius opera Boſphoranos & Colchos putabat defeciſſe.

Lucius Brutus filios ſuos, Tarquinij dominationem à ſe expulſam reducentes, comprehenſos primum virgis cædi iuſſit, hinc ad palum ligatos ſecuri percuti. Verg. lib. 6. Natoſq; pater noua bella mouētes Ad pœnā pulchra pro libertate vocabit.

Sp. Caſſius filium itidem verberibus affectum necari iuſſit, qꝫ cum eſſet Tribunus pl. legem agrariam primus tuliſſet, multaque largitione animos hominum ſibi conciliauiſſet, ſenatui propterea & populo ſuſpectus affectatæ tyrannidis.

T. Manlius Torquatus filium Syllanum expilatæ Macedoniæ, quam habebat prouinciam accuſatum & conuictum, ſua ſententia publice damnauit, ac deuouit morti.

Dum apud Atheſim Romani impetu Cimbrorum exterriti diffugerent, M. Scaurus filio ſuo vllius conſternationis & fugæ participi miſit, qui dicerent, ſe libentius in acie eius interfecti oſſibus occurſurum, quam ipſum tam deformis fugæ reum viſurum. Quo audito, filius animi dolore gladio ſuo ſe confodit.

Aulus Fuluius filium ſuum, prauo conſilio amicitiā Catilinæ ſecutū, & in eius caſtra temerario impetu ruentem, itinere abſtractum, ſupplicio mortis affecit præfatus, non ſe Catilinæ filium aduerſus patriam, ſed patriæ aduerſus Catilinam genuiſſe.

M. Craſſus tanto fuit animi rigore, vt ſemel tantum in vita riſerit. Sidonius: Tā Cenſorius haud fuit vel ille, Quem riſiſſe ſemel ferunt in æuo.

Auguſtus Herothem Aegypti procuratorem malo nauis iuſſit configi, quod coturnicem abarum victricem comediſſet.

Peſcentius Niger quum Galliam regeret, imperante Septimio, tribunum quendam lapidibus obrui iuſſit, quod is militum ſtipendia decimaret.

Sextus Aurelianus ſcribit, Philippum imp. (qui Gordiano ſucceſſit) tam ſeueri triſtis fuiſſe animi, vt iam tum a quinquenni ætate nullo cuiuſquam commento ad riſum ſolui potuerit, aut ab inflexibili naturæ toru tace dimoueri.

Federicus ſecundus imp. filium ſuum Henricum peremit carcere, quod ſuſpicabatur eum fauere Gregorio pontifici, quo cum bello ipſe ſuſceperat.

Orbilius Beneuentanus ludi magiſter fuit Romæ, tanta in diſcipulos ſeueritate, vt plagoſus appellaretur, & vulneratus.

Fuit in Tamburlano Scytarum rege tanta maieſtas, & in coercendis militibus ſeueritas, vt gregarium militem (qui mulierculæ cuidam lac furto ſuſtuliſſe ferebatur) mandauerit interfeci, apertis inteſtinis, viſceribus lac epotum extrahi.

Apud Turcas Ioannis Huniadis ducis fortiſſimi nomen vſque adeo fuit terrificum, vt nutrices ad comprimendos infantulorum vagitus in Huniadem adeſſe ſemper confingant.

Lenogildus Gothorum rex, & hæreſis Arrianæ ſectator, quum reſciſſet filium ſuum Hermogildum ex Arriana catholicum effectum, eundem crudeliſſimè interfecit.

Matthias Coruinus, rex Hungariæ, tonſori ſuo barbam & naſum deſecuit, quod vxoris ſuæ poſteriores veſtium partes per iocum mutilaſſet.

Moſes Ægypto fugiens Ioſephi ſecum oſſa tulit.
Tobias ſepeliendi mortuis vocabat.
Machabæus poſt prælíũ in Gorgiã cõmiſſum iuſſit vt occiſorũ corpora ſepelirentur.
Iehu rex Iſrael hoſtem ſuum Iezabelem fecit ornari tumulo.
Pericles mortuos in bello Peloponneſiaco primum oratione publica laudauit.
Darius eos obiurgauit,qui Heſtici caput truncauerant. teſtis Herodotus.
Antigonus Alcioneum filium, Pyrrhi ad ſe caput deferentem,baculo percuſſum reiecit,vt barbarum & pollutum inclamans,oculoſque abduxit, ne lugubri fœdaretur aſpectu. Multis inſuper lachrymis inimici mortem proſecutus eſt.
Demetrius claſſe Ptolemæi(qui prius fuerat victor)ſuperata,eorum qui ceciderant, corpora ſepeliri iuſſit,& captiuis omnibus liberum conceſſit reditum. Ptolemæus rex fugato Demetrio quoſcunque Demetrii amicos cepit, captiuos vna cum eius ſupellectile remiſit.
Antiochus rex captum Scipionis filium remiſit ſine precio.
Cydon Corinthius fuit hoſpitalitate adeo inſignis, vt eius fores omnibus eſſent peruiæ. Hinc adagium natum, Semper aliquis in Cydonis domo.
Polycrates matres militum,qui in bello periſſent, opulentioribus ciuibus dabat nutriendas.
Maras fuit quiſpiam apud Botœam Syriæ ciuitatem ditiſſimus,humanus & officioſus in omnes,tum ciues,tum hoſpites.
Dromecheres Getarum rex,Lyſimachum hoſtem bello captum, mira clementia dimiſit illæſum.
Alexander capto Dario Leonatu ex purpuratis ſuis miſit.qui eius matrem,vxorem, aliaſque fœminas conſolaretur,& lachrymis auerteret,& impediret. Atq; etiam matri Darij (cui nomen erat Siſigambis) permiſit, vt quos vellet bello extinctos milites patrio more ſepeliret. Eius vero vxorem (quam nulla id ætatis fœmina corporis pulchritudine vicit)non ſolum non violauit: at ſummam adhibuit curã, ne quis captiuo corpori illuderet. Omnem inſuper cultum fœminis reddi iuſſit, nec quicquam ex priſtinæ fortunæ magnificentia adimi. Et(quod omnium maximum humanitatis argumentum) Darium ipſum amiſſo iure belli regno reſtituit. Pyrrhus captiuos Romano populo reddidit.
Annibalem Capuã tenẽte, Faucula Clunia captiuis egẽtibus ſuppeditauit alimẽta.
Annibal inuentum Aemylij Pauli conſulis, & collegæ Terentij Varronis cadauer, honorificè tumulauit.
L. Aemylius Paulus,huius Aemylij filius, Perſeum Macedoniæ regem vinctum fleuit,& aſſidere ſibi iuſsit.
Scipio Hiſpanos captiuos ſine precio dimiſit.
Pompeius Syllæ cadaueri honorem exhibuit. teſte Plutarcho.
Fabricius Cornelium Ruffinũ quem hoſtiliter oderat,iuuit in petitione conſulatus.
L. Craſſus orator tãta fuit clemẽtia, vt murenã mortuã multos dies atratus fleuerit.
Lucius Albinus quum animaduertiſſet virgines Veſtales ſub ſacrorum onere laborantes,& ope hominẽ deſtitutas: ſtatim exonerato ſarcinis curru,vxore & liberis iter pedibus facere iuſſis,virgines cum ſacris,conſcendere currum imperauit.
Cæſar captis apud Pharſalium Pompei ſcrinijs,epiſtolas oẽs incluſa bona cremauit fide,nulla earum lecta. autor Plin. lib. 7. Idem Imperator ſimultates cõtra nullos tam graues accepit nunquam,vt non occaſione oblata deponeret lubens. C. Mẽmio(cuius maledictis probroſiſq; verbis fuerat laceſſitus)fuit in petitione conſulatus. C. Caluo poſt famoſa epigrãmata de recõciliatione per amicos agẽti,vltro & prior ſcripſit. Valeriũ Catullum(cuius verſiculis incluibile ſtigma receperat) ſatiſfacientem eadem die adhibuit cœnæ hoſpitioq; patris eius, ſicut conſueuerat, vti perſeuerauit. Cornelio Phagitæ(cuius inſidias vix effugerat) noceri nõ permiſit

Statuas Syllæ & Pompeij inimicorum à plebe diſiectas repoſuit. Si qua grauius in ſe dicerentur, inhibere maluit, quam vindicare. Nocturnos coniuratores ſatis habuit monere, ne perſeuerarent. Criminoſiſſimis Auli Ceccinnæ & Pitholai ſcriptis laceratum ſuam famam ciuili animo tulit.

Fl. Veſpaſianus Vitelij hoſtis ſui filiā ſplēdidiſſimè maritauit, dotauitq́; & inſtruxit. Nullius vnquam cæde lætatus eſt. Iuſtis etiam ſupplicijs illacrymauit & ingemuit.

Traianus ſolebat ægrotantes amicos viſere exinanita imperatoria maieſtate. autor Auſonius.

Titus Veſpaſianus duos in vrbe clariſſimos viros (quos habebat compertos inſidiarum in ſuam vitam) non tantum non puniuit, at etiam ſibi aſſidere iuſsit. Fratrem Domitianum inſidias quoque parentem flens ſæpe obteſtatus eſt, nę parricidio eſſequi cuperet, quod breui eſſet habiturus. Idem laborantes morbo, & ægrotantes ſuis paſcebat manibus, & ſuorum moribus afflictos conſolabatur.

Antonius Pius fuit adeò mitis, vt quum ob inopiæ frumentariæ ſuſpicionem lapidibus à plebe Romana perſtringeretur, maluerit placare, quàm vlciſci ſeditionem.

Iulianus Imperator Nebridium Conſtantij (in quem ille bellabat) fautorem ad genua ſua prolapſum paludamenta protexit, ne à militibus interficeretur.

Domitianus inter initia Imperij ſui adeò ab omni cæde abhorrebat, vt edicere deſtinauerit, ne boues immolarentur. autor Suetonius.

M. Aurelius Antonius Imperator Auidio Caſsio, alijſque compluribus (à quibus inſidias parari ſibi cognouerat) pepercit, immemor furoris & vindictæ, qua tamē ſummi principes debacchari ſolent, ſi vel fracta nuce, aut vngue prauè ſecto offenduntur.

Probus Imper. Arradionem (quem ſingulari certamine pugnans confecerat) magnificentiſsimo honeſtauit ſepulchro.

Beatrix Romana virgo corpora martyrum occiſorum in agro ſuo furtim ſepeliebat, quod etiam feciſſe ferunt Bibianam virginem.

Cyprianus Afer diuitias omnes pauperibus erogabat.

Criſpus & Criſpinianus quicquid lucri faciebant, arte ſutoria, quam exercebant, pauperibus impartiebantur.

Anaſtaſia Chryſogoni diſcipula ſanctis (qui in carceribus tenebantur captiui) tacite victum miniſtrabat. Idem quoque fecerunt Praxedes & Pudentiana ſorores.

Ludouicus Pius, Gallorum rex, quum quatuor libros varijs principatibus honoraſſet, ab his tandem incommoda multa paſſus eſt, atque etiam coniectus in carcerē. Quod tamen animo adeò ciuili & manſueto pertulit, vt cum his poſtea redierit in gratiam.

Ladiſlaus rex Pannoniæ, victum à ſe inimicum regnare permiſit. Quinetiam ſi per proceres licuiſſet, oblatum recuſaſſet principatum.

Alphonſus expugnatæ per vim Neapoli noceri vetuit, pepercitque ciuibus, à quibus tamen fratrem ſuum ſciebat interfectum fuiſſe. Proteæ cuidam homini verboſo (cui iure plurimum ſuccenſuerat) non modo veniam petenti dedit, at quinque etiam talenta vltrò obtulit.

Philippus Maria Mediolanenſis captum nauali pugna Alphonſum cum duobus fratribus, non libertate ſolum, at etiam multis honeſtauit muneribus.

Petrus Vrſeolus Venetiarum princeps, pauperum ægrotātium cubicula ſolebat furtim viſere, & opibus ſuis iuuare. Idē Xenodochium ſuo vnius ſumptum extruxit.

MODESTI ET VERECVNDI.

Temiſtocles iacentem hoſtem armis pulcherrimis indutum, ſequenti militi exuendum reliquit, quum ab eiuſcemodi facto ipſe abhorreret.

Quum Mitylenæi Pyttaco multum agri offerrent gratuito munere, tantum ſumpſit, quantum haſta percurreret: vt apud Romanos P. Claudius, quantum vno die araſſet.

Cimon Athenienſis reip.munera caſtè ſemper,& incorruptè obijt,& ab omni genere expilationis abſtinuit.

Peſcennius Niger ſic ſeipſum & milites rexit, vt nihil à prouincialibus, non oleum, non lignum operamve extorſerint.

Agathocles rex Siciliæ nullo vnquam luxuriantis fortunæ zephiro auerti potuit à recordatione figulinæ patris officinæ. Quamuis enim haberet aurũ,& argẽti abundè,ſemper tamen abacum vaſis fictilibus onerabat. Auſonius:Fama eſt fictilibus cœnaſſe Agathoclea regem,Atque abacum Samio ſæpe oneraſſe luto. Quærenti cauſam reſpondit.Rex ego qui ſum Sicaniæ,figulo ſuo genitore ſatus. Fortunam reuerenter habe,quicunque repentè Diues ab exili progrediere loco.

Cato ob modeſtiam nullam ſibi ſtatuam erigi paſſus eſt,dicens:Se malle, vt poſteri percontarentur,cur Catoni poſita non eſſet ſtatua,quam cur poſita.

Fab.Gurges,Fab.Pictor,C.Numerius, & Q.Vgolinus legati ad Ptolemæum miſsi, accepta ab eodem munera in ærarium retulerunt.

Q.Cincinatus dictatura ſe ſponte abdicauit.Quod etiam L.Scilla fecit vltro.

Cn.quoque Plancus cenſuram volens exuit.

M.Fabius cõſul deuictis Veijs oblatũ triumphũ renuit ob fratris & collegæ mortẽ.

Terentius Varro delatam ſibi ab vniuerſo ſenatu & populo dictaturam recuſauit,ꝙ rempub.confregiſset Cannenſis pugnæ temerariæ congreſsu.

Cicereius quum prætoris Comitijs Cn.Scipioni ſuperioris Africani filio competitori omnium ſuffragijs præponeretur, erubeſcens ſe tanti viri filio prælatum, ex competitore ſuffragatorem ſe fecit.

Pompeius oblatam ſibi ab Hebræorum rege menſam & ſedem auream,deferri iuſsit in publicum ærarium.

Pompeius in acie Pharſalica victus à Cæſare, quum poſtero die Lariſsam intraret, oppidique illius vniuerſus populus obuiam ei proceſsiſset.Ite,inquit,& iſtud officium præſtate victori.

Iulius Cæſar tribus & viginti vulneribus coniuratorum mucronibus confoſsus, à verecundia abſterreri non potuit. Nam eo tempore quo ſpiritus à mortali corpore ſecernebatur, togam vtraque manu demiſit, vt inferior pars corporis tecta collaberetur.

Spurna egregius adoleſcens quum ſua forma complurium fœminarum ſolicitaret oculos,verecundia motus oris decorem vulneribus deformauit.

TACITVRNI.

Pythagoræ diſcipulorum nemo minus biennio conticuit.

Agatho lapidem in ore tenuit per triennium,vt ſilere diſceret.

De ſilentio Secundi philoſophi vide caput de Inceſtuoſis.

Zeno quum legatos Antigoni regis miſſos Athenas cum nonnullis philoſophis ad cœnam inuitaſset,ac cæteri omnes verborum multitudine doctrinam ſuam oſtentarent,ſolus ipſe tacuit.Silentij cauſam percontantibus legatis reſpondit,difficillimum omnium eſse,tenere ſermonem.

Paulus Simplex,Pauli primi Anachoretæ diſcipulus, magiſtro iubente, integrum triennium obſtinatiſsime tacuit.

Thomam Aquinatem condiſcipuli bouem appellabant,quòd ſemper taceret, audiretque tantum.

HOMINES LIBERÆ ET IMPORTVNÆ loquacitatis.

Lara fuit nympha,cui Iuppiter linguã abſtulit,ꝙ furtiuos eius amores Iunoni reuelaſſet,Oui. li. 2.Faſ.Iuppiter intumuit,quaq; ẽ nõ vſa modeſtè,Eripit huic linguã, &c.

Tantalum apud inferos damnatum aiunt, quòd deorum ſecreta hominibus reuelaſſet.Ouid.quærit aquas in aquis,& poma fugacia captat Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit.

Anaxarchum ob petulantes iniurias Anacreon Cyprius in pila contundi iuſſit.

Calliſthenes liberius cum Alexandro locutus, eiuſdem mandato adiudicatus eſt mor ti. Hæc aũt eius verba ad Alexandrum fuiſſe feruntur: Si Deus es, beneficia largi ri mortalibus, non ſua debes eripere. Si homo, id quod es, ſemper te eſſe cogita.

Lacedæmonij libros Archilochi ob ſolam dicacitatem, & ingenij virulentiam ab vr be ſua ſummoueruñt, ne illorum lectione corruptum aliquid imbiberent lectores.

Dionyſio inquirenti, vbi nam terrarum exquiſitius haberetur æs: Antiphon Sophi ſtes reſpondit, optimum ſe noſſe Athenis, vbi ſtatuas habebant Armodius & Ari ſtogiton tyrannicidæ. Innuebat autem Antiphon, Dionyſium eſſe dignum, qui ab huiuſmodi omnibus interficeretur. Quæ petulans & verboſa dicacitas homi ni malè ceſſit.

Suſarion, Machnes, Cratinus. Ariſtophanes & Eupolis, Græci poetæ, flagitia hoĩum tanta libertate inſectabãtur, vt opus fuerit lege, quæ maledicam illam & effrænẽ mordendi licentiã cohiberet & cõprimeret. De quibuſdã horum meminit Horat. dicens: Eupolis atque Cratinus, Ariſtophaneſque poetæ, Atque alij quorum comœdia priſca virorum eſt. Si quis erat dignus deſcribi, quòd malus aut fur, Quòd mœchus foret, aut ſicarius, aut alioqui Famoſus, multa cum libertate notabant.

Daphitas grammaticus in Thorace mõte cruci affixus eſt, quòd reges maledicis car minibus inceſſeret.

Zoili quoque mordacitas prouerbio locum fecit. Nam & poetarum principem Ho merum auſus eſt ſuis ſcriptis laceſſere.

Nullum opus tam abſolutum eſſe poterat, quod non calumniaretur Momus. Idem Sandalium Veneris Praxitelicæ culpauit, quum Venerem ipſam non poſſet.

Oſcus fuit quiſpiam natus ad contumelias omnium ingenijs impingendas. Nulli nõ iuſſit notam. autor Seneca.

Medius fuit quidam ex Alexandri adulatoribus, qui calumnias in quemuis iacta bat, & ad alios ad idem opus hortabatur.

Tymagenes hiſtoricus Auguſtum & vniuerſam eius familiam maledicis verbis, pro broſiſque conuicijs auſus eſt denigrare. Benignus tamen imperator ad vindictã ſatis habuit ei domo ſua interdicere.

Staterius ætate Marci Tullii, ob conuicioſa verba & mordaculos ſermones rei capi talis iure damnatus eſt.

Theon fuit poeta quiſpiam rabioſæ loquacitatis, petulantiſſimæque maledicentiæ. Hinc adagium, Dente Theonis rodi.

Hipponax poeta fuit Iambographus amarulentus, & notæ mordacitatis. Hinc Hip ponacteum præconium ceſſit in parœmiam.

Antigonus rex Theocritum Chium occidit propter falſum & mordax ſcomma ab eo de ſe dictum. Quum enim quaſi puniendus ad Antigonum raperetur, ſolantib. eum amicis ac ſpem pollicentibus, q͞ oĩno clemẽtiam regis experturus eſſet, cum ad eius oculos veniſſet, reſpondit, Ergo impoſſibilem mihi dicitis ſpem ſalutis. Quo verbo illudebat regi, quod altero orbatus eſſet oculo. autor Macrob.

Æſopus Delphos profectus gentis illius iram in ſe conuicijs & contumelioſis apo logis concitauit.

Neuius Metellos ac Scipiones ſuis verſibus auſus eſt proſcindere. Propterea Metel lis conſul hoc ei verſiculo reſpondit. Dabunt malum Metelli Neuio poetæ. Tan dem autem propter nimiam illam in ſcribendo maledicentiam a triumuiris in uincula coniectus eſt, & in carcerem detruſus.

Audax fuit & licentioſum C. Memmij verbum, qui auſus eſt obijcere Cæſari tanquã pathico, quod ſtetiſſet ad cyathum Nicomedi regi inter exoletos.

APOPHTEGMATA CONVICIA retorquentium.

Iphicrates Harmodio ignobilitatem exprobranti reſpondit: Mei generis nobilitas à me

me incipiet, tua autem in te definet. Plutar. in Apoph.

Agathocles Siciliæ rex, quum vrbem obſideret, & aliqui conuiciarentur, dicentes: O figule, quomodo militibus ſtipendia ſolues? reſpondit: Quum vrbem veſtram cepero. Idem eodem.

Androclidas increpatus à quodã, quod claudus in aciem deſcenderet: Pugnare, non fugere, propoſitum eſſe ſibi, reſpondit. Valer. de fiducia ſui.

Anacharſis exprobranti illi Attico, quòd Scytha eſſet, reſpondit, Mihi quidem probro eſt patria, ſed patriæ tu. Diogenes lib. 2.

Antagoras congrû quum coqueret, & Antigonus illi adſiſtens dixiſſet. Putaſne Homerum Agamemnonis & Græcorum deſcribendis rebus intentum, qûo congri melius ſaperent penſitaſſe? reſpondit, Opinaris (ô rex) Agamemnonem ſolicitius perſcrutatum, ecquis in exercitu congrum coqueret? Plut. in Apoph.

Diogenes olera lauans, Ariſtippo dicenti, Si Dionyſio adulari velles, non iſta eſſes reſpondit, Imò tu ſi iſta eſſe velles, Dionyſio non adulareris. Valer. de contin.

Cato cuiuſdam probris vexatus reſpondit: Impar mihi tecum certandi conditio eſt, nam vt male dicere, & male audire tibi facillimum eſt: ſic mihi malè dicere inſuaue eſt, & male audire inſuetum. Plutarchus in vita eius.

ADVLATORES, SCVRÆ, ET PARASITI.

Tymagoras Athenienſis Darium regem Perſarum (ad quem legatus miſſus fuerat) adulando more Perſarum adorauit. Quod vbi reſciuerunt Athenienſes, eundem ſupplicio capitis punierunt.

Darij Babylonem obſidione prementis fauorem & gratiam aucupari volens Zopyrus Perſa, Faciem & nares inhoneſto vulnere ſibi deformauit, vt Babylonis (ad quos ſe receperat) fidem faceret, & mentiretur ſe perpetuam Darium inimicum fore, à quo tam turpiter mutilatus eſſet. Quibus verbis moti Babylonij eum in ſua vrbem admiſerunt, quam paulo poſt tradidit ſuo regi. Hinc adagium, Zopyri talentum de his qui plurimum ſibi nocent, vt alijs afferant emolumentum.

Ariſtippus Cyreneus, Socratis auditor, meruit nomine regij canis & aulici, ꝙ adularetur Dionyſio, & ſequeretur quaquauerſum iret ille, ſaginandi ventris cauſa. Vnde Horat. Si pranderet olus patienter, regibus vti Nollet Ariſtippus.

Quum Alexander Iouis filius appellari ſe voluit, & More Perſarum, proſtratis humi corporibus à Macedonibus ſalutari, talia concupiſcenti protinus acceſſerunt Hages Argiuus, peſſimus carminû autor poſt Cherilû, & Cleo Siculus quos maximorum exercituum principatibus anteferebat. Hi cum intelligerent nutum domini, & quid creparet pollice cœperunt protinus plenis eum buccis immodice prædicare & iam tum ante mortem Deum facere. Adiecerunt inſuper Herculem, Bacchum, Pollucem cum Caſtore nouo numini ceſſuros. Horû famis permotus, Alexander, conuiuium omni opulentia exornauit, cui nô Macedones tantum, ſed & principes Græci interfuerunt. Quum autem omnes vna cû rege diſcubuiſsent, Cleo inſtitutum, & præmeditatum ſermoné cum admiratione laudum eius exorſus eſt: enarratisq; meritis, quibus eum noua Apotheoſi dignum prædicabat, iam vnumquemque cœpit hortari, vt regem inter deos colerent. Quod ne quis recuſaret, obtulit ſe primum, qui proſtrato humi corpore regem adoraret. autor Cæl.

Philoxenus fuit paraſitus quiſpiam, qui cœna quadam vbi atriorem panem vidiſſet apponi, Ne multum, inquit, attuleris, ne tenebras nobis inducas.

Apollophanes Antigoni fuit adulator.

Cypriæ mulieres translatæ in Syriam currum inceſſuras regum vxoribus humeros ſubincuruabant, vt eis ſuppedanei loco gradum ſtruerent, & ſcalarem præberent vſum. Cælius cap. 13. lib. 11.

Dromeas fuit paraſitus, quo quum quæſiſſet neſcio quis in vrbe, an apud Chalcidem lautius pararetur conuiuium: reſpondit, Iucundius ſibi videri Chalcidenſis cœnæ procœmium, oſtreorum numero & varietate.

Patroclides

Patroclides aſſentator fuit Philippi.

Demagoram Athenienſes decem talentis multauerunt, quòd Alexandrum deum appellaſſet.

Euagoram vero interfecerunt, quod eundem adoraſſet.

Liſophus Philippi Macedonis paraſitus, claudum ſe fingebat, quòd Philippus fractum crus haberet. Os & oculos eodem modo & iiſdem geſtibus contorquebat, quibus dominus.

Niceſias quum videret Alexandrum Magnum petitũ à muſcis: Quanto, inquit, hæc cæteris præſtant, quæ ſanguinem tuum deguſtant imperator. Idem quum vulneratum eum conſpiceret. Illud Homericum ſtatim protulit, Qualis diuorum percurrit corpora ſanguis.

Chariſophus videns Dionyſium (cuius erat paraſitus) ſeparatim cum amicis ridentem, procul quoque ridebat. Interrogatus autem ab ipſo Dionyſio. Quid rideret, Quod, inquit, ea putem digna riſu, quæ dicitis.

Andromachus Carrenus fuit adulator Craſſi, quem tamen Parthis prodidit.

Cælio oratori quum quidam cliens omnia concederet, longa aſſentatione faſtiditus Cælius: Dic, inquit, contra, vt duo videamur.

Decius Laberius actor mimorum inuitatus à Cæſare vt in ſcenam prodiret, reſpondit, ſe neceſſario coactum, nihil tanto viro denegare poſſe, cui & ipſi dij omnia tribuiſſent.

Venienti ab expeditione Galliarum Cæſari, & in Pompeium copias paranti, Curio obuiam approperauit, multis blanditijs eundem confricans, Ait enim ſe inuito ſenatu Cæſaris partes fouiſſe, tantiſper dum coactis bello ſiluiſſent leges. Præualente demum Pompeio ſe expulſum Roma velut exulem, ſed tamen exilium non grauate perpeti, propter Imperatorem. Vnde ſic apud Lucanum inducitur lib. 1. Dum voce tuæ potuere iuuari Cæſar ait, partes, quamuis nolente ſenatu, Traximus imperium, tunc quum mihi roſtra tenere Ius erat, & dubios in te transferre Quirites, At poſtquam, &c.

Audita curionis oratione Lælius primipilus ſtatim Cæſari ad quæcunque diſcrimina ſeſe obtulit, teſtatus nullum eſſe flagitium, quod non committere lubens, ſi imperator iuberet. Hæc eius verba ponit idem Luc. Iuſſa ſequi tam velle mihi, quã poſſe neceſſe eſt, Nec ciuis meus eſt, in quem tua claſſica Cæſar Audiero.

Adulationes vero adeo & repreſſit & neglexit Auguſtus, vt ſe Dominum appellari ne à liberis quidem & nepotibus ſuis vel ſerio vel ioco ſuſtinuerit. Atque huiuſmodi blanditias inter ipſos etiam prohibuit.

Sarmentus fuit Romanus eques ſcurrilitate notiſſimus ſub Auguſto Cæſare.

Fuit & Apitius Galba nobilis ſcurra ſub Tyberio Cæſare. De vtroque Iuuen. Sat. 5. Si potes illa pati, quæ nec Sarmentus iniquas Cæſaris ad menſas, nec villis Galba tuliſſet. De Sarmento Horat. in Serm. Nunc mihi paucis Sarmenti ſcurræ pugnam Meſſique Ciceri Muſa velim memores, & quo patre natus vterque Contulerit lites Meſſi clarum genus Oſci.

Rhynton fuit vtiliſſimus nugator Tarentinus, de quo Var. & Galba meminerunt.

Tectius Caballus ſcurilitate claruit apud Romanos. De eo & (quem nunc diximus) Galba, Mart. lib. 1. Qui Galbam ſalibus tuis, & ipſum Poſses vincere Tectium Caballum.

Cæſar quoque Tyberius adulationes adeo auerſatus eſt, vt neminem ſenatorum aut officij, aut negotij cauſa ad lecticã ſuam admiſerit. Conſularem vero ſatisfacientem ſibi ac per genua orare conantẽ, ita ſubfugerit, vt caderet ſupinus. Idẽ ſi quid in ſermone vel oratione blandius de ſe quicquam audiſset, interpellabat & commutabat protinus Domini appellationem vt maledicum nomen exhorruit. Quendam dicentem ſacras eius occupationes, alium autore eo ſenatu ſe adijſſe verbis mutatis iuſſit dicere pro autor ſuaſorem, pro ſacris occupationibus laborioſas.

Burra

Burra fuit quidam ſcurra, natione Hiſpanus, quem Sigiſmundus Imperator in conuiuio argento onerauit, adeò vt ſub pondere iam fatiſceret.

LIBERALES ET MAGNIFICI.

Abdias centum prophetas in ſpelunca metu Iezabelis vxoris Achab diliteſcentes occultè pauit.

Darius Hyſtaſpis filius inſulam Samon, & omnes ex ea prouentus Syloſonti dedit ob acceptam ab eo veſtem quandam magni precij.

Cimon Athenienſis hoſtiles exuuias ciuibus ſuis contulit. Parabat quotidie domi cõuiuium, quò pauperes turmatim conueniebãt. Famulis iubebat, vt ſi quem paupertate laborantem animaduerterẽt, eum collata furtim pecunia adiuuarent. Agrorum ſuorum & prædiorum ſepes auferri iuſſit, vt oĩa fructib. impunè veſcerẽtur. Hanc eius liberalitatem commendant Plutarchus, & Lactantius de Vero cultu.

Dido Troianis in Africã appulſus miſit viginti tauros, ſuesq; totidem, totidẽ agnos cũ matribus fides eſt. Ver. lib. 1. ſcribenti, Nec minus interea ſocijs ad littora mittit Viginti tauros, magnorum horrentia centum terga ſuum, pingues centum cũm matribus agnos, &c. Eoſdem quoque excepit epulo & conuiuio, cuius apparatũ idem poeta deſcribit his verbis. Dant manibus famuli lymphas Cereremq; caniſtris expediunt tonſiſque ferunt mantilia villis. Quinquaginta intus famulæ, quibus ordine longo Cura penum ſtruere, & flammis adolere penates, &c.

Idem lib. 4. Æn. ſcribit, Iarbam Getulorum regem centum Ioui delubra, & aras totidem poſuiſſe, ignemque vigilem & perpetuum ſacra vidiſſe.

Alexander Magnus cuidam Perillo quinquaginta talenta numerari iuſſit, ad dotem pauperculæ filiæ, quum illa decem, non amplius talenta poſtularet.

Alexander Taxilæ regi mille talenta contulit, vaſa item conuiualia ex auro & argento plurima: item veſtes Perſicas, &c. equos 30. ſuis inſignibus ornatos.

Idem Porum hoſtem ægrum curauit, & in amicorum numerum recepit, & ampliore donauit regno, quàm prius tenuiſſet Bis Perſarum ciuitatem ingreſſus, toties mulieribus erogauit numos, prægnantibuſque munus duplicari iuſſit.

Africanus Scipio non prius è foro ſolebat diſcedere, quã vnum aliquem ex his quibus congrederetur, beneuolum ſibi & amicum efficeret. Et quamuis eius poteſtate victa fuiſſet Carthago, moriens tamen argenti libras 33. auri duas duntaxat reliquit, tanta in omnes extiterat munificentia.

Proculeius fratres ſuos Scipionem & Murenam impendijs bellorum ciuilium attritos & ſpoliatos partito iuuit patrimonio. Vnde Horat. libro 2. Car. Viuet extento Proculeius æuo Notus in fratres animi paterni: Illum aget penna metuente ſolui Fama ſuperſtes.

M. Scauri magnificentiam iam docuimus in capite de Sumptuoſis ædificijs.

Pomponius Atticus fugientem è patria Ciceronem ſeſtertijs 240. millibus donauit, Cedenti Italia Bruto ſeſtertia centum millia muneri miſit. Tam multa in P. Volumnium contulit, vt plura proficiſci à parente non potuerint. Idem publicam Athenienſium inopiam ſuis opibus ſubleuauit.

L. Lucullus tanta fuit in omnes, eruditos præcipuè liberalitate & beneuolentia, vt domus eius Græcorum Romam venientium portus diceretur.

Auguſtus opera publica multa Romæ extruxit, vt forum cum æde Martis templum Apollinis in palatio, ædem tonantis Iouis in Capitolio. Principes ſæpe hortatus eſt, vt monumentis vel nouus, vel refectis vrbem adornarent. Spacium vrbis diuiſit in vicos & regiones. Aduerſus incendia excubias nocturnas commentus eſt. Ad coercendas inundationes alueum Tyberis laxauit Aedes ſacras vetuſtate collapſas, aut incendio abſumpta refecit, & donis ornauit. In cellam Capitollini Iouis 16. millia pondo auri, gemmaſque, & margaritas quingenties ſeſtertium vna donatione contulit. Tot denique ædificia vel erexit, vel diruta reparauit, vt gloriaretur, vrbem marmoream ſe reliquiſſe, quam lateriam inueniſſet.

Flauius Veſpaſianus fecit templũ pacis foro propinquum. Item amphitheatrum in media vrbe. Expleuit cenſum ſenatorium. Conſulares inopes quingentis ſeſtertijs annuis ſuſtentauit. Plurimas per totum orbem ciuitates terræmotu aut incẽdio afflictas in melius reſtituit. Primus è fiſco Græcis Latiniſque Rhetoribus annua centena conſtituit. Præſtantes poetas & artifices comit. Coloſſi refectorem magna mercede donauit. Cuidam ſumptum increpanti reſpondit, Sineret ſe plebeculam paſcere pane. Dedit Apollinari tragœdo 400. ſeſtertia. Tarpeio Diodoroq́; citharœdis ducenta. Apophoreta dabat viris in Saturnalibus, & fęminis calendis Martijs.

Fuit in Tito Veſpaſiano liberalitas adeò magnifica, vt die quadam veſperi recordatus nihil ſe cuiquam præſtitiſſe, dixerit, Amici perdidimus diem. Monentibus domeſticis quod plura polliceretur, quàm præſtare poſſet, reſpondit, Non oportere quenquam à ſermone principis triſtem diſcedere. Non ſolum nihil negauit petentibus, at etiam hortatus eſt vltro, vt quæ vellent, peterent. Plebem quandoque admittebat in thermas, quibus lauabatur. Ciuitates incendio Veſeui in Campania dirutas reparauit. Afflictis morbo nullam non adhibuit opem & medelam, inquiſito omni ſacrificiorum remediorumq́ue genere.

Iulianus Imperator aras multo victimarum ſanguine profundebat, & tauros quandoque immolabat centenos, & innumeros varij pecoris greges.

Gallienus Imp. Valeriani filius nihil vnquam cuiquam petenti denegauit.

Antoninus Pius (qui ſucceſſit Adriano) magnam ſui theſauri partem amicis & militibus impartiuit. Entrop. teſte.

Traianus vrbes trans Rhenum in Germania reparauit. Nihil iniuſtum ad augẽdum fiſcum egit. Publicè & priuatè omnes ſibi familiares muneribus cumulabat, & honoribus, multas immunitates ciuitatibus tribuit.

Plinius orator, Hiſtorici nepos, Quintiliano rhetori dedit abundè pecuniæ qua nubilem dotaret filiam. Quod ad ipſum ſcribens edocet his verbis. Et tanquam parens alter puellæ noſtræ confero quinquaginta millia nummum.

Mecœnas eques Ethruſco de ſanguine regum omnes eruditos ſui ſeculi amauit plurimum, multiſque iuuit muneribus.

Theodericus qui mortuo Odoacre Serulo Imp. totius Italiæ adeptus eſt ditionem, Romanis ſingulis annis dedit viginti millia modiorũ tritici. autor Paul. Diacon.

Caligula Imp. abſoluit templum Auguſti, & theatrum Pompeij. Inchoauit aquæductum & amphyteatrũ Syracuſis. Collapſa vetuſtate mœnia, & deorũ ædes refecit.

Cæſar Claudius Caligulæ ſucceſſor, perfecit aquæductũ ab ipſo Caligula inceptũ. Riuum Anienis lapideo opere in vrbem perduxit, diuiſitq́ue in plurimos lacus. Per tria paſſuum millia montem effodit, & excidit ad emittendum Fucinũ lacum, quod opus ægrè abſoluit poſt vndecim annos, quamuis triginta hominum millia ſine intermiſſione operantia adhibuiſſet. Congiaria populo ſæpiſſime dedit.

Domitianus congiarium populo nummorum 300. ter dedit, & inter ſpectacula muneris largiſſimum epulum. Septimontiali ſacrorum die ſe natui & equitibus panaria & ſportellas cum obſonio diſtribuit. Sparſit & dona miſſilia in populum. Multa opera incendio abſumpta reſtituit, vt Capitolium. Excitauit ædem in Capitolio cuſtodi Ioui & forum.

Marcus Aurelius vocatus à matre ad diuidendum cum ſorore patrimonium, vniuerſum ſorori conceſſit.

Ageſilaus delata ad ſe Agidis bona, inter cognatos inopia preſſos diuiſit.

Probus Auguſtus in plurimis victorijs nihil præter tela & arma ſibi retinuit. Cætera militibus conceſſit liberè.

Aurelianus tunicas viritim per populum dedit. Item frumentum & oleum cũ vino.

M. Antonius Triumuiri filius munerum magnitudine Philotam quendam adeò terruit, vt ille capere reformidaret.

Nerua imp. ad ſuſtentandam ciuium vitam decies, & quinquagies centena millia nummum erogauit, & quoſdam ſenatorij ordinis delegit, qui agros emerent eoſque egenis partirentur. Vnde inops pecuniæ factus, veſtes, vaſa, & vniuerſam ſupellectilem auctioni ſubiecit, agroſque, & domos vendidit. autor Dion. Caſſius. Quicquid antea pęnæ nomine tributis acceſſerat, indulſis. Afflictas ciuitates releuaui. Puellas & pueros natos parentibus egeſtoſis ſumptu publico per ſingulas vrbes Italiæ foueri iuſſit. teſtis Aurelius Victor.

Adrian⁹ nulli iniuſtè pecunias abſtulit. Multa publicè, & priuatim multis elargit⁹ eſt.

Otho Tertius imp. diuendito patrimonio, Germaniam multis ornauit cœnobijs.

Ludouicus Craſſus, Franc. rex fecit cœnobium S. Victoris in ſuburbis Lutet.

Philippus Auguſtus cęnobium apud Syluanectum excitauit, & ciuitatem Andegauenſem dirutam reſtituit.

Alexius Comnenus orphanotropheion erexit, in quo puellas, & pueros parentibus orbatos ſua pecunia refouebat. Fecit & Muſæum, in quo alios rudebat erudiri, pecunia ex regio vectigali data.

Apollonius confeſſor mendicis morbo laborantibus operã, & paſtũ ſuppeditabat.

Andoenus epiſcopus, qui floruit regnante apud Franchos Lothario, cœnobium patrimonio ſuo erexit.

Innocentius Tertius Xenodochium S. ſpiritus fecit in Saxia, Altare S. Petri Romę exornauit. Sixti templum reſtituit, Turrim maximam erexit.

Anaſtaſius Quartus pontifex Max. pauperes pauit ſua pecunia, quum vniuerſam prope Europam publica torqueret fames.

Alexander V. pontifex tanta erat munificentia, vt prædicaret per iocum ſe diuitem Epiſcopum fuiſſe, pauperem Cardinalem, mendicum Pontificem.

Alphonſus X. rex Hiſpaniæ in nuptiis filii ſui, & Blanchæ, diui Ludouici filiæ congiarium populo dedit, & paupere veſtimentis viritim ornauit, Imperatorem Conſtantinopolitanum à Soldano captum ingenti redemit pecunia.

Alfredus rex Anglorum per multa conſtruxit cęnobia.

Batildis, ſeu Clotildis, Francorum regina, duo cęnobia conſtruxit.

Theodericus filius Clodouei, ædem ſancti Modeſti Atrebatenſis.

Tiberius Secundus, qui ante Mauritium Cappadocem imperauit, Narſetis theſauros in puteo repertos egentibus impartiuit.

Clotarius rex Francorum condidit templum ſancti Medardi Sueſſionenſe.

Cunto Anglorum rex, cęnobia quatuor erexit Tria ordinis ſancti Benedicti, Quartum in honorem diui Eduardi regis.

Dagobertus rex Francorum fecit cęnobium Beati Dionyſij in Francia.

Etharus rex Angliæ ſingula erexit monaſteria ſingulis quibus regnauit annis.

Cyprianus Afer facultates ſuas omnes pauperibus impertiuit.

Eligius Nouionenſis epiſcopus, quum ante aurifex eſſet, quicquid ea arte conſequebatur lucri, dabat pauperibus.

Epiphanius præſul Salaminiæ epiſcopatus ſui fructum dabat mendicis.

Egidius Athenienſis ſpoliauit ſe veſte, vt repertum in via pauperem operiret.

Paula Romana mulier, marito mortuo, ſuas facultates indigentibus erogauit.

Plato martyr, qui paſſus eſt imperante Maximiano, paternam hæreditatem conceſſit pauperibus.

Nicolaus epiſcopus Pataræ ſua pecunia iuuit paupertatem cuiuſdam hominis, qui rerum penuria decreuerat formoſas, quas habebat filias proſtituere in lupanaria, vt quæſtum facerent ſuo corpore, & victum ſibi compararent libidine.

Conſtantinus Monomachus Imp. templum inſtituit, in quo grauati ſenio, & ad laborem inutiles, fouerentur.

Lupus Senonenſis Archiepiſcopus, tanta erat in pauperes munificentia, vt nullum ſibi relinqueret theſaurum, ſed totum ſe hauriret.

Sedente in pontificatu Bonifacio IX. Ludouicus rex Pannoniæ Caroli regis filius, Romã ad annum iubilem profectus, quatuor aureorũ millia ęrario Petri obtulit.
Germanius præſul Antiſiodorenſis, vas argenteum à Placidia Valentiniani matre ſuſceptum pauperibus dono dedit.
Lucina virgo Romana Chriſtianos ſuis iuuabat ſumptibus, & affectos martyrio in agro ſuo ſepeliebat.
Paula Buſa fœmina exercitum populi Romani ex fuga cladis Cannenſis frumento iuuit, & viatico. Liuius.
Pudentiana, & Praxedes virgunculæ pauperes Chriſtianos ſuis nutriebant ſumptib.
Valdo (à quo pauperes quidam Lugdunei Valdenſes appellati ſunt) vniuerſum patrimonium pauperibus erogauit, dictitans omnia inter Chriſtianos communia eſſet oportere.
Petrus Vrſeolus dux Venetorum, templum diui Marci incendio abſumptum reſtituit, & pauperum Xenodochium extruxit.
Theolinda, Longobardorum regina, multas ſacras ædes erexit, multas ruinæ iam proximas reparauit.
Robertus Hugonis Capeti filius, Francorum rex, plurima religioſa loca excitauit, apud Aureliam cęnobium S. Anniani, in ſylua Aquiliana S. Medardi, & ſancti Leodegarij in Viteraco caſtro, S. Regalis in ciuitate Syluanectenſi, apud Auguſtudunum Sancti Caſſi.
Vuenceſlaus rex Bohemorum, regni ſui pauperes egregia fouebat munificentia.
Vſus Comes Nolanus, ſingulis annis, quibus Nolæ præfuit, auri, & argenti vim non paruam contulit ad dotem paupercularum virginum.
Alphonſus rex, populorum aut regum oratoribus publico, aut priuato nomine ad ſe venientibus, ædes iubebat exornari, & gratuitas epularum delicias miniſtrari, nec vnquam abire permittebat indonatos.
Vide liberalitatem multorum ineruditus, in hiſtoria de pretio literarum. Suppetunt mihi alia de liberalibus, & magnificis viris, infinita penè exempla, quæ ex induſtria miſſa facio, quòd non ignorem, ex nimia quandoque abundantia faſtidium prouenire: quodque (vt inquit Horatius) Omne ſuperuacuum pleno de pectore manet. Qui alia id genus deſiderauit exempla videat Val. Max. Sab. & Fulgoſium.

HOSPITALES.

Ariadne ſuſcepit hoſpitio Theſeum profectum in Cretam, & minotauro deſtinatum.
Phyllis Lycurgi regis Trachum filia, Demophoontem ab expeditione Troiana redeuntem, & ventis pulſum in Thraciam. Prop. Paruo dilexit ſpacio Minoida Theſeus, Phyllida Demophoon, hoſpes vterque malus.
Hypſiphile Thoantis fil. & Medea filia Ætæ regis Colchorum, Iaſonem ſuſceperunt hoſpitio. Prop. Nec ſic Æſonidem rapientibus anxia ventis, Hypſiphile vacuo conſtitit in thalamo. Hypſiphile nullos poſt illos ſenſit amores, Vt ſemel Hæmonio tabuit hoſpitio.
Alcinous rex Phæacum Vlyſſem Troia redeuntem ſuſcepit hoſpitio.
Molorchus paſtor, Herculum Martialis, lib. 4. Tam comi patet hoſpitalitate, Credas Alcinoi pios penates, Aut facti modo diuitis Molorchi.
Pholus Centaurus, fuit Herculis hoſpes. Luc. lib. 6. Hoſpes, & Alcidæ magni Phole.
Fuit & Midas hoſpes Bacchi, teſte Ouidio.
Calipſo naufragum Vlyſſem ſuſcepit in Ogygia inſula. Prop. lib. 1. At non ſic Ithaci digreſſu nota Calypſo Deſertis olim fleuerat æquoribus.
Eodem modo Ianus excepit Saturnum, Euander Æneam, Canuſina Romanos à clade Cannenſi redeuntes, Raab apud Hebræos Dei populum.
Contra verò inhoſpitales fuerunt Thraces, Polymeſtor, Diomedes, Buſiris, Scythę.

ILLIBERALES, AVARI, ET FOENERATORES,

Simeon fuit auarus, qui à Petro Spiritus ſancti gratiam mercari volebat. Vnde Simoniæ inditum nomen.

Pygmalion rex Tyri, Sichæum ſororis ſuæ Didonis maritum interfecit, vt eius auro potiretur. Vergil. libro primo Æneid.... Illæ Sychæum Impius ante aras. atque auri cæcas amore Clam ferro incautum ſuperat, ſecurus amorum Germanæ.

Achilles ductus auaritia, cadauer Hectoris Priamo expoſuit vænale. Verg. lib. 1. Æn. Exanimumque auro corpus vendebat Achilles.

Polymneſtor rex Thraciæ, Polydorum Priami & Hecubæ filiū, fidei ſuæ tempore belli Troiani commiſſum interfecit, vt eius auro potiretur. Verg. lib. 3. Aen. Fas omne abrumpit, Polidorum obtruncat, & auro Vi potitur.

Menippum philoſophum, genere Phoenicem, aiunt fœneratorem extitiſſe.

Carictes nomen eſt fœneratoriis apud Plutarchum in Phocione.

Temeſeus fęnerator fuit quiſpiam, quem Eutymius Locrenſis athleta coegit reddere quicquid illico vſuræ quæſtu ſibi comparauerat.

Ochus rex Perſarum, auaritiæ nota adeo laborauit, vt vrbem nūquam iniret, ne mulieribus congiarium impertiretur. Nam Cyrus lege ſanxerat, vt vbi primum Perſarum rex ingrederetur, mulieres quotquot adeſſent, ſingulos auri nummos ab ipſo rege acciperent.

Semiramis in monumento, quo poſt mortem erat recondenda, hæc inſculpi iuſſit, Quicunque regum poſt me futurorum pecunia indiguerit, recluſo conditorio ſumat inde quicquid viſum fuerit. Id quum perlegiſſet Darius auri cupiditate ſepulchrum iuſſit recludi, in quo tamen pecuniam inuenit nullam, ſed hoc tantum literis ſculptum: Niſi malus fores, & auarus, mortuorum loculos non moueres. autor Hero.

Condalus domeſticus Mauſoli regis Cariæ, tanta laborauit auaritiæ nota, vt ſi qua ardor in vias procumberet, fructus ipſe decerperet, & exponeret vænales. Eidem regionem peragranti ſi quis ouem aut vitulum attuliſſet, danti imperabat vt domum referret, & nutriret. Longo demum poſt tempore ipſum repetebat, & ſi quid inde foret natum emolumenti.

Eriphyle deſiderio habendi monilis aurei, quod ferebat Adraſtus rex Argiuorum, Amphiaraum maritum ſuum prodidit, qui ſe occuluerat, ne Thebas ad bellum raperetur, quòd ex vaticinio præuideret ibidem ſe periturum.

Alcmæon, Megaclis filius, quum legatos Crœſi Lydorum regis, Delphos ad oraculum itantes humaniſſime frequenter accepiſſent: Crœſus vt reſponderet tantæ humanitati, & beneficium reponeret, eum donauit tanto auro, quantum ille corpore ſuo ferre poſſet. Tum Alcmæon talarem tunicam laxoſque cothurnos induit quos ærarium ingreſſus impleuit pecunia. Quin etiam os referſit, & ramenta quædam alligauit ſuis capillis, adeo vt oneri ſuccumberet homine conſpecto, Crœſus irrupit in cachinnum, cumq; tanto inſtructum munere dimiſit. autor Herod.

Apollonius Thyanæus arguebat Platonem auaritiæ, quòd pecuniæ cauſa ſecutus eſſet Dionyſium in Siciliam.

Huius ſceleris ſuſpectum ſe ſuis verbis fecit Simonides poeta, quòd rogatus à quodam, vt Encomium in eius ſcriberet laudem, gratiam loco muneris accepturus: reſponderit, duas ſe habere areas, vnam gratiarum, alteram argenti. Hanc quum aperiret, communem plenamque reperire, illam vero inanem & vacuam.

Demoſthenes habitus eſt auarus, quòd pecuniam à rege Perſarum acciperet ab Harpalo corruptus, vt ageret contra Philippum.

Achæus rex fuit Lydorum qui quum noua tributa à ſubditis vellet extorquere, ob auaritiam populari factione ſuſpenſus eſt elatis pedibus, & demerſo in Pactolum

capite. Ouid. in Ibin: Morte vel intereas capti ſuſpenſus Achæi. Qui miſer aurifera teſte perpendit aqua.

Arimaſpi populi Thraciæ, aſſiduum gerunt bellum cum Gryphis auri cupiditate.

Patroculum quendam taxauit Ariſtophanes, quod in ſumma rerum opulentia ſordidè & immundè viueret, ne faceret ſumptum.

Quo tempore Annibal opprimebat Campanos bello, Valerius Beſtius Ruſcium, Imbrici ſoceri ſui filium, quem acceperat ſeruandum, auaritia ſtimulante morti dedit vt eius auro potiretur. autor Plut.

Quum Brennus, Senonum dux, Epheſum obſideret, Demonica mulier auiditate monilium, quibus ille ornatiſſimus enitebat, vrbem ipſam prodidit. Brennus verò vrbem ingreſſus, tanto auro fœminam onerauit, vt dedita opera oppreſſerit viuam, mulierem illam pertæſus auaritiam. Eandem ob cauſam Tarpeia virgo Romana, Capitolium Sabinorum regi Tatio prodidit.

Q. Caſſius in Hiſpania Syllium & Calphurnium occidendi ſui gratia cum pugionibus deprehenſos, quinquagies ſeſtertium ab illo, ab hoc ſexagies pactus dimiſit.

L. Septimuleis C. Gracchi (cui prius erat familiaris) caput abſcidit, & per vrbem pilo fixum ferre ſuſtinuit, quia Opimius conſul auro id ſe repenſurum edixerat.

Non ſatis fuerunt Craſſo numeroſæ illæ (quarum iam meminimus) diuitiæ, niſi & aurum Parthorum eſuriret.

Gellius ait Cornelium Ruffinum, manu quidem ſtrenuum & bellatorem bonum fuiſſe, ſed furacem & arci auaritia.

Cato Vticenſis inſimulatus eſt auaritiæ à Cæſare, quum Martiam coniugem, Hortenſio amico roganti conceſſiſſet, eamque poſtea Hortenſij recepiſſet hæredem. Dimiſit, inquit, vt locupletem receperit.

Aulus Poſthumius Albinus miſſus ad inferendum Iugurthæ bellum, pecunia corruptus deſtitit.

Cæſar in Hiſpania à proconſule & a ſocijs pecunias accepit emendicatas in auxiliũ æris alieni. Et Luſitanorum quædam oppida, quanquam nec imperata detractarent, & aduenienti portas patefacerent, diripuit hoſtiliter. Templa deum donis referta expilauit. Vrbes diruit ſæpius ob prædam, quam ob delictum. In primo conſulatu M.M.M. pondo auri furatus eſt è Capitolio. Societates & regna precio dedit. Sex millia talentorum ſuo & Pompeij nomine Ptolemæo abſtulit.

Tiberius Cæſar fuit adeò parcus, & tenax pecuniæ, vt comites expeditionum & peregrinationum cibarijs tantum iuuerit, non ſalario.

Caligula ſororum ornamenta, & ſupellectilem, & ſeruos magno precio vendidit. Vectigalia noua & inaudita exercuit, nullo rerum aut hominum genere omiſſo: cui non tributi aliquid impoſuerit. Pro edulijs (quæ tota vrbe venibant) certum ſtatutumque exigebat.

Nero tabernulas effringebat, & expilabat. Exhauſtus pecunia animum calumnijs & rapinis intendebat. Matronam purpura cultam veſte & bonis omnibus exuit. Templis compluribus dona detraxit. Simulachra ex auro vel argento fabricata, conflauit.

Sergius Galba ciuitates Hiſpaniarum & Galliarum, quæ contantius fecerant deditionem, grauioribus tributis puniuit Iouis coronam auream libratum 15. conflauit. Milites aquilam & ſigna flagitantes decimauit. Germanorum cohortem, à Cæſarib. ad cuſtodiam corporis inſtitutam, diſſoluit, & ſine vllo cõmodo remiſit in patriam. Appoſita lautiore cœna ingemuit, quaſi ſumptum ægreferens. Ordinario diſpenſatori, breuiarium rationum offerenti, nihil præter paropſidem leguminis pro ſedulitate ac diligentia porrexit.

Fuerunt in Flauio Veſpaſiano, de quo iam diximus, auaritiæ argumenta. Nam omiſſa ſub Galba vectigalia reuocauit. Noua etiã & grauia addidit, & auxit tributa prouincijs, nonnullis et duplicauit. Auiditate lucri negotiationes, vel priuato homini

 pudendas,

pudendas,palam exercuit. Candidatis honores,reis abſolutiones venditauit Procuratorum rapaciſſimos ad ampliora officia promouebat ex induſtria, quò locupletiores mox condemnaret: Quibus própterea dicebatur vti pro ſpongis, quòd quaſi ſiccos madefaceret, & exprimeret humentes. Hæc Suetonius. Nec eum puduit vectigalia ex vrina colligere.
Eutropius ſcribit. Flauium Veſpaſianum auidiſſimum fuiſſe pecuniæ.
Domitianus operum & munerum impenſis exhauſtus, nihil penſi habuit bona uiuorum prædari,& mortuorum. Si qualecunq; factum aut dictum aduerſus maieſtatem principis alicui obiectum eſſet, confiſcabatur eius hæreditas Stipendia ab his exigebat,qui iudaicam viuerent vitam.
Iuſtinianus iunior tanta fuit cupiditate, vt ciuibus & ſenatoribus aurum & argentũ extorqueret,quod capſis ferreis ad hunc vſum factis includebat.
Didius Iulianus Imp. porcellum atque lepuſculum ad ſe muneri miſſum in triduanas partiebatur cęnas:prandebatq; interim,paucis oleris & herbulis contentus.
Ælius Pertinax Imp. dimidiatas lactucas aut carduos conuiuijs ſolebat apponere. Et ſi quid interdum vellet amicis mittere,binas tantum offulas, aut paucula mittebat poma. Aut ſi quando lautius vellet facere,dabat lumbos gallinaceos.
Iulius Capitolinus ſcribit, Antonium Pium Imperatorem fœnus trientarium, hoc eſt minimis vſuris,exercuiſſe,vt patrimonio ſuo plurimos adiuuaret.
Alphium Horatius fœneratorem vocat,vbi ait:Hęc vbi locutus fœnerator Alphius. Iamiam futuris ruſticus.Omnem redegit idibus pecuniam.
Vnidij auaritiam deſcribit Horat. lib. 1. Ser.dicens: Vnidius quidam (non longa eſt fabula) diues vt metiretur nummos,ita ſordidus, vt ſe Nonnunquam melius ſeruo veſtiret,adusq; Supremum tempus, ne ſe penuria victus Opprimeret, metuebat,ad hunc liberta ſecuri Diuiſit medium fortiſſima Tyndaridarum.
Fuſidium fœneratorem idem arguit his verbis: Fuſidius vappæ famam timet ac nebulonis,Diues agris,diues poſitis in fœnore nummis,Quinas hic capiti mercedes exigebat, atque Quanto perditior quiſque eſt,tanto acrius vrget.
Eodem modo Martialis notat auaritiæ Saleranum quendam, qui fingebat ſe triſtari de morte vxoris,quum tamen lætaretur plurimum, vt ſolus potiretur bonis.
Strozza pater eandem murit notam cuidam Scauro, vbi ait:Scaurus habet villas, vrbana palatia,nummos,Pinguiaque innumeris prædia bobus arat. Huic tamen aſſiduè maior ſuccreſcit habendi Nunquam diuitijs exatiata fames. Ditior eſt igitur patrio contentus agello, Qui viuit nullo fœnore Fabricius.
Martinus Pont. Maximus clanculum cereos in templis ſolebat extinguere,gratia nocturni numinis.Idem vt oleo parceret, inſtituit crudos piſces dari domeſticis à diſpenſatore.
Pontanus ſcribit, Angelorum ſacerdotem Cardinalem particulam hordei ſingulis ab equis clam è præſepibus ſurripere conſueſſe,donec è magiſtro ſtabuli pro fure deprehenſus in tenebris vapulauit.
Phillippus Auguſtus Gallorum rex, decimas imperauit, reclamantibus Innocentio IIII. & vniuerſo Galliarum clero. At hoc vitium nunc adeò frequens eſt,vt nemine iam obmurmurante tranſiuerit propemodum in legem.
Euclio apud Plautum nomen eſt auari, qui quum haberet ollam pecunia refertam,& abditam terra,domo non audebat egredi,ne quis ſuffuraretur. Omnes qui ad eum itabat,habebat ſuſpectos furti.
Claudianus auaritiam Ruffini his inceſſit verbis. Plenus ſæuitiæ lucrique cupidine feruens Non Tarteſſiacis illum ſatiaret arenis Tempeſtas precioſa Tagi, non ſtagna rubentis Aurea Pactoli totumque exhauſerit Hermum, Ardebit maiore ſiti.
Volat. ait,Leonardum Aretinum auaritiæ maculam contraxiſſe.

PRODIGI.

Demetrius Antigoni & Stratonices filius 250. talenta ſcortis dari iuſſit, autore Plu.

Agrigentinorum tantus fuit in omni re luxus, vt Plato diceret, eos ædificare, ac ſi victuri perpetuo forēt: ita demum conuiuari, velut ſemper morituri. Vtebantur lec?-this & xiſtris argēteis, habebant & lecticas totas ex ebore. Græci adeo ſibi indul-ſerunt, vt mixtum vnguento vinum (quod dicebatur Myrites) largius haurirent.

Batylli populi vnguentis madent, autore Plinio, vt Cyprij, Cycizeni, Corinthij & Parthi.

Alexauder Macedo Promachum bibaciſſimum hominem, victorem in vini certamine, aurea corona donauit.

Agamencelus Alexandri magni præfectus, aureis clauis ſuffigebat crepidas.

Belſlorius Siculus, homo priuatus, domum inchoauit tanto ſumptu, vt fundamentis modicè adhuc ob humo extantibus pecunia ſit exhauſtus, quam tamen multis annis improbo labore ſibi comparauerat.

Cleopem Ægypti regem ſumptu Pyramidis eo redactum inopiæ, memoriæ traditū eſt, vt coactus ſit filiam exponere vænalem ad meretricium quæſtum.

Æſopi tragœdi filius tanta fuit prodigentia, vt vniones aceto liquefacto cęnis apponeret. Horat. lib. 2. Serm. Filius Æſopi detractam ex aure Metellæ, Scilicet vt decies ſolidum exſorberet, aceto Diluit inſignem baccam.

Baſſam fœminam Mart. lib. 1. notat, quòd excrementa corporis aureo exciperet vaſe vbi ait: Ventris onus miſero (nec te pudet) excipis auro, Baſſa, bibis vitro, carius ergo cacas.

Cinnæ cuiuſdam luxum idem Mart. lib 9. ita arguit: Nam tu dum metus, ne quid poſt fata relinquas, Hauſiſti patrias luxurioſus opes.

Albidius fuit adoleſcens perditiſſimæ vitæ, qui decocto vniuerſo patrimonio, vnas (quæ ſupererant) ædes rerum deſperatione incendio dedit. Quod videns Cato, Hic, inquit, Proteruiam facit.

Phocus Phocionis filius quum paternas opes prodigio lux dilapidaſſet, Athenienſibus vſque adeo factus eſt odioſus, vt occurrentes omnes, diffamatorem ſui generis illum nuncuparent.

Callias fuit quidam, qui conſectandis meretricibus vniuerſum dilapidauit patrimonium. Hinc per iocum dicebatur à ſcortis depulmatus.

Cleopatra vltima Ægypti regina cęnam parauit Antonio, in qua centies ſeſtercium ideſt 250. millia aureorum vno ferculo ſecundæ menſæ conſumpta ſunt. Vnde Sidonius Cleopatricas dapes vocat.

C. Cuttio tribunuſplebis ſexcenta æris alieni ſeſtertia debuiſſe fertur. autor Valerius Maximus.

M. Liuius quum omnia per luxum dilapidaſſet, ſtultitiæ ſuæ per iocum illudebat, dicens: Se nihil cui vnquam reliquiſſe, præter cœlum & cœnum. itaque quum pecunia egeret, multas per ſcelus commiſit.

T. Anium Milonem ſeſtertia 700. millia æris alieni debuiſſe, inter prodigia animi humani ducit. Plin. lib. 36.

Licinius Craſſus quum omnia decoxiſſet, occurrentium tamen cachionis vocabatur diues, his verbis: Qui in Parthos militauit, nō fuit appellatus diues primus, ſed hic.

M. Tigellius Hermogenes fuit adeò prodigus, vt tibicines, hiſtriones, paraſiti, gnatones, mimi, epulones, balatrones, mendici, vnguentarijs, caupones, reliquiq; ocioſæ & perditæ vitæ homines, mortem eius multis lachrymis defleuerint. Horat. lib. 1. Ser. Ambubaiarum collegia, pharmacopolæ, Mendici, mimi, balatrones hoc genus omne Męſtum ac ſollicitum eſt cantoris morte Tigelli, Quippe benignus erat.

Rhemnius Palemon Grammaticus luxuriæ ita indulſit, vt ſæpius in die lauaretur, nec ſufficeret ſumptibus quamuis ex ſchola quadragenna annua caperet, & non multo minus ex re familiari.

Plinius ſcribit, felicem Arabiam non tantum Cynnomi, Caſiæ, aliorumq́ue odorum annuo fœtu parere, quantū Nero princeps nouiſſimo pompæ ſuæ die cōcremauit.

Idem

Idem ſordidos vocabat,& parcos,quibus ratio impenſarum conſtaret. Eos verò lautos ac magnificos laudabat,qui abuterentur & perderent. Mirabatur inunculum Caium Caligulà,quòd ingentes a Tyberio relictas opes in breui ſpacio pro degeſſit.In Tyridatem regem Armeniæ octoginta nummum millium diurna erogauit.Abeunti ſuper ſeſtercium millies cōtulit.Menecratem citharœdum & Spiculum Mirmillonem triumphalium virorum patrimonijs ædibusque donauit. Cercopitecum panerorem fœneratorem propè regio extulit funere. Nullam veſtem bis induit.Quadragenis in punctū ſeſtertijs aleam luſit. Piſcatus eſt reti aurato,purpura & cocco funibus nexis. Nunquam carrucis minus mille iter fecit. Mulos argenteis crepidabat ſoleis,& Canuſina operiebat lana. Theatrum auro totum operuit in honorem ipſius Tyridatis. Idem cubicula viatoria vnionibus conſternebat. Annis 13.quibus imperio præfuit, bis & vicies donationibus effudit: id eſt,quingenteis & quinquagies centena millia aureorum.

Poppea Neronis vxor iumentis ſuis ſoleas auro induebat.

Omnium ferè luxum & prodigentiam nepotinis helluationibus ſuperauit Apicius, de quo Mart. lib. 5. Dederas Apici bis trecenteis ventri, Sed ad ſupererat centies tibi laxum. Hoc tu grauatus,ne ſitim & famen feres, Summa venenum potione duxiſti. Quod ſic interpretatur Budæus: Apici ſexcenties ſeſtertium, ideſt,quindecies centena aureorum coronatorum millia in explebili iſta ingluuie belluatus quum poſſes adhuc 250. millibus(quod cēties laxum appellat) vitam lauto & eleganti victu producere:tamen venenum miſer hauſiſti, ne patrimonia tanto ſuper eſſes,quod iamiam te deſerturum videbatur.

Catullus Formianum quendam inceſſit vt decoctorem, & ære alieno oppreſum, vbi ait: iſta turpiculo puella naſo Decoctori amica Formiani.

Galienus Imp. Valeriani filius, gemmatas ferebat caligas,exemplo Caligulæ,qui inde traxit nomen.

Antonius Sopus in contumeliam naturæ,vilitatem auro fecit.

C.Caligula opes immenſas à Tyberio congeſtas, ac vicies ſepties millia ſeſtertium intra annum abſumpſit. Idem Liburnicarum nauium gemmatis puppibus vtebatur,& diuerſi coloribus velis, in quibus thermas, porticus & triclinia ſtatuit magna laxitate,diſpoſitis iam pomiferis arbuſculis.

Singuli Vitelij apparatus non minus quadringētis millibus conſtituerunt. In cœna eidem à fratre data duo millia lectiſſimorum piſcium, ſeptem auiū appoſita traduntur. Idem Vitellius in ſuo principatu ducentis ſeſtertijs condidit patinam, cui faciendæ fornax in campis ædificata erat. Habuit autem in ea patina ſcarorum iecinora, phaſianorum & pauonum cerebella,linguas Phœnicopterum, murenarū lactes,a Carpathia vſque fretoque Hiſpaniæ petitarum,autor Suetonius.

Heliogabalus inuitatis ad prandium ſummis viris, croco menſam ſternebat, dicens ſe fœnum pro eorum dignitate exhibere: Idem triclinia, lectos & porticus omni florum genere ſtrauit,lilijs,violis, hyacinthis & narciſſis,quos flores pedibus conculcabat. Naues pretioſis mercibus onuſtas mergi in portum iuſſit. Aureo vtebatur vaſe ad corporis excrementa. Gemmas ab optimis ſculptas artificibus in calceamentis ferebat,quæ nunquam iterabat. Precioſas veſtes ſæpe conſcidit. Minxit etiam in Myrrhinis & onychinis vaſis. Omnibus meretricibus ſine effectu libidinis multos quandoque dedit aureos nummos.

L.Neratius homo egregiè improbus, autore Gellio, quum pro delectamento haberet, os hominis liberi manus ſuæ palma verberari: ſeruum comitem habebat, crumenam plenam aſſium portitantem. Et quencunque depalmauerat numerari ſtatim ſecundum duodecim tabulas 25.aſſes eidem iubebat.

Cæſar Alexandri pontificis filius, quotidianis epulis ducentos aureos dicauit, Paraſitis veſtes duorum millium donauit. Exercitum octo millium hominum viuente patre ſemper aluit.

Galeatius filius Ioannis Galeatij primi Inſubrium ducis, in filiæ nuptijs (quibus interfuit Petrarcha) ad centum mil. nummum erogaſſe fertur.

Petrus presbyter Cardinalis, ſedente in pontificatu Sixto, duobus annis trecenta aureorum millia luxu prodegit, & vanitatibus.

Alphonſus rex Neapolitanorum, quum multa per luxum prodegiſſet, conflatoque ingenti ære alieno, iam non haberet, vnde creditoribus ſatisfaceret, dolore & ira permotus, pleroſque ſuis ſpoliauit bonis.

INGRATI.

Theſeus Ariadnam Minois filiam, cuius beneficio labyrinthum euaſerat, reliquit in Chio inſula. Ouid. lib. 8. Comitemque ſuam crudelis in illo Littore deſtituit.

Paris Helenam rapuit vxorem Menelai, a quo tñ benigne ſuſceptus fuerat hoſpitio.

Athenienſes Milciadem pro Marathonijs tropheis carcere macerarunt.

Siracuſani Dionem, cuius opera libertatem receperant, ejecerunt: ac deinde reuocatum interfecerunt.

Ariſtidem Athenienſes in exilium miſerunt, beneficiorum eius immemores.

Darius conſilium cepit de interficiendo patre Artaxerxe, à quo tamen rex per indulgentiam creatus fuerat.

Crœſus Lydorum rex, Cyrum Perſarum regem, à quo primum victus, & impunitatem & veniam acceperat, armis iterum laceſſiuit.

Demophoon Theſei filius, Phyllidem reliquit, & ad laqueum impulit, cuius tamen hoſpitio fuerat vſus, quum ab expeditione Troiana rediens, delatus eſſet in Thraciam.

Iaſon quoque Medeam, cuius opera vellus aureum ſurripuerat, & draconem effugerat, abdicauit, ſuperinducta Creuſa filia regis Creontis.

Hercules adhuc puerulus præceptorem Linum interfecit, quum ab eo ob tardius ingenium culparetur. autor Ioan. Annius in Beroſum.

Phraates patrem ſuum Orodem regem Parthorum interfecit.

Diomedes direpta Troia rediens in patriam ventis delatus eſt in Libyam, vbi Licus rex Marti hoſpites immolabat. Calliri hoc vero Lyci filia Diomedem, cuius amore flagrabat, liberauit ab inſidijs paternis. At ille ſpreto ſalutis autore enauigauit, vnde puella dolore animi ſe ſuſpendit.

Calphurnius Craſſus eodem modo Baſſacciam puellam reliquit, cuius tamen beneficio mortem euaſerat in Maſſilia.

Xerxes filium Pythij Bithynij medium diſcendi iuſſit, quum tamen pater regem ipſum cum toto exercitu hoſpitio ſuſcepiſſet.

Alexander immemor primæ nutricationis & lactis, quod ab Hellanice nutrice infans biberat, eius filium Clitum interfecit.

Aeneæ in Didonem magna fuiſſet ingratitudo, ſi poſt benignum eius hoſpitiū, oblataſque vltro nuptias eam reliquiſſet, vt vergilius fabulatur.

Tatius rex Sabinorum, Tarpeiam puellam viuam defodit, cuius tamen beneficio Capitolium expugnauerat.

Quam ingrata fuerit Tullia in parentem atque inhumana, iam in capite de Crudelitate diximus.

M. Portius Cato ſeruos ſenio confectos tanquam bruta ſolebat eijcere, & exponere venales.

Romani Scipionem illum Africanum, cuius auſpicio æmulam imperij ſui Carthaginem ſub iugum redegerant, & Aſdrubalem ſuperauerant, accuſatum a Petilio in ius vocauerunt atque proſcripſerunt, quod pecuniam Aſiaticam non totam in ærarium retuliſſet.

Pharnaces in amicitiam à Pompeio receptus Mithridati patri ſuo bellum intulit.

Cicero iuſſu M. Antonij Triumuiri interfectus eſt à Pompilio, quem tamen capitis reum defenderat.

Cæſar

Cæſar Tyberius toto triennio quo viuente matre abfuit ab vrbe Romæ, & moram trahit in ſeceſſu Caprearum, ſemel omnino matrem, nec amplius, quam vno die pauciſſimis vidit horis, Mortuam demum quum intellexit, non prius acceſſit ad exequias, quàm corrupto & tabido corpore: Funeratam prohibuit conſecrari, eiuſq; teſtamentum pro irrito habuit, atque vnum ex his interfecit, quibus illa moriens funeris ſui curam demandauerat.

Decebalus rex Dacorum, victus a Traiano, & venia donatus, Imperatorem denuò ſollicitauit ad bellum.

Iuſtinianus Imp. Beliſarium ducem exoculauit, cuius tamen ductu Perſas in oriente, Vandalos in Africa, & Gothos in Italia ſuperauerat.

Henricus quintus Imperator Henricum patrem macerauit carcere.

Ludouicus Pius, Caroli Magni filius, a filijs in carcerem coniectus eſt.

Commodus Imp interfectus eſt in ludijs Martiæ concubinæ ſuæ.

Conſtantinus Leonis filius Irenem matrem imperio deiecit.

Michael Calaphates Imp. Zoen matrem imperio ſpoliauit.

Michael Thraulus Leonum Imp. de medio ſuſtulit, cuius tamen beneficio multas dignitates fuerat aſſecutus.

Romanus iunior matrem à ſe reiecit, & animi dolore quem illa de filij ingratitudine conceperat, ad mortem compulit.

Lucius Oſtius tempore bellorum ciuilium patrem ſuum Annalium proſcripti, quē triumuiri ad ſupplicium perquirebant, latentem prodidit, vt eius bona acciperet.

Amalaſuntha Gothorum regina interfecta eſt opera cuiuſdam Theodori, quem tamen regni conſortem delegerat.

Iſacius Angelus Imp. ab Alexio fratre, quem captum à Turcis redemerat, per ſummū ſcelus oculis imperioque priuatus eſt.

Thraſimundus Phatoaldo patri ſuo, Spoletanorum duci, caput in modum presbyteri raſit, vt principatum arriperet, autor Paulus Diaconus.

Friſcus filius Actij Ferrariæ principis, patrem in carcerem coniectum ibidem mori coegit, ob inductam nouercam.

Alexius demum interfectus eſt a Murziphlo quodam ignobili, quem tamen ad ſummum dignitatis gradum extulerat.

Alphonſus primus rex Luſitaniæ, Tireſiam matrem coniecit in vincula; quod poſt mariti mortem ſecundas tentaſſet nuptias.

LATRONES, ET SACRILEGI.

Mercurium furem poetæ faciunt, atque etiam Deum furum, Lactantius. Fur ac nebulo Mercurius, quid ad famam ſui reliquit, niſi memoriam fraudum ſuarum? Mātuanus: Thetidoſque cubile Peleus inceſſat, rector Neptunus aquarum, Phorcida Deucalidem fraudis furumque magiſter Mercurius.

Prometheus Deucalionis pater, & Iapeti filius poſt factos homines, auxilio Mineruæ aſcendit cœlum, & ignem ferula de rota Solis ſurripuit, quem hominibus indicauit. Quapropter irati dij febres, & morbus tetris immiſerunt. Prometheum autem per Mercurium Caucaſo alligauerunt adhibita aquila, quæ eius cor excederet. Ver. in Bucol. Caucaſeaſque refert volucres furtumque Promethei.

Cacus Vulcani filius, boues, & armenta ſuffurabatur in Auentino mōte, quæ verſus veſtigijs cauda trahebat in ſuam ſpeluncam, vt furtum non agnoſceretur. Hunc Hercules dedit morti. Prop. lib. 4. Sed non infido manſuerunt hoſpite Caco Incolumes, furto polluit ille locum, &c.

Auctolius Mercurij & Lychiones filius, eraſit clariſſimus latro, imitatus patrem.

Procuſtes latro fuit inſignis in Attica, qui hoſpites interimebat. Tandem & ipſe interfectus ab Hercule Ouid. lib. 7. Vidit & immitem Cepheſias ora procuſtem.

Scinis latro fuit in Iſthmo Corinthiaco qui homines arboribus alligatos diſcerpebat in fruſtra. Hunc Theſeus interemit.

Scyron latro fuit prope Athenas qui hoſpites è ſaxo præcipitabat in mare. Hunc interfecit Theſeus, & in marè deiecit, vbi eiuſdem oſſa mutata ſunt in ſaxa, quæ propterea vocantur Scyronia.

Autolycus Mercurij fuit filius qui proxima Parnaſo loca furtis infeſtauit. Mar. lib. 8. Non fuit Autolyci tam pietate manus.

Mart. lib. 12. inceſſit Hermogenem & Maſſam fures; hunc numerorum, illum mapparum, vbi ait. Hermogenes tantus mapparum Pontice fur eſt, Quantus nummorum vix puto Maſſa fuit, &c.

Spartacus fuit latro quiſpiam, & gladiatorum princeps, qui collecta fugitiuorum & perditorum hominum manu, bellum Romanis intulit, Hunc vicit P. Craſſus. Luc. lib. 2. Vt ſimili cauſa caderes, qua Spartacus hoſtis.

Tyrrigias latro fuit, & plagiarius in Arcadia, qui res alienas (quas furto abſtulerat) vendebat, eoq; quæſtu diues factus eſt.

Cercyon Atticam regionem latrocinijs infeſtauit. Ouid. Cercyonis lethum vidit Cerealis Eleuſis.

Capiton latro quum aliquandiu latrocinijs vacaſſet, pertæſus viæ illius, tranſiuit ad heremum, vbi annis quinquaginta durauit in quodam antro.

Siſyphus Æoli filius, latro fuit in Iſthmo, quem Theſeus occidit.

Stammatus homo Cretenſis, Sancti Marci theſaurum Venetijs expilauit. autor Volateran.

Dauid latro fuit apud Hermopolim, qui cum alijs triginta prædonibus quæſtum ſolo parabat furto. Tandem meliore ductus ſpiritu, incluſit ſe monaſterio, vbi ad mortem vſque ſanctiſſimè vixit.

Argiui antiquitus furacitatis infamia laborarunt: vnde adagium, Argiui fures.

Euribates latro fuit aſtutia ſingulari, quem deprehenſum quum cuſtodes vellēt cogere, vt oſtenderet quibuſnam modis conſueſcet domos conſcendere: ille aptatis ſpongijs, & ſtimulis, ferreiſq; retinaculis irrepſit in parietem, & ſpectantibus illis artificiiſq; nouitatem mirantibus prehenſo laqueari per tegulas effugit, eoq; modo periculum euaſit. Hinc Eurybatiſſare verbum, id eſt, malis moribus vti.

Attabas & Numenius latrones fuerunt famoſiſſimi, qui ſequenti adagio locum fecerunt, Conuenerunt Attabas, & Numenius: quoties improbus aggregatus cum improbo. autor Diogenianus apud Eraſmum.

Dionyſius Siciliæ tyrannus fana deorū expilauit, eoſdē ioculatoribus verbis irridēs. Nam (vt eſt apud Valerium) quum fano Proſerpinæ Locris ſpoliato, ſecundo vento veheretur, ridens amicis, Videtis ne, inquit, quam bona nauigatio ab ipſis dijs immortalibus, ſacrilegis tribuatur? Conſule Valer. Max. de religione.

Pyrrhus è theſauro Proſerpinæ Locrenſis pecuniam ſuſtulit. Vlciſcente demum numine, ſaxis illiſus in mari naufragium fecit.

Harbalus fuit etiam inſignis & felix prædo, qui, autore Tul. li. 3. de natura deorum, dijs illudebat, quòd in illa fortuna tandiu viueret.

Sambicus latro templum Dianæ expilauit in Elide. Quod flagitiū quum fateri nollet, annum perpetuū exquiſitiſſimis cruciatibus ad mortem vſq; tortus eſt. Hinc adagium, Sambicio grauiora pati.

Bargulus nomen eſt latronis apud Ciceronem lib. 2. de offic. qui propter æquabilē prædæ partitionem magnas opes aſſecutus eſt.

Fuit & Viriatus Luſitanus latro, cuius ferocitatem Lælius prætor fregit & cōminuit.

Ammianus Marcellinus ſcribit, Arſacem Parthorum regem inter adoleſcentiæ rudimenta doctorem fuiſſe latronum, verùm mutato poſtea in melius propoſito, multa glorioſè & fortiter egiſſe, ſuperato etiam Nicanore Seleuco Alexandri ſucceſſore.

Amaſis, Herodoto teſte, quum pecunia voluptati non ſufficeret ſolebat circumeundo furari. Et quum repoſceretur ab his, quos expilauerat, eoſdem ad oraculum

ſiſtebat,

ſiſtebat, à quo tamen ſæpe conuictus eſt, & frequenter abſolutus. Neque tamen deorum templa habuit curæ, qui furtis eius pepercerant.

Brennius dux Senonum, cupiditate prædæ inflammatus, Apollinis Delphici templum inuaſit. Propert. lib. 3. Torrida ſacrilegum teſtantur limina Brennum, Dum petit intonſi Pythia regna Dei.

Martial. lib. 6. Epigrammatum arguit furti Cilicem quendam his verbis: Fur notæ nimium rapacitatis Compilare Cilix volebat hortum.

Fuluius Flaccus Cenſor tectum marmoreum Iunonis Laciniæ ſpoliauit, vt ædem (quam dedicauerat Equeſtri Fortunæ) tegeret. Liuius lib. 42.

Voranus fuit Q. Luctatij Catuli furaciſſimis libertus, quem numularius nummos de menſa ſubtrahentem, & in calceos infarcientem, deprehendit.

C. Verres Siciliam compilauit, ſublatis deorum ſimulachris, ornamentiſque fanorum. Eum propterea Cicero comparauit Dionyſio.

Nero expilauit prouincias, ſpoliatis etiam in vrbe templis, quòd triumphis & religioni vniuerſus populus Rom. in metu ſacrauerat. Per Aſiam & Achaiam non dona tantum, ſed ipſa etiam numinum ſimulachra quantuliſcunque ornata diuitijs abripuit autor Cor. Tac.

Tetrinius, teſte Suetonio, fuit latro, qui quum poſtularetur, & qui poſtularent Tetrinios eſſe ait Caligula Imper. hoc eſt, ipſos accuſatores latrones eſſe, & tales, quales dicebatur Tetrinius.

Leo Imp. fil. Conſtantini Capronymi, coronam à Mauritio principe Deo dicatam, nefario capiti impoſuit, captus gemmarum & auri ſplendore. Bap. Egnatius.

Baliſta ludi magiſter quiſpiam ob infamiam latrocinium lapidibus coopertus eſt, in quem Verg. hoc diſticho luſit: Monte ſub hoc lapidum tegitur Baliſta ſepultus Nocte dieque tuum carpe viator iter.

Barrabam fuiſſe latronem docent ſacro ſancta Euangeliſtarum verba.

L. Tubulus fuit homo admodum flagitioſus & rapinator egregius, qui quòd multis ſacrilegijs & peculatibus vitam infamaſſet, multamque pecuniam malo cepiſſet dolo, Lucilij ſatyris notatus eſt. Aſconius Pedianus ait virum fuiſſe prætoriũ ætate patrum Ciceronis, qui propter multa flagitia de exilio acceſitus, ne in carcere necaretur, venenum hauſerit.

Pamphilus veteris Comœdiæ conuicijs notatus eſt, quòd ærarium expilaſſet.

Diſmas fuit latro, qui ad Chriſti dexteram in cruce pependit, & ſcelerum veniam impetrauit.

Marclylam Tortellius ait fuiſſe latronem in ſylua Dodonæa.

PYRATÆ.

Pyratæ dicuntur prædones marini, qui nauigia cum mercibus inuolant, eoque furto quæſtum faciunt. In his Baſilius à Lucano ponitur, vbi ait, Et Baſilium videre ducem noua furta per æquor.

Cerpalum Tortellius inter piratas numerat.

Icarion quoque nomen fuit ſæuiſſimi piratæ.

Mnas quoque fuit pirata, qui ſub Sexto Pompeio oras Italiæ & omne circum pelagus prædatoria claſſe infeſtabat.

Sextus Pompeius, Pompeij Magni filius, piraticam itidem exercuit. Idem Lucan. Sextus erat magno proles indigna parente, Qui mox Scyllæis exul graſſatus in vndis. Polluit æquoreos Siculus pirata triumphos.

Rhotonem quendam Saxo Grammatius inter piratas numerat: Ea tempeſtate, inquit, Rotho Ruthenorum pirata patriam noſtram rapinæ & crudelitatis iniurijs profligabat.

Thorias & Bero eodem teſte piraticum munus exercuerunt.

SOBRII ET TEMPERANTES.

Porus rex Indorum, aqua & pane viuebat contentus.

Maſiniſſa

Maſiniſſa rex Numydarum iam nonagenarius, ſemel tantum interdiu veſcebatur, ſine pulmento.

Mithridates rex Ponti iam ſenex cibum capturus non accumbebat, verum ſtans veſcebatur.

Viriatus princeps Luſitaniæ, vbi bellum aliquod mente conceperat, non prius accumbebat menſæ, aut in lecto quieſcebat, quàm propoſitum abſoluiſſet.

Lacedæmonij nullam diſciplinam abſtinentia habuerunt potiorem. Pinguis & obeſi menbris adoleſcentes inedia macerabant.

Ægyptia iuuentus Amaſis edicto non prius cibum capiebat, quàm centum octoginta ſtadia percurriſſet.

Platonis frugales erant cœnæ. Propterea dicebat Timotheus bene cum his fore, Quos Plato excepiſſet conuiuio. Delicatiores epulas & opipata ſpreuit conuiuia. Viuebat contentus oliuis academicis, pane item & aqua.

Auguſtus fuit breuiſſimi cibi. Ad inedias interdum epulas ſatiatis iam conuictoribus accedebat, primuſque ſurgebat menſa.

Socrates minimo viuebat ſumptu. Veſcebatur pane & lacte.

Socrates tanta fuit temperantia, vt omnia ferè vitæ ſuæ tempora valetudine inoffenſa vixerit.

Rogatianus ſenator ſemel tantum interdiu dabat operam cibo.

Epaminundas Thebanus erat obeſis & corpulentis adeò infeſtus, vt quendam aqualiculo portentoſo ſummoneric ab exercitu, quòd ad tegendum eius ventrem vix clypei tres ſufficerent. Ipſe verò victu fuit adeò parco, & tenui, vt vicino ad cœnam inuitatus, quum dapſilem & affluentem delicijs menſam reperiſſet, iratus receſſerit, dicens, Ego te opinabar rei diuinæ operam dare, non de contumelia cogitare.

Lycurgus dicebat non eſſe vtendum maiore cibo, quàm qui ad repellendum famem ſufficeret, amota crapula.

Ægyptiorum ſacerdotes præparci erant in victu vſque ad ſtuporem. Carnibus & vino abſtinebant. Pane etiam rarò veſcebantur, ne onerarent ſtomachum. Oleum tantùm in oleribus nouerant. Ouum quoque & lac vitabant pro carnibus. Triduique inediam ſuſtinebant.

Perſarum Magi nihil in cibum præter farinam & olera recipiebant.

Indorum Gymnoſophiſtæ alebantur pomis aut farina.

Diogenes nunquam pendebat de caſtrino, ſed in præſentem modo horam ſibi corrogabat cibum.

Pericles Athenienſis a cœnarum & conuiuiorum apparatibus abhorrebat adeò, vt nec apud amicos cœnaret.

Anacarſis apud Ciceronem, Mihi, inquit, pulpamentum fames, cubile ſolum, veſtis Scytharum tegmen.

Epictetum ſunt qui putent delitijs & voluptati ſemper indulſiſſe, fuit tamen temperans.

Venerius monachus herbis diu victitauit.

Zeno crudis duntaxat veſcebatur, & pallium prætenue ferebat. Aquam bibebat loco vini, vt diſcipulos ſuo exemplo ad temperantiam inuitaret. Hinc exijt prouerbium, Zenone temperantior.

Telemachus Acarnenſis victitabat fabis.

Demetrius Chidonius, vir Græcus, abſtinentia ſingulari multos dies perſiſtebat ieiunus.

Iulium Cæſarem vini parciſſimum fuiſſe, nec inimici negauerunt. Vnde dicebat M. Cato, Vnum ex omnibus Cæſarem ad euertendam rempublic. ſobrium acceſſiſſe. Fuit & circa victum adeò indifferens, vt quondam ab hoſpite conditum oleum pro viridi appoſitum, aſpernantibus cæteris, ſolus largiàs acceperit, ne hoſpitem aut negligentiæ, aut ruſticitatis videretur arguere.

Conſtantium Imperatorem Marcellinus ſcribit nunquã guſtaſſe pomum, nunquam [illegible]

nares

nares in publico exterſiſſe, nunquam ſpuiſſe. Idem ſuperatus à Perſis fruſto panis à quadam vetula perrecto incdiam repulit.

Columba virgo Peruſina ſolis fructibus reprimebat famem.

Hieronymus annos ferè 60. durauit incredibili abſtinentia.

Hilarion modicis ficubus aridis & exiguo pane decrepitam fouit ſenectutem.

Nicolaus quidam inter Heluetios, ſine vllo penitus cibo multis annis durauit inter vaſtas ſolitudines, incredibili ſanctitatis fama.

ALII HOMINES TEMPERATISSIMI, vitæq́; auſteræ ac ſolitariæ.

Timon Athenienſis congreſſus & ſocietatem hominum refugiebat. autor Cicero in libello de Amicitia.

Helias prope torrentem Carith. vixit in ſolitudine, paſtus coruorum miniſterio.

Maria Magdalena 30 annos. heremū incoluit cœleſti cibo refocillata. Nec interim hominum vidit, aut ab vllo viſa eſt.

Paulus primus heremita anno 16. natus ſeceſſit in latebras nemorum, in quibus durauit annos 97. ſpelunca breui contentus. Eſitabat fructus palmarum, bibebat aquam, palmacea tunica nudum contegebat corpus: nullum in ſolitudine hoīem videre voluit, præter Antonium. Vſus eſt miniſterio corui dimidiatum panē quotidie afferentis.

Antonius qui Paulum hunc tumulauit, vixit etiam in ſolitudine annos 20. pane & aqua famem refocillans.

Hilarion in deſertis Syriæ locis breuiſſimū habitauit tuguriū, iunco & caricibus contextum: Denos demum annos artiſſima cellula & ſepulchro ſimillimo vſus eſt, Onophrius adeo ſolitariæ vitæ fuit ſtudioſus, vt annos 60. hominem non videret: Vnde & ex illa ſolitudine agreſtis adeo factus eſt, vt in ſuperiore corporis parte barba totus & capillis integeretur, verenda folijs & arborum cortice adopertus. Vixit annos 30. herbis & baccis ſylueſtribus contentus. Eidem cœlitus quotidie dimidiatus panis afferebatur, vt Paulo: hunc quum reperiſſet Panutius, extimuit Satyrum eſſe ſuſpicatus.

Conuentus hominum & populi frequentiam Hieronymus habebat carceris loco, ſolitudinem vero pro paradiſo. Vnde ſacco amictus Syriæ latebras, & feris ſcorpionib. infeſtas numeroſis prætulit ciuitatib. humi cubans, herbiſq́; victitās & aqua.

Maria Ægyptiaca heremi cultrix durauit & in ſolitudine incredibili vitæ abſtinentia, vbi cubitali altitudine inter orandū ſublimis à terra in vacuo pendere viſa eſt.

Amonius tanta fuit abſtinentia, vt nunquam niſi panem aſſum ederit, nunquam iratus, nunquam mentitus fuerit.

Hoſpitius apud Nicenſem vrbem antro ſe incluſit, perpetuo cilicio carnem macerans corpore ferreis catenis ligato. Veſcebatur pane. Tempore Quadrageſimæ ſolas herbarum radices eſitabat.

Patroclus Anachoreta vſq; adeo quandoque ieiunijs corpus atterebat, vt diuturna inedia incideret in morbum. Abſtinebat vino, bibebat aquam melle perfuſam. Cilicium ferebat acutiſſimum, & proximum corpori.

Menas inter Samnites natus, ſolitudinem mire amabat, in qua ne quid per ociū perperam faceret, apes curabat.

Amos Ægyptius, pater fuit 150. monachorum, quos ore operto menſæ iubebat accumbere, ne parce comedentium virtus appareret. Vxorem quam inuitus duxerat, nunquam attigit.

Agatho lapidem in ore triennio continuit, vt tacere diſceret. Dicebat tria eſſe neceſſaria ad Dei cultum: Silentium, orationem, manſuetudinem.

Andræas & Thadeus heremitæ durauerunt in ſolitudine annis quinquaginta.

Arnulphus Metenſis epiſcopus, relicto Lotharingiæ principatu, heremum ingreſſus eſt.

Alcippiades martyr omnem cibum auerſabatur. Aquam bibebat inſperſo ſale, ne corpori eſſet pernicioſa.

Tora virgo nunquam vti voluit noua tunica, nunquam nouis calceamentis.

Amara vero limen cœnobij (quo ſe incluſerat) annos 40. nunquam egreſſus eſſe. Pane viuebat & oleribus.

Artebius præſul Pampilienſis vitam ſolitariam in Epiſcopatu non deſeruit.

Amodeus Hiſpanus vnica opertus tunica nudis ambulabat pedibus. Semel tantum interdiu veſcebatur, contentus aqua & pane. Cauernam montis incolebat.

Baſolus abbas in finibus Rhemorum eremiticam egit vitam, habuitque ſpeluncam montis annos 40.

Beniamin vixit deſerta ſolitudine annos 80.

Timotheus in Ægypto ſpeluncam montis intrauit, in qua durauit annos 30. nulli cognitus.

Theremon abbas cẽtenarius deceſſit in ſolitudine. Hic aſſiduis orationibus à Deo in curuauit ſibi humeros, vt in ætate decrepita repere magis videretur, q̃ ambulare.

Carilephus in deſerta ſolitudine omnem mulierum aſpectum refugit.

Coſmas Græcus tota ſuæ ſolitudinis tempore ieiunijs ſemper dedit operam.

Symeon apud Antiochiam annis quadraginta delituit in antro cuiuſdam concauæ columnæ. Veſcebatur aqua, pane, & radicibus herbarum, idque ſemel tantum in hebdomade. Corpus vinculis & cathenis adeo conſtringebat, vt cicatrices ipſæ ſubter putreſierent. Quinetiam multis annis durauit in quodam puteo aqua vacuo, in quem ſe dimiſerat volens. Femora eius putruerunt, aut ex pedore ſpeluncarum quas habitauit, aut inedia nimis pertinaci.

Stephanus Anachoreta ſolitarius manſit in heremo annis 60.

Sara mulier, imperante Theodoſio ſeniore, durauit ad ripam cuiuſdam fluminis annos 60.

Siſinnius monachus diſcipulus Elpidij, ſepulchro ſe incluſit, in quo pane & aqua vixit contentus ad mortem vſque.

Serapion pater fuit decem millium monachorum, quos oẽs tempore meſſis precio conducebat, vt ſua opera iuuarẽt laborem pauperum. Viuebat ipſe pane & aqua, vnica veſte contentus.

Zozimas in regione Palæſtinæ 53. annos abſoluit in heremo, contentus cibo tenuiſſimo. Mariam Ægyptiam ad bonam frugem reuocauit, & mortuam tumulauit.

Pion 30. annis ſolitariam egit vitã ſub Hilarione. Comedens deambulabat, ne quã in cibo voluptatem perſentiſceret. Sororem morbo laborantẽ clauſis adijt oculis.

Helias Anachoreta fuit ſub Antonio, mira ſanctitate, qui vixit annis 116.

Moſes Aethiops latro annis 75. durauit in ſolitudine. Cellula ſua annis 7. nunquam egreſſus eſt.

Paſtor presbyter, matrem ad ſe venientem clauſa repulit cella.

Dorotheus Aegyptius ſex tantum panis vncias cum paucis oleribus quotidie eſitabat. Dicebat ſe nunquam dormiuiſſe, aut comediſſe ad ſaturitatem. Congeſtis lapidibus quotannis extruebat habitaculum ad excipiendos peregrinos. Manſit in ſpelunca annis 60.

Elpidius Capadox durauit in quodam antro annis 25. vbi bis tantum veſcebatur in hebdomade.

Hor. abbas præſtitit admiratione digna. Nunquam mentitus eſt, nunquam citra neceſſitatem locutus, nemini vnquam maledixit.

Gadanus apud Iordanẽ magna conſenuit abſtinentia, ſub dio degens, & nullo opertus tecto.

Epiſius interrogatus à Ioanne Anachoreta, quid tota vita egiſſet memorabile, Annis quadraginta, inquit, nunquam ſol vidit me comedentem. Tum Ioannes, Nec me ait, iraſcentem.

Auguſtinus Afer quum in quadam ſpelunca degeret, offenſus multitudine populi eo confluentis, remotiore antro ſe incluſit, vbi tugurium inter ſaxa ſibi breuiſſimum fecit, vixitque magna ſanctitate.
Vlfranius Archiepiſcopatu Senonenſis ſponte ſe exuit, vt ſolitudini vacaret.
Hugo abbas Cartuſienſis annis quinquaginta faciem mulieris non vidit.
Domitianus Hiſpanus humi iacebat, annis decem abſtinuit vino.
Iordanes inſtituit ſilentium menſæ.
Adam felix fuit in ſolitudine: comitatus fœmina, factus eſt infeliciſſimus.
Abraham in ſolitarijs tabernaculis & conuallibus Deum meruit Collocutorem.
Syluester pontifex latuit in Soractis monte.
Egidius Athenienſis ſolitudinis ſtudio genus, patriam & opes reliquit, blandientis ceruæ lactæ in heremo nutritus.
Narciſſus Hieroſolymorum epiſcopus multos annos in deſertis locis egit.
Eucherius ordinis ſenatorij dignitate conſpicuus, ſpeluncam dumis horridam & tutam nigro lacu habitauit in agro Lugdunenſi.
Vrſatius apud Niceam Bithyniæ ſolitarius egit.
Celeſtinus relicto ſummo pontificatu, ad ſolitariam vitam ſe contulit.
Ioannes Baptiſta ad hunc infans relictis hominum turbis, ad heremum perrexit, vbi pelle cameli opertus, ſanctitatem præſtituit, qualem nemo poſt homines natos.
Maiorus epiſcopatui ceſſit, vt in ſolitudine viueret.
Domitianus abbas ſolitariam egit vitam in agro Lugdunenſi.
Diogenes Antonij diſcipulus vixit & mortuus eſt in ſolitudine.
Euagrius presbyter annis 14. manſit in ſolitudine, contentus pane & oleo. Si quando venereis titillaretur aculeis, demergebat ſe in puteum, vt aquæ frigiditas libidinis feruorem compeſceret.
Ethbinus honeſtiſſimis parentibus inter Britannos natus, tugurium ſibi fecit in ſylua, in quo ad finem vitæ durauit conſtantiſſimè.
Paulus Simplex Antonij fuit diſcipulus, cuius mãdato tacuit trieniũ, nemini loquẽs.
Paulus abbas pater fuit quingentorum monachorum in Lybia, Nunquam veſcebatur, quin prius 300. orationes exoluiſſet Domino.
Phillorrhonius presbyter extruxit ſibi cellam in ſolitudine, in qua fortiſſimè conflixit aduerſus voluptates & illecebras corporis. Nã annos 18. cathenis ferreis corpus macerauit, eoque tempore abſtinuit pane cocto. Annos 32. nullo pomorũ genere vſus eſt. Metu mortis per ſex annos ſepulchro ſe incluſit. Pauit pauperes, & affectos morbo, labore ſuarum manuum.
Sylvia virgo, filia Ruffini præfecti Alexandriæ annos 60. abſoluit in ſolitudine, quo tempore nullam corporis partem lauit, præter digitos. Non in lecto iacuit, ſed humi tantum.
Diocles heremum quandam Thebaidis habitauit, ibique multos annos cellula cõcluſus delituit.
Capiton latro ſcelerum pœnitentia ad heremiticam vitam conuerſus antro latuit incluſus annos 80.
Vacchoris rex Ægypti, relictis diuitijs, humi iacuit.
Vvenceslaus filius Vratis regis Bohemorum per mediam brumam, & medias niues diſcalceatus petebat templum, horaſque obibat canonicas.
Nicolaus Tollentinus abſtinentiſſimus omnium ſui temporis, pane & aqua ſemel tantum in die veſcebatur, procul ab omni ocio, & verborum vanitate.
Nathanael Anachoreta ſtudio vitæ ſolitariæ incluſit ſe cella, qua annis triginta ſeptem nunquam egreſſus eſt.
Liberalis confeſſor ſingulis diebus Dominicis ſacram ſumebat euchariſtiam, qua refocillatus, nihil ferè aut parum cibi capiebat tota hebdomade.
Maxentius abbas Pictauenſis pane ordeacco tantum & aqua veſcebatur.

Federi-

Federicus Eduenſis ſemel tantum in hebdomade cibum capiebat,& perpetuo cilicio carnem domabat.

Marinus confeſſor annum integrum in ſpelunca delituit, nec faciem hominis vidit. Aqua erat illi potus, agreſtes herbæ cibus.

Richarius confeſſor panem comedebat ordeaceum,quem aſpergebat cinere,ne præſeferet ſuauitatem. Aquam lachrymis ſuis tepefaciebat,eaque faciebat balnea,quibus abluebat lepros & ſe poſtremum.

ABSTEMII.

Iacobus minor vinum aut ſiceram non bibit,carnes nunquam mãducauit,oleo nunquam vnctus eſt,nunquam vſus blaueo,nunquam nouacula raſus.

Locrenſis Zeophiri vino vti capitale ducebant.

Anchimolus & Moſchus ſophiſtæ Elienſes tota vita hydropotæ fuerunt, ſolisq; ſiccis deſiderio ventris ſatisfecerunt.

Apollonius Tyaneus a vino & carnibus abſtinebat.

Fulgentius epiſcopus Ruſpenſis,nulla vnquam neceſſitate adduci potuit, aut cogi,vt eſitaret carnes,aut vinum biberet.

Emercius filius,S. Stephani regis Pannoniæ,vinum tota vita non deguſtauit.

GVLOSI, EDACES ET VINOLENTI.

Holofernes ebrius ab vxore Iudith interfectus eſt.

Ariſtippus Cyreneus ſummum bonum locabat in voluptate. Idem principes ſolebat comitari,vt paraſitus & amicus menſæ,propterea Diogenes Canem regium eum appellabat.

Ariſtoxenus Cyreneus adeò gulæ ſtudioſus extitit,vt hortẽſes lactucas veſpere mulſo irrigaret,quo luxurioſus creſcere, & ſaporis eſſent delicatioris.

Sanctra nomen eſt guloſi,de quo Martial. lib. 7. ſcribit: Nihil eſt miſerius,nec guloſius Sanctra.

Aſtydamas Mileſius a Perſa Ariobazane vocatus ad conuiuium, ſolus deuorauit, quicquid conuiuius omnibus fuerat præparatum.

Cambles rex Lydorũ eo voracitatis euectus eſt, vt nocte quadã vxorẽ abſumpſerit.

Niſæus Syracuſarum tyrãnis vbi ab aruſpicibus didiciſſet, breui ſe periturum, quicquid ſuperfuit vitæ,cõmeſſationibus impendit,& ebrietati.

Bitias apud Diodonem Vergilianum ſic hauſit merum, vt eo ſe totum proluerit.

Antiochus Magnus dies totos dormire ſolebat ob vinolentiam. pugnatus in Rhodios,captus amore puellæ Chalcidenſis,nuptias etiam ipſo belli tempore celebrauit,& totam hyemem cum ea vino indulſit & Veneri.

Darium vinolentum fuiſſe arguit inſcriptio ſepulchri eiuſdem,quæ talis erat. Potuit & multum vini potare, & hoc probe ferre.

Alcæus, Ariſtophanes & Cratinus quum ebrij forent, erant tamen ad ſcribendum carmen idonei.

Timocreonti Rhodio propter cibi & vini auiditatem epitaphium ſequens inditum eſt. Multa bibens,tum multa vorans, male denique dicens. Multis, hic iaceo Timócreon Rhodius.

Lacedemonij eundem calicem in conuiuijs circumagebant, vt ſitim & vini auiditatem irritarent.

Bizantios Menander poeta notabit ut vt ebrios.

Parthos Plinius ait, tanto magis ſitire,quanto plus biberint.

Promachus fuit homo bibaciſſimus,quem Alexander talenti corona donauit, quòd in vini certamine euaſiſſet victor. teſtis Plut.

Xenocrates vini choam hauſis,cum Dionyſius præmiũ obtuliſſet ei, qui hoc faceret.

Dionyſius iunior vſque ad oculorum vitium mancipatus eſt ebrietati.

Ariſtoteles tradit, ebrietatem in Syracuſanorum luxu diebus quandoque nonaginta non fuiſſe interpellatam.

Conna tibicem fuit vinoſus,qui in conuiuijs coronatus potabat aſſiduè.
Herculem & Vlyſſem polyphagiæ & edacitatis nota famoſos fuiſſe,ſcribit Cæl.
Theagenes athleta taurum vorabat ſolus.
Aglais tibicina,Megaclis filiam decem carnium minas,& quatuor panum chœnicas abſumebat.Hauriebat & choam vini.
Theſſalis inſita voracitatis nota, vt etiam Pharſalis. Mneſimachus apud Cælium Pharſalorum venit aliquis,vt menſas voret ipſas.
Philoxenum Eryxidis & Gnathonem Siculum inter gulæ proceres & cupediuoros poſuit antiquitas,quòd conuiuijs adhibitis ſeſe in paropſides emungerent,vt abſtinentibus cæteris largius ſolia fruerentur. Aiunt & Philoxenum ipſum optaſſe ſibi collum gruis,quò maiorem in bibendo perciperet voluptatem. Hoc tamen nonnulli tribuunt Melanthio,vt apud Cæl. Clearchus.
Philoxenus Dithyrambicus polypum edit duum cubitorum.
Inter Polyphagos & edaces etiam numerantur Pityreus Phryx,Cleonimus,Piſander, Charippus, Mithridates rex Ponti, & Eriſichthon, qui ſua ipſa membra corroſit.
Alcman poeta ſuis verbis ſeſe pamphagum nominauit.
Mithridatem ferunt illis certa conſtituiſſe præmia, qui plures cibos ventri deſtinaſſent,aut maiore ſe ingurgitaſſent vino,vt ſui ſimiles haberent. Idem omnes ſui tẽporis mortales hauſtu vini longè exceſſit.
Heraclides Pyctes infiniti prope cibi,potusque fuit capax. Nec parem reperit in bibendo. Alios ad ientaculum incitabat, alios ad prandium,quoſdam ad cœnam, quibus omnibus ſine interſtitio ſufficiebat ſolus.
Philoſtratus quum eſſet in balneis Sinueſſanis,tantum vini potauit,vt ebrius factus, ſcalarum lapſu penè extinctus ſit. Mart. lib. 11. A Sinueſſanis cõuiuia Philoſtratus vndis Conductum repetens nocte iubente larem. Penè imitatus obit ſæpius Elpenora fatis, Præceps per longos dum ruit vſque gradus.
Polyphemus cyclops hauſto largius vino,dum in ſomnum concidiſſet ab Vlyſſe excæcatus eſt.
Laufellam Iuuenalis,vt temulentam inceſſit.
Videns Androcides Alexandrum procliuem in pocula, intemperantiam eius his verbis cohibebat, Vinum potaturus rex memento te bibere terræ ſanguinem. Nam ſicut venenum eſt homini cicuta,ſic & vinum. Quibus præceptis ſi ille obtẽperaſſet,amicos in temulentia non intereniſſet,vt fecit. Idem Alexander ex hac vinolentia biduum ſæpe obdormiuit integrum. Hinc prouerbium natum, Alexandrum bibendo regem præcellis. Inter pocula amicos indignatione rapida ferro tranſuerberabat.
Archeſilaus philoſophus immodico vini hauſti exceſſit.
Cleomenes rex Spartanorum, quum Scytharum vinolentiam imitari cuperet,in inſaniam redactus eſt. Solent autem Scythæ & Thraces liberius compotare vſque ad certamen temulentiæ. Vnde Horatius: Natis in vſum lætitiæ ſcyphis Pugnare Thracum eſt.
Cambyſes quum per temulẽtiam quandoq; ratione excideret, monitus à Prexaſpe domeſtico,vt tantã caueret infamiam,eius filium percitus furore,iaculo confodit.
Lacydes phyloſophus ex nimia cõpotatione cõcidit in paralypſim,qua mortuus eſt.
Armitus & Cyanippus Syracuſani potu nimio inebrietatem lapſi, filio ſtupro contaminauerunt. autor Plut.
Demetrius Phalereus ducenta quotannis talenta abſumebat in luxu & compotationibus.
Famam apud Græcos ex ebrietate meruit Alcybiades. autor Plin.
Diotimus Athenienſis in fundibulo ori admoto inceſſanter vinum hauriebat.
Xenarchus Rhodius ex bibacitate Metretes,cognominatus.

Homerum

Homerum vinolentum fuiſſe arguit Horat. lib. 1. Epiſt. dicens: Laudibus arguitur vini vinoſus Homerus.

Ariſtoteles philoſophus ab initio opſophagus, & decoctor fuit.

Hercules cum Leprea rege de gula contendit, vicitque, tauro paulatim deuorato.

Syri populi & Aſiatici continuo erant in conuiuijs, balneis, & vnguentis.

Pruſias rex Bithiniæ popinas ſemper adamabat.

Elpenor vino largius hauſto impos animi factus, ſcalarum lapſu exanimatus eſt. Ouid. lib. 14. Eurilochumque ſimul, nimijque Elpenora vini.

Erycion fuit quiſpiam Centaurus, ebrietatis infamia notatus. Ouid. lib. 2. de Arte. Occidit Euricion ſtultè data vina bibendo.

Anacreon Teius poeta arguitur, vt deditus vino, cui quũ liberalius indulgeret, vuæ acino ſuffocatus dicitur. Ouid. lib. 3. de Arte: Sit quoque vinoſi Teia muſa ſenis.

Hilæus Centaurus deditus fuit ebrietati. Horat. lib. 1. Carm. Nec ſæuus Lapithas, & nimium mero Hilæum.

Bœotij ab Athenienſibus vocabantur fatui, pingues & rudes, propter inexplebilem edendi auiditatem.

Gathis regina Syriæ edicto cauit, ne quis piſcem comederet, quin ipſa adeſſet.

Theodorus ſcribit, Milonem Crotoniatam carnium minas 20. deglutiſſe, & panis totidem. Vini choas pei ſiccaſſe tres. Idem in Olympia quadrimum ſolus abſumpſit taurum, quem per ſtadium retento anhelitu portauerat ſuis humeris.

Domitium Afrum Euſebius prodit cibi præter modum accepit ſuperfluitate redundantem in cęna periiſſe.

Abronis luxus & delitiæ trito vulgarique adagio locum fecerunt.

Gnoſippus hac voracitatis infamia adeo laborauit, vt Athenienſes liberis ſuis interdixerint, ne cum eo veſcerentur.

Vedius Pollio ſeruos conijciebat in piſcinas, vt piſces ipſi humano cruore paſti delicatiores eſſent.

Ennius poeta nunquam accingebat ſe ſcribendis carminibus, niſi multo madidus vino. Item Horat. Ennius ipſe pater nunquam niſi potus arma Proſiluit diceda, &c.

M. Varro apud Plinium teſtis eſt, Mezentiũ regem Ethruriæ auxilium Rutulis contra Latinos tuliſſe, mercede vini.

L. Piſo maiorem noctis partem conuiuijs, & temulentiæ impendebat. Biduo per potationem continuauit. apud Tiberium principem.

M. Antonius librum edidit de ſua ebrietate, quo patrocinari ſibi voluit, vt ea probaret mala, quæ per temulentiam orbi intuliſſet.

Cato minor (qui proauum habuit Catonem maiorem) quamuis omni virtute eſſet cumulatiſſimus, interdum tamen cum amicis dabat operam cum potationibus tota nocte ad auroram. Horat. lib. 3. Carm. Narratur & priſci Catonis Sæpenumero caluiſſe virtus. Hoc ebrietatis vitium præcipuè illi obiecit Cæſar duobus libris, quos vocauit Anticatones.

Pub. Gallonius homo fuit poſtremæ gulæ, in cuped js aſſidue verſatus, vnde à Lęlio gurges dictus eſt. Hunc præconem fuiſſe ſcribit Horatius. Cuius menſam acipenſere magno infamem notat Lucilius his verbis: Lælius præclarè & rectè Sophos illæq; vere, O publi Gurges Galloni, es homo miſer, inquit, Cęnaſti in vita nunquam benè, cùm omnia in iſto Conſumis ſquilla, atque acipenſere cum decumano. Tertullianus Curij aleam, Apicij gulam, Gallonij ſumptum, & Antonij ebrietatem inceſſit.

Qu. Hortenſius orator ſtudio gulæ primum omnium Romanorum pauonem appoſuit menſis.

Cicero iunior M. Tullij filius binos congios ſimul hauriebat.

Clodius Albinus tam profunda fuit ventris ingluuie, vt quingentas ficus centum Campãna perſica, melones Oſtienſes decem, vuarum Labicanarum pondo viginti,

ginti. ficedulas centum, Oſtrea 40. vna deuoraret cœna.

Caligula maximam patrem a theſauri Tiberio relicti cœnis & comeſſationibus cum lenonibus & ſcortis deuorauit.

Heliogabalus nunquam minus centum ſeſtertijs epulatus eſt.

Neronem ferunt quandoque a meridie ad mediam noctem, vſque epulas protrahere conſueſſe ad inexplebilem ventris ingluuiem Cœnitabat inter ſcortorum ambubaiarumque miniſteria.

M. Apitius nepotum omnium fuit altiſſimus gurges, vt iam diximus. Is cum audiuiſſet, grandes charicas naſci in Lybia, nauigauit illuc quod demum quum falſum deprehendiſſet Libyam, eiuſq; inhabitatores diris imprecationibus deuouit. Hic oīum primus iud cauit, linguā phœnicopteri eſſe optimi ſaporis. De Apitio Mar. li. 1. Ipſe quoq; ad cœnā gaudebat Apitius ire, Quū cœnaret, erat triſtior ille domi. Hic & congiaria principum, & ingens Capitolij vectigal comeſſationibus hauſit.

Nouellius Tricongius Mediolanenſis meruit cognomen a tribus vini congijs quos vno impetu hauriebat ſpectante miraculi cauſa Tiberio principe. Autor Pli. li. 14.

Tiberius Nero propter nimiam vini auiditatem in caſtris pro Tiberio Biberius, pro Claudio Caldius, pro Nerone Mero vocabatur. Idem cum Pomponio Flacco, & L. Piſone noctem continuumque biduum epulando potandoq; conſumpſit. Aſellio Sabino ſeſtertia ducenta donauit pro dialogo, in quo Boleti, & Ficedulæ, & Oſtreæ & Turdi certamen induxerat.

Claudius Cæſar conuiuia celebrauit palam, tanta populi frequentia, vt plerunque ſexcenti ſimul diſcumberent. Cibi & vini fuit appetentiſſimus Sedens in tribunali cum olfeciſſet nidorum prandij, quod in proxima Martis æde parabatur a Salijs deſerto foro commeauit ad Salios ipſos, & vna diſcubuit. Nec vnquam a triclinio abſceſſit, niſi diſtentus & madens.

Vitellius epulas trifariam aut quadrifariam partiebatur. In gentacula, prandia, cœnas & comeſſationes, ſolus omnibus ſufficiens vomitandi conſuetudine. Suetonius teſtis eſt, eum fuiſſe non profundæ modo, ſed & intempeſtiuæ. & adeò ſordidæ gulæ, vt carnes holocauſtorum nō peractis ſacrificijs ante aras abſumeret. Sidonius: Mihi fœda Vitelli Intulit ingluuies ventrem.

Bonoſus bibit, autore Flauio Vopiſco, quantum hominum nemo. De hoc Aurelianus dicebat: Non vt viuat natus eſt, ſed vt bibat. Si quando legati barbarorum ad eum veniſſent, ipſis propinabat, vt eos inebriaret, & ab his per vinum omnia cognoſcerent, & extorquerent veritatem. Quantumlibet bibiſſet, ſemper ſecurus videbatur & ſobrius Præterea tantum mingebat, quantum biberat, ſicut eius veſica nunquam grauaretur. Poſtea cum a Probo ſuperatus laqueo vitam clauſiſſet, emanauit iocus. amphoram perdere, non hominem.

Feſcenniam Mar. lib. 1. arguit vt vinolentam, dicens. Ne grauis heſterno fragres Feſcennia vino, Paſtillos Coſmi luxurioſa voras.

Myrtale vinolenta mulier vino commiſcebat folia lauri, ne vinum oleret. Mart lib. 3. Fœtere multo Myrtale ſolet vino: Sed fallat vt nos, folia deuorat lauri.

Panaretum potorem, idē lib. 6. arguit, quod ſolus ampliſſimā vini lagenā exiccaſſet.

Maximinus iunior bibebat vini amphoram carnis libras vndecim comedebat.

Heterognatus ob voracitatem vtraque mandibula alternatim commandebat.

Phago fuit quiſpiam adeò guloſus, vt adhibitus menſæ Aureliani, aprum integrum centum panes, veruecem, & porcellum vno die comederit biberitque Orcam vini. autor Flauius Vopiſcus.

Galba erat Imperator cibi plurimi, quem hyberno tempore capiebat ante lucem. Inter cœnam verò vſque eo abundanti, vt congeſtas per manus reliquias circumferri iuberet, ſpargique ad pedes ſtantibus.

Bela ſecundus Almi filius, Pannoniæ rex, corruptiſſimæ fuit temulentiæ.

Nicolaus Quintus Pōtifex maximus nimio bibendi ſtudio tenebatur. Exigebat enim

diuerſa vinorum genera,& quæ n agis ad palatum facerent eligebat.

Andebunt us rex Anglorum, conuiuio quodam tantum cibi deglutiuit, & vini, vt eo ſuffocatus repente animam efflauerit.

CASTISSIMI.

Iudith mulier vidua, cum ad recens connubium impelleretur, ciliciũ ornatum prætulit, obiecitq; libidini ieiunium, vigilias ſomno, & ocio laborem, inquit Sabellicus.

Anna Phanuelis filia poſt ſeptimum connubij annum vidua facta, ad quartum vſq; & octogeſimum caſtè vixit. Idem in exemplis.

Abſalon Ammon fratrem occidit, quod immodeſte Thamar ſororem communem deperibat, eique vim intulerat.

Eſſeni populi Syriæ, vitam olim duxerunt alienam ab omni mulierum commercio, Venere abdicata, inquit Plin lib. 5. cap. 17.

Penelope Icari filia, nullis procorum blandimentis, nullis pollicitationibus adduci potuit, vt abſente per viginti annos marito Vlyſſe caſtitatem corrumperet. Vnde Propert. lib 3. Hæc etiam clauſas expugnant arma pudicas. Quæque terunt faſtus Icariot tuos. Idem : · ec fida Euadne, nec dia Penelope. Idem lib. 2. Penelope pote rat bis denos ſalua per annos Viuere tam multis fœmina digna procis. Oui. li. 3. Ele. Penelope mã ſit (quamuis cuſtode careret) Inter tã multos intemerata porcos.

Daphne Penei filia fuit ſeruandæ caſtitatis adeò ſtudioſa, vt porcos omnes reieceri ipſumque Apollinem, quamuis perpetua iuuẽta, intonſiſque crinibus ſpecioſum. Ouid. lib. 1. Met. Multi illam petiere, illa auerſata petentes Impatiens, expersque viri nemora auia luſtrat, Nec quid hyemem, quid amor, quid ſint connubia curat.

Plato de Repub[l]ica teſtis eſt, Asbylum athletam Crotoniatam perpetua virginitate prçditum fuiſſe ob ſtudium curſus.

Cyane virgo Syracuſana violatam ab ebrio patre pudicitiam ægreferens, apprehenſum capillis ſtupratorem ad aram traxit, eumque pro victima cæcidit, ad pacandã peſtem, qua propter facinus Syracuſæ laborabant autor Plut. in Parall.

Medullina quoque virgo Romana ab ebrio patre in tenebris violata, ut ſtupri autorem agnoſceret, digito eius annullum detraxit. Vbi ex pignore patrem eſſe comperit, eundem ad aram gladio confodit. Idem.

Alexandrum Macedonem ſunt qui libidinis arguant. Contra tamen reperiuntur exempla, quæ hoc ipſum refellant, & in eo doceant caſtitatem. Nam & uicti Darij uxorem filiaſque captiuas non ſolum non corrupit, at etiam edicto cauit, ne quis aliquid in eas moliretur. Præter uxorem & Berſanem Damaſchi uiduam, regiam mulierem, nullam aliam complexus eſt. Puerorum inſuper abſtinentiſſimus, quorum uiginti millia ad militarem diſciplinam iubebat erudiri, quum tamen ætatis illius homines maſcula & præpoſtera libidine paſſim obbruteſcerent. Curtius lib. 3. & Gell. lib 6. & 8.

Democles puer, dubium maior pudicitia, an forma corporis elegantiore, quum uideret ſe ad ſtuprum ſolicitari à Demetrio Poliorcete, nec alter uim tyranni importunam poſſet effugere, in proximum ſeruentis aquæ liberem ſe coniecit, ibique ad mortem durare maluit, quam quid inhoneſtum perpeti. Plutarchus.

Amœbeas c tharœdus tãta fuit caſtitate, ut uxorem (quam habebat formoſam) nunquam attigerit. Aelianus apud Volater.

Apolonius Tyaneus phyloſophus à puero titillationes Venereas adeo repreſſit & contudit, ut præ ſignis in eo naſceretur caſtitas à qua nunquam poſtea reclinauit. Cæl lib. 8. cap. 6.

Fuit in athleta Clitomacho tanta caſtitas, ut ſi fortè canes uidiſſet coeuntes, ſtatim uultum auerteret.

Diogenes Tragœdus ab uxoris congreſſu perpetuò abſtinuit.

Hippo Græca mulier, capta à nautis, cũ pudicitiæ ſuæ ſtuprũ & inſidias parari ſenſiſſet, noctu ſe in aquas pcipitẽ dedit, maluitq; mori pudica, q̃ impudica uiuere. Val.

Syritha

Syritha Synaldi regis Danorum filia: tantæ fuit pudicitiæ, vt quum ob elegantiam formæ magna procorũ frequentia peteretur, neminẽ tamen inſpexerit. Sa xo.li.3.

Dryas Fauni filia aſpectũ virorum vſq; adeo refugit, vt in publicũ prodire nũquam viſa ſit. Quo factum eſt, vt vetitum ſit ne eius ſacris intereſſent mares. autor Plut.

Chiæ mulieres tanta fuerunt caſtitate, vt neque adulterium, neque illegitimus concubitus apud eas nunquam prodatur accidiſſe. Plut. de Virtutibus mulierum.

Melanio quidam odio mulierum in ſolitudinem demigrauit, perque auiam montium & nemorum cane vno feras inſectari ſolitus eſt, nec vnquam domum reuocari potuit. Vnde natum adagium, Melanione caſtior.

Rhodogune Darij filia, mortuo marito, nutricẽ dedit morti ſecũdas nuptias ſuadentem.

Xenocrates philoſophus, quum magnam caſtitatis opinionem ſibi comparaſſet, acceſſit ad eum Phryne meretrix, petijtque partem lecti, quam conceſſit. Nec tamen vllo noctis tempore attigit puellam, quamuis formoſiſſimam. Hinc illa mane rediens, dixit ſe non à viro, ſed a ſtatua venire. Quod argumentum eſt magnæ caſtitatis: nam proximæ voluptates magis titillant, & multo (quorum mores in tuto poſiti videntur) ſed ducunt & euerberant. Laertius & Val. de Continentia.

Ictus Tarentinus athleta nobilis, quum certò ſciret corporis vires eneruari libidine, toto vitæ tempore durauit expers veneris, vt paleſtricis ludis eſſe accommodatior. Vol.

Hippolytus Theſei filius, quum a Phædra nouerca adamaretur ſupra fidem, nullis tamen precibus adduci potuit vt ei congrederetur. Seneca: Exoſus omne fœminæ nomen fugit Immitis annos cœlibi vitæ dicat.

Zenobia regina Palymireorum tanta fuit caſtitate, vt ne cum viro ſuo quidem, niſi prolis cauſa congrederetur. Trebellius Pollio.

Euripides fertur perpetuo mulierum odio conflagraſſe, ſiue quia natura eſſet talis, abhorreretque a mulierum cœtu, ſiue quod duas haberet vxores ſimul, pro Athenienſium decreto quarum matrimonij quum pertæduiſſet, toti ſexui bellum indixit. Cel. lib. 13. cap. 20.

Triptolemo Cereris filio, quum plerę; virgines ampliſſima offerrent dotem, vt cum eo nuptias contraherent, aſpernabatur omnes & reijciebat. Ouid. in Ibin: Filius Cereris fruſtra tibi ſemper ametur, Deſtituatque tuas vſque petitus opes.

Belerophon Glauci Corinthiorum regis filius, quum à Stenobea vxore Prœti Argiuorum regis afflictim adamaretur, nullis tamen precibus induci potuit, vt cum ea ſtuprum committeret. Tortellius.

Pauſanias Macedo per vim ſtuprum paſſus ab Attalo prouocauit ad Philippum, iniuriamq; non ſine magna querimonia ad eum detulit. Quem quum ridentem facinus, eoque riſu probantem conſpiceret, iram in eum conuertit, exegitq; vltionem ab iniquo iudice, quam à ſtupratore non poterat. Trogus lib. 9.

Sophronia Romana mulier, quum vim, & ſtuprum Decij principis non poſſet effugere, gladium mariti conſenſu arripuit, eoque corpus ſibi confodit. Euſeb. teſte.

Cæſti puer caſtitatem & formam. Mart. lib. 8. commendat his verbis: Quanta tua eſt probitas, quanta eſt præſtantia formæ, Cæſte puer, puero caſtior Hippolito. Te ſecum Diana velit, doceatque matre, Te Cybele ſecum vellet habere Phryga.

Lucretia ob acceptum à Tarquinio ſtuprum, temeratamque pudicitiam, facinus ſua morte vendicauit.

Pudiciſſima fœmina ſemel matronarum ſententia iudicata eſt Sulpitia Paterculi filia. autor Plin. lib 4. Val. vlt. cap. 8. lib. 1.

Publius adoleſcens, L. Papirij cliens & libertus quum domini ſtuprum pati nollet, in vincula & carcerem coniectus, & multis poſtremo plagis effectus eſt. Maluit tamen egregius adoleſcens omnia tormenta corporis experiri, quam præpoſtera illa venere contaminari.

P. Scipio Africanus expugnata Carthagine Hiſpaniæ ciuitate, virginem tempeſtiuam

forma egregia, & nobilis viri filiam productam ad ſe, patri inuiolatam reddidit. autor Gel.lib.6.c 8.

C.Gracchus quandiu Sardiniam prouinciam adminiſtrauit, nulla meretrix introiuit eius domum, nulli pueri eximia facie ei ad cyathum ſteterunt. Idem Gell.

Trebonius pudicæ ſanctitatis miles Luſium Marij ex ſorore nepotem, caſtitati ſuæ ſtuprum & inſidias molientem dedit morti. Plut.in Apoph.

Biblia vxor Duilli Romani (qui primus nauali certamine triumphauit) tantæ, fuit pudicitiæ, vt ſuo ſeculo caſtitatis norma & ſpeculum videretur.

Theutonicorum coniuges captiuæ, Marium victorem orarunt, vt ab eo virginibus Veſtalibus dono mitterentur, affirmantes æquè ſe atque illas virilis concubitus expertes futuras. Quare non impetrata, laqueis ſibi nocte proxima ſpiritum eripuerunt. Valerius & Hieronym. in epiſt. ad Gerontiam.

Pontius Aufidianus vbi reſciuit filiam à Faunio Saturnio pedagogo ſuo corruptã, vtrumque puniuit morte. Val. Maximus.

Publius Meuius libertum (quem vnicè diligebat,) propter illatum filiæ iam nubili oſculum interfecit. Idem de Pudicitia.

Q. Fabius Seruilianus quum ſuſpectam haberet filiæ pudicitiam, eam morti dedit, demum voluntario ſeceſſu conſpectum patriæ vitans exulauit. Valer.

Pub. Attilius Philiſcus filiam ſuam interemit, quod ſtupri ſe crimine coinquinaſſet. Idem Valer.

Iulianus Imperator tanta enituit caſtitate, vt poſt amiſſam coniugem nihil vnquam Venereum attigerit autor Ammianus Marcel.lib.25.

Conſtantinus Imp. Criſpum filium capite puniuit, quòd nouercam Fauſtam ſtupri compellaſſet.

Henricus primus Imp. perpetuam in matrimonio ſeruauit caſtitatem cum vxore Sinegunda Bapt. Egnat.

Corn. Tacitus ſcribit, Pontiam quandam Romanam fœminam nullis verborum lenocinijs aut pollicitationibus ad adulterium cum Octauio tribuno plebis committendum impelli potuiſſe, quin ab eodem interfici maluiſſe.

Spurina adoleſcens, quem egregia ſua forma decoroque aſpectu viros & mulieres ad libidinem concitare, faciem & pulchritudinem oris ſponte vulneribus deformauit. autor Val. Max. de Verecundia.

Veturius carcerem, plagas, diuerſaque tormenta maluit pati, quam Cœlio Plocio ſtuprandum ſe committere. Val. de Pudicitia.

Noluit beatus Auguſtinus habitare cum ſorore, ne aliqua titillatio carnis aut pruritus ſuboriretur. Interrogatus cur hoc faceret. Quoniam, inquit, malum videre fęminam, peius alloqui, peſſimum attingere.

Baldraca puella generis obſcuri, peregrinæque conditionis quamuis multarum rerum ob paupertatẽ eſſet indiga, noluit tamen corporis ſui copiam facere Othoni Imperatori, quamuis montes & maria (quo aiunt) promittenti.

Iſacius Comnenus Imp. tanta fuit continentia, vt vxorem nunquam inire volueris poſt prolem ſemel ex ea ſuſceptam: quamuis tamen ad morbi remedium medici conſulerent, vt coitu frequentiore vteretur.

Origenes Adamantius virilia ſibi amputauit, ne moleſtam ſibi Venerem experiretur. Imitatus Hierophantas Athenienſium ſacerdotes, qui ſorbitione cicutæ ſe caſtrabant, quo mundius in ſacerdotio viuerent.

Iulianus martyr, & Baſiliſſa vxor impolluti quoque manſerunt in coniugio.

Amor Aegyptius mulieri (quam in matrimonium duxerat) nunquam congreſſus eſt, quinetiam eidem amorem virginitatis in animum induxit.

Amianus Alexandrinus epiſcopus, beati Marci Euangeliſtæ diſcipulus, oculum ſibi perforauit, quod intuitu parum pudico tranſeuntes fęminas aſpexiſſet. Sabellicus in exemplis.

Chryſanthus Alexandrinus,eiuſq; vxor Daria nomine,virgines mãſerũt in cõiugio.

Nulla vnquam fœmina Ioanne Anachoreta viſa eſt, nec ab vlla videri voluit.

Arſenius abbas viros omnes iuxta & fęminas ad ſanctiorem vitæ cultus refugiebat.

Pion Auſonij abbatis diſcipulus, dum congreſsum quoque mulierum ſolicitè declinaret,precibus expugnatus,vt ſororem morbo laborantem inuiſeret, alieno ductu clauſisque oculis eius domum ſubijt,ac retrò abijt. Sabellicus.

Vrſinus Nurſiæ presbyter moriens, quum vxorẽ (quam multis antè annis ad ſe venire nulla de cauſa permiſerat) admotam ſibi cognouiſset, Faceſse, inquit, mulier nondum penitus extinctus eſt ignis. Idem.

Hilario abbas ingentiam corpori concupiſcentiam alloquens,dicere ſolebat: Conficiam te inedia,vt de cibo cogites,non de voluptate.

Euagrius quoque Abbas ad reprimendam Veneris tentiginem,varia tormenta mẽbris ſuis irrogauit.Nam & corpus inedia confecit, & hybernas plerunque noctes in puteis egit;vt Bernardus Abbas in lacu, Aniumarus Tamanenſis in vepribus, Franciſcus Aſſiſias in hybernis niuibus: autor Sabellicus.

Hieron. Syracuſanus Epicharmum poetam multauit, quòd præſente ipſius coniuge laſciuos recitaſset verſus.

Marcia Varronis filia,quum ſuo ſeculo ſculpendi pingendiq; inſignis haberetur,abſtinuit ſemper ab effingenda virili figura,ne pudibunda quoq; exprimeret.

Eugenia virgo,Philippi proconſulis Alexandrini filia, cum ab Imperatore Commodo ſtuprum ſibi timeret,Monachi habitum mentita eſt,& nomen.

Ioannes Malateſtas vxorem nomine Franciſcam, in complexu Pauli Malateſtæ fratris ſui deprehenſam, gladio transfixit vna cum adultero.

Ludouicus quoque Normaniæ ſeneſcalus Carlottam vxorem cum Ioanne Lauernõ eius adultero morti dedit.

Franciſcus Gonzaga Agneti adulteræ caput adimi iuſſit.

Rudulphus quoque Gonzaga,quum vxorem adulterij compertam haberet,eam vna cum adultero in concubitu deprehenſam occidit.

Paſtor presbyter & Anachoreta, matrem ad ſe venientem cella clauſa repulit, cauſa ſeruandæ caſtitatis.

Hugo Carthuſienſis per annos 15. mulieris faciem nunquam videre voluit.

Dula maluit a milite quodam interfici,quam ab eodem violari.

Euphroſyna virgo Alexandrina, virum mentita domum patris Panutij reliquit, ne ad nuptias cogeretur.

Edeltrudis regina,duobus in Anglia regibus nupta, caſtitatem ſemper illibatam ſeruauit, vtroque ad pudicitiam inducto.

Eduardus tertius Anglorum rex vxorem(quam duxerat)nunquam attigit. Matrem Euinam(quam adulterij ſuſpectam habebat) in cœnobium relegauit.

Petrus Vrſeolus dux Venetorum, poſt ſuſceptum filium, vxorem nunquam attigit. Quod vtriuſque voto factum eſt. Volateranus.

Vandeſigillo Comiti Palatino (qui ſub Dagoberto rege floruit) cum per vim data eſset vxor,eam ad amorem caſtitatis induxit. Quo factum eſt,vterque in cęnobio ſe incluſerit.

Fara virgo fuit Gallica,clariſsimis orta natalibus, Heraclio imperante: quam dum parentes,Hagerricus & Leodeguinda per vim cogere vellent ad matrimonium in tantas prorupit lachrymas, vt inde cæcitatem contraxerit.

Vuenceslaus filius Burſioni regis Bohemorum perpetuam ſeruauit caſtitatem.

Cazinitus quoque rex Poloniæ perpetuò celebs & caſtus manſit.

Amator(qui poſtea Altiſiodorenſis fuit antiſtes) quum vxorem eleganti forma clariſque natalibus ortam duxiſset,eam tamen ad ſtudium caſtitatis induxit,tantum aberat,vt ei congrederetur. Sabell.

Leo Pontifex manũ(qua aliquando oſculũ matronæ contigerat) vltro ſibi abſcidit,

quòd inde ſecuta eſſet tacita quædam libidinis appetentia. Sabell.

Benedictus abbas ad inceſtam recordationem mulieris a ſe viſæ caſtigandam, vſus eſt crebra corporis volutatione ſuper ſentes. Idem.

Timoclia mulier Thebana, ſtuprum a quodam Barbaro Thracum principe per vim paſſa iniuriam hoc modo vltra eſt: Odio enim diſſimulato, dixit ſtupratori ſe ſcire locum, vbi plurimum eſſet auri, perductusque eſt ab ea ad profundiſſimum puteū, qui fuit in remotiore domus parte. Quo cū thrax explorabundus veniſſet, & iam iam pronus immineret puteo, a Timoclia (quæ à tergo ſtabat) deiectus eſt in præceps & ſaxis & obrutus. autor Sabellicus.

Damon Peripolta inſigni forma adoleſcens, videns Romanum quendam præfectū Cherone ſtuprum ſibi per vim machinari, quia prius blandiendo nihil profeciſſet, ad pudicitiæ munimen aliquot ſocios conuocauit, qui omnes fuligine tincti, ne agnoſcerentur, præfectum in foro ſacrificantem obtruncarunt.

Ludouicus epiſcopus Toloſanus, Caroli ſecundi Siciliæ regis filius, ea fuit caſtitate vt nulli prorſus fœminæ, præterquam matri & ſororibus, verba faceret, ne colloquio ſanctitatem corrumperet.

Olim tanta fuit Patauinarum mulierum caſtitas, vt non, niſi operta facie prodirent in publicum. Cæl. 7. c. 27. Vnde Mart. Tu quoque nequitias noſtri luſusq; libelli Vnda puella leges, ſis Patauina licet.

Alphonſus ſecundus, Alphonſi Catholici nepos & Hiſpaniæ rex, nunquam vxori congreſſus eſt. Vnde & caſti meruit cognomen. Vola. in Geograph.

Etelfridas Angliæ regina poſt primum partum abſtinuit a viro.

LIBIDINOSI, ET LASCIVI.

Orpheum ferunt Thracha deteſtandæ in mares libidinis principem & repertorem fuiſſe, quum tamen aſpernaretur fœminas. Ouid. lib. 10. Met. Gel. capi. 30. lib. 8.

Xerxes rex Perſarum eo laſciuiæ deuenit, vt in Spintrijs nouarumque voluptatum repertoribus præmia conſtituerit, autor Valerius Maximus.

Semiramis Aſſyriorum regina, quæ maſculam virtutem ſemper ferè præ ſe tulit, & omnium calculis laudata eſt ad extremum tantis delicijs, tantoque prurito libidinis incaluit, vt mortuo marito, non admiſerit ſolum, at etiam prouocauerit pleroſq; ex ſuis militibus, qui forma eſſent elegantiore, quos poſtea crudeliter necabat. Produnt & nonnulli, eam a Nino filio interemptam, quum eius congreſſum appeteret. Et (quod omnium longe turpiſſimum eſt) equum ab ea adamatum vſque ad coitum, Iuba teſtis eſt apud Plin.

Amythone, Teleſippa, Megara, Atthys, Cidno, ancillæ fuerunt Sapphus, quibus Sappho ipſa ad libidinē vtebatur. Eas enim ſubgitabat, & mutuo ab eis patiebatur. Vnde in eius epiſtola ad Phaonem legitur. Vilis Amython, vilis mihi candida Cidno. Non oculis grata eſt Atthys, vt ante, meis.

Paſiphae Solis filia, & vxor Minois regis Cretæ, taurum ad coitum vſque fertur adamaſſe, ex quo & biforme illud monſtrum Minotaurum ſuſceperit. Proper. Vxorem quandam magni Minois (vt aiunt) Corrupit torui candida forma bouis, idem lib. 3.

Fuit in Aiace Oilei filio tantus libidinis feruor, vt temperare ſibi nequiuerit, quin Caſſandram Priami filiam in templo Palladis oppreſſerit. Quo factū eſt, vt Deæ iniuriam vlciſcente fulminatus ſit in mari cum aliquot alijs Græcis, vt docet Ver. lib. 1. Æneid.

Immoderatam Cæliæ libidinem notat Mart. lib. 7.

Das Cattis, das Germanis, das Cælia Dacis,
Nec Cilicum ſpernis Cappadocumq́; toros.
Et tibi de Pharia Memphiticus vrbe futuror
Nauigat, à rubris & niger Indus, aquis.
Nec recutitorum fugis inguina Iudæorum, &c.

Celnis

Celmis vnus fuit ex Idæis Dactilis, qui matrem deorum Rheam violauit ſtupro. Sueton. apud Eraſ. Omnes libidinum voluptates experire voluit Aſſyriorum rex Sardanapalus, dum viriles peroſus tunicas in mulierem ſe transformauit, relictaque regni cura laſciuiæ ſe totum deuouit, ac perdendum commiſit, inquit Trogus lib. 1. & Cic lib. 5. Quæſt. Tuſcul.

Qui iam mirum debet videri, ſi concinna & elegans puellarum forma viros torreat, & ad Venerem titillet, quum etiam reperiantur, qui inanimatarum rerum amore & deſiderio intabuerint; Aiunt enim Pygmalionem quendam fuiſſe, qui ſtatuam formoſam dilexerit, eamque cum egregiam aliquam Nympham, & frequentibus oſculis ſuauiatus ſit, & lecto dignatus. Vnde Quintianus in Cleopoli Concedat honori Pygmalion licuit cui eburnea membra puellæ Complecti, & pulchro componere corpora lecto.

Athenienſis adoleſcens quoque ſpecioſum Fortunæ ſimulachrum ad tantam admouit inſaniam, vt ipſum & arctiſſimè complecteretur, & ſuauiaretur blandiſſimè. Quo deſiderio quum indies acrius intabeſceret, impatiens amoris pertexit ad ſenatum, extentiſque precibus regnauit fieri ſibi ſtatuæ poteſtatem, largum auri cumulum paratus erogare. Qua in re quum repulſam paſſus eſſet, ad ſtatuam ipſam corpus confodit. Cæl. cap. 32. lib. 7.

Eſt & aliud ſimile exemplum apud Pli. de puero, qui Praxiteles ſimulachro congreſſus ſit. Cuius concubitus relictæ maſculæ fuerunt indices. De hoc Quintia. Cedat Praxiteles, cuius muliebris imago proceam Impulit ad coitum iuuenem.

Aeſchines criminoſa & virulenta oratione Timarchum de impudicitia accuſauit, apud Athenienſes. Gell. cap. 3. lib. 18.

Conuenit inter multos, Socratem (qui tamen Apollinis oraculo mortalium ſapientiſſimus eſt habitus) Athenis in ius vocatum, & ab Anyto acuſatum, quòd puerorum mores corrumperet. Quod etiam Tertullianus confirmat.

Ariſto Epheſius genus fœmineum peroſus cum aſina concubuit, ex eoque concubitu genita eſt puella, cui a cruribus aſininis nomen inditum eſt Onoſceli. autor Plutarch. in Parall.

Idem ait Publium Stellum (quem Fuluium alij vocant) mulierum odio equæ ſe commiſcuiſſe, ex qua formoſam ſuſceperit puellam, Hipponam nomine.

Demetrius Poliorcetes Antigoni filius, Democli laudabilis formæ adoleſcentulo ſtuprum inferre voluit. Quod cum per inualidas ætatis vires puer non poſſet aliter effugere, in proximum feruentis aquæ lebetem ſe coniecit, ibique mortuus eſt. Idē Demetrius Lamiæ alijsque ſcortis talenta 250. erogauit. autore Plut.

Sunt qui dicant Rhamyram primum flagitios puerorum amoribus, ac pręposteri cō-cubitus fœditate pollutum, quum cępiſſet afflictim deperire Hymenęum, Calliopę & Magnetis filium. Alij tamen Thaloni Cretenſi rei tam probroſæ initia contribuunt, qui Rhadamantum adamarit. Cæl. lib. 8. c. 30.

Ariſtoteles prodit, permiſſam fuiſſe in Creta maſculam Venerem, lata quoq; de hoc lege. Traditum eſt & Chalcidenſes in Euboia, pueriles amplexari amorę ad ſtuporem vſque. Cæl. ibidem.

Ariſtoteles fuit in amore tam infelix, vt pellici ſacra faceret. autor eſt Mirandula ſuper hymnos.

Hercules tanta in fęminas licentia fuiſſe fertur, vt quinquaginta virgines vna nocte dicatur ſtupraſſe. autor Ioan Franciſ. Mirandula.

Periander Corinthius (qui tamē inter ſeptem ſapiētes Græciæ numeratus eſt) rē habuit cum Mileſia vxore, vel (vt aliis placet) meretrice mortua. autor eſt Her. lib. 5.

Alchidas Rhodius formoſo cuidam ſimulachro ſe commiſcuit, reliquique indicens tam immoderatæ libidinis. autor Plin.

Anthia vxor Pręti regis Argiuorum Bellerophontem ad ſtuprum voluit inducere.

Teſtatum eſt Græcorum monumentis, Pindarum nouem Lycorum principe n. in-

gremio dilecti pueri mortuum gymnaſio repertum. Valer. Maximus de moribus non vulgaribus.

Ferunt & Agathoclem Siciliæ tyrannum, forma & venuſtate corporis præ eminentem, diu vitam ſtupri patientia exegiſſe. Propterea Timeus dixit illum primæuo ætatis flore ſcortum promiſcuum, impudētiſſimo cuiq; expoſitū. Iuſtinus lib. 22.

Crathis paſtor, quum in Venerem eſſet procliuior, capram omnium formoſiſſimam deperire cœpit cui congrediebatur frequenter, demumque vti amicam gratè amplexabatur, cum multa ſuauiatione. Quod contemplatus hircus zelotypiæ æſtro concitatus, dormientem Carthim cornibus inuaſit, & interfecit. Hoc ex Græcis aduocant Cæl. & Volat.

Pauſanias dux Lacedæmonius Argillum forma conſpicuum adoleſcentem mire dilexit, ſed amore Venereo. Habebat enim puerum pro ſcorto. Cæl. cap. 62. lib. 16.

Hipparcus Piſiſtrati filius, quum Armodium & Ariſtogitonem excellenti forma pueros per vim prædicaſſet, coniurationem in ſe concitauit. Iuuenes enim probrum ægreferentes, non prius finem inſidijs fecerunt, quàm eum de medio ſuſtulerint, libidinem homini magis quàm tyrannidem pertæſi. autor apud Volaterranum Thucydides.

Dionyſius iunior quum ſe in Locrenſium vrbem contuliſſet, per ſummam lætitiam virgines eius loci conſtuprabat, quas pulſo paulò poſt in exilium tyranno ciues peremere, impactis ſub vngues acub. oſſibusq; in mortario atritis. autor Cæl.

Philippus Macedo habuit Alexandrum adoleſcentem, Olympiadis vxoris ſuæ fratrem, non ad alium vſum, quàm ad ſtupri conſuetudinem. Trogus lib. 8.

Herodotus apud Cælium teſtis eſt, Perſas à Græcis didiciſſe pueris abuti. In quos debacchari ſolitum Alexandrum ſcripſit Athenæus, quum etiam Bagoam inſpectante theatro vniuerſo ſuauiari plerunque non erubuerit. Contra tamen plerique ſentiunt, feruntque tanta caſtitate præditum fuiſſe, vt præter vxorem & Berſanem è Damaſco viduam mulierem, nullam aliam complexus fuerit.

Bagoas Spado deuinxit ſibi Alexandrum, nec alio obſequio, quam impudica ſui corporis copia. Propterea quum Orſines Perſa nobiliſſimus Alexandrum eiuſq; amicos muneribus cumularet, ſoli Bagoæ nihil honoris detulit. Rogatus cauſam, reſpondit, ſe amicos regis, non ſcorta colere. Cæl. lib. 8. cap. 30.

Sodates poeta fuit Iambographus impuriſſimus, qui verſus adeò Pathicos, Cinædicamque Venerem ſpirantes conſcripſit, vt ab eius electione caſti abhorrerent oculi. Quo factum eſt, vt Sotadica poemata prouerbio locum fecerint. Politianus in Nutricia: Pars quoque Sotadicos ceu proſtituere Cinædos.

Surinas Parthorum ditiſſimus & ſecundus à rege, ducentas pellices habebat in caſtris. autor Plutar.

Sophocles & Aeſchylus hac peſte famam ſuam corruperūt, non tacentibus theatris.

Palemoně Grammaticū flagraſſe libidinibus in mulieres vſq; adoris, infamiā, ferūt.

L. Papyrius Publium adoleſcentē in uinculis tenebat, & afficiebat plagis, quòd eius ſtuprum pati nollet. Re ad ſenatum delata, damnatus eſt Papyrius, lata lege, nequis in corpora libera ob æs alienum ius haberet. Liu. lib. 8.

Idem in T. Veturium adoleſcentem feciſſe dicitur C. Plotius. Valerius Maximus.

P. Clodius præter ſtupratas ſorores, mulierem mentitus inter publicas Bonæ deæ ceremonias ad Pompeiam Qu. Pompeij filiam furtim penetrauit, eamque adulterauit. Plut. in vita Ciceronis.

Qu. Flaminius vir conſularis, puerum impudicè deperijt, adeò vt quocunque proficiſceretur, nunquam ab eius latere diſcederet. Quoque magis inſeruiret amaſio, quendam in conuiuio ſecuri percuſſit, cum puer aliquem ſe præſente optaſſet interfici: licet hoc in fœminæ gratiam factum dicant nonnulli. Volat.

Craſſus Romanorum ditiſſimus, vno è fratribus mortuo, illius vxori congreſſus eſt, & ex ea filios aliquot procreauit. autor Plutarchus.

Appius Claudius decemuir Virginiam puellam plebeiam, ſed forma excellentem (quã Virginius pater L. Icilio Tribunitio viro, & expertæ virtutis homini deſpõderat) per vim ſtuprauit, quum nec precio, nec ſpe poſſet allicere. Quæ fuit cauſa abrogandi magiſtratus decem virorum, quemadmodum reges prius obſtupratã Lucretiam eiecti fuerant: autor Liuius, & Cic. lib. 2. de Finibus.

L. Torium Balbum Cic. lib. 2. de Fin. ait ita vixiſſe, vt nulla tam exquiſita poſſet inueniri voluptas, qua non abundaret.

Gemellus Tribunitius lupanar domi ſuæ inſtituit, in quo Mutiam & Fuluiam fœminas illuſtres, nobilemq́ue puerum Saturninum proſtituit.

Catilina fecit multa ſtupra cum virgine nobili, & cum ſacerdote Veſtæ. Poſtremò, vt Aurelia Oreſtilla frueretur, filium eius veneno ſuſtulit: quòd is iam adultus terrori eſſet matri, ne ſecundum nuberet. Salluſt. & Val. autores.

Ciceroni Salluſtius impingit, quòd filiam habuerit pellicem matris. Sed inimici verba fidem non capiunt.

Cæſari nihil propè, quod virum perfectum decet, defuiſſet, ſi pudicitia famam ſeruaſſet tenacius. Verum ſeu malis artibus ſiue natura hoc cacoethus peſtilensq́ue virus ei vſq; adeò inhæſit, vt Curio pater quadam eum oratione omnium mulierum virum, & omnium virorum mulierem appellauerit. Quod (vt cætera taceamus exempla) portentoſam eius libidinem ſatis arguit. Sueton.

Nicomedes rex Bithyniæ ſtuprum Cæſari intulit, non ſine maxima vtriuſque nota, theatricisq́ue conuicijs. Eſtant enim C. Licinij verſus: Bithynia quicquid & pędicator Cæſar vnquam habuit. Dolabella quoque Cæſarem ipſum pellicem reginæ vocabat. Curio ſtabulum Nicomedis, & Bithynicam fornicam. Et bibulus proſcripſit collegam ſuum Bithynicam, cui dicebat regem antea fuiſſe cordi, nunc eſſe regnum. Et C. Memmius obiecit ad ciathum & vinum Nicomedis ſtetiſſe, cum reliquis exoletis pleno conuiuio accubantius. Gallico denique triumpho milites eius inter cætera carmen illud pronunciauerunt: Gallias Cæſar ſubegit, Nicomedes Cæſarem. Sueton.

Auguſtum ferunt inter duodecim Catamitos, totidemq́ue puellas accubare ſolitũ. Idem abiecta vxore Scribonia, amore alieni cõiugis poſſeſſus, & Liuiam quaſi marito concedente ſibi coniunxit. Quumque eſſet luxuriæ ancipium, eius tamen vicij ſeueriſſimus fuit vltor. Teſtis Sextus Aurelius. M. Antonius dicebat, eũ adoptionem auunculi ſtupro meruiſſe. Fertur & Aulo Hircio in Hiſpania trecentis millibus nummũm ſe ſubſtrauiſſe. Idem ſolitus eſt ſuburere crura nuce ardenti, quo mollior pilus ſurgeret. Sueton.

Coactus eſt Auguſtus Iulias filiam & neptem, omnibus libidinum probris contaminatas relegare. Conſtat filiam infamem fuiſſe vulgatis per vrbem adulterijs.

Hoſtius princeps quidam fuit obſcœnitatis perditiſſimæ, præferuidæque libidinis Auguſti temporibus vtrique Veneri, maſculæ ſcilicet & muliebri, deditiſſimus: qui fecit ſpecula eius notæ, vt imagines multò redderent maiores. Quum ergo Veneri ſe daret, ea ita diſponebat, vt quum virum pateretur omnes admiſſarij ſui motus in ſpeculo videret, ac deinde falſa ipſius membri magnitudine tanquam vera gauderet.

Tiberius Cæſar, autore Tranquillo, cellariam excogitauit ſedem arcanarum libidinum: in quam accerſiti puellarum & exoletorum greges, monſtruoſique concubitus repertores triplici ſerie connexi inceſtarent ſe coram ipſo. In ſyluis quoque Venereos locos excogitauit cõmentusq; eſt, quib. impenetrabat proſtantes. Inſtituit & pueros primæ teneritudinis (quos piſciculos vocabat) vt natanti ſibi inter fęmina verſarentur ac luderẽt, lingua morſuq; ſenſim appetẽtes: eosq; quaſi infantes firmiores, necdũ tamẽ lacte depulſos, inguini ceu papillæ admouebat. Fertur & in ſacrificando quondã faciem miniſtri acerrã præferẽtis nequiuiſſe abſtinere, quin penè vix dum re diuina peracta ibidem ſtatim ſeductum conſupraret, fratremq;

eius

eius tibicinem : quibus tamen poſtea crura infregit, quòd flagitium mutuò exprobrabant.

Quum multa ſint exempla crudelitatis in Nerone, libidinis quoque non pauciora turpiſſimam eius vitam infamant. Quorum hæc præcipua: Rubriæ Veſtali virgini vim intulit. Puerum Sporum exectis teſtibus in muliebrem naturam transfigurare conatus eſt, quem & ſolenni nuptiarum officio ad ſe cum dote perductũ pro vxore habuit. Propterea emanarat iocus, bene agi potuiſſe cum rebus humanis, ſi Domitius eius pater talem habuiſſet vxorem. Præterea matris concubitum appetijt, cum qua (dum in lectica vnà veheretur) libidinatus eſt. Viros & fœminas ad ſtipites quandoque deligauit, vt eorum inguina & inuaderet, & deambularet. Doryphoro liberto (ſicut ipſi Sporus fecerat) denupſit, voces & eiulatus compreſſit vim patientium virginum imitatus. Hæc Tranquillus. De hac eius portentoſa libidine Cornel. Tacit. abundè ſcribit.

Caluia Criſpilina fuit magiſtra libidinum Neronis, digna diſcipulo magiſtra. Idem Tacit. lib. 17.

Agripina filij Neronis concubitum deſideraſſe fertur. Plin. apud Tacit. lib. 4.

Tigillinus fuit quiſpiã inter Romanos vitæ corruptiſſimæ, qui per impudicitiam multa à Nerone conſecutus eſt, quem ad omnes corruperat. Corn. Tacit. lib. 17.

Meſſalina Claudij Cæſaris coniunx ad certamen Veneris elegit nobiliſſimã ex proſtitutis ancillam mercenariæ ſtipis, eamque die ac nocte ſuperauit quinto ac viceſimo concubitu. autor Plin. lib. 19. cap. 62.

Idem Plin. ſcribit Arellium celebrem fuiſſe Romæ pictorem paulo ante diuum Auguſtum, qui ſemper alicuius amore fœminæ flagrauerit.

Aufidius crebris fuit adulterijs famoſus, & matronarum frequentiſſimus corruptior apud Romanos. Iuuen. Saty 9. Notior Aufidio mœchus celebrare ſolebat. Mart. Procuratorem vultu qui proferat ipſo? Acrior hoc cuius non erit Aufidius.

Non erubuit Imper. Caligula ſororibus ſuis congredi, quarum ambas exoletis ſuis proſtrauit, quo facilius eas in cauſa Æmilij condemnaret, tanquam adulteras. Liuiam Horeſtilam, C. Piſon. nuptã, ſibi iunxit, & intra biennium repudiauit, rẽpudiatam relegauit. Lolliam Paulinam C. Memmio oblatam coniunxit ſibi, breuiq; miſſam fecit, interdicto cuiuſq; in perpetuum coitu. Ceſoniam adamauit, quam amicis plerumque oſtendit nudam. M. Lepidum & M. Neſtorem pantominum dilexiſſe fertur commercio mutui ſtupri. Val. Catullus conſulari familia iuuenis, ſtupratum ſe ab eo, & latera ſibi contubernio eius defeſſa vociferatus eſt. autor Sueton.

Commodus Imperator ſorores conſtuprauit, ſuosque concubinas videns, ac volens, ab amicis conſtuprari paſſus eſt. Adoleſcens infamauit omne genus hominum, quod erat ſecum, & ab omnibus eſt infamatus. Habuit in delicijs homines appellatos nominibus verendorum vtriuſque ſexus, quos libentius oculis ſuis applicabat. autor Lampridius.

Idem Commodus cum 300. concubinis, quas ex matronarum meretricumque delectu ad formæ ſpeciem conſtituerat, ac trecentis alijs puberidus exoletis (quos ex plebe & nobilitate collegerat in palatio) bacchatur, & laſciuiebat. Idem Lampridius.

Exercuit Imperator Domitianus aſſiduitatem nimiæ libidinis, quam Clinopalem, id eſt lecti palæſtram vocabat. Inter vulgatiſſimas meretrices quandoque natataſſe dicitur. Fratris filiam adhuc virginem alteri collocatam viro corrupit. Sueton.

Heliogabalus collegit naturæ monſtrum lenones, meretrices, exoletos, & ſubactores propè innumeros, quibus adiecit naſatos homines, id eſt mutoniatos, quoniam his ad libidinem & flagitium vtebatur ſceleſtiſſimè. Quocirca Lampridius ad Cõſtantinum Imperatorem, de prodigioſa eius venere ſcribens, ait. Quis ferre poſſet principem per cuncta caua corporis libidinem recipientem, quum ne beluam quidem talem quiſquam ferat Romæ? Habuit inſuper emiſſarios, quibus nihil aliud

erat negocij, niſi bene naſatos perquirerent, eosque ad aulam perducerent, vt illis ſe compolluerent.

Gordianus Iunior (qui cum patre imperauit) totus fuit mulierôſus, ac libidini deditus, Concubinas habuit 22. & ex omnibus ternos & quaternos liberos. Vnde & Priamus ſui ſeculi vocatus eſt, & à nõnullis per cauillũ Priapus. autor Capitolin.

Antonius cognomento Caracalla, Iuliam nouercam in matrimonium duxit. Ælius Spartianus.

Proculus Imp. centum Sarmatas virgines bello captas diebus 15. (vt ipſe gloriabatur) grauidas reddidit, magno libidinis argumento. Flaccus Vopiſcus & Sabellicus in exemplis.

Luſius Marij ex ſorore nepos, quum Trebonio pudicæ ſanctitatis militi vim & ſtuprum vellet inferre, ab eodem interfectus eſt.

Victorinus tyrannus (qui Galeni temporibus Gallias rexit) cauſa libidinum in matronas interfectus eſt apud Agrippinam Trebell. Pollio.

Ruffi cuiuſdam Bononienſis libidinem Catullus amarulentè lacerat, quòd mulieris mãgæos irrumaret.

Satyrus felle aſpergit quendam Gellium patrui ſui irrumatorem, matriſque & ſororis ſtupratorem.

Gallum quendam conuicijs quoque proſcindit, qui vt facilius poſſet fratrum ſuorũ liberos & vxorẽ in ſuam libidinem alliceret, ipſe leno eos ſtupra committere docuit. Hæc autem Catulli verba: Gallus homo eſt bellus, nam dulces iungit amores Cum puero, vt bello bella puella cubet. Gallus homo eſt bellus nec ſe videt eſſe maritum Qui patruus patrui monſtret adulterium.

Papilium quendam Mart. lib. 7. taxat velut cunnilingum & irrumatorem.

Auſonius inuehitur ſuis carminibus in quendam Eunum, quem liguritorem & irrumatorem taxat.

Childericus Francorum rex ob libidinem in matronas regno pulſus eſt, demum tamen reſtitutus.

Vgutius princeps Florentinus interfectus eſt à ciuibus, ob procliuem in fœminas libidinem. Volateranus.

MERETRICES QVÆDAM.

Mintham fingunt fabulę Plutonis fuiſſe pellicem, quam Proſerpina dolis circumuenerit, & in hortenſem mentam cõmutauerit. Huius meminerunt Strabo lib. 8. Cælius cap. 22. lib. 6.

Rhodope meretrix fuit Ægyptia, quæ tantas opes meretricio quæſtu ſibi comparauit, vt ſuperbam & magnificam in Ægypto pyramidem conſtruxerit. Eam Sappho Doricã vocat, & fratris ſui Charaxi amicam, his verbis, Arſit inops frater victus meretricis amore Mixtaque cum turpi damna pudore tulit. Sunt qui putent alteram fuiſſe Rhodopen Thraciam genere, quam Xanthus Samius in Ægyptum detulerit, itidem meretricem Pyramidis illius autorem, & Æſopi fabulatoris Frygij conſeruam. Cui opinioni aſtipulatur Plinius lib. 36. Natur. Hiſt. De hac etiam meminit Plutarchus in Nicia, & Herod. in Euterpe.

Lais meretrix fuit Corinthia, ad quam propter formæ elegantiam Græci omnes turmatim conuolabant. Claudianus in Eutropium: Haud aliter iuuenum flamine Ephyreia Lais, Et gemino ditata mari. Ariſtippo Cyrenaico cum ea fuit conſuetudo: quod tamen flagitium philoſophus ſic defendebat, vt diceret multum inter ſe & cæteros Laidis amatores intereſſe, quod ipſe haberet Laidem, alij vero haberẽtur à Laide. autor Lactantius, qui etiam hoc ait: Quid ergo interfuit, quo animo philoſophus ad meretricem famoſiſſimam commearet, quum eum populus & riuale, ſui viderent omnibus perditis nequiorem? Ab hac meretrice quum Demoſthenes petijſſet, vt ſui copiam faceret, & illa decem drachmarum millia pro cõcubitu popoſciſſet, pecuniæ magnitudine deterritus & expauidus philoſophus, Pœnitere,

nitere, inquit, tanti non emo. autor Gell. & poſt hunc Macrobius.

Thais fuit itidem meretrix, quæ Atticam iuuentutem in ſui amorem pellexit. Hanc ſuis carminibus celebrauit Menander poeta Græcus, vnde & Menandræa dicta eſt. Propert. Turba Menandreæ fuerat nec Thaides olim tanta in qua populus luſit Ericthonius.

Phryne meretrix Theſpienſis (quæ ciuitas eſt Bœotiç) olim in iudicium vocata, dum ſibi timeret à ſententia iudicum, ſublatis tunicis corpus denudauit. Cuius pulchritudine permoti iudices, liberam abire permiſerunt. Neque tam profuit puellæ Hyperidis actio & patrocinium, quàm venuſtas formæ, autore Quintil.

Eidem quum Praxiteles dediſſet optionem eligendæ imaginis omnium (quas haberet) pulcherrimæ nec tamẽ ipſe prodere voluiſſet, quæ nam eſſet pulcherrima, hoc fabricauit commentum: Subornauit enim qui Praxiteli nunciaret officinam cum ſignis & tabulis conflagrare, quo triſti nuncio permotus Praxiteles percontari cœpit, Eſſet ne ſaluus ſuus cupido. Hoc itaque dolo explorauit meretrix, quænã eſſet tabula omnium ditiſſima. De hac meminit Propertius libro primo: Nec quæ deletis potuit, &c.

Glycerium Theſpienſis fuit meretrix, quæ tabulam Cupidinis (quam à Praxitele gratis acceperat) Theſpienſibus quoque dono dedit.

Leontiam Gellius ſcribit fuiſſe meretricem, quæ Theophraſti libris doctiſſimè reſponderit.

Sinope ſcortum fuit nobile, celebrataque laſciuiæ, hinc Sinopiſſare verbum, eſt libidinari & laſciuire. Eraſmus in Chiliad.

Eriſicthon quidam Theſſalus, quum abſumptis facultatibus ad extremam deueniſſet inopiam, coactus eſt filiam (quam habebat liberali forma) Metram nomine proſtituere. Ad quam qui cõmeabant adoleſcentes corporis copiam non aſſequebantur, niſi equos, boues ampliſſimaque deferrent munera: quia nondum id temporis repertus fuerat gemmarum vſus. Porrò Theſſali per iocum dicebant, Metram Eriſicthoni verti in ea omnia, quæ illi ab amatoribus donabantur. Vnde fluxit prouerbium, Mutabilior Metra Eriſicthonis.

Philenis meretrix fuit, quam Philocrates poeta Græcus ſuis carminibus lacerauit. De hac etiam meminit Mart. lib. 2.

Vettius apud Lactantium teſtis eſt, Faulam Herculis ſcortum fuiſſe.

Alcen quandam fuiſſe meretricem, palàm eſt ex verbis Gelij lib. 4. ſcribẽtis. Dicebat Pythagoras ſe Euphorbum primò fuiſſe, deinde Pyrandrum, deinde Callidenam, deinde fœminam pulchra facie meretricem, cui nomen fuerit Alce.

Ferunt ſcortũ quoddam fuiſſe nomine Cyrenem, quæ in peragenda Venere duodecim figuris vſa ſit. autor Eraſ. in explanatione illius adagij, Duodecim artium hõ.

Aſpaſia meretrix fuit, cuius gratia & ſuaſu Pericles Samios expugnauit. autor Plut.

Pithonicam idem in Phocione ſcribit fuiſſe meretricem, quam Harpalus Alexandri domeſticus ſupra modum adamauerit.

Eodem teſte Alcibiades Athenienſis meretricem habuit chariſſimam, Tymandram nomine, quæ mortuo tumulum pro facultatibus ſuis magnificum erexit. Cum hac oppreſſus eſt Alcibiades ipſe à Lyſandro.

Plinius ſcribit Campaſpen meretricem fuiſſe forma admodum liberali, quam Alexander Apelli pictori eam depereunti dono dederit.

Autorum monumentis celebratur Leæna meretrix, quæ nullis tormentis cogi potuit, vt Armodium & Ariſtogitonem tyrannicidas proderet: in hoc Anaxarchum imitata, qui quum ſimili de cauſa torqueretur, præciſam dentibus linguam in tortores expuit. autores Plin. & Lactantius, & Crin. lib. 9. cap. 8.

Pandemus meretriculæ cuiuſdam fuit nomen, autore Cælio.

Ariſtophanes in comœdijs ſcripſit Cynnam Salauacham, & Caſauriam fuiſſe Athenis celebres & forma exuperanti metriculas.

Abrotonum meretricis nomen eſt, quam Themiſtoclis fuiſſe matrem, Amphicrates apud Cælium prodit, in libro de viris illuſtribus.

Anticyra fuit meretrix, quam inde nuncupatam ferunt, quod cum mentis emotæ hominibus furentibusque diſcumberet: vel quòd Nicoſtratus medicus moriens hellebori ρυπon ei magna reliquerit. Cælius c. 6. lib. 13.

Hermia fuit meretrix, cui præ nimio amore ſacra fecit Ariſtoteles, eiuſque laudibus hymnos dicauit. vnde ab Eurimedonte ſeu Demophilo accuſatus, relictis Athenis (vbi 30. annos docuerat) Chalcidem ſe recepit. autor Origenes.

Herodotus in Euterpe ſcribit, Archidicem Græcam fuiſſe meretriculam, cuius amore inſaniens Charaxus frater Sapphus Mitylenem redierit.

Inter Corinth. meretrices vniantur Lais, Cyrene, Leæna, Sinopæ, Pirrhine Sicyone.

Apollodorus prodit, meretriculas quaſdam fuiſſe Aphias, ideſt, Apuas cognominatas, quòd minutulæ forent, albæque oculis glandioribus. Nomina eis fuere. Stagónium & Anthis. Cælius cap. 19. lib. 5.

Scribit Cælius, Sapphon è Lesbo meretricem fuiſſe, ſed non poetriam: quoniam Lyrica Scandronymi fuit filia, altera à ſcorto.

Faucula Clunia meretrix fuit alioqui tamen pientiſſima. Nam Annibale Capuam tenente alimenta captiuis egentibus furtim ſuppeditabat. Liuius lib. 26.

Flora meretrix fuit, quæ populum Romanum conſtituit hæredem. Vnde Floralia ſacra eidem conſecrata ſunt alio nomine Larentia vocatur. De hac vide Gellium lib. 6. cap. 7.

Mannulia fuit meretrix, cui Hoſtilius Mancinus diem dixit ad populum, quòd de ambulacro eius noctu lapide ictus eſſet. autor Gell.

Baryne Romana fuit meretrix, quā Horatius ſuis carminib. illuſtrauit, dicens: Vlla ſi iuris tibi peierati Pœna Baryne nocuiſſet vnquam. Simili modo Mart. de Spatale ſcribit. Nouit Loturos. Dasius numerare, popoſcit Mammoſam Spatalem pro tribus, illa dedit.

Aphra fuit meretrix in Creta, quæ vna cum tribus ancillis, Dimna, Eugenia, & Eutropia, cunctis ſe proſtituebat. Tandem tamen a Narciſſo Hieroſolymorum epiſcopo ad bonam frugem reuocata, voluptati repudium miſit, & Chriſtianam ſecuta eſt religionem, pro qua etiam martyrium paſſa eſt.

Eodem modo Maria Magdalena, Syri & Euchariæ filia, Lazarique & Marthæ ſoror aliquot annis voluptatibus impulſit, adeò vt peccatricis meruerit nomen. Demum tamen vbi ad Chriſti in Simonis Leproſi domo recumbentis, pedes ſe prouoluiſſet, ſuiſque rigaſſet lachrymis, capilliſque abſterſiſſet, & delibuiſſet vnguento, veniam impetrauit.

Niceta & Aquilina ſorores, quum corporis quæſtu mererent miſſæ ſunt à rege Dagnæ ad corrumpendum Beatum Chriſtophorum, inculcandumq; ei falſæ religionis cultum. Verum aliter res ſe habuit. Nam & ipſæ ad fidem conuerſæ ſunt, & iuſſu regis interfectæ.

Chione nomen eſt ſcorti apud Mart. lib. 1. dicentem. A Chione ſaltem, vel Laide diſce pudorem, Abſcondunt ſpurcas hæc monumenta lupas. Lyciſca apud eundem notatur vt felatrix & lupa, his verbis: Facere in Lyciſcam Paule me iubes verſus, Quibus illa lectis rubeat, & fit irata O Paule malus es, irrumare vis ſolus. Item apud Iuuenal. Nomen mentita Lyciſcæ.

Cæliam Mart. lib. 7. Epigram. notat, quòd cuicunque petenti corporis ſui copiam faceret. Vide verſus in hiſtoria de libidinoſis.

LENONES ET LENÆ.

Dipſas nomen eſt lenæ, quam Ouid. 1. Eleg. ſuis carminibus inſectatur, quòd puellam ſuam meretricia arte inſtrueret. Sic autem ſcribit: eſt quædam (quicunque volet cognoſcere lenam Audiat) eſt quædam nomine Dipſas anus, &c.

Crobylus leno fuit ſceleſtiſſimus: is duo ſcorta domi alebat, quorum lenocinijs quam plurimos

plurimos adoleſcentes in perniciem alliciebat, allectos compilabat furto. Vnde natum adagium, Crobili iugum: quod de conuentu & ſocietate duorum hominũ qui pari ſunt improbitate, dici conſueuit. Eraſmus in Chiliadibus.

Timeus apud Eraſmum teſtis eſt, Cinarum quempiam fuiſſe, patria Selinuſium, arte Lenonẽ, qui quoad viuebat, pollicebatur ſe facultates omnes Veneri conſecraturum, Cæterum moriens populo diripiendas expoſuit.

Catullus inuehitur in quendam Silonem, quem vt lenonem arguit.

Aphra meretrix (quam diximus à Narciſſo Hieroſolymorum epiſcopo à turpi & immundo quæſtu reuocatum fuiſſe) matrem habuit Hylariam, quæ ſolis lenocinijs victum ſibi comparabat.

HOMINVM AMASII.

Minos rex Cretenſium ſuſceptas cum Athenienſibus inimicitias, ob mortem filij ſui Androgei, lubens depoſuit, amore Theſei (quem deperibat) ineſcatus.

Laius a Pelope hoſpito ſuſceptus, filium eius Chryſippum ita adamauit, vt ſecũ Thebas rapuerit. Praxilla tamen apud Cælium teſtis eſt, hoc à Ioue perperratum.

Gyges rex Lydorum Magnetem Smyrneum, eximia pulchritudine clarum vſq; adeo dilexit, vt bellum in Magneſios mouerit, quòd puero capillos totondiſſet, quod videtur deformior.

Ariſtogiton Athenienſis Armodium inſigni forma adoleſcentem etiam deperijt. autor Thucydides lib. 6.

Philoclem eximium adoleſcentem amauit Epicurus, ad quem ſolitus erat hoc modo ſcribere Conſumor ac deficio amabilem tuum ac diuinũ ingreſſum ſuſtinens.

Argilium Pauſanias Lacedæmonius autore Cælio, ſpecioſa pulchritudine adoleſcentem amore Venereo dilexit.

Cælius lib. 19. cap. 11. citat hos Platonis verſus amatorios de ſuo Agathone, quẽ vti meritorium dilexit: Suauia dans Agathoni animam ipſe in labra tenebam, Aegra etenim properans tanquam abitura fuit. Amauit quoque Stellam ob ingenij ſuauitatem & elegantiam, de qua, autore Plutarcho, ſequẽtes verſus luſit: Ardentes Stella lucens mea Stella tueris, Cœlum vtinam fierem, te vt multo lumine cernã.

Item: Stella prius ſuperis fulgebas Lucifer, at nunc Heſperus ab fulges manibus occiduus. Hæc nouiſſima ſcripſit poſt eius mortem.

Batyllus fuit Anacreontis poetæ delicium. Vnde Horat. in Epod. Non aliter Samio dicunt arſiſſe Batyllo Anacreonta Teium. Ab eodem quoq; adamatus eſt Megiſtheus puer De vtroque Politian. in Ruſtico: Nunc Samium celebras (iubet Adraſtæa) Batyllum, Nunc teneram Eurypilem, tenerumque Megiſthea laudas, Tandem acino paſſæ cadit interceptus ab vuæ.

Aſinius Gallus poeta, filius Aſinij Pollionis viri conſularis, pari quoque affectu dilexit Hippolytum liberali forma adoleſcentem.

Voconius Victor poeta, habuit in delicijs Teſtylum puerum eleganti forma. Vnde Mart. Teſtyle victoris tormentum dulce Voconi, Quo nemo eſt toto notior orbe puer: Sic etiam poſitis formoſus amore capillis, Et placet vati nulla puella tuo.

Ligurinus Horatij fuit delicium. Vnde lib. 4. Car. ſcribit: Sed cur heu Ligurine, cur manat rara meas lachryma per genas? Cur facunda parum decoro inter verba cadit lingua ſilentio? Nocturnis ego ſomnijs iam captuum teneo, iam uolucrẽ. Amauit & Lyciſtum, de quo ſic ſcribit in Epodo: Nunc gloriantis quamlibet mulierculam Vincere mollicia amor Liciſtime tenet. Arſit Euripides tragœdiographus Agathonem puerulum, quem adultiorem quoque amplexabatur arctius, ſuauiabaturque etiam ſpectante populo, & in conuiuijs.

Aratus Poeta Cilix Philinum adoleſcentulum deperijt, pro cuius reditu è Chio inſula, deos multa precatus eſt.

Catullus ſuos amores in Iuuencium his exprimit verbis: Surripui tibi (dũ ludis) mellite Iuuenci, Suauiolum dulci dulcis ambroſia. Verum id non impunè tulit, namq;

amplius horum. Suffixum in ſumma me memini eſſe cruce. Quæ carmina plena ſunt pruritus,multamque ſe ferunt laſciuiam.

Antinous puer fuit elegantiſſimæ formæ ex Claudiopoli Bithyniæ ciuitate, quem Adrianus Imperator ad infamiam vſque adamauit, vt etiam mortuo ciuitatem conſtruxerit,templumque erexerit cum ara,& eius effigiem curauerit imprimendam.Spartianus ait puerum illum ab Imp.muliebriter defletum. Dion Caſſius.

Roſcium adoleſcentem amauit Qu. Catullus Epigrammatiſta, de cuius forma hunc in modum ſcripſit:Cõſtiteram exorientem auroram fortè ſalutans,Quum ſubito à læua Roſcius exoritur, Pace mihi liceat cęleſtes dicere veſtra, Mortalis viſus pulchrior eſſe Deo Amauit & Theotimum.de quo ſic ſcribit: Aufugit mi animus, credo vt ſolet,ad Theotimum Deuenir,ſic eſt,perfugium illud habet.

Lycum puerum adamauit Alcæus poeta Lyricus, de quo Horat.lib.1. Car.Liberum & muſas,Veneremq; & illi Semper hærentem puerum canebat,Et Lycum nigris oculis,nigroſque Crine decorum. Polit. in Nutritia.

Amauit Valgius poeta elegiographus Myſten, cuius mortẽ multis lachrymis defleuit,dicente Hor.Tu ſemper vrges Flebilibus modis Myſten ademptum, nec tibi veſpero Surgente decederunt amores,nec rapidum fugiente ſolem.

Habuit imprimis Val. Flacc. poeta Setinus in delicijs Amazonicum puerum, cuius formam commendat Martial.

Tibullus ſuum Cherinthum,de quo lib.4.ait: eſt qui te Cher nte dies dedit hic mihi ſanctus,Atque inter ſanctos ſemper habendus erit. De quo lib.2.ſic ait:Heu heu quam Marathus lento me torquet amore.Lygdum adamauit Pamph.Saxus,vnde lib.4.ait: Sed peterent Lygdum Lygdus, mea vita,meum cor, Lux mea, qui facie vulnera millegerit. Eius quo formam multis locis magnopere extollit.

Catullus facit Auſilenum Cælij cuiuſdam Veronenſis amaſium,vbi ait:Cælius Auſilenum,& Quintius Auſilenam Flos Veronenſium depereunt iuuenum.Inter meritorios pueros etiam ponuntur Eurialus Virgilan.Parthenopæus Statian.Cottalus Siculus. Anacreontis Harmodius Hippiæ,Alter Platonis,Piſo Galbæ.

DEORVM ET HOMINVM AMASIÆ.

Daphnen Penei fluminis filiam adamatam Apollini teſtatur Sapho ad Phaonem:Et Phœbus Daphnem,& Gnoſida Bacchus amauit.

Tyro Salmonei filia adamata eſt à Neptuno,& ab eodem compreſſa.Prop.lib.1.Nõ ſic Aemonio Salmonida miſſus Enipeo Tenarius facili preſſit amore deus.

Hebem Deam iuuentutis amauit Hercules.Idem Prop.lib.1.Nec ſi cęleſtẽ flagrans amor Herculis Heben Senſit in Oæteis gaudia prima iugis. Amauit quoq; Iolen & Omphalem reginam Lydorum. Idem Prop.lib.3.

Aliæ Deorum, & hominum amaſiæ fuerunt, Ariadne Minois filia, Bacchi, Syrinx Nympha.Panos.Ero, Læandri. Phillis filia Lycurgi regis Thracũ, Demophoontis,Ariadne,Theſei.Atalanta,Meleagri: Cydippe,Aconthij: Iphis,Patrocli:Similax,Croci.amtor Plin.lib.16.cap.36. Glycera, Pauſiæ Sicionij pictoris.Plin.li.21. cap.2 & lib.35.c.10.Sappho,Phaonis.

Campſace,Alexandri,quam Alexander ipſe muneri dedit Apelli pictori, Plin.lib.35. cap.10.Pin lace,Statoclis,autore Plut. Rhoxane,Alexandri. Plut & Curtius.Echo Narciſſi. Auſonius,Commoritur Narciſſe tibi reſonabilis Echo.Calentius. Riſit Liriopes flagrantem filius Echo.

Thysbe Pyrami. Stroza pater: Non magis infelix Thysbe dilexit amantem.

Tyro Salmonei filia Enipei. Prop.lib.1.Teſtis Theſſalico flagrans Salmonis Enipeo.

Phœbe Caſtoris,Ilaria Pollucis,quæ fuerunt Leucippi filiæ.Prop.lib.1. Nõ ſic Leucippi ſuccendit Caſtora Phœbe,Pollucem cultu non Ilaria ſoror.

Chloris ſeu Flora,dea florum,Zephiri,a cuius nomine dicitur zephyritis.

Galathea nympha Polyphemi.Prop.lib.3. Quinetiam e Polypheme fera Galathea ſub Aetna.Ad tua rorantes carmina flexit equos.

Berſabea

Berſabea Dauidis Idem Strozа: Ille ſacri nates operis celſeia proles, Præfecit populo quem Deus ipſe ſuo, Berſabeæ captus forma tibi magno cupido Ceſſit.
Helena Paridis. Prop. lib. 2. Ipſe Paris nuda fertur perijſſe Lacæna, Quum Menelaæo ſurgeret è thalamo.
Acmæ Septimij. Catullus: Acmē Septimius (ſuos amores) Teneus in gremio, mea, inquit, Acme, Nite perdite amo, atque amare, porro omnes ſum aſſidue paratus annos. Solus in Lybya Indiaq; toſto Cæſio veniam obuius leoni.
Aufilena Quintij. Catullus: Cælius Aufilenum, & Quintius Aufilenā Flos Veronenſium depereunt iuuenem.
Atalanta Mimalionis Arcadici Propert. Mimalion nullos fugiendo Tulle labores Sæuitiam duræ contulit Iaſidos &c.
Antigone Hæmonis Bœotij, quam quum iugulari feciſſet Creton, Hæmon ad mortuæ tumulum ſe interfecit. Prop. lib. 2. Quid? non Antigones tumulo Bęotius Hęmon Sancius ipſe ſuo corruit enſe latus?
Briſeis Achillis Horat. Prius inſolentem Serua Briſeis niueo colore Mouit Achilem. Prop. li. 2. Omnia formoſam propter Briſeida paſſus, Tantus in erepto ſæuit amore dolor. Idem Nec non exanimem amplectens Briſeis Achillem, Candida veſana verberat ora manu.
Rhodope Charaxi, fratris Sapphus. Sappho ad Phaonem: Arſit inops frater victus meretricis amore, Mixtaq; cum turpi damna pudore tulit.
Andromeda Perſei. Sappho ad Phaonem: Candida ſi non ſum, placuit Cepheia Perſeo Andromede, patriæ fuſca colore ſuæ.
Heſperie, Nympha. Aeſaci.
Lesbia Catulli. Catullus. Nulla poteſt mulier tantum ſe dicere amatam Vere, quantum à me Lesbja amata mea eſt. Hæc vero nomine vocabatur Claudia. Amauit etiam Ipſithillam.
Quintilia Calui Licinij Catullus. Certe non tanto mors immatura dolori eſt Quintiliæ, quantum gaudet amore tuo. Prop li. 2. Hoc etiam docti confeſſa eſt pagina Calui, Quum caneret miſeræ funera Quintiliæ.
Lyde Callimachi Batthis Philetæ Ouid. lib. 1. de Triſt. Nec tantum Clario Lyde eſt dilecta poetæ, Nec tantum Coo Batthis amata ſuo.
Beatrix Dātis Aligeri Aureta Petrarchæ. Lycinia. Horatij Hor. lib. 2. Car. Me dulcis dominæ muſa Lyciniæ Cantus, me voluit dicere lucidum Fulgentes oculos, & bene mutuis Fidum pectus amoribus Amauit & Glyceram. De qua li. 3. Car. Me lentus Glyceræ torret amor meæ.
Stella Platonis autor Plut.
Violantilla Stellæ poetæ Hæc Græce Hiantis dicitur. Mart. lib. 6. Perpetuam Stellæ dum iungit Hiantida vati, Læta Venus dixit, plus dare non potuit. Aliter vocatur Aſteris Vide Statium in Syluis.
Leucadia Terentij Varronis Atacini. Hinc fluxit illud diſtichon: Hæc quoq; perfecto ludebat Iaſone Varro, Varro Leucadiæ maxima flammæ ſuæ.
Dælia, Sulpitia, Nemeſis, Neæra, Tibulli. De Memeſi notum eſt illud. Vrit amatorem Nemeſis laſciua Tibullum, In tota iuuit quem nihil eſſe domo.
Hoſtia ſeu Cinthia, Propertij. Prop ipſe lib. 1. Illa vel anguſta mecum requieſcere lecto, Et quocunque modo maluit eſſe mea Quam ſibi dotatæ regnum vetus Hippodamiæ, Et quas Elis opes ante pararat equis. Idem lib. 1. Cynthia prima ſuis miſerum me cepit ocellis, Contactum nullis ante cupidinibus. Mart. Cynthia facundi carmen iuuenile Prop. Accepit famam, nec minus ipſa dedit.
Milenes Domitij Marſi. Martialis: Nota tamen Marſi fuſca Meleni erit.
Ceſennia Cn. Getulici epigrāmatiſtæ. Biſſula Auſonij Galli. Metella Ticidæ epigrāmatiſtæ. Cyteris, ſeu Lycoris Cornelij Galli. Hinc illud manauit: Gallus & Heſperijs & Gallus notus Eois, Et ſua cum Gallo nota Lycoris erit. Pamphilia Valerij Aeditui.

Aeditui. De qua ſic apud Gellium ſcribit: Dicere quum conor curam tibi Pamphila cordis, Quid mi abs te quærã? membra labris abeunt, per pectus miſerum manat ſubito mihi ſudor, Sic tacitus, ſubitus, duplo ideo pereo.

Cryſis Q. Trabeæ comœdiographi, de qua ſic ſcripſit: De improuiſo Chry. aſpexerit, Alacris obuiã mihi ueniens complexum exoptans meum, mihi ſe dedet, Fortunam ipſam anteibo fortunis meis.

Neæra Lycinij Imbricis, idẽ Comædiographi: de qua afferuntur hi uerſus: Nolo ego Neærã te vocent, ſed Nerienẽ, quum quidem Marti es in connubium data. Propertius lib. 2. de pleriſque Poetarum amaſijs ſcribit.

Item Sidonius Apoll. li. 2. de alijs meminit. Siſque oppido meminens, quòd olim Martia Hortẽſio, Terẽtia Tullio, Calphurnia Plinio, Prudẽtilla Apuleio, Ruſticana Symmacho, legentibus meditantibusq. candelas, & candelabra tenuere. Reminiſcere quod ſæpe uerſũ Corynna cum ſuo Naſone cõpleuit, Lesbia cũ Catullo, Celennia cũ Getulico, Argentaria cum Lucano, Cynthia cum Propertio, Delia cum Tibullo.

His addi poſſunt Lamia Demetrij, Phryne Timothei, Flora Pompeij, Aſpaſia periclis, Rhodope pſammitici, & Antonijs Cleopatra.

PROCI DIVERSARVM MVLIERVM.

Hippoclides Tyſandri fuit filius, qui cũ multis alijs iuuenibus Clisthenis Sicyonij filiam ambiuit autor Herodotus, qui filiam illam Agariſtam uocat, alioſq; eius procos enumerat, Smyndridẽ, Sybaritem, Syritanũ, Damnaſum, quos ab Italia ad certamẽ veniſſe ſcribit. Venerũt eodem ex Ionio ſinu Amphimneſtrus, Epidamnius, Ætolus, Meges. E Peloponneſo Leocides Phidonis Argiuorũ tyrãni filius, Amianthus, archus, arcas. Laphanes, Heleus. Ex attica Megacles Alcmeonis filius. Ex Ethruria Lyſanias. E Theſſalia Diactorides, Cranoni9. Ex Moloſſis alcon. Cõuenerant autẽ in Græciã, vt in Olympico certamine uires ſuas oſtẽtarẽt, quoniã pater puellæ Clisthenes Ariſtonymi filius proclamauerat, ei ſe daturum filiam, quem in certamine præſtantiſſimum reperiſſet.

Proci Hippodamiæ Oenomai filiæ numerãt Marmax, alcathus parthaonis filius Suryalus, Eurymachus, Crotalus, Acrias Lacedæmonius, Caper9, Lycurgus, Laſius, Chalcodus, Tricolonus, Ariſtomach9, Prias, Pelagus, Æolius, Crom9, Erythus Leuconis filius. Alij tamẽ enumerãtur Merinnes, Hippotous, Pelops Opõtius, acarnã, Eurimach9, Eurilochus, Automedõ, Laſius, Chalchõ, Tricotonus, Alchatus, Ariſtomachus, Crocalus. Cælius ſcribit, Marmaca omniũ primũ veniſſe Hippodamiæ procũ, & ante alios ab Oenomao necatum. Equaſque eius tradunt vocatas Partheniam & Eriphã: quas quum iugulaſſet Oenomaus, iuſſit ſepeliri.

Abſente Vlyſſe proci ex diuerſis locis cõuenerũt, vt caſtitati Penelopes inſidiarẽtur fueruntq. Dulichij 52. Samij 24. Zacynthij 20. Ithacẽſes 22. ex quibus hi ab Homero nominãtur, Antinous, Eurinous, Eurymachus, Leocritus, Neſo, Pylander, Heſippus Agalus Leocles, Ampinomus. Democholomæus, Medon præco, Euphemus citharædus. Quos omnes reuerſus Vlyſſes occidit. Ouidiana Penelope nõnullos his uerbis enumerat: Dulichij, Samijq. & quos tulit alta Zacynthos Turba ruũt in me luxurioſa proci. Quid tibi pyſãdrum, polybũ, Medontaque dirum, Eurimachiq. auidas, Antinoiq. manus. Atq. alios referum? quos oẽs turpiter abſens. Ipſe tuo partis ſanguine rebus alis. Irus egens, pecoriſq. Melathius autor edendi, Vltimus accedũt in tua damna pudor. De Antinoo Prop. li. 4. meminit. Penelopẽ quoq. neglecto rumore mariti, Nubere laſciuo cogeret Antinoo.

Hippomenes fuit vnus ex procis Atalantæ virginis Arcadiæ, quæ cum amatorib. certabat curſu. Vnde Stat. li. 1. Syl. Vidi ego & immiti cupidum decurrere campo Hippomenem.

Claudianus li. 1. de Raptu, facit Martem & Apollinem Proſerpinę (priuſquam a

 Plutone

Plutone rapta fuiſſet) procos, vbi ait: Perſonat aula procis, pariter pro virgine certant: Mars donat Rhodopen, Phębus largitur Amyclas: Mars clypeo melior, Pheb. præſtantior arcu.

Vergilius & Auſonius inter procos Didonis numerant Hiarbā Getulū. Propterea Dido ipſa apud Auſonium ſic loquitur. Sed furtes fugēs tyſſe arma procacis Hiarbæ, Seruaui, fateor morte pudicitiam.

Otharū quendam Saxo Grammaticus facit fortiſſimum procum Siritbæ virginis pudiciſſimæ: Hildigiſſeū vero Theutonicum Sygnis puellæ, Sigari cuiuſdā filiæ.

RIVALES, SEV EIVSDEM PVELLÆ AMATORES.

Anauſis (de quo meminit Val. Flac. lib. 6. Argon.) riualis fuit Stiri Albani.

Excandeſcit Catullus in Rhaudū riualem, vt pullæ ſuæ furem, vbi ait. Quæ nam te mala mens miſelle Rhaude Egit præcipitem in meos iambos?

Idem Catullus ęgre fert Lesbium riualē ſibi ob pulchritudinem a Lesbia propoſitum vbi ait; Lesbius eſt pulcher, quid ni, quem Lesbia malit, Quā tecum tota gente Catulle tua.

Idem Catullus vocat Mamurram Phormianū & Cæſarem ſocios riuales. Quam durum ſit autem, & intolerabile riualem pati, Propertius docet illis verſibus.

The ſocium vitæ, te corporis eſſe licebit,
Te dominum admitto rebus amice meis.
Lecto te ſolum, lecto te deprecor vno,
Riualem poſſum non ego ferre Iouem.

RAPTORES DIVERSARVM PVELLARVM.

Acreſte nutrix fuit filiarum Adaſtri. Stat lib. 1.

Appollo rapuit Marpiſſam Eueni filiā, & Idæ vxorem. Idem Propert. Non Idę & cupido quondam diſcordia Phębo Auecta externis Hippodamia rotis.

Rapuit Pluto Proſerpinā Cereris filiam, vnde a Claudiano infernus raptor dicitur. Ouidius: Raptor agit currus & nomine quemq. vocando. Exortatur equos. Syll. lib. 14.

Axus Oceani filius rapuit Perhibiam, Iupiter Eropā. Seneca: Modo per fluctus raptam Europam, Taurum tergo portaſſe trucem.

Hercules Augen. Idē Seneca Arcadia nempe virgo Palladios choros Dū nectit Auge, vim ſtupri paſſa excidit.

Dryope Nympha Hylam.

Caſtor Pheben, Pollux Ilairā ſorores, Leucippi filias, Propert. lib. 1. Non ſic Leucippi ſuccendit Caſtora Phœbe, Pollucem cultu non Ilaira ſoror.

Euritius Centaurus Hippodamen rapuit. Ouid. lib. 12. Euritus Hippodamen: alij quam quiſque probabat, Aut poterat, rapiunt.

Theſeus Ariadnam Minois regis filiam, & Helenam ipſam prius quā Paris, non offenſa tamē eius virginitate. Oui. Te quoque qui rapuit, rapuit Minoida Theſeus Idē lib. 1. de Arte. Forma uiros neglecta decet, Minoida Theſeus Abſtulit, a nulla tempora comptus acus.

Paris Helenam, vnde fax belli Troiani ſecuta eſt Oui. li. 12. Victu es a timido Graiæ raptore mariræ. Idē in Epiſt. Hermiones. Tydaris. Idæo trans æquora ab hoſpite rapta. Argolicas pro ſe uertit in arma manus.

Telamon Græcus Heſionem puellam. Troianam, & Achilles Briſeida Oui. in Epiſtola Acontij: Heſionem Telamon, Briſeida cepit Achilles, Vtraq. victorē nempe ſecuta ſuum: Idē Achilles rapuit Diomedā Phorbantis filiam a Lesbo.

Boreas Orithyam filiā Erichei Athenarum regis. Ouid. li. 1. Eleg. Si ſatis es raptę Borea memor Orithiæ Prop. lib. 3. Infelix Aquilo raptæ timor Orithyiæ.

Iaſon Medeā, Aeetę Colchorum regis filiam quā poſtea relinquit ſuperinducta Creuſa.

Hercules Pyrenem uirginē Bebryciam, a cuius nomine mōtes Pyrenæi nomen

ſumpſe-

ſumpſerunt.Syllius: Nomen Bebrica duxere a virgine colles, Hoſpitis Alcidæ crimen,&c.

Pyrrhus Achillides Lanyſſam Herculis neptem,& Andromachen.

Aiax Telamonis filius Tegmeſſam.Horat.Mouit Aiacem Telamone natũ Forma captiue dominum Tegmeſſæ.

Aiax Oilei filius Caſſandram.Ouidius in Ibin: Vtque ferox perijt & fulmine & æquore raptor.

Neſſus Centaurus Deianiram Herculis vxorem, vt ſcitè docet idem Quid.lib.9.

Eueuus Martis & Stropæ,filius,ex Alcipa Oenomia filia Marpiſſam ſuſcepit, quã Aphareus viſam ex chorea rapuit.autor Plutarchus in Parall.

Simili modo Catheus nobiliſſimus adoleſcens Saliam virginem,Anij Thuſchorũ regis filiam,adamauit vſq; ad raptum.Idem teſtis.

Tlepolemus Aſtyochiam ex Ephyra Peloponnenſi vrbe rapuit.

Romulus Sabinas,& Hercſilia.Oui.de Arte:Primus ſolicitos feciſti Romule ludos,Quum iuuit viduos rapta Sabina viros Pamphil.Romani ſi fortè duces rapuere Sabinas.

Tranquinius Sextus Lucretiæ virginis Romanæ pudicitiã per vim expugnauit. cuius rei dolore manũ ſibi intulit puella Hunc raptũ graphicè deſcribit Ouid. lib.1.Faſt.Seneca in Octauia:Nata.Lucretii ſtuprum ſæui paſſa tyranni.

ZELOTIPI.

Cyrce filia Solis,venefica,ægrè ferens Scyllam nimpham amatã a Glauco deo marino,fontẽ(quo illa ſe lauare conſueuerat)infecit ueneno. Quo factum eſt, vt Scylla in monſtrum marinum ſit conuerſa.

Phanus quũ vxorem haberet adulterij ſuſpectam,atrij fores ſic occluſit,vt non niſi quum ſtridore ſolituque poſſent aperiri.Verum quum illa per tegulas adulterũ intromitteret,vicini per iocum dicebant,Phani hoſtium.Quo prouerbio innuebant aliquid ſeruatum fruſtra.

Procris ſuſpicata maritum Cephalum alterius fœminæ amore captũ, eundem in ſyluas ſecuta eſt delituitque in dumis,vt obſeruaret clanculũ.quid maritus faceret.Quum autem vepres(in quibus latebat)aliquãtũ mouiſſet,Cephalus arbitratus eſſe feram, eam iaculo confodit.Plut.in Parall.Idem memorat de vxore Cyanippi,& vxore Aemilij adoleſcentis.

Dirce vbi ſenſit maritum ſuum Lycum amore Antiopæ captum,puellã raptã tauri ceruicibus alligauit.Quo tormẽto cruciata Antiopæ,tantiſper vociferata eſt, dum a vicinis ſit concurſum.Eraſ.in adag.

Memmius Romanus quum ageret Tarracinæ,deperibat in quandam mulierculã non ſine Largio quodã riuali. Cum hoc igitur quum aliquãdo rixa incidiſſet, eò iracundiæ prouectus eſt Mẽmius, vt ipſi Largio brachũ mordicus attribuerit unde fluxit adagium in vulgus Lacerat lacertum Largij mordax Memmius.

Helena poſt mortem Menelai a Megapentho & Nicoſtrata filijs Oreſtis fugata in Rhodum ad Polyzo vxorem Tlipolemi peruenit,quæ iuſſit eam arbori ſuſpendi ob uiri zelotypiam.

ADVLTERI, ET ADVLTERÆ.

Dauid lumen ſapientiæ & religionis ſpeculum, cum Berſabea vxore Vriæ adulterium commiſit,cui ſceleri adiecit ipſius Vriæ mortem,quem bello perdendum expoſuit.

Paris quod Helenam Menelai vxorem rapuerit,& Helena quòd maritum reliquerit,inter adulteros numerantur,Oui.in Epiſt.Sit facie quamuis inſignis, adultera certè eſt.Deſeruit ſocios hoſpite capta deos.Idem Quid petitur tãto,niſi turpis adultera,bello?Horat.Iã nec Lacenę ſplẽdet adulterę famoſus hoſpes.Clytęneſtra amore Aegyſti, quo cũ mœchari cõſueuerat, maritum Agamemnona Troia redeuntem interfecit.Prop.lib.3.

Homerus poetarum max, natus eſt ex adulterio matris Critheldis, virginis Cumanæ autor Plut.

Hippomenes filiam Limonē in adulterio deprehenſam equo famelico deuorandā expoſuit Ouid. in Ibin: Solaq; Limone pœnam ne ſenſerit illam. Et tua dēte ferox viſcera carpat equus. Idē Vtq; nouū paſſa eſt genus Hippomeneia pœnæ

Alcibiades Athenieñſis cum Thimea Agidis regis vxore libidinari ſolitus eſt. Plut.

Phonem Cælius ſcribit, ſpectabili forma adoleſcentem a Mitylenæorū mulierib. ardenter adamatum. Vnde factum, vt in adulterio deprehenſus iugularetur.

Molurus quendam Hyettus vir quidam Argiuus, in adulterio cum vxore deprehenſum interfecit. autor idem Cæl.

Phauorinus philoſophus, quum eunuchus foret & Androgynus, adulteraſſe tamē uiri Conſularis vxorem creditus eſt. Idem teſtis.

Fabia Fabii Fabricani vxor, dum Petroniū Valentinum, liberali forma adoleſcētē (quo cum adulterij conſuetudinē habebat) maxime deperiret, maritum interfecit, vt adultero frueretur ſecurius. Plut. in Parall. Scribit Macrobius, Æſopū libertum Demoſthenis cōſcium adulterii (quòd cum Iulia patronus cōmiſerat) tortum diutiſſimè perſeueraſſe non prodere patronum, donec aliis cōſciis coarguentibus Demoſthenes ipſe fateretur.

Plato in 2. de Rep. ſcribit, Gygem ſtupraſſe Candaulis Lydorū regis vxorē, quod & confirmat Herodot.

Suetonius ſcribit, Iul. Cęſarē diuortium feciſſe cū Pōpeiā vxorē, Q. Pōpeii filia, & Sillæ nepte, quòd fama ferret, eā a P. Clodio inter ſacra Bonæ deæ adulteratā.

Iulius Cęſar corrupit plurimas illuſtres fœminas, poſthumiā Seruii Sulpitii Lolliā Auli Gabinii Tertullian. M. Craſſi, & Cn. Pōpeii Mutiam. Sed ante alias dilexit M. Bruti Seruiliam matrē, cui ſexagies ſeſtertium gēmā mercatus eſt. Corrupit quoque Seruiliæ filiam Iuniam tertiam M. Craſſi vxorē, Dilexit & Reginas ut Euriem Maurā Bogudis vxorem, ſed maximè Cleopatram, cum qua & cōuiuia in prima lucem ſæpe protraxit, & eadem naue thalamoque pene Aethiopiā tonus Ægiptum penetrauit. autor eſt Suetonius.

Exercuit & Auguſtus adulteria, vt cum Liuia, quam quū grauidam reddidiſſet tegēdi ſceleris cauſa nuptias feſtinauit, vt obiecit Antonin⁹. Abduxit & fœminā conſularem è triclinio, viro coram, quam rurſus ad conuiuium rubētibus oculis & incomptiore capillo reduxit. Rem quoque habuit cum Tertullia, Terentilla, Druſilla, Saluia, & Citiſcenia. autor Suetonius.

Iulia agrippina mater Neronis adulterii conſuetudinem fertur habuiſſe cum Domitiano Iuuen. Quum tot abrotius fœcundam Iulia uuluam Solueret.

Qui Imperatorum vitas ſcripſerunt, teſtātur phocam Imperatorem diuerſis adulteriis infamem fuiſſe.

Zoe imperatrix Romanum argiſopilum maritum interfecit, quo liberius mœcharetur cum Michaele paphlagone, qui imperio ſucceſſit. Bap. Egnat.

Conſtantinus Monomachus. Imp. concubinā egregia admodum forma logo legitimæ vxoris habuit, quam afflictim deperiit. Idem Egnat.

Meſſalina vxor Claudii Tiberii primo clā, mox paſſim, quaſi iure, adulteriis vtebatur. Ex quo facto plures metu abſtinētes extincti ſunt. Dehinc atrocius accerſita nobiliſſimas quaſq; nuptas & virgines turpitudinis ſuæ comites delegit, cogitq. mares vt adeſſent. Quod ſi quis recuſaret, ficto crimine in ipſum omnemq. eius familiam iubebat ſęuiri. Quinetiā quod turpius eſt mulio prouocauit ad lecti palæſtram unam ex ancillis, quæ meretricio quæſtu victum ſibi quærItabat. De hac Iuuenal. Sat. 6. Claud. audi quæ tulerit, dormire uirū quū ſēſerat vxor. &c. Vide Sextum Aurelium.

Plinius li. 29. att, Victum Valētem medicum fuiſſe adulterio Meſſalinæ imperatricis nobilitatum.

Idem ait, adulteria fuiſſe in domibus principum, ut Eudemi in Liuia, Druſi Cęſaris & Valentis medici in Meſſalina.

Neuinam mulierē Martialis arguit, quod caſta uenerit Baias, & adultera redierit. Hęc eius uerba. Incidit in flamas, Venemq. ſecuta relicto Cõiuge. Penelope venit, abijtq; Helena. Idem quoque arguit adulterij Paulam aliam fœminam.

Idem lib. 2. de Theleſina ſcribit. Vxorem nolo Theleſinam ducere. quare? Mœcha eſt. Sed pueri dat dat Theleſina, uolo. Idem li. 6.

Proculina quoque, Lectoria & Gellia ab eodē notantur ut adulteræ, ut a Catullo notatur Aufilena.

Hippia. Iuuen. Promptius expediam, quot amauerit Hippia męchos.

M. Varro apud Gellium teſtis eſt, C. Saluſtium hiſtoriarum ſcriptorē deprehēſū in adulterio ab Annio Milone, & lori, cæſum, dataq. pecunia dimiſſum. Cicero improperat ipſi Salluſtio, quod paternam domū uendiderit, vt adulterij pęnā declinaret.

Conr. dinus Imp. Conradi filius, ut vxore comitis Caſertani potiretur, uirū honoris ſpecie ablegauit.

Aripertus Clotarij filius, Francorū rex, ob amorem in ancillas, cum vxore diuortium fecit.

Quū turpiſſimū ſit ab his virtute nos ſuperari, quos antecellimus dignitate, nihilominus Ioannes 12. Pont. Max. exuta morum honeſtate, relegataque uerecūdia, greges meretricum aluit. Quib. flagitijs non defuit ultio. Ad extremū enim deprehenſus in adulterio, ibidem interfectus eſt Platina.

Vgolinus Gonzaga, princeps Mantuæ cū Iſabella vxore Luchini, Vicecomitis Italiæ mœchatus eſt. Volat.

Ludouicum Gonzagam in adulterio deprehenſum, Mantuani capite punierunt.

Saxo Grammaticus ait, Frigam Othimi Danorum regis vxorem cuidā familiriū ſe ſtupro ſubieciſſe.

Gregorius Turonenſis ſcribit Deuteriam quandā fœminā a Theodoberto Frāc. rege adulteratam. Idē ait Dagulphum abbatem in adulteria admodum procliuem fuiſſe.

Egica rex Hiſpaniæ Faſillā ducem Tudenſem (vt eius uxore potiretur) interfecit

Solon ſuis legib. uoluit, fas eſſe deprehēdēti męchum interficere in ipſo adulterio Adulterij pęnam apud Rom. vide Gell. lib. 10. c. 23.

Zaleucus legem tulit, ut quiſquis męchus aut adulter deprehenſus fuerit, erutis oculis pœnas lueret.

INCESTVOSI.

Fuit Ioui deorum maximo ſtupri frequēs conſuetudo cū Cerere & Iunone ſororibus, vt volunt poetæ. qui quum Deorū furta carminibus ſuis detegunt, nihil aliud faciunt, quam quod indicāt, nō eſſe ijs credendum, quos ſtupris, inceſtib. & adulterijs contaminatos eſſe docent.

Fabulantur poetæ, Nereum maris deū iacuiſſe cum Doride ſorore, & ex ea ſuſcepiſſe Nymphas, quas Nereides vocant.

Aruntius quum Bacchi ſacra deſpicaretur, vlciſcēte numine in ebrietatē lapſus, filiam Medulianā corrupit. Quod ægrē ferēs puella, patrem ipſum interfecit. Plut. Parall.

Idē quoq. contigit Cyanippo, qui ulciſcente Baccho (cuius ſacrificia itidē ſpernebat) lapſus in ebrietatē, Cyanem filiā ſtuprauit, a qua poſtea interfectus eſt. autor Plut. in Parall.

Valeria Tuſculana Valerio patri (quē deperibat) fraude ancillæ cōcubuit. Quod vbi reſciuit Valer. intulit ſibi mortem. Idem autor.

Tereus rex Thracū Martis filius ex Biſtonide nympha, Philomelā filiam Pandionis regis Athenarū, uxoris ſuæ Prognes ſororem, ſtuprauit. Ouidius 6. Metam.

Faſſusq; nefas & uirginē & unam vi ſuperat, fruſtra clamato ſæpe parente. Auſonius: Intulit inceſtam tibi uim Philomela ferus Thrax.

Menephron iacuit cum matre. Ouid. lib. 7. Metam. Dextera Cyllene eſt in qua cū matre Menephō Cōcubiturus erat, ſæuarū more ferarum. Quintianus in Cleopol. Flagret ſi matris amore Menepron.

Caunus Mileti ex Cyane filius, quū eſſet forma liberali, adamatus eſt, ſorore Biblide ad inceſtū vſque, cuius pœnitentia poſtea ſe interfecit. Ouidio. lib. 9. Biblis Apollinei correpta cupidine fratris, Non ſoror vt fratrē, nec qua debebat, amauit. Idem lib. 1. de Arte.

Myrrha Cynaræ Cypriorum regis filia, rem habuit cū patre, & ex eo cōcubitu ſuſcepit Adonidē Ouid. lib. 10. Accipit obſcœno genitor ſua uiſcera lecto, Virgineosque metus leuat hortatuique timentem. Plena patris thalamis excedit, & impia diro Semina fert vtero, conceptaq; crimina portat.

Macareus filius Aeoli rem habuit cū ſorore Canace. Ouid. lib. 2. Triſt. Nobilis eſt Canace fratris amore ſui Idem in Epiſ. Canaces: cur vnquā plus me frater quā frater amaſti; Et tibi non debet quod ſoror eſſe, fuit? Idem in Ibin: Vtq; ſua Macareus, ſic potiare tua.

Oedipus mortuo patre Laio (quē ignotū occiderat) neſcius & imprudens duxit Iocaſtam matrem ſuam, ex qua ſuſcepit Etheoclē & Polynicē: Stat. li. 1. Theb. Scandere quineria n talamos his impius hæres Patris, & immeritiæ gremiū inceſtare parentis Apetiit, proprios mōſtro reuolutus in ortus. Ouid. in Ibi. Nec plus aſpicias, quàm quē ſua filia rexit, Expertus ſcelus eſt cuius vterque parens Claudium in Eutropium.

Thyeſtes rem habuit cum Europa fratris uxore, & cū Pelopeia filia. Ouid. filia ſi fuerit, ſi quod Pelopeia Thyeſti: Myrrha ſuo patria, Nictimeneq; ſuo.

Hypermeſtra concubitum fratris, quem deperiebat, nocturno tēpore aſſecuta eſt, Ouid in Ibin: Quæque ſui Venerem iunxit cum fratre mariti Locris in ancillæ diſſimulata necem.

Phœnix Amyntoris filius rem habuit cum patris pellice. autor Domitius Calderinus in Ibin Ouidii.

Hęmō Rhodopem filium pro vxore habuit. Diis inceſtum uindicantibus amboī mōtes cōuerſi ſunt Ad quod alluſit Ouid. in Ibin dicens: Nec tibi ſi quid amas felicius Hæmone cedat.

Anchemolus filius Rheti, Marrhuliorum regis, nouercam ſuam Caſperiā ſtuprauit. Virg. lib. 10. Hinc Sthenelū petit, & Rheti de gēte vetuſta Anchmolū thalamos auſum inceſtare nouercæ.

Perdix venator fuit infādo matris Polycaſtis amore correpꝰ, quā & cōtaminauit. Vnde Perdicis libido abiit in prouerbiū, ꝓ efferata, turpi ac infami au[illegible]r. Cęl.

Artaxerxes puellam Atoſſam perditiſſimę adamauit, quo factū eſt, vt poſt frequētem Veneris conſuetudinem, eam in matrimonium duxerit contēptis Græcorum legibus autor Plutarch.

Syſimithritas Perſarū ſatrapa, duos ex matre liberos ſuſcepit. Nā, autore Curtio, apud Perſas parentibus ſtupro coire liberis fas eſt.

Cambyſem regem Perſarum Herodotus ſcribit, vni ex ſororibus ſtuprū intuliſſe, eaq; mortua, alteram iuniorem itidem uiolaſſe, & uxorem duxiſſe, quā poſtea interfecit.

Scytes rex Scytharum, Opęam nouercam duxit in matrimoniū autor idē Herod. Ptolemæus Euergetes Berenicem ſororem adamatam in matrimonium duxit.

Ptolemæus Philadelphus ſtupri conſuetudinem fecit cū Arſinoe ſorore, ut Herodes Antipas cum Philipp. fratris vxore.

Secundus Philoſophus quum matri neſcienti eſſe filium ſe cōmiſcuiſſet, & illa facto cognito, ſceleris horrori intuliſſet ſibi mortē: ipſe quoq; quū inceſtus pœnitentia,

tentia tum dolore maternæ mortis æternum tacuit,vt vlciſceretur vocem, qua concubitu matri innotuerat.autor Diog.

Antiochus Soter rex Syriæ,quum Stratonicem nouercam impatienter deperiret, indulgentia patris obtinuit.autor Volat.

Cleopatra a fratre(quem pro marito habebat)polluta eſt.Vnde Lucan.lib.8. Degener inceſtæ ſceptris ceſſuræ ſororis.Et lib.10. Miſcuit inceſtam ducibus Ptolemæida noſtris.

Phineus duos habuit filios qui nouercam Cleopatram Dardani Scytarum regis filiam violarunt.Vnde & a patre excæcati ſunt.autor Ouid.in Ibin.

Nicteus rex Aethiopiæ cum Nictimene filia concubuit.

Leucon interfecit Oxilochum regē Ponti fratrem ſuum, vt eius vxore frueretur.

Martialis ſcribens ad Fabulum lib.12. arguit Themiſonem quendam inceſtus cū ſorore,vbi ait:Quare non habeat Fabullæ quæri vxorem Themiſon?habet ſororem.

Tuciam virginem Veſtalem inceſtam fuiſſe,teſtis eſt Plin.lib.28.c.2.

Capronia uirgo veſtalis comperta inceſtus,laqueo ſuffocata eſt.

Papirius Romanus nomine,Papyrij Volucris filius,ſororē nomine Canuſiā grauidam fecit.Rei certior factus pater,vtrique gladium miſit,quo ſe interfecerūt.

M.Antonius Imperator conſuetudinem veneris habuiſſe dicitur cū Fauſtina ſorore,ex qua & Lucillam genuit,quam ſi Antonio fratri copulauit.

M.Tullius Cicero poſtulauit P. Clodium inimicum inceſtus cum ſororibus. Ait enim,eum non pluris feciſſe bonam deam,quam tres ſorores.

Claudius Cæſar Agrippinam Germanici fratris filiam nouercam duobus liberis ſuper induxit,cuius inſidijs & uenenis poſtea interfectus eſt.Sextus Aurelius,

Scribit Corn.Tacitus,Agrippinam ſe plerūque ad inceſtū obtuliſſe.Neroni filio, quum per uinum & epulas incaleſceret.

Caligula tres ſorores ſuas ſtupro cōtaminauit:ob quem inceſtum Iouem ſe vocabat.authores Sex.Aurelius,& Tranquillus,cuius verba ſunt hæc: Cum omnib. ſororibus ſui ſtupri conſuetudinem fecit, plenoque conuiuio ſingulas infra ſe viciſſim collocabat,vxore ſupra cubante.Ex his Druſillā vitaſſe virginē prætextatus adhuc creditur.

Cōmodus quoque Imp.(qui natus eſt eo die quo Caligula) ſorores cōſtuprauit, concubinasque ſub oculis ſuis conſtuprari ab amicis iubebat Lampri.

Antonius Caracalla Imp.quum Iuliam nouercā impotēti amore deperiret, Vellē,inquit,ſi liceret.Qu ibus uerbis oſtendebat,ſe eius concubitū appetere. Tū illa,Si libet,licet reſpōdit:Leges dat Imp.nō accipit. Quibus verbis audacior factus Caracalla,nouercam ipſam ſibi copulauit,cuius filium Getam paulo ante interfecerat.authores Sextus Aurelius,& Aelius Spartian.

Cydonem quādam Stat.li.9.Theba.ait adamatum a ſorore. Eius verba ſunt hæc: Et malè dilectum miſeræ Cydona ſorori.

Aufilena quædā proſcinditur a Catullo,quòd patruo ſe proſtituiſſet, & ex eo genuiſſet liberos.Hæc ſunt eius uerba:Aufilena uiro contentam viuere ſolo Nuptarum laus eſt laudibus eximijs. Sed cuius, quamuis potius ſuccumbere fas eſt,Quam matrem fratres efficere ex patruo.

Gidica Pominij Laurentini vxor,Cominium priuignum adamauit vſque ad inceſtum.A quo repulſam paſſa,laqueo ſe ſuſpendit.Quo mortis genere petijt Phędra ab Hippolyto priuigno itidem ſpreta.

Theodericus Francorum rex, fratris a ſe interfecti filiam duxit in vxorem.

Ioannes Arriminenſis ſororem ſuam duxit vxorem.autor Pont.de Obed.

Philippus frater Alphonſi,decimi Hiſpaniæ regis,Chriſtianum Daciæ regis filiā & fratris ſui uxorem ſibi per uim copulauit,ſpreta religione ac ſacerdotio,quū eſſet abbas & præſul Hiſpalenſis.

CINOEDI, PÆDICONES, ET PATHICI.

Iupiter, vt poetæ fabulãtur, Ganimedẽ ob forma præſtãtiſſi. fœdo amore cõplex* eſt. vt Naſo cecinit li. 10. Rex ſuperũ quõdã Phrygij Ganimedis amore Arſit, etc.

Cretenſes adoleſcẽtũ & puerorũ amores primi uidẽtur uſurpaſſe: atque his dedi tum eſſe, nihil apud illos turpitudinis atq. ignominiæ habebat. Her. in Politijs.

Laium aiunt primũ formoſorum puerorũ ac iuuenum amoribus arſiſſe, & Chryſi pum filium Pelopis rapuiſſe, ex quo factum eſt, vt honeſtũ apud Thebanos haberentur, ſpecioſos & elegantes amare. Ælian. lib. 13.

Phædon philoſophus quum adoleſcentulus Athenis eſſet in ſeruitute, a domino in lupanari conſtitutus eſt, vt proſtaret, & corpore faceret quæſtum.

Demetrius Democlem pulcherrimum adoleſcentem, eius ſtuprum abeuntem, in balneas proſequutus eſt, vt eius amore poti retur. Verum Democles cum eius libidinem aliter effugere nequiret, ſe in proximum feruentis aquæ lebetẽ præci pitauit. Volat. lib. 10. Anthrop.

Chariton Agrigentinus pulchritudinis amator, & circa formam iuuenum infelici ter uerſatus, ardenti deſiderio Menalippum amauit adoleſcentem honeſtũ, ac pulchritudine in primis inſignem. Ælian. de uaria hiſt. lib. 2.

Ageſilaus Lacedæmoniorum rex Magabetam perſam formoſiſſimum adoleſcẽtẽ, Spartanorum more turpiſſime amaſſe dicitur, Fulgoſus lib. 4. cap. 3.

Bacchus Ampolon puerum formoſiſſimum, vt poetæ fabulantur, amauit.

Melanthius ob gulam ac turpiſſimos amores in maſculos notatur apud Suidam.

Hipparchus Piſiſtrati filius, ſtuprato Armodio Ariſtogitonis puero, vtriuſque con iurationem in ſe concitauit.

Libanius Sophiſta Antiochenus Conſtantinopoli ob impudicos amores puerorũ pulſus eſt. Demum Nicomedia (quo ſe receperat) eãdem ob cauſam detruſus.

Agathoclem poetam fœdo amore Pauſanias figulus amauit, de quorũ amatorijs contentionibus lege Ælianum lib. 2. de varia hiſtoria.

Cleomenẽ nefando illo omnibusq; modis deteſtãdo amori operã dediſſe, ex eius ad Nicagoram reſpõſo colligimus apud Polybium lib. 5. Nam poſtquam Nicagoras ad eum in Alexandriam nauigans, equos generoſos ac ad bellandum uti les ſe aduehere dixiſſet, Cleomenes reſpondiſſe dicitur. Mallem cinœdos ſam bucaſque nobis aduexiſſe.

Attalus Pauſaniæ adoleſcẽti ſtuprum per uim intulit, in conuiuijs etiam pro ſcor to uſus eſt. Trogus.

Pauſanias Lacedæmonius habuit ſtupri conſuetudinem cũm Argilio adoleſcẽte.

Eraſmus in adagijs ait, Cleocritum veteris Comœdiæ ſcriptorem maledictis pro ſciſſum, quòd Cinædus eſſet. Quam notam Argyrrhio cuidam inurit.

Armodio & Ariſtogitoni apud Athenienſes mutua erat Veneris conſuetudo.

Cratinus Athenieñſis Comœdiographus notatus eſt etiam Pæderaſtiæ, ſeu obſcæ ni in pueros amoris.

Sotades Meronites Cynedus & poeta ſcripſit iamborũ libro, quos appellauit Cinędicos, eo quod uarios amorũ modos in his deſcriberet. Huius meminit Mart. & Vol. lib. 19. Anthrop.

Pindar* poeta laborauit hac infamia, qui in gremio pueri adamati obdormiſcens uitam efflaui teſte Valerio.

Alexander Abonotichites copiam ſui corporis mercede faciebat. autor Lucian.

Theophraſtus philoſophus Nicomachum Ariſtotelis filium ad præpoſteram uſq. venerem adamauit. Ferunt, Ibycum hiſtoricum patria Rheginũ, inſano puero rum amore exarſiſſe.

L. Quintus Flaminius vir conſularis, puerum ardebat, a cuius latere nũquã diſce debat. Quin etiam ad eius uotum hominem, quendam ſecuri percuſſit, dum ille coram ſe aliquem optaſſet interfici.

L. Papyrius Publium adoleſcentem in uinculis tenuiſſe, plagisque & cōtumelijs
(quod ſtuprum pati noluiſſet, affeciſſe dicitur. Quare ad Senatum delata, dam
natus eſt, lege lata, ne quis in corpora libera ob æs alienū ius haberet. Volebat
enim hoc ſibi liceret Papyrius, quòd Publius eidem eſſet debitor.
Cęlius Plotius cum T. Veturium adoleſcētē propter æs alienum uinculis ligaſſet
verberibusque (quod fędo amori conſentire nollet) tractaſſet: a Veturio accuſa
tus, pęnas dedit, ſtatimque ex lata eſt, ne quis ob ęs alienū quempiam ligaret
in poſterum. Val. Max. de Pudicitia. Vol. lib. 20.
Romani Alceum & Philiſtum Epicureos ex urbe eiecerunt, eo quòd multarū fla
gitiolarumque libidinum autores eſſent. Aelianus lib. 9.
Aemylij cuiuſdam cinędi obſcęnos amores, mollesque delicias, poſtremo. infini-
tas libidines notat Catullus.
Idem in Naſonem quendam pathicum his inuehitur verbis: Multus homo es Na
ſoneque tecum multus homo, ſed Deſcendis Naſo, multus es & Pathicus.
Gargilianum quendam Mar. li. 3. arguit, vt Cinędom mollem, quem depilatorijs
vnguentis faciem lauare conſueſſe dicit.
Catullus in Thallum adoleſcentē impudicū his verbis inuehitur: Cinęde Thalle
mollior cuniculi capillo. Vel anſeris medulla, vel hinnulla molli cella. Idē quo
que Portiū & Socrationē ſuis verſib. infamat, quòd ſtupri meritis a Piſone Prę
tore prępoſiti ſint duobus alijs adoleſcentulis, ſcilicet Veraniolo & Fabulo.
Mamurram Formianum & Cæſarem idem notat vt Cinędos & Pathicos, dū ait.
Pulchrè conuenit improbris Cinędis, Mamurræ pathicoque, Cæſarique: Nec mi-
rum maculæ pares vtrisque Sed & Suetonius ait, nihil famā pudicitiæ Cæſaris
læſiſſe, præter Nicomedis regis Bithiniæ contubernium.
Nero imperator Sporum puerum in muliebrem conatus eſt naturam uertere, exe
ctis teſtib. O imperatorem Romanum ac gentium dominum inſignem, qui re-
rū naturæ tā nefarie inſcius, marem in fęminam tranſmutare ſtimulante fęda
libidine tentare auſus eſt, magna ac perpetua Romani imperij ignominia Pōta
nus lib. De immanitate, cap. 17.
Sigiſmundus Malateſta, qui Romandiolæ dominus fuit. Robertū filium ſuum ad
nefarium concubitum ſæpenumero tētare auſus eſt. Pontanus de immanitate.
Huc aliqua ex parte referri poſſunt, quæ annotata ſunt titulis de deorū ac homi-
num amaſijs.

ANIMALIVM, ET ALIARVM rerum amatores.

Semiramis adamauit equū, vt diximus: Paſiphae dilexit taurum. Ariſto Epheſius
aſinæ ſe commiſcuit. Fuluius equæ.
Hortenſius orator amauit murenā, quā mortuam multos dies fleuit. Ariſtomachus
Solēſis tanto apum amore captus eſt, ut duo de ſexaginta annis nihil aliud fece
rit. Hiliſcus quoque Thaſius apes coluit in deſertis. Morum arborem ætate Pli-
nij adamauit. Paſſienus Criſpus bis cōſul, obſculari complectiq; eā ſolitus, atq.
etiam cubare ſub ea, vinumq. illi affundere. Multorum quoque literis proditū
eſt amatum Xerxe platanum. Iam diximus Chratidem paſtorem amore capræ
exarſiſſe, puerum Athenienſem & Pygmaleonē ſtatuas adamaſſe, Alchidā Rho
dium ad ſtatuā ſe polluiſſe. Iunius piſciculus ſimulachrū vnius a Teſpiadibus
pati feruore cōplexus eſt. Antonia Druſi murenā adeò dilexit, vt ei inaures &
monilia addiderit. Cypariſſo tāt' fuit i ceruā amor, ut ea mortua p̄ doloreque
que expirauit P. Pylatus legatus Cai principis, imagines Atalētæ & Helenę nu
das a Cleophanto Corinthio pictas, earum libidine captus, rapere conatus eſt.

AB ANIMALIBVS DIVERSIS AMATI.

Egeſidemus apud Plinium teſtis eſt, Hermiam puerum adamatū a Delphino, ve
ctumq. per maria: quumque tēpeſtate ſuborta perijſſet Hermias, amaſij perditi
dolore

dolore piſcem in ſicco expiraſſe. Varia ſunt ibidē exēpla de pueris ab hiuſmodi piſcib. adamatis. Argis puer Olenus nomine, adamatus eſt ab anſere. Glauce quędā citharistria ab ariete. Lacydi philoſopho anſer adhæſit perpetu° comes, nuſquā ab eo non in publico, non in balneis, non noctu, non interdiu digreſſus. Plinius cap. 22 li. 10. Apud Cilicas ſolos Xenophontis puerum forma præcellentem dilexit canis. Cælius libro 7. Spartæ quoque adoleſcentem graculus. Nicāder apud Cælium teſtis eſt gallo gallinaceo eſſe amoris intellectū in hominē. Quod ne cui videatur fabuloſum ait. Secūdum (qui Pincerna regius fuit in Bythynia) a Gallo amatū eximiè, cui nomen foret Cētaurus. Pueri nomē fuit Amphilochus, genere Olenius. Inter Leucadia virginem in tātum adamauit Pauo, vt ea mortua commoreretur. Educata a virgine apud Seſton vrbem Aquila retulit gratiam, aues primo, mox deinde venatus aggerens. Quin dū mortuæ virginis cremarentur oſſa, in defunctæ rogum ſe coniecit volucris, ſimulq; cōflagrauit. autor Plin. lib. 10. c. 5.

Vrſus filiā cuiuſdā patris familias in agro Suetico cum ancillulis luſum egreſſam, deturbatis comitibus rapuit, exceptamque vnguib. prę ſe leniter ferēs, ad notā nemoris latebrā deportauit. Cui° egregios art° nouo genere cupiditatis aggreſſus, petitā laniatu prædam in vſum nefariæ libidinis vertit. Effectus enim ex raptore amator, famem concubitu ſoluit, ardoremque gulæ Veneris ſatietate pēſauit. autor Saxo Grammaticus lib. 10. Hiſtoriæ Danicæ.

OCIOSI.

Solon eos qui ocio ac malis artibus hominibus moleſti erāt, grauiſſima ſemper pęna afficiendos putauit. Alex. lib. 3.

Draconis lege cauebatur ocium, in quo deprehenſus capite luebat. Alex. ab Alex. lib. 3. c. 13.

Sardoa lex in ocioſos conſtituta eſt, quæ pœnas ignauiæ & ſcordiæ infligebat, & vnāquemque laborum, victus, totiusque vitæ rationem reddere cogebat. Aelianus lib. 4. de varia hiſtoria.

Apud Athenienſes homines ignaui & inertes, non aliter mulctabantur, quā ſi delictum aliquod magnum perpetraſſent. Val. Max. li. 2. de Inſtitutis antiquis. Stobæus ſerm. 42.

A Nabathæis ſeruatum legimus, vt negligens, remiſſus & ocioſus, ac is qui paternas opes ignauia minuiſſet, pœna mulctaretur. Alex. ab Alex. lib. 3. c. 13.

Lucani ut aliorum criminum, ſic etiam ocij cauſas agunt, & ſi qui homini ocioſo ac voluptatibus dedito mutuaſſe aliquid vincatur, priuatur apud eoſdē mutuo dato. Nicolaus de moribus gentium, & Strobæus ſermone 42.

Maſſilienſes eos omnes, qui per religionis ſimulationem alimenta inertiæ quærebant, ſuoque ocio cæteris oneri erat, e finibus ſuis ainbigebant. Val. Max. lib. 2. de Inſtitutis antiquis.

Apud Perſas & Indos, vt Socratea autor eſt perpetuo liberi in ocio dēgunt: at cōtra negocijs intenti ſunt Lydi & Phryges, qui perpetuo ſeruiunt, vt eſt apud Aelianum & Vol. lib. 19.

Herrudas quidam quum Athenis ocij damnatus eſſet, noluit eū ſibi oſtendi, qui in cauſa liberali conuictus fuiſſet. Plut. in Apophthegmatibus Laconicis.

Attalus Eumenis frater, ocio adeo ſolutus eſt, vt ſagine traditus, imperij onus in Philippomenem è familiaribus vnum reiecerit. Cæl. c. 23. lib. 6.

Herondas, quum Athenis quidam ocij damnatus foret, iuſſit eum ſibi oſtēdi, qui in cauſa liberali conuictus foret. Plut. in Apoth. Laconicis.

Vatia Seruilius, uir prætorius, nulla alia re, quam ocio notus conſenuit. Propterea à tranſeuntibus dici ſolebat. Varia hic ſitus eſt, Seneca in Epiſt. & Cæl. 29.

Domitianus Veſpaſiani, & Domicillæ fili°, & Titi Germanus, cū in Cæſarē Rom. electus eſſet, ſummo ocio uitam agens, muſcas ſtyllo hinc inde cōfodet ſolitus.

Erat.

Erat.Eutropius lib.9.Vide prouerbium:Ne muſca quidem.

Conſtantinus Romanorũ imp.licet liberalis in pauperes & templa fuerit,tãtæ tamẽ erat ignauiæ,ut propter eius ſocordiam Romanum imperio maxime peſſũ ire cęperit Vol.lib.23.

Alexander Baſilij Macedonis Romanorũ imperatoris filius, imperator & ipſe,uiginti annorum iuuenis,ſingulari deſidia,rebus grauioribus omiſſis tãtum uenationi,equis & canibus operam dedit.Vol.lib.23.

Romanus iunior,nepos Romani Laucapeni ſenioris ex filia,uir fuit omniũ ignauiſſimus,uino tantum,ocio ac uoluptatibus omnibus deditus: Vnde cuidã Ioſepho Bringæ pręfecto imperij cura ob Cæſaris ignauiã tradita eſt. Volat.lib.23. Carolus Ludouici Carloni Francorũ regis filius,& ipſe quoq; poſt obitum patris rex declaratus ,ob inſignẽ ignauiã dictus eſt Maleferiatus, cum ſeriũ nihil ageret: unde ex ocio contabuit, & propere fato functus uacuã filio regiã relinquit.Ritius Neapolit.lib.1.regum Franciæ.

Venceslaus Romanorum Imperator tam ignauus fuit,ut propter pigritiã administrandi,ab imperio deiectus ſit. Volat.

SOMNOLENTI.

Poetæ fabulantur Endymionẽ beneficio Lunæ(a qua adamabatur)impetraſſe,ut perpetuum dormiret ſomnũ immortalis & expers ſenij : Hinc adagium natũ , Endymionis ſomnum dormire:in homines ſomnolẽtos & deſides Cicero li.1. Quæſt.Tuſc.Endymiõ vero(ſi fabulas audire uolumus) quãdo in Lathmo obdormiuit, qui eſt mõs Cariæ, nondum opinor eſt experrectus.Mar.li.10.Quid tibi dormitor proderit Endymion ? poetæ propterea Somnũ & Soporẽ uocant Endymionæũ.Auſonius: Qualis per Lathmia ſaxa Endymonæos ſolita affectare ſopores.

Epimenides Gnoſius annis 62.dormiuiſſe fertur in ſpelũca Hinc adag. Vltra Epimenidem dormire.

Scipio ſomno nimiũ deditus fuiſſe traditur & adeo quidẽ, ut populus Romanus ſomnolentiam ei ſubinde exprobraret. Plut.in Polit.

Maximianus,Malchus,Martianus,Dyoniſius Ioannes Serapion,Conſtantinus,nomina ſunt eorũ quos Eccleſiaſtici ſeptẽ dormientes appellant.Dormierunt autem annos 196.

MINISTRI SOMNI.

Poetæ Somnũ deũ faciunt (vt uidere eſt in fine quinti Æneidis Herebi filiũ cui & miniſtros aſſignant quorũ hæc ſunt nomina.Morpheus,Icelon,ſeu Phabetor, & Panthus.

Morpheus ille eſt,qui dormientibus uaria phantaſmata & multiplices rerũ imagines obijcit.Oui.li.11.At pater è populo natorum mille ſuorum Excitat artificẽ ſimulatoremq.figuræ Morphea,non illo iuſſos ſolertior alter Exprimit inceſſus, vultumque ſonnumque eloquendi: Adijcit & veſtes,& conſuetiſſima cuique Verba,ſed hic ſolus homines imitatur.

De Icelone ſeu Phabetore,Idem:At alter Fit fera,fit volucris,fit lõgo corpore ſerpens:Hunc Icelone ſuperi,mortale Phabetora vulgus nominat.

De Phanto ſeu Phantaſo,idem:Eſt etiam diuerſæ tertius artis Phãtaſos,ille in humum, ſaxũq; vndamque trabemque , Quæque vacant anima fallaciter omnia tranſit. Regibus hi,ducibusque ſuos oſtẽdere vultu nocte,ſolent,pòpulos alii plebemque pererrant.

DE SOMNI AC MORTI
affinitate atque cognatione.

Anaxagoras aiebat duas eſſe mortis doctrinas,alteram tempus antequam nati ſumus, alteram ſomnum.Stobæus ſermone 117.

Gorgas Leontinus iã morti vicinus omnibus uiribus dèficiẽs, ſenſim in ſomnum delapſus

delapſus iacebat. At quum a familiaribus interrogaretur, vt valeret, reſpondit: Bene quidē valeo, ſomnus enim iam me incipit fratri ſuo tradere. Stobæus ſermone 115.

Diogenes Cynicus cum pericnloſe ex morbo grauiſſimo decumberet, lethali iam sōno experrectus, ac a medicis interrogatus, quomodo ſe haberet? Recte īquit habeo, nam frater fratrem iam iam amplectitus: alludens ad Homerū, qui *θάνατον* & *ὕπνον* germanos ſinxit. Laer. lib. 6.

Socrates dicere ſolebat, mortem eſſe ſimilē profundo ſomno, aut diutinæ peregrinationi. Somnus enim profundior adimit omnem ſenſum & animū, a corpore digreſſus, aliquando in ſuum domicilium rediturus eſt.

FINIS

CORNVCOPIAE IOANNIS RAVISII TEXTORIS EPITOME.

Quæ res quibus orbis locis abundè proueniant, alphabetico ordine complectens.

R. F.

AMphitryoniadem monui Calydonius amnis,
  Fortia pro molli prælia Marte gerens.
Non tulit Alcides inuictum tam male vinci,
  Quam bene victori Deianira fuit.
Dum fugit in formas, taurique in imagine pugnat,
  Et victus mugit trux Achelous humi,
Iam ſimul & pulchram cum cornu perdit amicam:
  Non nihil at laudis frons lacerata dedit.
Fudit opes varias pleno bona copia cornu,
  Et ſacrata ſuis pendet adusque tholis.
Quam reparat Textor totum dum permeat orbem,
  Omnia perluſtrans vt meliora ferat.
Hos texit flores ſolus quos nouit Apollo,
  Quoſque ſuis hortis clara Minerua legit.
Vixit Alexicacus domitor virtute laborum.
  Pandit Textori quò via laudis erat.

AD DOCTISSIMVM VIRVM BLASIVM MADRONETVM RAVISII TEXTORIS EPIGRAMMA.

Nulla ne librorum poterit ſatiare, ſupellex,
  Nulla tuam Blaſi bibliotheca ſitim?
Non adeò ſeruet, quem læſit aquatica dipſas.
  Aut bibitis Hydrops inſaturatus aquis:
Vt tibi perpetuus ſtudijs furioſa cupido
  Creſcit, & ad Muſas impetuoſus amor.
Si facis, hoc multo vt poſſis diteſcere lucro,
  Magnarumq́. tibi creſcat aceruus opum.
Deſine: te noſter poterit ſaturare libellus:
  Sis licet immani Craſſus auaritia.
Omnia munifico dabit hæc tibi copia cornu,
  Et Prygio poteris ditior eſſe Mida.
Vis aurum & gemmas? Eſt gemmis diues & auro.
  Vis ferrum & chalibem? ferrum habet, & chalibem.
Fingere vis ſtatuas? Bimaris dabit æra Corinthi.
  Quæris habere roſas? floret vbique roſis.
Vis armenta? dabit Spartani armenta Galeſi.
  Quæris mella? dabit quicquid Hymettus habet.
Vngere vis crines, vel corpus aromate? plena eſt.
  Quæris aues? auibus plena & operta ſonat.
Quæris opes alias? Rhodium tibi proferet imbrem,
  Vis ceraſos? ceraſis plurima vbique rubet.
Vis menſas? Mauri citrum tibi mittet Atlantis.
  Pruna? dabit quicquid priſca Damaſcus alit,
Dat cedros Libani, dat quas parit Ida, cupreſſos.
  Cinnama, quæ mittet diues odoris Arabs.
Lucrini conchas, Graiæ Sicyonis alutam.
  Hic dabit Argos equos, India diues ebur.
Electrum Aethiopes, fruges Cerealis Eleuſis.
  Hybla fauos: flores Enna, vetusque Samos.
Oſtram antiqua Tyros, lanas imbelle Tarentum,
  Saſſina lac, Memphis ſtamina, Sparta canes.
Ne tua maiores remorentur ſeria nugæ,
  Hoc, licet exiguo, munere diues eris.
Non tot opes habuit Babylon, non priſca Corinthus.
  Non tot ſceptriferi poſſidet arca Iouis.

COR-

CORNVCOPIAE IOANNIS RAVISII TEXTORIS EPITOMAE.

PRAEFATIO.

NOn video, vnde ſequens opuſculum (quod a rerum multitudine Cornucopia appellare libuit) commodius, ac decenter magis auſpicari liceat, quam ab Auro. Scribit Plinius, Senatum Romanum lungo tempore exiguum habuiſſe aurum: adeo, ut quum a Gallis capta urbe pax emeretur, non plus quàm mille pondo dari potuerint. Homerus ſcribit. Viros olim crinibus aurum implicuiße; ut nunc frequens eſt & peculiare Anglis, aureas catenas collo inuolutas oſtentares. Gallos cum auro pugnare ſolitos, Torquatus eſt in indicio. In Quintiorum familia aurum nec fœminas quidem habere moris fuit Romani, auxiliares externos tot quibus aureis donauere, ciuicos non niſi argenteis. Creuit paulatim omnium rerum luxuria, quum homines guſtato voluptatis ſucco lapſi ſunt inebrietatem. Nam Bruti temporibus, mulieres pedibus aurum geſtare cœperunt, nedum collo & digitis. Poppea Neronis vxor ſoleas aureas ſuis equis feciße legitur. Antonius Triumuir corporis excrementa non niſi vaſis aureis excipiebat. Ferunt Agomencelum, Alexandri Magni præfectũ, aureis clauis crepidas ſuffixiſſe Aureus nummus poſt annum 62. percußus eſt, quàm argenteus. Spartiacus interdixit caſtris ſuis, ne quis aurum haberet, aut argentum. In Tygris alueo oppidum eſt Babytace, cuius incolæ mortalium ſoli aurum in odio contrahunc. Eßeni quoq; (vt idem teſtatur lib. 5.) ab occidentali littore ſine vlla fœmina & ſine pecunia degunt. Quot utinam imitarentur noſtrates. Non tot inſidijs humana uita circumueniretur. Non eßet tam frequens uenenorum uſus. Omnes maiore animi tranquillitate uiuerent, & profundiore dormirent ſomno. Ceſſarent, quæ inde eneſcuntur, belli contagia. Neq; aliena proſperitas retorto limaretur oculo. Sed ſurdis cano, Si me rupero, quod iam inualuit malum, non ſolum non abolebo, ſed nec minuam quidem. Auro nihil igne dederit. Propterea tutum eſt ab incendijs & rogis, durante materia. Quinimò quo ſæpius arſit, proficit ad bonitatem Aurum vbi ignè probatũ eſt vocatur obryzum & purum. Si auro liqueſcenti gallinarum membra miſceantur, con ſumunt illud in ſe, ita hoc uenenum auri eſt, inquit Plinius. Verrius apud eũdem teſtis eſt, Tunica aurea triumphaſſe Tarquinium Priſcum. Nunc ueniendum eſt ad inſtitutum, dicendum de ijs locis, in quibus plurimum auri quondam repertum eſt.

LOCA DIVERSIS REBVS ABVNDANTIA

Auro & Aurifodinis.

HIſpaniam metallis omnibus,nedũ auro abundare docet Plinius Metallis,inquit,plũbi, ęris, argenti, auri, tota fermæ Hiſpania ſcatet. Et lib. 33. Vicena,inquit,millia pondo auri, ad hunc modum annis ſingulis Auſtriam atq; Galleciam & Luſitaniã pręſtare quidam crediderunt,ita vt plurimum Aſturia gignat. Itẽ Strabo: Aurum,inquit,argentum,æs,ferrum,nuſquam terrarũ, neque tantum,neque tam probatum generari ad Tyberij vſq. tempora compertum eſt.

Iberia pars eſt Hiſpaniæ,quæ intra Iberum fluuium cõtinetur,quam aurifodinis claram eſſe,præter quæ iam diximus,docet etiã carmen Papinii li.3.Syl.ſcribẽtis: Quicquid ab auriferis eiectat Iberia foſſis.

Poſidonius ſcribit M. Marcellum exegiſſe tributũ ex Celtiberia Hiſpaniæ parte ad talenta 600. Ex quo coniecturã facere eſt (inquit noſter Budæus) Celtiberinam gentem numeroſiſſimam fuiſſe,& pecunia abundante. Eandem ob cauſã Catullus Celtiberiam uocat Cuniculoſam,id eſt Cuniculis,ſeu fodinis referta vbi ait: Cuniculoſæ Celtiberiæ fili.

Quis inficiabitur Toloſam Galliæ oppidum auri plurimum habuiſſe, quũ Trogi teſtimonio,in eo reperta ſint auri centum & decem millia pondo,argenti quinquies decies centena millia,quæ ſumma quãti ſit æſtimãda, hinc licet obſeruare,quod ſingula pondo minoris centum aureis ſolatis æſtimari nequeant. Hoc autem oppidum quum Qu. Cepio cõſul diripuiſſet,quiſquis ex ea direptione aurum attigit,miſero cruciabiliq. exitu perijt,inquit Gellius. Vnde natum Adagium, Aurum habere Toloſanum: in calamitoſos.

Dalmatia regio eſt Illyrica,in qua aurum inuentum eſt principatu,Neronis, tanta quidã copia,vt quinquagenas quotidie libras effunderet. Stat. li. 1. Syl. Robora Dalmatico lucent ſatiata metallo.

Dardæ populi ſunt Indiæ,auro fertiliſſimi: ut Sætæ populi argenti. Autor idẽ Pli. lib. 6. In eorum regione formicæ aurũ ex cauernis egerunt cuius raptores ſi corripiant lacerant.

Pangæus mos eſt Thraciæ,quẽ auri fertilẽ eſſe docet Herodotus in Polyhymnia. Hac iter (inquit de Xerxe loquens) præter eos mõtes a manu dextra relinquẽs mõtẽ Pangæum,magnum atque excelsũ, in quo aurea ſunt & argentea metalla. Pli. ſcribit, Auri metalla & cõflaturã a Cadmo Phœnice i Pãgæo mõte repta.

Capitalia mons eſt Indiæ,auri itidem ferax. Plin. lib. 6. de Indo loquens. Narcæ,inquit,deinde quos laudit mõs altiſſimus Indicorũ,Capitalia. Huius incolæ alio latere auri & argenti metalla effodiunt.

Italiam auri fertiliſſimã fuiſſe contendit Verg. lib. 2. Georg. dicens: Hęc eadem argenti riuos,ærisq; metalla oſtendit uenis,atq; auro plurima fluxit.

Clitarchus apud Plinium teſtis eſt. Aethiopici maris inſulas adeò fuiſſe opulẽtas, ut in earum vna incolæ equos talentis auri permutarent.

Laureo eſt regio Atticę,auri venis frequens. Vnde natum adagium, Noctuę Laureoticę: de pecuniarum copia,quoniam numiſmatis Laureoticis Noctuarum figura inſculpebatur. Hoc debemus Eraſmo.

Plin. li. 33. c. 3. ſcribit, Suanorum gentem auri a copia vſq. adeò abundare, vt regnũ ipſum vellerib. aureis,trabibusq;,& columnis aureis,& argenteis vbiq. ſcateat.

Dathus

Dathus fuit Thaſiorũ colonia,quæ quod auri venas habuerit,prouerbio ſequenti locum fecit,Dathus bonorum:de conferta rerum opulentia,inquit Eraſ.
Thaſus inſula(cuius incolæ Thaſij dicuntur)aurea quõdam uocata eſt a copia auri,quod ibidem effodiebatur.
Inter loca auri feracia,nõnulli etiam fluuij numerãtur,vt Tagus Hiſpaniç,Pędus Italiæ.Hebrus Thraciç.Pectolus Aſiæ,Ganges Indiæ.authore Plin.lib.33.cap.4.Quibus addũtur.Hermus,Iberus,Idaſpe.De Gange, Pamphilius Saxus de laudibus Veronæ:Sic Benace tuos æquãt pater optime piſces,Diuitis vt fuluas marmora Gangis opes.Benacus nõmen eſt lacus.De Hermo Mart.lib.8.Non illi ſatis eſt turbato ſordib. auro Hermus , & Heſperio q̃ ſonat amne Togus.Hinc opes Hermææ dicuntur a poetis,De Tago,Claud.li.1 in Ruff.Non Tarteſſiacis illum ſatiaret arenis.Tempeſtas precioſa Tagi.Item Plin.lib.4.cap.22.Tagus,inquit,auriferis arenis celebratur.
De Pactolo,Claudian.de conſulatu Probi: Quantus per Lydia cultu Deſpumat rutilas diues Pactulus arenas.
Iberus quoq. Hiſpaniç fluuius auri ramẽta quãdoq.fertur habuiſſe.Vnde Claud. de conſulatu Manlij Theodori:Lentus Arar,Rodanusq.celer,& diues Iberus.
De Idaſpe,Sta.li.8.Thebaid.ceu modo gemmiferum Thyrſo populatus Idaſpem.
Hytanis flumen eſt carmeniç,portuoſum & auro fertile inquit Plin.lib.6.ca.23.
Strabo ait,Turditanorũ,Hiſpaniç populorũ,gentẽ fuiſſe opulentiſſimam,vt quç a carthaginenſibus quondam inuenta ſit prçſepibus utens argenteis.
Aſtures populi ſunt Hiſpaniæ,calęcis proximi,aurifodinis quõdam nobilitati.Syllius:Sed ſcelerũ cauſas aperit deus improbus Aſtur, Viſceribus lacerę telluris mergitur imis,Et redit infelix effoſſo concolor auro.

Argento & argentifodinis.

Præter,quę iam diximus loca,ſunt & alia venis argenti memorabilia.Strabo ait, Alyzones populos eſſe iuxta Pharnaceam inſulam,qui habẽt venas argenti, & ferri.Interpres Strabonis:Hinc & Alyzonas Odiusq.& Epiſtrophus vna lõgin qua ex Alyba ducunt,argenti ubi uena eſt.
Alyba regio eſt non procul Myſia,in qua Homerus ait eſſe argentifodinas.
Satas Indię populos argento abundare docet Pli.li.6.Fertiliſſimi(inquit)ſunt auri Dardę.Sętę argenti.Sed omnium in India propè,non modo in hoc tractu,potentiam claritatemq; uincunt. Praſi,ampliſſima urbe,ditiſſimaque Palibotra.
Chryſas & Argiras idem Pli.Indiæ populos facit auro & argento fertiles.Quod etiam utriuſque dictionis etimologia comprehenditur.
Sardiniam argẽto fertilem eſſe,docet Architrenius illa carmine: Inda ebore,argẽto Sardinia,& Attica melle.
In Saxonia,ſalinę ſunt uberrimę Prçterea argẽtifodinæ apud Goſtardã oppidũ, ab Othone primo inuentę autor Vol.
In Auguſtinorum,ſeu Eduorum Dioeceſi pagus eſt cithriacũ nomine, frequentibus argentifodinis clarus.Sunt & loca eidem agro vicina,itidem argẽti venis ludatiſſima,vt Maierium,calcimontium.Eſt & ibidem alius locus argẽtiferacisſimus,Boquinium nomine.

Aere.

Politianus in Nutricia Amiclas uocat Aeriſonas,quod ęre(vt conijcio)claruerint. Sic autem ſcribit.
Ceu maximus ille Æriſonas pedibus,qui quondam inductus Amiclas.
Themeſe oppidũ eſt Cipri,in quo prçſtãtiſſima ęris metalla fuiſſe, docet carmẽ illud Pampinij lib.1.Siluar.Et quis ſe totis Themeſe dedit hauſta metallis.
Fuit & eiuſdem nominis oppidum in Brutijs Italiæ,conditum ab Auſon.Latinis Tempſa dicitur,cui hanc metallorum laudem aſcribunt nonnulli.
Corinthus urbs Achaię,a Siſipho latrone cõdita,uſq. adeo ęris prçſtantia nobilitata

tata eſt vt eo facta vaſa in delicijs haberentur,auriq. & argenti precium traſcê derent. Vnde Corinthiarius à Tranquillo in Cæſare Auguſto, vocatur amator huiuſmodi vaſorum immodicus.Oui.li.6.Met.Orchomenosq.ferox,& nobilis ære Corinthus.Plinius ait,celebritatem æris eſſe in Aſia,fuiſſe quondam in Cãpania,nunc eſſe in Bergomarium agro.

Idem Plinius ſcribit,in Caryſto inſula marmoris optimi ferace,æs primum repertum fuiſſe.

In Todona Moloſſorum ciuitate fuit oraculũ,& officina æris præſtãtiſſimi: quod cum optime reſonaret,fecit locum prouerbio Aere Dodonæo loquacior.

Armentis.

Galeſum,fluuium Calabriæ,armentis abundare arguit Stat.lib.2.Syl.dicens:Et la cædemoni pecuaria culta Caleſi.

Britanniæ(quæ nunc Anglia dicitur)terra eſt frugifera,pecore abundans,auro,argento,ferro,plumbo, pellibus, mancipijs,canibus etiã venaticis,vtinquit Strabo Cicero tamẽ in Epiſt.ad Threb.ei tantã ſterilitatis notam inurit,vt ne ſcrupulum quidem argenti in ea repeiiri dicat. At nunc res aliter ſe habet.

Gellius lib.10.Noct.Atti Coniectare(inquit)ob eandem cauſam poſſumus,quòd Italia olim eſſet armẽtoſiſſima,mulctaq.(quæ appellatur ſuprema)inſtitutã in ſingulos dies,duarũ ouiũ,& 30.boum,pro copia.l.boum,proq.ouium penuria.

De Calabria Hor.lib.1. Odæ 3. Non æſtuoſæ grata Calabriæ Armenta non aurũ, aut ebur Indicum.

Thraciam abundare,armentis docet Seneca in Troade:Meliorque fœtu fortis armentis lapidioſa Thrace.

Augies Apollinis filius fuit Armentorum multitudine ditiſſimus.Vnde natũ adagium.Augię ſtabula repurgare.

Habuit Iob Idumæus ſeptem millia ouium,tria camelorum,quinquaginta boum iuga,quingentasque aſinas.

Erithræa inſula eſt Hiſpaniæ,quam Strabo ait tantæ fœcunditatis eſſe,vt pecudes pabuli copia ſit neceſſe ex creatione ſanguinis purgari.

Aſparagis.

Aſparagus dici poteſt virgultum ſeu herba in virgulta & caulẽ creſcẽs, ab aſperitate:vel Aſparagus externa lingua ſignificat fruticem. Hoc autẽ frutię̃ Rauennam & Germaniã abundare docet Pli.li.19. De Rauenna Mar.in Xenijs: Mollis in æquorea quæ creuit ſpina Rauẽna:Nõ erit incultis gratior Aſparagis Sueton.ſcribit Cæſarem ad exprimendam rei alicuius velocitatem conſueſſe dicere,velocius quam aſparagi coquantur.Hic frutex a Pl.uocatur Corruda.

Aſinis.

Aſinos optimos Arcadia,& in Italia Reate mittunt autor Pli.Quos propterea Peloponneſiaci illinc ſibi emebãt.Varro li.2.de re Ruſt.cap.1.Hoc enim (inquit) nomini Aſini Arcadici in Græcia nobilitati,in Italia Reatini,uſq.eo,vt mea memoria aſinus uenierit ſeſtertijs millibus 60.& unæ quadrigę Romæ cõſtiterint quadringentis millibus.

Antron fuit Theſſalię ciuitas,nomen inde ſortita,quòd cauernis & ſpecubus abũdaret.Illic aiunt aſinos inſigni quondam magnitudiue fuiſſe.Vnde prouerbiũ effluxit,Antronius Aſinus.

Plinius li.8.ca.30.ſcribit,in Africa multitudinem eſſe Aſinorum ſylueſtrium. Idẽ ait aſinos cornu armatos in India reperiri.

Aluta.

Sicyon urbs fuit in Achaia,non procul Corintho,in qua teſte Cicer.calcei molles & muliebres fieri ſolebãt.Vnde Aluta Sycionia dictã. Bapt.Pius li.4 Eleg. Aut ſibi ſi modicos Sicyonia uinxet Aluta.Æther eos pellis aut heredoſa pedes. Eſt autem Aluta corium.quo calcei fiunt.Hinc Alutarij dicuntur calceolarij.

l Amomo

Amomo.

Amomum herba eſt ſeu arbuſcula odoris ſuauiſſimi, in Aſſyria frequens & Armenia, Verg. Aeglo. 4. Aſſyrium vulgo naſcetur Amomum. Amomum Armenium eſt optimum, deinde Medicum, poſtea Pŏticum Plin. Naſcitur (inquit) in Armeniæ parte, quæ vocatur Otena, & in Media, & in Ponto.

Arboribus.

In Fortunatis inſulis arbores ſunt tantæ proceritatis, ut ad 144. pedes inoleſcant. Teſtis Plin. lib. 6. cap. 23.

Sũt & in India arbores adeo proceræ, vt ſagittis ſuperari nequeăr. Hæc facit vbertas ſoli, temperieſ cœli, aquarum abundantia. Plin. lib. 7.

Idem li. 5. ait, imas Atalantis radices denſis altiſque repletas ſiluis, incognito genere arborũ, quarum enodi nitore ſpectabilis ſit proceritas. Frondes cupreſſis ſimiles, tenuique lanugine opertæ, quibus addita arte veſtes Bŏbici ſimiles confici valeant.

Cirenaicus quoque ager arboribus fertilis habetur inquit. Idem Plin. lib. 5.

In Hercinia ſilua tanta eſt arborum multitudo, tăta roborum uaſtitas, ut idem Pli. li. 16. dicat, colles occurſantium inter ſe radicum attolli repercuſſu.

Caucaſum montem arboribus abundare innuit Prop. lj. 1. Et nemus omne ſatas in tendat uertice ſiluas, Vrgetur quantis Caucaſus arboribus.

Apibus.

Peruulgatum eſt ex lectione poetarum, Hiblam Siciliæ, Himettum Atticæ mŏtes apibus & mellis optimi copia abŭdare. De Hibla Ouid. Quot lepores in Atho, quot apes paſcuntur in Hibla. Mart. li. 7. Paſcat & Hibla meas, paſcat Himettus apes. Eadem ratione Himettus Florens Lucretio, Dulcio Iuuenali & Valer. Flacco, Olens Statio dicitur.

Apris.

Hoc argumento poetæ Erimantnm Arcadiæ montem apris abundare dicũt, quòd ibidem Hercules furioſum illum & memorabilem aprum interfecit. Vnde Stroza filius Inuenatione: Amphitrioniades in monſtrifero Erimantho Fulmineũ ſic preſſit aprum.

Auibus.

Scribit Plin. libro 6. Fortunatas inſulas & copia pomorum & auium omnis generis abundare Vide cap. 32.

Peneus fluuius eſt Theſſaliæ, undis lucidis amœnus, uiridante riparum gramine & canoro auium concentu.

Arcubus.

Omnes fere populi Orientales arcu & ſagittis, claruerũt, quibus annumerătur Scithæ, Getæ, Cretenſes. De Armenia Luc. li. 8. Armenioſque arcus Scithicis intendite neruis.

De Itira urbe Parthiæ, in Tauro ſita, idem Lucan. lib. 7. Tunc & Ithiræi, Medique Arabeſque ſoluto Arcu turba minax, nuſquam rexere ſagitas.

De Cidone urbe Cretæ, Horat. li. 4. Car. Primuſue Teucer tela Cidonio Direxit arcu. Item Verg. in Buc. Ire liber, Partho torquere Cidonia cornu Spicula.

De Gortina urbe cretę, Ouid. li. 7. Met. Nec Gortiniaco calamus leuis exit ab arcu.

Arenis.

Aetiopia ſcatet arenis, iuxta Marulli teſtimonium, dicentis: Nec te peruſti minuit aut feruor ſoli. Diueſque arenarum Aetiops.

Hammanientes cirenaicæ regionis populi, vndique arenis circundantur, autore Plin. lib. 5. c. 5.

Arundinibus.

Ouid. li. 5. Faſt. uocat Tibrim arundiferum, ab Arundinibus, vbi ait: Tibris arundiferũ medio caput extulit alueo. Eadẽ ratione Catullus uocat Gnidŏ arŭdinoſă.

Quæque Ancona Gnydonque arundinoſam Colis.

Scribit Plin. li. 7. in India eſſe arundines tantæ proceritatis,vt ſingula internodia alueo nauigabili ternos interdum homines ferant.Idem:Arundini,inquit,Indicæ arborea amplitudo,nauigorum etiam uicem præſtat ſingula internodia. Circa Aceſinem amnem maximæ naſcuntur.Diodorus in tertio oſtendit,Indorum regis Staurabatis potentiam in nauigijs non paruam conſtitiſſe,quę ad quatuor millia ex arundinibus fluuio accomodanda aduerſus Semiramidis uires confecit.Ferunt enim(inquit idem autor)Flumina,locaque paluſtria arundinum copia ita craſſarum habere,ut nequaquam eas homines ulnis amplecti queant.Ex his naues optimæ fiunt,propter arundinum robur.

Aulæis.

Babylonij primi omniũ diuerſos colores picturæ intexuerunt,unde & Plautus Babylonica uocat Peripetaſmata.Et Ioſephus Aulæum Babylonicum.Mar.quoq. li.8.Non ego prętulerim Babylonica picta, ſuperbè Texta, Semiramia quæ variantur acu.

In Sarra Pœniciæ vrbę(quę alio nomine Tyros appellatur) claruit vſus purpurę, vnde & Verg.Sarranum vocat Oſtrũ li.2.Georg.Vt gèma bibat,& Sarrano dormiat Oſtro.Eadem ratione Iuuenalis Aulæa vocat Sarrana.

Claruit & Aulæis Pergamus vrbs Aſię,quę eius loci rex Attalus reperiſſe dicitur. Vnde & Attalicæ dicuntur Syll.li.14.Quæ radio celat Babylon,vel murice picto Læta Tyros,quæq.Attalicis uariata per artem Aulæis ſcribuntur acu, aut Memphitide tela.De his intellexit Hor.dicens, Attalicis conditionibus nunquam dimoueas,ut trabe Cypria Myrtoum pauidus nauta ſecet mare.

Lucretius quoque Aulæa commedant Britanica.

Augurio, & Aruſpitio.

Apud Ethruſcos Augurij primum,& Aruſpicij diſciplina fertur claruiſſe,eiuſq. inuentor extitiſſe Tages. Quã poſtea Romani ab eiſdem ſuſcepetũt.Sidon.in 3. Paneg.Quid rogo biſſeno mihi vulture Thuſcus aruſpex portẽdit?Vitru.li.1.de Architectura:Id autẽ Ethruſcis aruſpicib.diſciplinarũ ſcriptis ita eſt dedicatũ.

Aceto.

Acetum in Ægypto ex Mareotico uino fiebat,tanta quidẽ præſtãtia, vt in maiore precio,quam ipſum uinum eſſet.Mar.Amphora Niliaci nõ ſit tibi uilis aceti,Eſſet cum uinum,vilior illa fuit.Eãdem ob cauſam Codrus Vrceus li.2.Syll.acetũ vocat Pharium,dicens:Hic ſalis,hic Pharij ſeruantur copia aceti.

Attagenis.

Attagena,ſeu Attagen,auis eſt inter raras quõdam epulas habita,ſed præcipui in Ionia ſapori.Autore Plin.Vnde Mar.Inter ſapores fertur alitũ prim⁹. Ionicarũ guſtus Attagenarum.Fuit autem hæc auis frequens in Ionia Plinius:Attagẽ maximè Ionius celebratur, vocalis alias captus verò obmuteſcens quondã exiſtimatus inter raras aues.Horat.in Epod.Non Afra auis deſcendat in ventrẽ meũ Non Attagen Ionicus iucundior.

Aromate.

Abundat Perſarum regio Aromate.Vnde Quintianus in Cleopoli: Perſica Aromatibus,ualidis Germania febris.

Abſintio.

Abſinthium herba eſt amara,uim habens calidam & ſtypticam.Potum ſtomacho prodeſt ad dolores corporis.Laudatiſſimum naſcitur in Põto.Oui.li.5.de Triſt. Cana prius gelido deſint abſinthia Ponto.

Abſinthus urbs eſt Thraciæ, quæ nomẽ ſumpſit a copia abſinthii ibidẽ creſcẽtis, quos oues paſcuntur in regione Pontica felle carentes.

Naſcitur quoque abſinthium laudatum in Macedonia,& Tauro monte.

Eſt & vnũ genus,quod Sãtonicum dicitur,a Galliæ ciuitate. De quo videtur intellexiſſe

lexiſſe Mart. Santonica medicata dedi mihi pocula virga Plin. ait laudatiſſimū reperire in Thapoſiri Aegipti.

Aſpidibus.

Aſpides ſerpentes ſunt frequentes in Ægipto, hebetibus oculis, eiſdemq; in temporibus finxit. Venenum habent, quo ſi quis percuſſus fuerit, nūquā euadit, niſi vulnere altius reſciſſo. Eorum imagine vtebantur Ægiptij reges in ſuis Diadematibus. Vnde Val. Flac. li. 4. Argon. Iamq. Aſpide cincta comas, & ouanti perſona ſiſtro Luc. li. 4. Pharias vocat Aſpidas, id eſt Aegiptias, vbi ait: Aſpidas vt Pharias cauda ſolertior hoſtis Ludit, & iratas incerta prouocat vmbra.

Attillis piſcibus.

Attili ſunt piſces, qui inertia pingueſcunt. Sunt autem frequentes in Pado, adeo vt ad mille quandoque libras capti ſint, qui niſi iugis boum extrahi potuerūt.

Anguillis.

Anguillæ piſces ſunt admodum lubrici & volubiles, qui octonis viuūt annis, durantq. ſine aqua ſenis diebus Aquilone ſpirante. Capiuntur plurimæ in lacu Benaco hiemato, & in tantum mirabili multitudine, vt in excipulis eius fluminis, ob hoc ipſum fabricatis, ſingulorum millium globi reperiantur.

Scribit Plinius, Anguillas in Gāge reperiri iā inuſitatā magnitudine, vt tricenos pedes impleant. Cuius teſtimonium confirmat Solinus.

Aelianus apud Volaterranū ſcribit, in Timauo optimas ac præpingues capi. Alij palmam lacui Vulſinienſi tradunt.

Scribit Plutarchus in Timoleone, in limoſis locis iuxta Siracuſas ingētem anguillarum multitudinem paſci, adeo vt piſcari volentibus lata adſit præda.

Auratis piſcibus.

Aurati piſces ſunt, qui a Græcis Chriſophries appellantur. In maris refluxus frequentes veniunt ad actiū Epiri oppidum, ibiq. in locis arenoſis ad ſubnaſcentium arborum radices & latebras occultātur, & a peritis facile capiūtur. Horū piſcium viuaria primus inſtituit Sergius Orata, nomen inde conſecutus.

Anthijs piſcibus.

Anthiæ ſunt piſces naſo adunco, teſtudineo corpore, qui pēnas habent, quas auiū more, & volatu ſimiles pādunt. Reperiuntur autem in mari rubro, lupi magnitudine. Sunt & frequentes prope Chelidonias inſulas Aſiæ.

Aſteriadibus.

Aſterias auis eſt docilis humanæ vocis & verborum imitatrix, quā hēt Aegiptus.

Aſpalacis animalibus.

Aſpalacus eſt animal, quod ſola Bœotiorū terra fert. Aqua translatum ſtatim perire dicunt: frequens eſt tamen apud Orchomenios.

Alcibus.

Alces ſunt animalia, figura & pellibus capris ſimilia, uerū maiora aliquanto. Crura habent ſine nodis & articulis, quare arboribus ſtantes adhærēt in ſomno. Reperiuntur in ſiluis Germanorum.

Alumine.

Alumen dicitur terræ ſalſugo: alumine, quòd lumen coloribus tingendis pręſtet. Inuenitur nigrum & album, liquidum & ſpiſſum. Inuenitur in Aegipto, ac in Melo inſula, & Macedonia. Volaterran. ait, fodi in Ethruria, in agro Maſſano & Volaterrano.

Acacia herba.

Acacia herba eſt membris medens luxatis, quæ naſcitur in Aegipto, Cappadocia & Ponto.

Aconito.

Acconitum herba eſt, quæ (vt fabulātur poetæ) ex Cerberi ſpuma venenū contraxit efficaciſſimum, quo tēpore Hercules monſtrū ab inferis ad ſuperos eduxit.

Aliqui dictum putant ab Acone portu Heracleæ, qui prouentu malorum graminum vſque adeò celebris fuit, vt noxiæ herbæ Aconita illic nominata ſint, licet alias deriuationes ponanr plurimi Volat. ait, naſci in Italia.

Alypio herba.

Alypium herba eſt fruticoſa, & ſubruſſa, flore nigro, quæ naſcitur in maritimis Africæ.

Aneſo herba.

Aneſum ſemen eſt Apio ſimile, vim habens calefactoriam. Frequens eſt in Syria.

Arinea fruge.

Arineam Volarerranus inrer fruges enumerata, quam ait frequentem eſſe in Gallia, & Italia.

Aloſis.

Aloſæ piſces ſunt oblongi, de genere Clupearum, qui alio nomine Chryſſę dicuntur. Ferunr laudatiſſimaſ eſſe in Tyberi.

Aloe.

Aloe herba eſt ſucci amariſſimi. Vnde Iuuen. Plus aloes, quam mellis habet. Naſcitur in India plurima. Eius quoque Gummi venit etiam ex Arabia, & Aſia, ad conglutinanda vulnera vtiliſſimum.

Aſphalto frutice.

Aſphaltus frutex eſt ſpinoſus, & odoratus, quo vtuntur vnguērarijs, ad vnguentorum ſuccum. Naſcitur apud Iſtrum & Niſyrum in Syria, & Rhodo.

Agarico.

Agaricum frutex eſt itidem odoratus, frequens in Cilicia, & apud Sarmaras.

Achate gemma.

Achates gemma eſt uario colore, partim retinens Iaſpidis vitreum, partim Sardi ſanguineum, partim Smaragdi fulgidum. Dedit autem nomen Achati fluuio Siciliæ, quod frequens ibidem reperiatur.

Artificibus.

Plin. li. 6. de Meroe loquens: Cæterum (inquit) quum potirentur rerū Aethiopes, inſula ea magnæ claritatis fuit. Tradūt, armatorum 200. millia dare ſolitam, Artificum quatuor millia alere.

Alabaſtro.

Alabaſtrum genus marmoris perlucidi, quo antiquitus vaſa faciebant vnguentaria. Naſcit aūt in India, circa Thebas Aegyptias, & Damaſcum Syriæ. Habebat & Sparta viri de cūctis hilarius Dicimus & Alabaſter. Ci. li. 2. Queſt. Acad. Quibus ēt Alabaſter plenus vnguēti putere videtur. Idem Alabaſtrides. Pli. lib. 36. Hunc aliqui lapidem Alabaſtridem vocant, quem cauant ad vaſa unguentaria. De Alabaſtro Mart. lib. 11. Quod Coſmi redolent Alabaſtra focisque deorum.

Auripigmento.

Auripigmentum foditur in Syria ad vſum pictorum, in ſumma tellure, auri colore, ſed fragili, lapidum ſpecularium modo. autor Plin. lib. 33. cap. 4.

Alijs rebus.

Amaranthum Plin. lib. 17. ait, laudatiſſimum naſci in India, & in Syria.

Arctionem herbam reperiri in Creta.

Amophitanem gemmam in India.

Arcerem arborem in Iſtria.

Abietem in Vogeſo monte, Corſica, Bithynia, Ponto, Macedonia. Sunr & abieres in Cypro 130. pedum longitudinis: craſſitudinis verò ad trium hominum complexum Germaniæ prędones ſinguls abietibus cauatis nauigant, quarum quædam 30. homines ferunt.

Alica ſpecies eſt, panis, quam ex Piceno probat Plinius.

Ambrotonum herbæ genus, laudatiſſimum habet Sicilia, deinde Gallia.

Ama-

Amaracum Cyprus.
Accipitres Maſſilia.
Aſſarum vnguentum, Pontus & Phygia.

Buxis.

Cytorum Paphlagoniæ Olympum Macedoniæ, Pireneos item & Corſicã Buxis abundare docet Plin.li.6.cap.17. Buxus, inquit, plurima Pirenæis, ac Cytorio montibus, ac Berecynthio tractu Craſſiſſima in Corſica florem nõ ferẽdo. Hæc in Olympo Macedoniæ gracilios, ſed breuis De Cytoro, Vergilius li.2.Georg. Et iuuat vndantem, Buxo ſpectare Cytorũ. Propterea pectẽ (quod diſcernũtur & communtur capilli) proprio Epitheto appellatur Cytoriacus, quòd Buxo fiat, quam in Cytoro frequentem eſſe diximus. Ouid.li.4.Met. Sæpe Cytoriaco diducit pectine crines.

Aſpagones populi ſunt in India, quos Plin.li.6.cap.2.ſcribit Titis, Lauri, Buxi, & pomorum omnium eſſe fertiles.

Baccis fructibus.

Bacca dicitur fructus Lauri, Oliuæ, Myrti & aliarum eiuſmodi arborũ, quo Sicyonem urbẽ Achaiæ abundare docet Ouid.li.4.de Põto, bicens: Africa quot ſegetes, quot Tmolia terra racemos, Quot Sicyon baccas, quot parit Hybla fauos.

Verg.li.2.Georg. Venit hyemis, teritur Siconya bacca tarpetis.

Idume vrbs Syriæ, baccis, & arboribus baccas ferentibus, abunda. Pontan. de hortis Heſperidum: Quæque & Idumæas mittunt pulmaria baccas.

Aripæi populi ſunt vltra Riphæos montes, apud quos tanta eſt baccarum copia, vt illis etiam viuant.

Baccis gemis.

Eſt & Bacca nomen Gemmæ frequentis apud Gangem Indiæ fluuium. Põtanus in Lepidina: Dona ferunt auro grauida & Gangetide bacca.

Bombyce.

Bumbyx dici poteſt ſubtiliſſima tela, quã eiuſdem nominis uermes in India conficiunt Aranearum more. Reperitur autẽ apud Orontem fluuiũ laudatiſſima. Salmonius: Alter Orontæa radita ceruice decorus, alterius roſea frõte coruſcat Onyx. Bap. Pius li.3.Eleg. uſus eſt in maſculino genere, dicens: Protegit obſcurus radiantia tempora Bombyx. In hoc Propertium imitatus.

Plinius laudat Bombycem Aſſyriam, qua uiri fœminis ceſſerunt, quum uiros etiã non puderet has ueſtes induere propter onera æſtiua. In tantum (inquit ille) a lorica geſtanda diſceſſerunt mores, ut oneri ſint ueſtes.

Arabia (quam ob omnium deliciarum ubertate felicẽ uocamus) Bombyce quoq. abundat. Prop.li.2. Nec ſi quæ Arabia lucet Bombyce Puella. Hinc Bõbycinæ vocãtur veſtes illæ moliſſimę. Iuu. Cuius delicias, & pãniculus Bõbycinus urit.

Beluis.

Horatius li.2.Car. vocat mare Beluoſum, a beluarum (quibus abũdat) multitudine, vbi ait: Te Beluoſas, qui remotis obſtrepit Oceanus Britannis.

Dyardenes fluuius (inquit Curtius li.7.de Geſtis Alexand.) minus celeber auditu quia per ultima Indiæ currit: Cæterùm non Crocodilos modò, vt Nilus: ſed etiam Delphines, ignotasque alijs gentibus beluas alit.

Bobus.

Celdusã Plin.li.3.ca.26. facit inſulam Meſię intra Surium, bobus & capri laudatã.

Taurominiũ mons eſt Siciliæ, bobus plurimis abundans, qui propterea Tauromitiani dicuntur, vt Charybdis Taurominitana.

Ælian' apud Volaterranũ ſcribit, boues eſſe in Phœnicia tãta magnitudine, vt a ſtantibus mulgeantur. Idem ait, apud mare rubrum boues cornibus flexibilib. eſſe: apud Myios ſine cornibus naſci: in India curſu cum equis cõtẽdere publico ſpectaculo. In Lybia boues eſſe agreſtes, equis nõ iferiores curſu Apud Cra

thera, item Clitumnũ Vmbriæ fluuiũ arméta ex nigris alba fieri In Euboia oēs ferè boues albos naſci. Tauros Æthiopũ agreſtes cornua auriũ modo mouere. Cāpania albos & exiles gignit. Vmbria vaſtos. Ethruria albos, & ad opera fortes. Apeninus vegetos, ac labori aptiſſimos.

Balſamo.

Balſamum arbuſcula eſt aromatica, cuius lignum Xylobalſamũ, ſuccus Opobalſamũ dicitur Plin. li. 12. Omnibus (inquit) odoribus præfertur balſamum vni terrarũ Iudeę cōceſſum. Producitur & in valle Syriæ, arbore malis Punici magnitudine, ramis multis, folio rutæ ſimili, candido & tamen & perpetuo virēte, fructu ſimili terebintho.

Bitumine.

Is, urbs eſt diſtans à Babylone itinere octo dierum, apud quam fluuium eſt eiuſdē nominis: ex quo Bitumen toti Babyloni quodam ſubminiſtrabatur.

De Aſphaltite Syriæ lacu Pli. li. 17. Quin & Bituminum, inquis, ſe quax alioqui, & lēta natura, in lacu Iudeę, qui vocatur Aſphaltites, certo tēpore anni ſupernatās, nequit ſibi auelli, ad omnem cōtractum adhærens præterquā filo, quod tale virus infecerit. Idem lib. 2. Nihil, inquit, in Aſpaltite Iudæa (qui bitumē gignit) mergis poteſt. Et li. 5. Aſphaltites nihil præter bitumen gignit.

Ammianus Marcell. li. 22. Citra omnes, inquit, propinqua eſt nobilis Aſſyria. Nūc omnis appellatur Syria, ubi inter baccarum, uulgariumq. abūdātiam frugum. Bitumē naſcitur prope lacum Soſingitem, cuius alueo Tygris voratus fluensq; ſubterraneus percuſſus ſpacijs longis emergit.

Inter cætera laudatur Bitumen illud quo Semiramis coctiles Babylonis muros cōſtruxit. Vnde Ouid. li. 4. Met. Vbi dicitur altam Coctilibus muris cinxiſſe Semiramis vrbem.

Nympheus mons eſt ardens, cuius crater Bitumen egerit omni bitumine dilutius.

Berillis.

Beryllus lapillus eſt pallidus & trāſparens, Smaragdo ſimilis, qui ſemper ſexāgula figura, artificum opera politur, quoniā hebeſcit, niſi color repercuſſu angulorũ excitetur. Vnde Iuuen. Sat. 5. Beryllos inæquales uocat, vbi ait: .. Ipſe capaces Heliadum cruſtas, & inæquales Beryllos Virro tenet Phialas. Beryllos India gignit, rarò alibi repertos, præterquam in Phœnicia, vbi etiam adiueniuntur.

Byſſo.

Byſſus dicitur genus lini ſubtiliſſimi, quo præcioſiſſimæ fiunt veſtes, quæ Byſſinæ appellantur. Byſſus in Iudæa præcibus naſcitur, teſte Ioſepho. Secūdus in Elide Græciæ ciuitate, colore inferior Iudaico, ſed tenuitate præſtantior.

Bulbis.

Bulbus à Romanis dicitur Alium agreſte: alij allium marinum vocant, Caulem & folia habet Lilio ſimilia. Venerem excitare fertur. Martialis in Diſtichis: Quũ ſit anus coniunx, & ſint tibi mortua membra, Non aliter Bulbis quam ſatur eſſe poteſt. Nec aliam ob cauſam bulbos ſalaces vocat li. 3. dicēs: Sed nihil erucę faciēt, bulbiq. ſalaces. Columella lib. 11... Quæq; vires acuunt, armantq; puellas, Iam Megaris veniant genitalia ſemina bulbi.

Bulbi Megarenſes præcipuam obtinent palmam, quos propterea Cato Megaricos vocat, & multum celebrat, teſte Plin. lib. 19. cap. 5.

Idem Plinius ibidē ait, Bulbos ſpōte naſci, & copioſiſſimè in Balearibus, Ebuſoq; inſulis, ac per Hiſpanias. Poſt hos in Africa nati maximè laudātur. Sed & in Pię neſtinis campis ſponte naſcuntur, ac ſine modo in Rhemorum aruis.

Balanis.

Balænas alit Indicum mare quintuplo Elephantis magnitudinē excedentes. Plin. li. 9. c. 3. ait, quaſdam reperiri quaternum iugerum.

Balano.

Balanus arbuſcula eſt,ſeu herba vnguentaria & aromatica,frequens in Troglodyris,Thebaide & Arabia.

Biſontibus.

Biſon animal eſt deforme iubarum prolixitate, & reliquo corpore. De quo Mart. li.1. Illi ceſſit atrox Bubalus atq; Biſon Et alibi: Turpes eſſe da quod trahũt Biſontes.hoc animal gignit Scythia & Germania,quæ tamẽ fructuum inopia pauciſſimos abundat animalibus.

Bubalis.

Bubalus animal eſt ceruicem habens vitulo ſimilem,vnde & numẽ ſumpſit.Reperitur autem in Africa.

Bonaſus animal eſt iuba equina,cætera tauro ſimilis,cornibus inter ſe adeò reflexis,vt pugnæ ſint inutilia gignitur hoc animal in Pœonia,& mõte Meſapo. Volaterran.ait,Bonaſcorum venationem hodie cerni in Luſitania.

Habuit Buccardiam gemmam Babylon.

Buteones aues,Baleares inſulæ.

Bedelium arborem Scanthrum mons Scythię.

Croco.

Corycus oppidum eſt Ciliciæ,vbi Crocus naſcitur rara bonitate & felicitate, qui propterea Corycius vocatur.Hora.lib.2.Serm.Corycioque croco ſparſũ ſtetit. Plin.li.21.Prima nobilitas,inquit,Cilicio croco, & ibi in Coryco mõte:deinde Lycio mõte,Olympo,mox Centuripino Siciliæ, aliqui Phlegræ o ſecundum locum dedere.Verg.in Battarũ: Et hic Cilicio Crocus editus aruo. Lucan. lib.9. Vtque ſolet pariter totis ſe effundere ſignis Corycij preſſura Croci. Mart.li.11. Vltima Corycio quæ cadit aura Croco.

In Tmolo quoq.monte Ciliciæ, vel(vt alijs placet)Lydiæ, Croci & quidem optimi copia eſſe memoratur Ver.li.1.Geor.Nõne uides,croceos vt Tmolus odores.

India mittit ebur,molles ſua thura Sabæi?De hoc intellexit Lucret. lib. 2.dicens: Et quum ſcena croco Cilici perfuſa recens eſt.

Habet & Sicilia Crocum præſtantiſſimũ,licet Corycio fortaſſe viliorẽ,vnde Stat. li.2.Syl.Et tenues Arabum reſpirant gramine ſyluæ,Sicanijque crocis.

Canibus.

Canari vna eſt earum inſularum,quas fortunatas,à rerum cupia,vocamus,Hæc à multitudine canum ingentis magnitudinis nomen ſumpſit.autore Plin.lib.6.

Amyclis(quæ ciuitas eſt Laconiæ)canes optimi fuiſſe dicantur.Verg.li.3.Georg. Armaque,Amyclæumque canem,Creſſamque pharetram.

Moloſſia quoque,& Epirus,partes ſunt Laconiæ,optimis canibus abũdãtes. Ver. in Cul. Illum Scylla rapax canibus ſuccincta Moloſſis. Item Horat.li.2.Serm. Simul domus alta Moloſſis Perſonuit Canibus.De Epyroticis Varro li.2.de re Ruſt.cap.9.Itaque à regionibus,inquit, appellantur Lacones, Epyrotici, Salamãtini.Tãta fuit huius loci canum bonitas, ut apud ſuos ſepulchra meruerint. Vnde Stro za filius:Suos de morte Moloſſa uetuſto condit terra canes, cineres nec lædit apertos.

Celebrantur & canes Vmbriæ,quæ eſt pars Italiæ.Syllius li.3.Ceu pernix quum denſa vagis latratibus implet Venator dumeta Lacon, aut erigit Vmber Nare ſagax e calle feras.

Seneca in Hippolyto commẽdat Spartanos,vbi ait: At Spartanos(genus eſt audax Atudumque feræ)Nodo cautus propiore liga.

In Melita inſula(quæ eſt inter Corcyram & Illyricum ſita)canes ſũt admodũ parui,qui habentur in delicijs,adeò ut mulieres maiorẽ illis quàm maritis, habeãt honorem. Hinc adagium,Canis Melitæus, quum quis ad voluptatem nutritur, non utilitatem.Plin.in fine tertij:Inter Corcyram,inquit, & Illyricum Melita, unde Catulos Melitæos appellari Callimachus autor eſt.

Creta

Creta.

Creta dicitur tenax quædam terra, qua fullones in abluendis maculis vti cõſueuerunt, omnium præſtantiſſima fuit in Creta inſula, a quo nomen traxit. Hac etiã abũdat Cymolus inſula, quæ ꝑpterea Cymolia dicitur. Cuius duo eſſe genere ſcribit Pli.lib.39.cap.16. candidum ſcilicet, & ad purpuriſſum inchoans.

Creta quandoque vtũtur Figuli, vnde Varro lib.3 de re Ruſt. Figlinam vocat. At quod extat vicus (inquit) figlina illiniunt cretã. Figlinarem Colum.lib.7. & Cymoliam, Creta Cymolia ex aceto linas, inquit, Idem: Solet etiam ipſũ animal viuum creta figulari circundari.

Crocodilis.

Crocodilus animal eſt quadrupes, ex ouo in miram excreſcens magnitudinẽ, vt qui duos & viginti cubitos impleat. Quatuor mẽſes hyemales nõ comedit, linguã caret, viuit in terra, & in aqua Crocodilis autem abũdat imprimis Nilus. Vnde Plin.lib.8. Crocodilum (inquit) habet Nilus, quadrupes malũ, & terra pariter, ac flumine infeſtum. Martial.lib.3. Cui comparata rictibus tuis ora. Niliacus habeat Crocodilus anguſta.

Ombitæ populi in Aegypto hoc animal adorãt, eique ſacros dies faciunt, hac lætãtur liberos ſuos ab eo deuorari.

Habet Indus fluuius Crocodilos. Vnde Herodotus, Is inquit, cupidus cognoſcendi, vbi nam Indus, qui ſecundus omnium fluminum Crocodilos præſtat, mare influat. Plin.lib.5.cap.1. ait, Mauritaniæ flumen Bambotum Crocodillis & Hippopotamis refertum. Idem quoque teſtis eſt in flumine (cui, Darat nomẽ) Crocodilos gigni.

Cannabo.

Cannabis herba eſt, qua fiunt funes, qui propterea Cãnabini dicũtur Columellę. Hac abundat Scythia. vnde Herod. Naſcitur (inquit) apud Scythas cannabis Lino ſimillima, pręterquam craſſitudine, & magnitudine. Plin.lib.16. ait, Cãnaben agri Sabini, æquare arborum altitudinem.

Capris.

Capraria inſula (quam Græci Aegilon dixere, autore Plinio) à multitudine caprarum nomen indepta eſt.

Iuxta Cinyphẽ fluuiũ, Capras eſſe inuſitatæ magnitudinis docet Plin. Vnde etiã Pon. Iure cui Marſi inuideant, & ipſi Cinyphes hirci Capras optimi lactis feraces habẽt Fortunatæ inſulæ. Vnde Horat. Illic iniuſſæ ueniũt ad mulctra capellę, Refertque tenta grex, amicus vbera.

Cilliſthenes apud Volateranum teſtis eſt, capras eſſe in parte Africæ, villis tonſilibus ex quibus nautæ rudentes conficiant.

Capræ Syriæ magnam vim lactis egerunt, vnde natũ adagium Capra Syria: de eo qui muliam affert vtilitatem.

In regione Caſpia naſcũtur Capræ equi magnitudine, ſine cornibus, colore albo quæ longo villo ac mollicie lanis certant Mileſijs, Vnde ſacerdotes, & Caſpiorũ ditiſſimi veſtes conficiunt. Nymphodorus apud Volater. teſtis eſt, in Sardinia tantam eſſe capratum multitudinem, vt earum pellibus, pro veſtimẽtis vtãtur incolæ conuerſis introrſum hyeme villis, æſtate, verò auerſis.

Corylis.

Corylis (quæ ſunt arbores vocifera) abũdat vrbs Cãpanię Auella nomine, vnde nunces Auellanæ dicuntur, quæ & Põticæ. Cato de re Ruſt. Nuces caluas Auellanas, Pręneſtinas & Græcas.

Cupreſſis, & Cypariſſis.

In Ida mõte Phrygiæ multas eſſe Cupreſſos docet Plin.lib.15.ca.34. Idẽ ait Cupreſſos in Creta optime naſci. Mãtu. in Epiſt. Ida funebrẽ peperit Cupreſſum. Cyllene mons Arcadię eadẽ ratione Cupreſſifera vocatur ab Ouid.lib.5. Faſtorũ

vbi ait: Hæc enixa iugo Cupreſſiferæ: Cyllenes.
Habet & Cupreſſos Erymantus mons Arcadiæ. Oui. in Epiſt. Deianiræ: Tegæus aper Cupreſſifero Erymantho. Incubat.
De Lycæo monte itidem Arcadiæ. Sidonius: Quantum non Cypariſſifer Lycæus Quantum non nemoroſa tulit Oſſa.
Cypariſſus ciuitas eſt in Parnaſſo iuxta Delphos, quæ ab eius arboris frequentia meruit nomen. Homerus apud Volaterr.
Cypero arbore abundat Aſcalon vrbs Iudææ, & Canopus hoſtiũ Nili, ſeu vrbs Ægypt. Naſcuntur etiam Cupreſſi in Coinſula, autore Plinio.

Coſto.

Coſtus in fęmineo, ſeu Coſtum in neutro genere, arbuſcula eſt quædã aromatica. Reperitur & in Maſculeo Excellit autẽ Arabicus, albus exiſtẽs & leui põdere probi odoris. Secũdã laudem habet Indicus, qui leuis eſt. Tertiam Syriacus, cõlore Buxeus, odore graui. Luc. lib. 9. Et Tamarix nõ læta comis, Eoaq. Coſtus. Laudatur & Perſicus vnde Hor. li. 3. Nec Phalernæ vires, Achęmenumq; Coſtũ Plin. li. 12. cap. 12. ait, optimum Coſtum reperiri in Patale Indorum inſula.

Caſeis.

Lunæ vrbis Ethrurię caſeos commendat Mart. in Apoph. dicẽs: Caſeus Ethruſcę ſignatus imagine Lunę, pręſtabit pueris prandia mille tuis.
Apud Veſtinos Italiæ populos caſei quoque fiebant laudatiſſimi, autore Pli. & tã to quidem precio, vt carniũ loco haberi poſſent. Mart. Si ſine früge voles ientacula ſumere frugi. Hęc tibi Vaſtino de grege maſſa venit.
In Trebula agri Reatini oppido caſei itidẽ fiebãt optimi. De quib. Martialis. Trebula nos genuit, cõmẽdat gratia duplex, Siue leui flãma, ſiue domamur aqua.

Culicibus.

Ammianus li. 18. At ubi (inquit) Solis radijs exarcerit tempus in regionibus, æſtu ambuſti, vapore ſideris, & magnitudine culicum agitantur, quorum agminibus per eas terras referta ſunt omnia De Meſopotamia.

Cynnamis.

Cynnamum arbuſcula eſt aromatica, odore pręſtans, & ad unguenta mire efficax Frequens eſt autem in Panchaia Oui. li. 10. Metam. Sit diues Amomo, Cynamaque Coſtumque ſuã, ſudataque ligno Thura ferat, floresque alios Panchaia tellus.
Abũdat & Arabia Cynnamo vnde: Proper. li. 3. Et Tyrus Oſtrinos prębet Cadmęa colores, Cynnamon & multi paſtor odoris Arab.
Pangæus Thracię itidem. Cludianus de nuptijs Honorij & Marię: Hic Caſię matura, ſeges, Pangęaque lurgunt Cynnama.

Calamis.

Calami apti chartis ex Ægypto mittebantur, qui cognationem quãdã cum papyro habebant. Sed Gydij ex Creta pręſtantiores ſunt, autore Plin. quamuis hoc Gnydo inſulę veneri ſacræ nonnulli tribuant. Naſcebantur itẽ ad eundẽ vſum in Aſia ad Anathecũ lacũ. De Ægyptijs Martialis: Dat chartis habiles calamos Memphitica tellus.
Nigri Aethiopum fluuio, eadem natura, quę Nilo: calamum & papyrũ & eaſdem gignit animantes, ijſdemque temporibus augeſcit. Plin. lib. 5. ca. 8. Calami Aromatici naſcuntur in India. Commendãtur quiſcunt fuluo colore, valdẽ geniculati & viſcoſi. Plinius ait, itidem reperiri calamos arboreæ amplitudinis.
Idem autor ait, nullũ eſſe calamũ ſagittis aptiorem, quam qui naſcitur in Rheno Bononienſi fluuio, cui plurima in eſt medulla.
Commendãtur & Cretici, & qui circa Aceſinem fluuiũ maximẽ naſcũtur. Vide Plin. ipſum lib. 16. cap. 17.

Cera.

Hymettus mons Atticæ,& Hybla Siciliæ,propter apum ibidē mellificantiū multitudinem cera abundant.Oui.li.10.Met. Vt Hymettia ſole Cera remolleſcit, tractataque polluce multas flectitur in facies.Politianus in Ambra:Gaudebat camos Hiblæis iungere ceris.

Pontanus in Eridano commendat Ceram Mātuanam,vbi ait: Electro felix, felix Mantoide cera Eridanus.

Columbis.

Chaoniam partem Epyri,& Dodonam Chaoniæ ſyluam,colūbis abundare ſequētia docent teſtimonia.Ouidius lib.2.de Arte: Quaſque colat turres, Chaonis ales habet.

Vſus colūbarū apud Syrios olim fuit prohibitus. Ideò illis in locis tanta fuit earū cōpia,vt accedentium mercatorum ora peruolarent.Tibull.lib.1.Quid referā, vt volucres crebras intacta per vrbes,Alba Palæſtino ſancta columba Syro.

Tanta eſt apud Pœonios & Illyricos columbarum multitudo,vt contra eas ordine militari in bellū exeant,quemadmodū Magneſij & Epheſij cōtra locuſtas.

Conchis & Conchylijs.

Lucrinus Campaniæ lacus delicatiſſimas habuit Conchas.Mart.lib.5.Concha Lucrini delicatior ſtagni.Horatius in Epod.:Nō me Lucrina iuuerint Cōchylia.

Bibaga Indiæ eſt inſula,quam Pli.li.6.ait. Oſtreis & Conchilijs eſſe refertiſſimā.

Eſt & in rubro mari Cōcharum multitudo.Vnde Pol.in Ambra.Donat Erithræis hæc plena monilia Conchis.

Cochleis.

Cochlea dicitur teſta Limacis,ſeu limax ipſa: Cocleas alit Mare rubrū maximas & rubentes.Illirycis magnitudo præcipua Africanis fœcunditas Balearicæ naſcuntur in ſpeluncis,Laudatæ etiam in inſulis caprearum.

Cedris.

Libanus mōs Phœniciæ Cedris abūdat. Sedulius li.4.Mirab.diuin.Semper habēs frondes,& tanquam Libana Cedrus Multiplicandus adeſt.

In Ægypto & Syria reges inopia abiectis,Cedro ad Claſſes ferūtur vſi.Pli.li.16.

Cycnis.

Cayſter fluuius eſt Lydiæ, Sardibus proximus,abundans Cycnis. Oui.li.5.Triſt. Vtque iacens ripa deflere Cayſtrius ales dicitur ore ſuam deficiente necem.

Volaterranus in Geographia,ubi mores Britanorum deſcribit ait:Cycnos ad Tameſis ripam non minus quatuor millibus continuo nutriunt.

Chalybe.

Norici incolę ſunt Alpiū, apud quos, autore Plinio,laudabiles ſunt Ferri & Chalybis fodinę.Hinc Horatius enſem Noricū appellat, vt Bap.Pius Chalibem li.4.Eleg.Noricus aut tenero ſtat tibi corde Chalibs.

Ceraſtis.

Ceraſtis ſerpentib.quadrigemina præferentibus cornua Libiam abundare,docet Luc.lib.6.dicens:Aut viuentis adhuc Libicæ membrana Ceraſtæ.

Chelydris.

Chelidrus ſerpens eſt,qui per terrā ſe cōuoluit, moraturque tā in aquis,quàm in terra.Frequens eſt autem in Calabria.Vnde Ver.li.3. Georg.Eſt etiam ille malus Calabris in ſaltibus anguis.Spuma conuoluens ſub lato pectore terra. Atq. notis longam maculoſus grandibus aluum.

Coloſſis.

Coloſſi dicuntur grādes & corpulētæ ſtatuæ,quæ antiquitus dijs egrigebātur.Pręcipuæ autem magnitudinis fuerunt Rhodij,& ille omnium maximus,qui Soli ſacer habitus eſt, de quo in ſeptē orbis miraculis diximus. Quintianus in Cleopoli:Clara Rhodos proprium non amiſſura Coloſſum eſt.

Crateribus

Crateribus.

Iam docuimus quanta fuer[illegible] Corinthij æris præſtantia. Propterea Mart. lib. 2. Part. Mar. craterem [illegible] corinthium, dicens. Vbi purpura cingit vaſa corinthiacis crateribus æmu[illegible].

Citro.

Citrus arbor eſt frequens in Atlante monte Mauritaniæ, qua precioſa admodum menſæ fieri conſueuerunt. De his intellexit Luc. lib. 10. Dentibus hunc niueis ſectos Atlantide ſylua Impoſuere orbes. Et Mar. li. 10. Maurusiaci pondera rara citri. Pli. li. 13. Atlanti confines ſunt Mauri, quibus plurima arbor citri, & menſarum inſania.

Cæpis.

Cumas cæpis abundare docet. col li. 10. ſcribens: Quæ pariunt veteres cæpoſo littore cumæ.

Colocaſia.

Colocaſia herba eſt Aegypto peculiaris. vnde Mart. Niliacum ridebis olus, la naſque ſequaces, Improba quum morſu fila manuq; trahes.

Corruda.

Corruda herba eſt quædam ſylueſtris, qua ſuperioris Germanicæ campos refertos eſſe ſcribit Plin. lib. 16. c. 8.

Carduis.

Volaterranus ait, carduos Hiſpanos miræ magnitudinis eſſe, præſtâtisque ſaporis Plin. eos commendat, qui apud Carthaginem & Cordubam naſcuntur.

Cappari.

Capparis frutex eſt humi ſparſus, ſpinoſus, hami inſtar, naſcens in locis aſperis, & grana habens mali punici granis ſimilia. Optimus aduehitur ex Alexandria.

Conſerua.

Conſerua herba eſt a conſeruando nomen adepta, frequens in fluminib. Alpium.

Caſia.

Caſia herba eſt ſuauiſſimi odoris, & eiuſdem cum cynnamo virtutis. Naſcitur autem in Felici Arabia.

Ceraſis.

Ceraſus ceraſuntis, oppidum eſt Ponti, quod a ceraſorum arborum multitudine nomen ſuũ traxit. Reperiuntur etiam in Luſitania, & ripis Rheni, inquit Plin.

Crotoneis malis.

Coroneis malis abundat cydon, Cretæ, oppidum, a cuius nomine Cydonia aliter dicuntur.

Canceris

Phœnicia cancros habet littorales, tantæ velocitatis, vt vix comprehendi poſſint.

Cuniculis.

Plinius ſcribit, tantam olim fuiſſe cuniculorum in Balearib. inſulis multitudinẽ, ut populatis & corroſis meſſibus, famem incolis attulerint.

Calceamentis.

Sicyon vrbs fuit inter Corinthum, & Achaiam, in qua fiebant calceamenta, quæ in delicijs apud eos habebantur, qui cultui corporis ſtudebant, & elegantiæ.

Chryſocolla.

Chryſocolla humor eſt in puteis, per venam auari defluens Laudatior autem habetur in Aurarijs Cypri. Laudatiſſima eſt in Armenia Secunda in Macedonia: Largiſſima in Hiſpania, inquit Plin.

Coticula gemma.

Coticula gemma eſt, arguens cuiuſmodi, & quàm parum ſit aurum. Aliter Heraclius, ſeu Lydius dicitur. Reperitur in flumine Tmoli Armeniæ. Carbunculus lapillus eſt, ignis fulgorem proferens; laudatiſſimus aduehitur ex India, licet Carthagine, & Maſſiliæ reperiatur.

Calce.

Calce.

Volaterranus ait, in Tybure oppido ingentes eſſe fornaces, vbi Calx effoditur.

Cotono.

Cotonum verbo Gallis peculiari, eſt lana, ſeu lanugo tenuiſſima, mollicia, & cãdo re excellens, qua delicate veſtes Ægyptijs ſacerdotibus quondam fi bant. Aliter Goſſipium vocatur. Naſcitur in Calabria in inſula item Maltha prope Siciliam, ſed optimum venit ex Siria.

Carpionibus.

In Benaco lacu (quem ab anguillarum multitudine commendat Pli.) nunc frequentes inueniri Carpiones, teſtis eſt Volat.

Cocco.

Coccus pro purpura ſumi ſolet, vnde veſtes Coccine. Mart. Coccina famoſæ donas, & Ianthina mœchæ. Quint. lib. 1. Nondum verba exprimit, & iam coccum intelligit. At coccum in neutro genere granum eſt, ſeu frutex, quo fullonum tinctura conficitur. Naſcitur optimum in Aſiæ partibus. Nunc omnium optimum è Valentia Hiſpaniæ oppido aduehitur. Eſt & Eliberis vrbs Hiſpaniæ, quæ ab eius graui copia Granata dicta eſt.

Chalbana.

Chalbana frutex eſt odorus, ſeu liquor ferulæ, Thuris ſpecie, Metopion aliqui vocant. Reperitur in Syria.

Cercopythecis.

Cercopytheci animalia ſunt de genere Simiarum, cauda quinum cubitorum, barba propenſa, coma humana, alba facie, reliquo corpore nigrantes. Verſantur in montibus Indię apud Taxilam ciuitatem, copia quidem tanta, vt Alexandro illac tranſeunti terrorem incuſſerint.

Callitrichibus.

Callitriches etiam ſunt de genere Simiarum. Barbam habent in facie, & lata ſũt cauda, neque viuunt in altero, quam Aethiopico ſolo.

Cynoproſopis.

Cynoproſopi animalia ſunt eiuſdem fere ſpeciei, capite, dentibus ac pelle canib. prope ſimiles, hominibus reliqua. Reperiuntur in deſertis Indiæ Aethiopiam verſus.

Catoblectis.

Catoblectum Africa gignit, tauro prope ſimilem, aſpectu terribilem, ſupercilijs altis, extantibus oculis, in receſſu ſanguineis, & in terram ſemper depreſſis, iuba equina, quam ad certamen erigit.

Chenalopecibus.

Chenalopex auis eſt minor Anſere, ex Vulpis, & Anſeris forma, aquilæ, & Feli inimicus, fœtum mira complectens charitate. Plin. ait, hanc autem frequentem eſſe apud Britannos in menſarum delicijs.

Cinnamulgis.

Cinnamulgus auis eſt in Arabia, quæ in ſurculis ſui nominis nidificat.

Cephalis piſcibus.

Cephalus piſcis eſt a cuius frequentia Cephalenides inſulæ iuxta Actium oppidum nomen traxerunt.

Citharœdis piſcibus.

Citharędum piſcem habet mare rubrum, cui inde nomen datum, quòd a cauda ad uerticem lineas habeat inſtar neruorum muſici inſtrumenti diſtentas.

Coronis.

Elis vrbs fuit Greciæ, prope quam celebrabantur ludi Olympici: varijsq. coronis donabantur pugiles, & athletæ. Seneca in Troade: Pharin, aut Piſam Iouis, & Coronis Elida Claram.

Caſtaneis

Caſtaneis.

Habent Petragorici, Galliæ Aquitanicæ populi, tantam caſtanearum & glãdium multitudine, ut earum arboribus & ſyluis plena ſit regio, quib. porcos pingue faciunt, & ſaginant. Laudatiſſimum caſtaneis putatur Tarentũ, & in Cãpania Neapolis.

Cetis piſcibus.

Plinius lib. 32. ſcribit, Cœtos ſexcentorum pedum longitudinis, & trecentorũ ſexaginta latitudinis in flumen Arabiæ intraſſe.

Coracini piſces peculiares ſunt Nilo.

Ceruſam habet Rhodus.

Cotes Taygetus & Creta.

Cryſtallum India.

Calindros gemmas India.

Coralochatem Creta & Oetha.

Cacopyritem gemmam Cappadocia.

Choaſpitem Choaſpes.

Cytiſum herbam, Cyclades.

Caprificos arbores cea inſula.

Cucumeres Africæ copioſiſſimi ſunt & grandiſſimi. Præcipui naſcũtur in Arabia mox Cyrenis. In Arcadia ſimiles Heliotropio.

Ciminum herbã habet Æthiopia Coriandro abundat Ægiptus. Camelos inter armenta paſcunt Orientales. Plin.

Draconibus.

Frequentes sũt in Maſſylia Africæ Dracones, qui propterea Maſſyli dicũtur a poetis. Pamphilus. Saxus: Aurea Maſſyli vincunt quæ poma Draconis.

India fert Dracones tantæ magnitudinis, vt Elephantes (quibuſcum certãt) circũ flexu facile ambiant, nexuque nodi præſtringant, autor Plin. li. 8. c. 11. Apuleius lib. 11. Hinc dracones Indici. Inde Gryphes Hiperborei.

Generat Dracones Aethiopiam, Indicis pares, uicenum cubitorum.

Aſachei quoque populi ſunt in Aethiopia, apud quos maxime naſcũtur, ita vt cratium modo implicati erectis capitibus uelificent ad meliora papula Arabiæ, autor idem Plinius.

Diſciplinis.

De Athenis Cicero lib. 1. de Oratore: Atque ut omittam Græciam, & illas omniũ doctrinarum inuentrices Athenas, in quibus ſumma dicẽdi uis & inuenta, & perfecta eſt. Vnde & Oui. in Epiſt. Atq. aliquis doctas iã nũc eat (inquit) Athenas.

Diuitijs.

Fama eſt Syracuſanos opibus olim adeo creuiſſe, vt ſequẽti prouerbio fecerint locum, Vobis, ne decima quidem Syracuſanorum adeſt, quũ diuites alloquimur. Eſt & aliud argumentũ miræ eius vrbis opulentiæ, quod die quodam terreſtrẽ & maritimum contraxerit exercitum.

Non aliam ob cauſam poetæ fingunt imbrem aureũ olim in Rhodum pluiſſe quã ob immẽſas eius urbis diuitias Quĩtianus in Cleopoli, Sit ferulis auro Magna Rhodos, quondam deſcenderit aureus imber In Rhodon.

Dictamo herba.

Dictamus ſeu Dictamum herba eſt, qua Iacerti cũ ſerpentibus pugnaturi ſe refouent. Frequens eſt autem in Ida monte Cretæ. Verg. lib. 12. Dictamũ genetrix Cretæa rapit ab Ida.

Dipſadibus ſerpentibus.

Dipſas ſerpẽs eſt minor uipera, qua demorſi feruefcunt ſiti, & tandẽ emoriũtur. Frequens eſt apud Garamãtes. Vnde Syl. lib. 13. quippe atro rapidas efferueſcẽte ueneno Dipſadas, immẽſis horent Garamantes arenis. reperiuntur etiam in Lybia & Arabia.

Equis.

Equis.

Argos ab equorum præſtantia commẽdat Horatius li.1.Carm.dicens: Plurimus ĩ Iunonis honorem Aptum dicet equis Argos,diteſq; Mycenas.

Equo pugnare,Theſſalorum eſt, inuentum.Et primum in Theſſalia equi vſus rep tus eſt.Lucanus Theſſalicus ſonipes,bellis feralib. omẽ Antiquitus prima laus fuit equarũ Theſſaliæ.Hinc adagium Eraſmo poſitũ,Decernitur equa Theſſalica:de ſũmo præmio.Cæſar equorum Theſſaliæ,in tauros dimicantium,eoſq; perimentium,ſpectaculum Romæ exhibuit. Strabo quoque ait, Theſſaliam paſcendis equi eſſe commodiſſimam, qui Arcadicos & Epidauricos maximè præcellent.

Aſturia vrbs Hiſpaniæ,equos habuit(qui Tollutarii dicuntur)greſſus molliter glo merãtes,alterna crurũ explicatione.Mart.Hic breuis ad numerum rapidos qui colligit ungues,Venit ab Hiſpanis gentibus Aſtur equus.

Agragas ſeu Agrigentum,Siciliæ oppidum habuit optimos equos.Ver.li.3. Aene. Arduus inde Agragas oſtendat maxima longe Mœnia,magnanimam quõdam generatur equorum.

De Bilbili Celtiberiæ ciuitate.Mart.Videbis altã Liciane Bilbilim Equis & armis nobilem.

Nilæus mons eſt in Media,in quo pulcherrimi itidem naſcuntur equi.

De Elide Græciæ vrbe, Proper.lib.1. Et quas Elis opes antè pararat equis. Tib. Qui prior Elæo eſt carcere miſſus equus.

De Argeæ Cappadociæ monte Claudianus lib.2.in Ruffin.Volucrumque parens Argæus equorum.

In Olyſippo Hiſpaniæ vrbe equæ Venerem ſibi figurantes,hauſto Fauonio dicun tur concipere.

Equis abundat Scythia,Aſinis carens,propter immenſum frigus, Sunt in eadẽ re gione populi,equorum carnibus veſcentes,quos Ptolemæus Hippophagos,vocat.Scythæ(inquit Plinius) equitatus & equorum gloria ſtrepunt.

Neſi populi ſunt in Scythia Europæa,optimis quondã equis abundantes, quibus reges vtebantur.

Irlandiæ regio equos habet uectorios,præcipua bonitate,quos Vbi nos vocãt, celeriores Anglicis.

De Satriano vrbe Apuliæ.Horat.Me Satriano vectari rure caballo.

Tunis vrbs Africæ,habuit præſtantes curſu quos Barbaros uocãt,quales in Maſſyl lia Numidiaque paſſim reperiuntur.

Ex Tyrrheni maris inſulis,pſertim Corſica & Sardinia,adducuntur breues admo dum,ſed animo generoſo atque audaci ingreſſu,& irrequieto.

Ex Germania grauiores,qui Succuſſarii dicuntur Feſto, Nonio Tortores, Plauto cruciantes.

Herodotus ſcribit ĩ Paremitana regione Aegypti equos eẽ fluuiales, vngulis boui nis,fimo,naſo,equina iuba,eminentib. & cãcelatis dẽtib. fulgida cauda magni tudine maximè tauri,craſſo corio,vt ex eo arefacto fiant pila miſſilia. Idem ait circa Mœotis paludẽ(unde profluit Hypanis)equos eſſe ſyluestres,& cãdidos

Elephantibus.

Corſellæ oppidum eſt in Africa,vbi prægrandes ſunt elephanti,quorum etiã mul titudo eſt in tota fere Africa Plin.

Sala quoque oppidum Mauritaniæ,greges habet,plurimos Elephantum.

Plinius de Tingitania Africæ prouintia ſcribens,Ipſa(inquit)prouincia ab Oriẽte montuoſa fert.Elephantes.

Herodotus in Thalia ait Aethiopiam terrarum habitatarum ultimã uaſ. os ferre Elephantos prominentibus utrinque dentibus.

Libya,Syllius lib.3. Belua nec retinet tardante Libyſſa timore.

Plinius

Plinius ſcribit in India gentem eſſe, cuius rex quadraginta millia Elephātorū in armis habeat. Alios Itē ibidem eſſe populos Palybotros nomine, qui Elephantorum nouē millia regi ſuo per omnes dies ſtipendientur. Vnde (inquit ille) cōiectatio ingens opum eſt. Idem lib.8. ſcribit, Indicū Elephantum Afri ponent, nec contueri audent. Nam & maior Indicis magnitudo eſt.

Sunt & alij, populi Oraturæ, quorum rex habebat decem millia Elephantorum.

Automelæ oppidi rex Elephātes hēt 1600. Pauperior Charmotū rex Elephātos. 65. Pandigēs ſola indorū regnata fęminis, quingētos habent Elephantos. Galteres li.1. Alexandreidos, Nobilium multa regionum laude ſuperbit. Hæc diues gemmis Elephantibus India barrit. Hinc decēti Epitheto poetæ Indicū vocāt Elephātem Martianus Capella, Indico (inquit) Elephātos organica per mulſos detineri voce compertum.

Habet Marmarica regio Africæ Elephātos. Sidon. Non ſi quis eboris trabes refractis Roſtris Marmarici dedere Barri.

Oneſicritus apud Pli.li.6. teſtis eſt, Elephantes in Taprobane inſula maioris, belli coſioresque quàm in India gigni.

Troglodîtæ contermini Æthiopiæ ſolo Elephantum uenatu nutriuntur.

Ebore.

India. Ver. India mittit ebur, molles ſua thura Sabęi. Hor.1. Car. Non aurum, aut ebur Indicum Oui. Sectile delicijs India prębet ebur.

Aſſyria Idem Ouid. lib.2. Elegiarum, Mæonis Aſſyrium fęma tinxit ebur.

Echinnis piſcibus.

Frequentes eſſe iuxta Miſenū promontorium Echinnos, docet Hor. li.2. Serm. dicens Miſeno oriuntur Echinni, Pectinibus patulis iactat ſe molle Tarentum.

Electro.

Electrides Męſiæ ſunt inſulæ (quas alij Gleſſarias uocant) dictæ quòd in his prouenirent ſuccinum, quod illi Electrum uocant. Gignitur etiam in Aethiopia.

Ebeno.

Ebenum arborem nigri coloris, itidem habent Aethiopes.

Eruca.

Eruca herba eſt Venerē excitas. Vnde. Oui. de Reme. Nec minus Erucas iubeo vitare ſalaces. Colum. li.11. Excitet vt Veneri tardos Eruca maritos. Frequēs eſt in Hiſpania.

Exocætis piſcibus.

Exocætus piſcis eſt in ſiccum ſomni cauſa exiens. Hunc habet Arcadia.

Exercitu.

Quo tempore Aethiopes rerum potiebātur, Meroe inſula ducēta armatorū millia regi ſuo ſuppeditabat.

Alijs rebus.

Eupatoriam herbam mittit Arcadia.

Euphorbiam Atlas.

Eumetridem gemmam Leſbos.

Equos penatos Aethiopia.

Formicis.

In ſolitudine Indiæ arenoſa, formicæ gignūtur canum quidē magnitudine minores, vulpium vero maiores. Earū nonnullæ apud regem Perſarum, viſuntur in venatu capitæ, inquit Herodotus. Aurum è cauernis ibidē erūt. Propert. lib.2. Ida cauis aurum mittit formica metallis.

Apud Dardas Indorum populos, mōs eſt trium millium ſtadiorū ambitu, & ſub eo aurifodinæ, in quibus formicæ vulpibus non minores aurum effodiunt.

Plinius lib.11. ſcribit, in Aegypto formicas eſſe magnitudinis luporum.

Frumentis.

Cremona frumēti ferax eſt Vnde Māntuanus: Frumētiferę cultiſſima rura Cremonæ. Plinius ſcribit, Siciliā & Beticam frument adeo fęcundas eſſe, vt ariſtas cētum granorum egerant.

De babylonia Herodotus in Clio. Hæc regio, inquit, omniū (quas videamus) optima eſt duntaxat ferendo frumēto. Nam in arboribus ferēdis, uite, olea, nequaquam de principatu cōtendit. Cereris autem fructu procreādo, adeo ferax eſt, vt nunquam non fere ducenta reddat. Et vbi pręſtans bonitate ſe vincit, etiā ad tricena quaternum fere digitorum latitudine, triticeis atque hordeaceis folijs.

Frumentifera etiam eſt Eleuſis vrbs Atticæ. Mātuanus in Dionyſio: Miſit & altricem frugum Cerealis Eleuſim.

Africa Hor. li. 2. Serm. Frumenti quantum metit Africa. Idem lib. 1. Carm. Quicquid de Libycis verritur areis.

Appulia. Idem. Hor. li. 3. Carm. Quàm ſi quicquid arat impiger Appulus, Occultare meis diceret horreis.

Gagarus mons ſeu Gargara in plurali. Ouid. Gargara quot ſegetes ; quot habet Metymna racemos.

Morrauia regio Bohemiæ vicina, pabulo, frumento & pecore abundat.

Frugibus.

Siciliam frugibus eſſe fęcundiſſimam cōſtat. Stroza pater: Auraque frugiferæ pinguia Sicaniæ. Hinc orta eſt fabula de Cerere, quæ ibidem fruges, & modū arādæ, terrę commonſtraſſe dicitur. Et Cicero Siciliam horreū populi Romani vocat, quæ ſæpe maximos pauerit exercitus.

Strepit etiam hac vbertate Italia. Ver. li. 2. Georg. Salue magne parens frugū Saturnia tellus Pli. li. 3. cap. 5. Italiam vocat terram omnium terrarum alumnam.

Idem li. 5. de Africa loquens, Ita (inquit) appellatur regio fertilitatis eximiæ, cum centeſima fruge agricolis fænus reddente terra. Hor. 3. Car. Fulgētem imperio fertilis Africæ.

Hiſpania. Martianus Capella: Europæ (inquit) lumen Hiſpaniæ contributū, fertili frugium, optimæque prouinciæ, metallorū aurique fætura, & meri marmoris gemmarumque muneribus prædicandæ.

Sardinia. Claud. Humanæ ſpeciem plantæ ſe magna figura Inſula, Sardiniam veteres dixere coloni, Diues ager frugum.

Plinius lib. 11. ca. 15. ſcribit Aegyptū frugum eſſe fertiliſſimam. Vnde Priſcianus, ſeu Rhēnius in Dionyſij: Geographia. Hinc Nilus currēs ad partes flumine pingui Fertilis Aegypti terras fæcundat optimas.

De fortunatis inſulis Horatius in Epodo: Petamus aura, diuites & inſulas, Reddit vbi Cererem, tellus inarata quotannis.

Homerus ſcribit, tēplū Cereris fuiſſe in Pyraſo vrbe Phibię, propter copiam frugum eius loci.

Aroa nrbs Achaiæ, nomen ſumpſit ab Aratro, quod ſit pariter ferax frugum.

Eſt fertilis Tracia frugū & frigore & æſtib. ut Africa & Aegyptus, inquit Plinius.

Fructibus.

Plinius lib. 5. ſcribit Atlantem Mauritaniæ montē, opacum numeroſumque eſſe, & ſcatebris fontium riguum, qua ſpectat Africā, fructibus omniū generum ſpōte ita ſubnaſcentibus, vt nunquam ſatietas voluptatibus deſit.

Cicero de lege Agraria contra Rullū: Campania (inquit) ſemper ſuperbit bonitate agrorū, & magnitudine fructuū, ſalubritate aeris, & pulchritudine regionis.

Viuareſiū prouincia eſt ſuperior linguæ, Oxitanæ, Rhodano cōtermina, qua proſpicit Orientē, terra quidem montoſo, ruuentibusq. impetu miro torrentibus vbiq. irrigua, frequens & velut turrita mōtiū multitudine, præter cæteras Galliæ partes. Quod tamen de bonitate & fertilitate loci nihil adimit, imò verò auget inuſitata quadā natura. (Nam quod eſt præcipuum) vina profert laudatiſſima, omnibusq. laudibus, nemine reclamante longis interuallis ante ferenda. Qua partę reſpicit Occidētē, montes habet, electiſſimis, raraque bonitate caſtraneis refertiſſimos. Omnium præterea pomorum, nucū & aliorū hoc genus fructuū adeo

adeò ferax,vt nec pyra calabriæ,nec hortos Heſperidum, nec Phæacũ pomaria conferre liceat.Granis,herbis,floribus,violis,fructibus in tantam fœcũda,vt in ea pingenda,omnibusque dotib.ornãda,vires ſuas exercuiſſe natura uideatur. Vbertatem & copiam leguminum ſi uideres,apereris in admirationem,tibiq. iucundũ eſſet iſtic relicta patria exulare. Nec immerito Viuareſium à vita, aut viuariorum multitudine nomen meruit.Habet enim laporaria, ornithones,auiaria & cætera quæ villaticam decent paſtionem.

Fagis.

Plinius li.16.ſcribit ex Cornelij Alexandrini teſtimonio,dulciſſimas eſſe fagos in Chio inſula,earumque glandibus obſeſſos ibidem homines diu duraſſe.

Feris.

Polybius apud Plinium prodit,ad Atalante Occaſum verſus ſaltus eſſe plenos feris,quas generat Africa.

Scythia regio feris abundat propter ſolitudinem hominũ eius regionis,qui nullis certis ſedibus vtuntur,ſed vagi feruntur in Plauſtris. Vnde Scytharũ ſolitudo tranſijt in prouerbium.

Ferro.

Chalybes populi ſunt in Ponto,prope Thermodoontem,qui optimo abũdant ferro.Vergilius lib.1.Georg.India mittit ebur,molles ſua thura Sabæi: At Chalybes nudi ferrum.

Norici Alpium populi,venas ferri laudabiles habuerũt.Hinc Horatius enſem vocat Noricum,dicens:Quas neque Noricus deterret enſis.

Melita quoque Siciliæ inſula præſtantes habuit ferri fodinas.

Bilbilis fluuius eſt Hiſpaniæ,apud quẽ optima ferri tẽperatora:fiebat.Hinc Hor. li.1.Car.Loricas uocat Iberas dicẽs:Quum tu coemptos vndiq.nobiles Libros Paneti,& Socraticam domum mutare loricis liberis,Pollicitus meliora tendis.

Fundis.

Baleares duæ ſunt inſulę in mari Hiſpano,apud quas vſus fũdę repertus eſt,& ad eò celebratus,vt matres filios ſuos alijs auib. olim veſci nõ paterẽtur,niſi quas funda fuiſſent adepti.Florus,Cibũ(inquit)puer a matre nõ capit,niſi quid ipſa mõſtrãte percuſſerit.Lucanus li.1.Et torto Balearis uerbere funda Ocior.Plin. li.3.Baleares(inquit)funda bellicoſas Græci Gimneſias dixere.Vergilius lib.1. Georg.Stuppea torquentur Balearis uerbera fundæ.

Fauis.

Fauis abundat Hibla & Himetus Sill.li.14. Tum quæ nectareis vocat ad certamẽ Himettum,Audax Hibla fauis.

Faui cera ſpectabiles reperiuntur in Pelignis,Sicilia, Creta, Cipro, Africa. Plin. ſcribit uiſum in Germania 8.pedum longitudinis fauum.

Floribus.

Cilicia.Statius li.2.Sill.Quid Cilicum flores,quid munera graminis Indi?

Enna urbs Siciliæ.Sroz.pat.Non tu floriferis in odore vallibus Ennæ.

Saba.Stat.lib.5.Sil.Ver.Arabum,Ciliciumque fluit,floreſque Sabæi.

Aetna.Auſon.Qualis flori coma quondam populator in Aetna.

Hibla.Ouid.li.5.de Triſt.Florida quàm multas Hibla tuetur apes.

Paphois.Crinitus:Seu tu floriferam concelebras Paphon.

Turia fluuius Hiſpaniæ:Claudian.Floribus & roſeis formoſus Turia ripis.

Plin.li.21.ſcribit,Cirenis ſemper flores eſſe laudatiſſimos.

Tritum adagium eſt apud Eraſ.Samiorũ flores:vbi quis extremã decerpit uoluptatem:quòd ea inſula florum ubertate claruerit.

Fabis.

Plin.li.4.ait,Burcanã inſulam eſſe Ponti,quæ Fabria dicatur Latinis,a multitudine frugis inibi ſponte prouenientis.Eſt autem inſula Oceani ſeptentrionalis.

Fraxinis.

Ida mons Fraxinis abundat tantæ bonitatis, vt Citro ſint ſimiles, & ablato cortice plerunque ementes decipiant. Naſcuntur & in Coinſula. autore Plin.

Faucibus.

Plurima ficus exit in Theſſalia & Macedonia. teſte eodem Plin. lib. 16.

Horatius in Epodo ait, Fortunata inſulas abundare ficubus, ſcribens: Quamq. pulla ficus ornat arborem.

Credibile eſt maximas eſſe ficus Indiæ, & ualde ſpacioſas, quum ſub earum vna turmæ condantur equitum.

Figulinis officinis.

Pythecuſa autore Plin. li. 3. dicta eſt non à Simiarum multitudine, ſed à figulinis, Pythos enim dolium dicitur. *Fontibus.*

In Ida monte multi ſunt Fonte: Ex quorum duob. Scamãder & Simois ſcaturiũt. Ouid. li. 2. Meta. Et tum ſicca, prius creberiam fontib. Ida Thomas Rhadianus Ida multifons, Cyzicum Romanis honora. Propterea aquoſam eã uocat Hora. li. 3. Car. dicens: Qualis aut Nireus fuit, aut aquoſa Raptus ad Ida.

In Tomaro monte Epyri cẽtum eſſe fontes docent Plinius li. 4. Tomarus (inquit) mons centum fontibus circa radices Theopompo celebratus.

Flammis.

Vaſeus mons Cãpaniæ, flammas quandoque proiecit, Mantuan. in Brixia; Et quæ flammiuomi pariunt arbuſta Veſęui.

Felibus.

Tarteſſij populi ſunt in Iberia, apud quos Feles maximè naſci dicuntur. Vnde natum adagium, Felis Tarteſſia.

Fluminibus.

In India mira eſt fluminum vaſtitas. Proditur Alex. Mag. nullo die minus ſtadia 600. nauigaſſe in Indo fluuio, nec potuiſſe ante mẽſes quinque enauigare, adiectis paucis diebus. Et tamen minorẽ Gange eſſe cõſtat. Megaſthenes apud Plin. 60. eius amnes prodit. *Ferulis.*

Ferulas in Ægypto prçcellere ſcribit Plinius li. 13. c. 22.

Gallinis.

Varro li. 3. de re Ruſt. Gallinæ, inquit, Africanæ sũt grãdes, quas Meleagrides appellãt Grçci. De his loquitur & Mart. Anſer Romano quauis ſatur. Annibal eſſet, ipſe ſuas nunquam barbarus edit aues: Suetonius in Caligula. Hoſtię erant Phœnicopteri, Pauones, Tetraone, Numidicę, Meleagrides.

Gallinaria inſula eſt in mari Liguſtico, nomẽ inde ſortita, quòd Gallinis abundet. Ælianus apud Volat. teſtis eſt, Meleagrides eſſe i Lero inſ. quas fabula uult Meleagris Oenei filij natas, luctu patris in aues fuiſſe conuerſas.

Gemmis.

Plinius li. 6. ait, in Taprobane inſula aurum & argẽtum eſſe in precio, Marmor teſtudinis ſimile, Gemmas Margaritasq; in honore multo prętiantiores.

India varijs abundat gemmis: Sabell. Cernere erat, quicquid gemmarum prodiga mittit India, quicquid opum pellago ſeruatur Erithra. Proper. li. 2. Indica quos medio uertice gemma tenet.

Erithra rubri maris inſula. Claudia. Talis Erithreis intextus. Nebrida gẽmia liber agit currus.

Idaſpes fluuius Claudianus: Diues Idaſpęis augeſcat purpura gemmis.

Garmantes populi Orientales. Syllius libro. 15. Ardebat gemma Garamantide cęrula veſtis.

Habet & mare rubrum gẽmas varij coloris, magnique precijs Seneca in Hercule Oetęo: Geſtat pelagi dona rubentis, Nec gemmiferas detrahit aure lapis Eoa lectus in vnda Tibull. li. 3. Quidve in Erythręo legitur quę litore coacha.

Sunt

Sunr & fluuii nonnulli gemmis nobiles, inter quos Aoaxis & Ganges numerantur a Plinio.

Glandibus.

In Dodona Chaoniæ ſylua primum repertus eſt glandis vſus. Ver. li. 1. Geor. Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta.

Gruibus.

Apud Strymonem fluuium, & Biſtonem lacum Thraciæ, grues maximè per ęſtū morantur. Luc. li. 3. Deſeritur Strimon, rapido committere Nilo Biſtonias conſuetus aues.

Gazis.

Gazæ dicuntur diuitiæ Perſarum, quos auro, gemmis, & vnguentis refertiſſimos fuiſſe conſtat. Stat. lib. 1. Syl. Digne Mide, Cræſiq. bonis, & Perſide Caza Sabil. Regia quòd Cręſi, cœpit, quod Perſica regum Gaza vetus.

Griphibus.

Griphes habent Hiperborei ſeptentrionales, Polit. Griphes Hiperboreos Nemeſis, Citheręa columbas.

Gobijs,

Gobis Genetiæ. Mar. In Venetis ſint lauta licet conuiuia terris, Principium cęna Gobius eſſe ſolet.

Glanijs.

Glanii piſces sũt, equos Volat. ex teſtimonio Stephani grammatici, ait naſci apud Glanium Cumarum fluuium.

Gruibus piſcibus.

Grus piſcis eſt habens os & ceruicem grui aliti ſimilem, & ſquamas inſtar pennatum eius. Nutrit hunc piſcem Corinthium pelagus, magnitudine pedum 15.

Galgulis.

Galgulus auis eſt magnitudine turturis, toto corpore viridis, frequens in Pelopõneſo.

Graculis.

Ventorum Adriam incolentium regio tot habet graculos, vt fruges populentur, & iactæ abſumant ſemina.

Glaſco.

Glaſcum herba eſt, qua Pli. temporibus Britanni ſe inficiebanr, atro colore terrorem oſtentantes. Vnde Mart. Barbara de picti veni Baſcauda Britannis. Bapt. Pius: & Galatæ Heluetiique truces, pictique Britanni.

Glaucione.

Glaucion herba eſt foliis ſimilibus papaueris, frequens in Siria.

Gagate.

Gagates lapillus naſcĩt in Lycia, iuxta oſtium Gagatis fluuii, vnde nomen trãxit.

Gyſpo.

Gypſum Tympheticum laudat Plin. a Tympho oppido. Plurimum quoque effoditur in Epiro. Fit etiam in Phœnicia, Turiis, & Perrhebia.

Alijs rebus.

Gentianam herbam habet Phęnicia, & Illyricum. Galeſtitem gemmã Achelous. Galbanum herbam, Syria.

Hircis.

Cinyphus fluuius eſt Aphrycæ apud quem grandes naſcuntur Hirci, villoq. tõſili. Ver. Nec minus interea barbas, incanaque menta Ciniphii tondent Hirci.

Hydris.

Nilus fluuius. Mant. in Aprili: Niligenas abignes ab ouilibus Hydros.

Helleboro.

Plurimum hellebori naſcitur in Oeta monte Plinio.

Supra Anticyram quoq. monte ſunt petricoſi, in quib. copioſe prouenit helleborum. Hac autem herba purgantur inſaniæ. Propterea Liuius Druſus Tribunus pleb. quum morbum comitialem pateretur, Anticyram dicitur nauigare, in eaque inſula helleborum bibiſſe, atq. ita morbo liberatum. Vnde etiam Horatio

in Arit. Si tribus Anticyris caput inſanabile, nũquam Tõſori Picino cõmiſerit.

Apud Helyconem Bœotiæ montem, naſcitur quoque optimam, & cerebro vulſe pungendæque inſaniæ itidem efficax.

Herbis.

Homerus apud Pli. li. 15. gloriam herbarum Ægypto tribuit. Diodorus de Ægypto loquens: Terra (inquit) inculta relicta pecori ad paſtum adeo exuberat herbis, vt oues bis anno pariant, bisque prębeant lanam.

Æſchylus apud Pli. Italiam herbarum potentia refertam prodit.

De Aci fluuio Ouid. li. 4. Faſt. Pręterit & ripas herbifer Accituas.

Epyrus. Idem Ouid. lib. 8. Met. Miſit aprum, quanto maiores herbida tauros Non habet Epyrus.

Herbis veneficis.

De Caucaſo, & Scythia Claud. lib. 1. in Ruff. Funeſtarumq; poteſtas Herbarum, quicquid lethali gramine pollẽs Caucaſus, & Scythicę vernãt in gramine rupes.

Colchos & Iberia. Hor. in Epod. Herbasq. quas Colchos, atq. Iberia mittit venenorum ferax.

In Ponto quoq. prouentus eſt malorum graminum. Ver. in Buc. Has herbas atque hęc Ponto mihi lecta venena. Ipſe dedit Mœris, naſcuntur plurima ponto.

Theſſalia. Tibul. lib. 2. Quicquid habet Circe, quicquid Medea veneni, quicquid & herbarum Theſſala terra dedit.

Hortis.

In Phæacia horti fuerunt memorabiles, & pomaria varia varijs referta fructibus. Quæ quum magno ſtudio coleret rex eius loci Alcinous, Deus hortum creditus eſt. Stat. li. 1. Syl. Quid bifera Alcinoi laudem pomaria, vosque, Qui nunquã vacui prodiſtis in aere rami.

Syria fuit in hortis operoſiſſima, autore Plinio. Inde quoq; eſt prouerbium Grecis, Multa Syrorum olera.

Hyacintho.

Hyacinthum florem mittit Athiopia. Frequens etiam naſcitur in Thermis Diocletianis. Eximie quoque prouenit in Gallia, autore Plinio.

Hyſopo.

Hyſopum montanum, & hortenſe optimum naſcitur in Cilicia, Tauro monte. Deinde probatur Pamphilum, & Smirnęum.

Helenio.

Helenia flos eſt, quẽ lachrimis Helenę fabulant natũ. Reperitur in Helena iſula.

Hippice.

Hippice herba eſt, qua paſti equi diuturnam famem ſuſtinent. Vnde nomen ſumpſit. Frequens eſt in Scithia. Prędulcis circa Bœotiam.

Herodijs.

Herodij aues ſunt prope flumina degentes, frequentes in Diomedęa inſula.

Hircis piſcibus.

Hirci piſces circa Cirenaicũ Sardoumq. mare oberrantes viſuntur cũ Delphinis.

Alijs rebus.

Heliotropium herbam mittit Aethiopia.

Hepheſtitem gemmam, Coricus.

Hexecontalithum gemmam, Troglodita.

Hematitem, Aethiopia.

Hidromellem, Phrigia.

Hienas animalia, Africa.

Hematopodes aues, Aegyptus.

Hammoniacum, Africa.

Hyacinthos gemmas Aethiopia, atque etiam Chryſolitos, aureo colore translucẽtes. Quibus pręferuntur Indicæ, & (ſi variæ non ſint) Bactrianę.

Igni-

Ignibus.

Aetna inter montes igniferos numeratur. Lucan.li.1. Et ardenti ciuilia bella ſub Aetna.

Iaculis.

Gnoſos vrbs eſt Cretæ,cuius incolæ Iaculis claruerunt.Luc.li.3. Gnoſoſque agitare pharetris Docta,nec Eois peior Gortyna ſagittis.

Iuncis.

Inter Iuncos præſtantiſſimus eſt Nabathæus,deinde Arabicus,quem quidã Babylonicum uocant. Tertius Lybicus propè inutilis. Laudatur & Hiſpanus, quo fiunt funes.

Iri herba.

Iris herba eſt odorata,Raphano ſimilis,vnguentiſque & medicinæ aptiſſima. Frequens eſt in Cizyco inſula.

Iride gemma.

Iris gemma(quam crematam, tuſamque ad Ichneumonum morſus remedio eſſe Horus apud Plinium prodit)naſcitur in Perſide.

Iſati.

Iſatis herba eſt fullonia,rubro colore,quam mittit Syria.

Iuniperis.

Scribit Plin.li.6.vaſtas eſſe iuniperos in Hiſpania.

Inſulis.

Idem li.3.ait,Illyrici oram mille amplius inſulis frequentari, propter naturam vadoſi maris.

Ichneumonibus.

Ichneumon ſerpens aſpidi infeſtiſſimus,frequens eſt in Aegypto.

Ibidibus.

Ibis auis circa Peluſinum tantum nigra eſt,cæteris omnibus locis candida.

Lanis.

Miletos Aſiæ fuit ciuitas præſtantia Lanarum(quæ ibidem inficiebãtur)memorabilis.Verg.lib.3.Geor.Quamuis Mileſiã magno Vellera mutentur Tyrios, &c.

Tarenti quoque optime inficiebantur Lanæ.Hor.li.2.Serm. Lana Tarentino violas imitata ueneno.

In Cannuſio Appuliæ oppido,& Caledonia,ſeu Brittannia,fuit eximia lanarũ bonitas.Quin.ĩ Cleo Fama Caledoniæ ſileat miracula Lanæ, Et Canuſina ſimul.

Lingonicas lanas probat Mar.li.11.dicens: Lingonicis agedum tumeat tibi culcitra Lanis.

De Melita inſula maris Siculli,Syll.li.14.Telaque ſuperba Lanigera Melite, & littus piſcoſa Melacte.

Luceria uetus fuit Dauniorum oppidum, vbi ſacrũ Mineruę fanũ extitit Eius Lanas probat Hor.li 3.Crminum,Te Lanæ prope nobilem Tonſæ Luceriam, non citharæ decent Plin.li.26.commẽdat Galaticas,Tarentinas,Atticas,Mileſias.

Plinius li.8.de lanis & ouib.loquens:Hiſpania(inquit)nigri uelleris præcipuas habet,Polẽtia iuxta Alpes,Cani aſia rutili,quas Erythras vocant,item Bytica,Canuſium,Fulut Tarentum.

Laſerpicio.

Laſerpicium genus eſt herbæ precioſiſſimæ,& in medicinis optimæ(Silphiõ Græci vocant)cuius ſuccus laſer,folium Maſpetũ dicitur.Naſcitur hæc herba in diuerſis locis,ſed omnium laudatiſſ.eſt apud Cyrenem Libyæ urbẽ.Catul.ad Leſbiam:Quam magnus numerus Libyſſæ arenæ Laſerpiciferis tacet Cirenis.

Lentiſco.

Linternus Campaniæ fluuius Lentiſco arbore abũdat.Ouid.li.15.Hinc calidi fontes,lentiſciferumque tenetur Linternum.

Lactucis.

Plin.li.19.ait,Lactucas in binos pedes aliquando ſe pandere,ſed in Circelẽſi agro ampliſſimas prouenire.

Lauris.

In Olympo monte(inquit idem lib.16.cap.33.)nulla eſt arbor Lauro copioſior.

Idem li.15.Laurus(inquit)non quia perpetuo viret,nec quia pacifera eſt,præferē da utriq. Myrto & Oleæ eſt:ſed quia ſpectatiſſima in monte Parnaſo,ideoq.etiā Apollini grata. Oui.11.Ille caput flauū Lauro Parnaſide uinctus Ver.li.2.Geor. Et iam Parnaſia laurus Paruū,ſub ingenti matris ſe ſubijcit umbra.

Laurum Peneiam plerunq; appellant poetæ,a Peneo Theſſalia fluuio,iuxta quem frequens eſt hæc arbor. Val.Flac.li.1.Et in ſummo Laurus Peneia cono.

Permeſſum Bæotiæ fluuium lautos habere docet Pont.lib.2.de hortis Heſperid. dicens:Bænaci de fonte ferat Permeſſida Laurum.

Phocis Sabell.in Eleg Phocaicæ Laurus,Libethridumque chori.

Sicyon quoque vrbs Oleo & Lauro abundat.vnde Sicyonia bacca dicitur.

Plinius li.15.ait,plurimam Laurum in Ida,& circa Heracleam Ponti prouenire.

Lacte.

Saſſina vrbs Vmbriæ,Plauti patria,Lacte abundat.Mart: Metamque lactis Saſſinate de ſylua.

Lituania tātam habet lactis copiam,vt eius regionis incolę ſemper ferè lacticinijs utuntur,& melle.

Habēt & Fortunatæ inſulæ magnam vim lactis.Vnde Hora.in Epod.Illic iniuſſę ueniunt ad multra capellæ,Refertque tanta grex amicus vbera.

Leonibus.

Africa.Ouid.li.4.Triſt.Tempore Pœnorum compeſcitur ira Leonum.Idē de omnibus prope Africæ partibus memoratur.

Getulia.Hora.Atqui,nō ego te,Tigris ut aſpera,Getulusve leo,frāgere perſequor

Libya.Mar.li.7.Iam cernes Libycum vallo aſſultare leonem.

Caſpia Stat.li.8.Theb.Cæde redit.ſic Hircana leo Caſpius umbra.

Marmarica.Seneca in Agamemnone. Marmaricus leo Morſus cruentos paſſus audacis leæ.

Maſſylia Codrus:Ante pauens capiet Maſſyllum.

Habet & Parthia leones.Marull.Quos fera tygris,quos leo Parthicus.

Mauritana.Pont.Sed prius aut Mauro veniam fera præda leoni.Horat.li.1.Carm. Nec Iubæ tellus generat leonum Arida nutrix.

Plin.lib.8.ſcribit ſolam Syriam leones nigros.

Lente.

Lens legumē eſt,quo qui ueſceretur,olim æquiori animo fieri crediti sūt.Frequēs eſt Aegypto & Peluſio Nili hoſtio.Mart. Accipe Niliacea Peluſia munera lētē. Verg.lib.1.Geor.Nec Peluſiacæ curam aſpernabere lentis.

Lino.

Abundat Aegyptus lino tenuiſſimo. Syll.li.3. Et Peluſiaco filium cōponere Lino. Argumētū maximæ tenuitatis eſt,ꝙ ſingula fila 365.filis cōſtare dicantur, eiuſmodi uiſa ſunt in thoracæ Amaſis regis,qui Rhodi uiſebatur:autore Pl. Aethiopes & Indi ex malis Arabes ex cucurbitis,Aſiatici ex geniſta Lina demetunt.

Eſt & ſua gloria Cumano i Cāpania,quo ad piſciū capturā utunt eiꝰ vrbis icolæ.

Carbaſinum Linum apud Tarraconem repertū eſt,ex quo nautica uela cōſiciūtur. Ex quo & Carbaſus nomen habet.

Naſcitur Linum in deſertis Indiæ,apud Caryſtū inſulam,tanta bonitate & excellētia,ut margaritarum adæquet precium. Carbaſinis ueſtib. Indi & Arabes corpora uelant,quæ ſunt auro purpuraq; diſtinctæ,vt ſcribit Curt. Vnde propert. li.4.Raptaue odorat Carbaſa lina duci.

Setabis urbs Hiſpaniæ aprū habet nomine Spartarium,a Sparto lini genere.Plin. quoq.ſcribit,citeriorem Hiſpaniam habere ſplēdorem lini præcipuum.Setabica lina probat Catullus,dicens:Nā ſudaria Setaba ex beris Miſerūt mihi muneri Fabullus & Veran.

Larice.

Laricem arborem frequentem eſſe in Ida,docet Plin.li.16.

Luto

Luto fictili.

Simõ & Sagunthum Luto fictili ad vaſa aptiſſimo abũdare certum eſt. Mar. lib. 8. Ficta Saguntino Cymbia malo Luto. Eadem ob cauſam Lagœna vocatur Sigũ thina a Iuuenale.

Lenis veſtibus.

Pellene vrbs fuit Achaiæ, a Pellene Titane condita, apud quam optimæ fiebãt læ næ veſtes, quæ egregie bellantibus dabantur in præmium virtutis.

Lapide ſpeculari.

Lapis ſpecularis in Hiſpania reperitur, & in Bononia Italiæ, quem quidã humore terræ glaciari modo cryſtali dicunt.

Ladano.

Ladanũ frutex eſt odoratus, quo abũdant Arabes & Nabathæi Syriæ cõtermini.

Lacertis.

Naſcũtur in Arabia Lacertæ duorũ cubitorũ. In Nyſa vero mõte Indiæ 14. pedũ lõgitudine. Vol. ſcribit in Aethiopiæ inſulis captam a regib. Luſitaniæ lacertam octonum cubitorum longitudine, tanto oris rictu, vt ſolidũ infãtem deuoraſſet.

Capraria vna ex Fortunatis inſulis, itidem Lacertis referta eſt. autore Plin.

Locuſtis.

Incolæ Caſii montis adeò quondam locuſtis infeſtati sũt, ut cõtra eos Iouis auxi lium implorauerit, & Seleucidum auium eas perimentium aduentum.

Graculi a Theſſalis, Illiriis & Leniis nutriũtur cõtra locuſtas, quorum vi maxime obruuntur, vbi certa mẽſura eſt præfinita, quam ſinguli enectarunt ad magiſtra tus deferant.

Magneſii & Epheſii contra locuſtas ordine millitari ad bellum exeunt, tãta eorũ animalium ſcatent multitudine.

In mari Indico locuſtæ aquatiles quaterna implent cubita: autore Plinio. in India ternum pedum lõgitudinis eſſe traduntur cruribus & femorib. ferrarum vſum præbentes, cum inaruerunt.

In Cyrenaica regione lex eſt ter anno debellandi eas.

Necarii & in Syria militari imperio cogũtur, quæ tamẽ Parthis in cibo gratæ sũt.

Lupis piſcibus.

Lupum piſcem laudatiſſimum capi Romæ in Tyber fluuio ſcribit Plin. lib. 6.

Lupis feris.

Celius ſcribit, Lupis apud Crotoniatas maxime ſcatere, a quibus Milonẽ ibidem deuoratum ſcribit.

Lagnibus.

Lagnis diſcis apud Mæandrum & Lycũ Aſiæ, item apud Strymonem Europæ flu uius cernitur.

Loto.

Loton arborẽ gignit Africa, ſed præcipua eſt circa Syrtes atq. Naſamones. aut. Plĩ.

Lilio.

Lilium laudatiſſimum eſt in Antiochia & Laodicea Syriæ, mox in Phaſelide. Quartum locum obtinet in Italia naſcens.

Suſa vrbs Perſarum a Memnone condita, nomen ſumpſit a Liliorũ multitudine. Nam Perſæ Suſam uocant Lilium.

Leporibus.

Baleares inſulæ tot quõdam leporibus obrutæ sũt, ut eius loci habitatores aduer ſus prouẽtum eorum auxilium militare ab Auguſto petiuerint. Nã prius famẽ regioni populatis meſſibus attulerat. Leporem marinum tactu peſtilentẽ habet Indicum mare.

Lyncibus.

Lyncas frequentes generat Aethiopia autore Pli. lib. 8. cap. 21.

Habet Ledonem herbam Arabia, Lesbiadem gemmam Lesbos.

Melle.

Hybla mons Siciliæ optimo abundat Melle. Mar. li. 11. Mella iubes Hyblæa tibi, vel Hymettia naſci.

Sitilia. Varro li.3. de re Ruſt. Propter hoc Siculum mel fert palmam, quòd ibi thymum bonum & frequens eſt.

Hymettus mons Atticæ, Stat.lib.6. Theb. Strident & Hymettia mella.

Attica. Ouidius. Adiice de flauis Attica mella fauis. Plin. Mellis Attici i toto orbe ſumma laus extimatur.

Calydna vna eſt Cycladũ, mellis itidem ferax. Ouid. lib.8. Dextra Lebynthos erat fœcundaque melle Calydna.

Scribit Plin. Sabæos eſſe ditiſſimos ſyluarũ fertilitate odorifera, auri metalis, agrorum, rigui mellis, ceræque Prouentu.

Calabria Horatius: Quanquam nec calabræ mella ferunt apes.

In Fortunatis inſulis copia eſt optimi mellis. Horatius: Mella caua manãt ex ilice montibus altis.

Cyrnus inſula eſt abũdãs melle, ſed illaudato. Ver. Sic tua Cyrnæas fugiãt examina taxos.

Torini populi Indiæ victitãt melle quo affluũt. Val. Flac. li.6. Mellis honos Torinis Strabo ait, in India arundines ſine apum auxilio mel ferre ſuauiſſimum.

Mellaria oppidum Hiſpaniæ meruit nomen a copia mellis.

Marmore.

Sinada oppidum Phrygię, ad 60. ſtadia proximum habet vicum Docimũ, vbi marmor naſcitur, quod incolæ Docimitem, Romani Sinadicum vocant. Hor. Quod ſi dolẽtem nec Phrygius lapis, Nec purpuratũ ſydere clarior Delinit uſus. Hac ratione Pontanus Idæas vocat columnas, dicẽs: Hinc, etiam tẽpla Idæis innixa columnis. Stat. lib.1. Syl. Sola cauo Phrygiæ mittit quã Sinados antro, Ipſe cruẽtauit maculis lucentibus Atys.

Commendatur & marmor Numidicum, quod M. Lepidus primus omniũ Romæ oſtendit. maculis quidem purpureis uariatum: Nam hũc lapidem Atys, quũ in Phrygia Cybelem fugeret, cruẽtaſſe dicitur. Vocatum autem Porphyrites Pli. ait, præter marmoris Numidici, ferarumque prouẽtum, nullum aliud eſſe regionis inſigne. Mart. Marmore picta Nomas.

Laconicum marmor viride erat, & cunctis hilarius, omniumq; precioſiſſimũ Stat. in Syl. Hic dura Laconum Saxa virent.

Tænarus Laconiæ promõtorium marmor habuit laudatiſſimũ Tibul. Quidue domus prodeſt Phrygiis innixa columnis, Tænare ſiue tuis, ſiue Caryſte tuis.

Thaſos Cycladum vna marmor habuit maculoſum, quod Thaſium dicitur.

Caryſtos vrbs Euboie, marmor habuit laudabile, quo primus incolũnis. Romæ vſus eſt Mamurra: Plinius: Caryſtos (inqt) nobilis, nobilior tamẽ marmore Lucanus Qua maris anguſtat fauces lapidoſa Cariſtos.

Luna vrbs Ethruriæ marmor habuit cãdidum & lucidum, quam propterea metalliferam, ideſt Marmoris feracẽ, vocat Statius, dicens: An me metalliferæ reperit iam mœnia Lunæ.

Eurotas Laconiæ fluuius, ab eiuſdem rei præſtantia commendatur.

In Syene Ægypti vrbe fodiebatur etiã maculoſũ marmor, quod Pyropœcidos, id eſt, igneis maculis variatum dicitur. Eo faciebant obeliſcos Aegypti reges.

Paros quoq; Aegei maris inſula marmor habuit laudabile. Plinius ſcribit Aegyptiũ Labyrinthum lapides e Paro colũnis fuiſſe factũ Horat. Vrit me Glyceræ nitor, Splẽdentis Pario marmore purius. Ouid. lib.3. Met. Hæret ut e Pario formatum marmore ſignum.

Apud Sicyonẽ marmorum fuit nobilis uena vbi Dipœnus & Scyllus cælatores patria Cretenſes claruerunt.

Chios quoque maris Aegei iſula, Taygetus, ſeu Taygetũ mõs Laconiæ, Hymetus Atticæ, Doniſa, Liguria, Dalmatia marmoris eximii laudem meruerunt.

Meretricibus.

In Suburra uico vrbis Romæ fuerunt meretricũ domicilia, quæ propterea Suburranæ dicuntur: Pãphillus: Deq. Suburranis Thaida fornicibus. Martialis: Famæ non nimium bonæ puellam, Quales in media ſedent Suburra.

Corinthus vrbs tantis delicijs eneruata eſt, vt Veneris templum ibidẽ fuerit, vbi mille circiter elegantes meretrices paratæ erant uenientib. ſe proſtituere, inter quas numerãtur præcipui nominis, Lais, Thais, Cirene, Leæna, Sinope, Phrine Sicione. Vnde natum prouerbium, Corinthiari, ideſt, Laſciuire.

Mirtis.

Sparta. Ver. in Battharum Et violæ genus omne hic eſt, & Spartia Mirtus.

Orontes. Salmonius. Non Thaber horum animos, non mirtifer angit Orontes.

Eurotas. Catullus. Quales Eurotæ perpingunt flumina Mirtos.

Metallis.

Ilua inſula Thuſciæ, adiacens, clara eſt metallis. Ver. li. 10. Aſt Ilua trecentos, Inſula inexhauſtis Chalibũ generoſa mettallis. Pli. Venaria Ilua, cũ ferri mettalis.

De Amathonte Cipri ciuitate, Ouid. lib. 10. At ſi forte reges fęcundam Amathunta metallis.

De Themeſe Cipri vrbe, Stat. lib. 1. Sil. Et quies ſe totis Temeſe dedit hauſta metallis. Ouid. lib. 15. Hippotadęque domos regis, Temeſesque mettalla.

De Luna urbe Ethruriæ, Stat. li. 4. Sil. An ne metalliferæ repetit iam mœnia Lunæ?

Poſidonius dicebat, Plutum deum opulẽtiæ habitare ſubterranea Hiſpanię: tãta eſt in eo terrarum tractu mettallorum fęcunditas.

Italia (inquit Plinius) metallorum omnium fertilitate nullis cedit terris.

Murice.

Murex piſcis eſt, cuius humore fit color purpureus, & qñq. pro purpura capitur. Murice autem claruerunt loca ſequẽtia: Tiros Ver. Tirioq. ardebat murice lana.

Africa Horatius: Tebis Afro murice tinctæ Veſtiunt lanæ.

Baiæ. Idem lib. 2. Ser. Murice Baiano potior Lucrina Peloris.

Getulia. Idem: Argentum, ueſtes Getulo murice tinctas.

Phocis. Ouid. lib. 6. Met. Phocaico bibulas tingebat murice lanas.

Tarentum Sidonius: Muricis Tirij, ſeu Tarentini conchiliato ditat indutu.

Sidon. Luc. Et Tiros inſtabilis, precioſaque murice Sidon.

Laconia. Pamphilus: Picta, nec Oebalio fulget quæ murice veſtis.

Aſſiria. Sidon. Aſſirius murex nec tibi ſigna dabit. Idem dicẽdũ de locis Oſtro & purpura claris.

Muribus.

Coſæ urbs Italiæ, murium quotidie erumpentium multitudine obruta eſt.

Tanta eſt in Aegipto murium abundãtia, vt ſegetes populentus hisque litatione & uotis reſiſtere oporteat.

Argilus mons Thraciæ dictus eſt a multitudine muriũ, qui in terra ibidẽ reperti ſunt concertantes, Argillus lingua Thracum mus dicitur.

Scribit Plinius, ex Giaro Cicladum inſula in colas a muribus fugatos.

Plurimi & ad Troadẽ perueniunt, unde iam magno prouẽtu fugauerunt accolas.

Tantus fuit apud Perſas muriũ prouentus, ut repertæ ſint prægnantes in vtero parentum: teſte Plinio.

Meſſibus.

Habet Aegiptus binas in anno meſſes, ac totidem æſtates. De Africa & Aegipto, Stat. lib. 5. Silu. Quod meſſibus Afris Verritur, æſtiferi quicquid terit area. Nili. Aegiptus ab antiquis orbis horreum uocata eſt, quo Dei animi gratia & ſalutis confugere ſoliti ſunt.

Libia Horatius Quicquid de Libicis verritur areis. Martial. poſſideat Libicas meſſes Hermumque Tagumque.

Coronia vrbs Theſſaliæ. Stat. lib. 7. Theb. Exilem Gliſanta, Coroniamque feracẽ,

Meſſe Coroniam, Baccho Gliſanta colentes.
Gargarus mons in Ida: Claud. Iam flaueſcentia centū, Meſſibus, æſtiuæ detōdēt Gargara falces.

Mercibus.

Oriētales populi variarum rerum mercibus, vt gemmis auro, argēto thure, balſamo, cæterisq. rebus aromaticis abūdant. Hinc Stroza filius merces Eoas vocat. dicens: Ille dat Eoa lectos de merce lapillos.
Thebæ urbs centum portarum fama nobilis, copioſa fuit Indicarum arabicarum que mercium.

Minio.

Minio pigmento abundat Minius Iberiæ fluuius, nomen inde adeptus. Prop. Vt Meotica vix Minio ſi certet Iberio.
Siſapo locus Hiſpaniæ optimum habet Miniū. Plinius: Celeberrimum Miniū ex Siſa ponenſi regione Betica Miniario metallo.
Reperitur & Minium apud Colchus, in rupe quadam inacceſſa. Optimum vero ſupra Epheſum.

Margaritis.

Margaritis lapillis abundat India. Plinius. Quātū apud nos indicis margaritis precium eſt. Idem lib. 9. Principium ergo, culmenq. omnium rerum precij, margaritæ tenent. Indicus maxime has mittit Oceanus. Bap. plus Indæq. gemmiferis margaritis acta vadis.
Habet etiam margaritas Taprobane Arabie inſula: item perimula promontoriū Indiæ Laudatur circa Arabiam Perſico ſinu maris rubri.
Scribit Plin. Caſcandrum inſulam eſſe deſertam in Oceano Indiā uerſus, margaritis quæſtuoſam.
Tilos quoque Arabiæ inſula, celeberrima eſt margaritis.
Palægones incolæ ſunt Taprobanes inſulæ, auri margaritumque grandiū fertiliores quam Indi.
Tacitus ſcribit, Britanniam aurū & argentum, aliaq. mettalla gignere, & Oceanū margaritas, ſed ſubfuſcas & liuentes. Suetonius ait, Cæſarē in Britanniā nauigaſſe, cauſa margaritarum.

Mulis.

Hiſpania. Stroza pater: Hiſpanasque ſimul mulas, mannosque Britannos Adde.

Murenis piſcibus.

Mare Syculum. Mart. Quę natat in Siculo grandis murena profundo.
Plinius probat lupū Tyberis, Rhombū Rauenæ, Murenā Siciliæ, & elopē Rhodi.
Sunt & prope Tarteſſum Hiſpaniæ urbem delicate Murenæ. Quintianus: Traxit & Tarteſſia Murena quoſdam.

Magalibus.

Magalia, ſeu mapalia dicuntur Getulorū caſæ, quæ calamis tegūtur, Martialis: Te cū ego, uel ſicci Getula mapalia Pęni, Et poterā Scythicas hoſpes amare caſas.
Adhunc locū facere uidetur, quod Salluſtius ſcribit de Mumidis, quos ait habuiſſe alueos nauium inuerſos pro tugurijs.
Scythę quoq; non alias domos habuerunt, quā uolubile, & clauſtris ductiles. Vnde Hor. Campeſtres melius Scythæ. Quorū plauſtra uagas ritè trahūt domos Viuunt & rigidi getæ.

Myrrha.

Myrrham arbuſculā aromaticā ſucco diſtillantem habet. Arabia Vergilius in Cyri. Ille Arabis myrrhæ quondam qui cepit ocellos.
Habet Myrrham Orontes. propert. Aut quid Orōtea crines perfundere myrrha? Aſſyria. pont. Et Aſſyriam redolentia pectora mirrham.
Excellit & Trogloditica Mirtha, quæ lucida eſt ſubuiridis & mordax.

Muſculis

Muſculi.

Muſculi piſces naſcuntur in Stymphali Arcadię.

Murijs.

Antiopolis urbs Aſię, Murijs & Thynnis piſcibus abundat. Mar. Antiopolitani fa teorſum filia Thynni.

Montilibus.

India Stat. li. 1. Syl. Huic Inda monilia Glaucum, Protheaque, atque omnem Nereida quęrere iuſſi. Vbi loquitur de forma & cultu Violantillę vxoris Stellę, poetę Patauini.

Murrha gemma.

Murrham gemmam (qua fiebant murrhea, ſeu murrhina pocula precioſa) multis in locis mittit Parthia. Proper. Murrheaque in Parthis pocula cocta focis.

Montibus.

Macedonia perpetuis montibus cingitur. Habet ab Oriente Oſſam & Pelion, ab occaſu Pindum, ab Aquilone Olympum, à Meridie Othryn.

Corſica quoque montibus, tanquam verticibus, abundat. Vnde & nomē ſumpſit. Corſas enim tempora Gręci vocant.

Molaribus.

Antrō vrbs eſt in Theſſalia, cauernis & caniculis abūdans, quibus optimi lapides ad molas eruūtur. Gell. vocat molas illas truſatiles, vbi loquitur de Planto, quē ait operā piſtori locaſſe, & feciſſe quęſtū in agēdis molis, quas truſatiles vocāt.

Melino.

Melinum pigmentum nomen ſumpſit à Melo inſula, unde exportatur.

Magnete.

Magnes lapis eſt argento ſimilis, ferrum ad ſe attrahens. Reperitur in India, & in Siphno inſula maris Ægei.

Melonibus.

Melones (quas ueteres Melopepones dicebant) fructus ſunt hortenſes, qui humi rotunduntur. Spartian. Oſtienſes probat.

Muſcis.

Plinius ait Cyrenaicos Achorem deum cōtra multitudinē muſcarū inuocare eiq; litare conſueuiſſe. Muſcarum multitudo depopulata eſt quondam Megarēſes.

Myrica.

Myrica arbuſcula; naſcitur domeſtica in Ægypto, & alibi agreſtis.

Myrobalano.

Myrobalanum arbor eſt frequens apud Troglodytas Æthiopię, Aromaticam ferens glandem, qua fit vnguentum precioſum. Palma quę fert myrobalanū, pro batiſſima eſt in Ægypto.

Malobathro.

Malobathrum vnguentum eſt odoriferum, Syri regioni peculiare. Horat. Cū quo morantem ſępe die mero Fregi, coronatus nitētes Malobathro Syrio capillos.

Meliloto.

Melilotos herba eſt ſuauis & mellea, de qua Ouid. Pars thyma, pars rores, pars meliloton amant.

Melilotos optimus eſt Atticus. Naſcitur & in Campania circa Nolam mellini coloris, odoriſque vehementis.

Mantichora.

Manthichoram feram India gignit magnitudine leonis, pelle villoſa, & purpurea, vultu & auribus prope humanis, triplici dētium ſerie in vtraque maxilla, vtrinque aculeis cuſpidatam, quos in certamine pro telis iaculatur.

Manope.

Mon opem animal tauri magnitudine habet Pęonia.

Muribus Araneis.

Muribus Araneis (quos Herodotus Mydalos uocat) ſcatet Britannia.

Mone-

Monocerote.

Monoceros fera eſt ſæuiſſima, capite, ceruino, pedibus elephãtinis, cauda aprina, reliquo corpore ſimilis equo, vno in fronte cornu duum cubitorum armata: naſcitur in Æthiopia.

Margaris.

Margari piſces ſunt ſpecie rotunda, & gregatim natantes, ac regem ſectãtes more apum. Reperiuntur in mari rubro.

Membranis.

Membranæ Pergami primum repertæ ſunt.

Mallis punicis.

Malum punicum, ſeu granatum, frequẽs eſt apud Charthaginem, vnde cognomẽ ſumpſit.

Malis Cydoneis.

Malis Cydoneis (quæ & Cotonea dicuntur) nomẽ dedit Cydõ vrbs Cretę, in qua magnus fuit eorum prouentus.

Milio.

Milio gaudet Campania, pultemque candidam ex eo facit.

Sarmatarum quoque gentes hac maximè pulte aluntur.

Aethiopes non aliam frugem, quam milij hordeique nouere.

Habent & Niuerni agros milio, perinde ac frumento, aut alijs ſegetibus refertiſſimos, quo etiam contrito, & in farinam redacto pultem conficiunt.

Malua.

Maluas Plin. ſcribit in Arabia ſeptimo menſe arboreſcere, quod eſt argumentum magnę fertilitatis.

Moly herba.

Moly herba à Mercurio reperta, maxime contra venena efficaciæ, naſcitur in Cyllene Arcadiæ.

Militibus.

Plin. ſcribit Italiam nunciato Gallico tumultu ſolam ſine externis vllis auxilijs armaſſe peditum octoginta millia, equitum ſeptingenta milli.

Multis piſcibus.

Multos piſces Septentrionalis gignit Oceanus, & prima pars occidentis.

Merulis albis.

Merulæ circa Cyllenem Arcadiæ nec vſquam alibi candidæ naſcuntur.

Alijs rebus.

Mithridanion herbam generat Pontus. Molichryſim gemmam, India. Magudarim caulem, Syria Maſtichem arborem, Chios inſula.

Niuibus.

Taurus, Othrys, Rhodope, Scythia, Thracia, nullo ferè tempore nõ rigent niuib. gelu ac glacie. Taurus. Remacl. Nubibus impono Taure niuoſe tu⁹. Scythia. Lucanus ſolibus & nullis Scythicæ quum bruma rigeret, Dimaduere niues. Thracia. Sta. li. 11. Biſtoniæ repuere niues. Ouid. Brachia Sythonia candidiora niue. Othrys. Claud. Laſſa per Othryſias fundere membra niues. Rhodope. Ouid. in Epiſt. Qua patet vmbroſum Rhodope glacialis ad Hemum.

Scribit Plin. Atlantis verticem, altis etiam æſtate niuibus operiri.

Nemoribus.

Zacynthos inſula non procul. Corintho. Verg. li. 3. Aen. Iam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos.

Egaleos mõs Atticę. Stat. li. 12. Diues & Egaleos nemorũ, Parnesq. benign⁹ Vitib. Atlas (inquit Martianus Capella) nemoroſus eſt, ſcatens fontibus ſed rupib. infęcundus.

Nucibus.

Auella urbs Campanię, nuces habuit pręſtantiſſimas Plin. Nuces auellanę capitis dolorem faciunt. Verg. Et quæ mali feræ deſpetant mænia Auellæ.

Plin. Laudat Tarentinas amplitudine, & putaminis mollicie. Colum. Nucẽ Gręcã Auellanam, & Tarentinam hoc modo facere poteris.

Thaſię. Quintian. Thaſia nux quoſdam, Cilix & piſcis aliquos. Varro apud Gelliũ

Scaros

Scaros Cilices,nuces Thaſias, palmas Ægyptias, glandes Ibericas inter cibos electiles reponit.

Optimum genus nucum fuit Perſicũ,autore Plinio. Politianus in Ruſt. Cornaq; cum Ceraſis duroque putamine clauſa Perſica nux.

Plin.laudat Ponticas.Vnde Stat.lib.1.Syl.Quicquid nobile Ponticis nucetis.

Nardo.

Nardus ſeu nardũ frutex eſt aromaticũs,quo India & Perſia abũdãt Hor.Nũc & Achęmenio p fũdi Nardo iuuat.Pli.Cuius folia nihia ab Indico nardo diſtãs.

Nymphis:

Oceanus Nympharum omnium pater eſt. Catull.Nõ genitor Nympharũ abluat Oceanus.

Napis.

Amiternũ vrbs.Campaniæ Napis abũdat. Martial.Hos Amiternus ager felicibus educat hortis.Pli.Napi vero Amiternini (quorum eadem ferè natura) gaudẽt equè frigidis. Napus in Aegypto mirè celebratur propter olei celebritatẽ, qđ de ſemine eius faciunt.

Nebridibus.

Nebrides dicuntur damarum ſeu ceruorũ pelles.His abũdat mons, Nebris nomine,autore Solino.

Nitro.

Nitrum lapis eſt ſulphuri commixtus,& natura ſali proximus apud Epyrũ fit eodem quo ſal modo.Optimum creſcit in Macedonia,quod vocant Coleſtricum. In Aegypto conficitur multo abũdantius,ſed deterius. Nittariæ egregiæ Aegyptijs circa Memphium eſſe conſueuerunt.

Naſturcio.

Naſturciũ herba eſt,torporẽ & hebetudinẽ excitãs. Frequẽs eſt apud Babylonẽ.

Neadibus.

Neades animalia ſunt,quorũ voce abrumpitur terra.Reperiũtur in Samo inſula

Narciſſo.

Plinius ait,probatiſſimum Nareiſum creſcere in Lyciæ montibus.

Oſtro.

Lemanus lacus,Gebennæ propinquus,colore muricis adũdare arguitur dicto Ricardi Bartolini:Oſtrifero madidum caput obiectare Lemanno.

Sarra,ſeu Tyros.Ver.Vt gemma bibat,& Sarramo dormiat oſtro.

Sidon.Ouid.Hic qui Sidonio fulget ſublimis in oſtro.

Aſſyria.Ver.in Cyri:Non Libys Aſſyrio ſternetur lectulus oſtro.

Phęnicia Ruff.Faſt. Agenoreo color hinc mentirier oſtro.

Tęnarus mõs Laconiæ. Aegidius Maſcrius,Cõmẽdẽt oſtrũ Tęnarus atq.Tyros.

Chalcedon.Lucan.lib.9 Pontus & oſtriferam dirimat Chalcedona curſu.

Oleo,& Oliuis.

Venafrum Campaniæ oppidum præcipuam olei laudem meruit.Martialis.li.13. Hoc tibi Campani ſudauit bacca Venafri Vnguentum.Hor.Preſſa Venafranę quod bacca ramiſit.Oliuę.Plinius.Et vulgo(inquit)principatum hoc bono obtinuit Italia toto,maxime agro Venafrano.

Picenum regio Italię:Mart.Si mihi Picena turdus palleret oliua. Oliuam Picenã commendat Plinius.

Sycion vrbs Achaię.Oui.in Ibin:Aut ut oliuifera quondam Sycione profecto.

Trebia ſeu Trebula urbs Italię(quę prius Nitiſca dicebantur)etiã claruit oliuis, Verg.lib.7.Ereti manus omnis,oliuiferæque Nitiſcę.

Peparethos inſula. Ouid.lib.7. Met.Et Glaros nitidęque ferax Peparethos oliuę.

Ager Sabinorum.Ouid.lib.3.Faſt.Primus oliuiferis Roma deductu ab arũs.

Eurotas fluuius Laconię. Stat.li.4. Theb.Thaigetique phalanx,& oliuiferi Eurotę Dura manus.

Licabeſos mons Atticę. Stat.lib.12. Parnesq. benignus Vitibus,& pingui melior Lycabeſos oliua.

Betis

Betis Hiſpaniæ fluuius. Mar. Betis oliuifera crinem redimite corona. Plinius, Glareoſum oleis ſolum aptiſſimũ in Venafrano, pinguiſſimum Betica. Idẽ, Betica quidem meſſes vberimas inter oleas metit.

Paropotamia, Proxima Tygri regio, nõ palmetis modo uerũ & oleo, promiſq. & alijs arbuſtis nobilis eſt.

Oliuis etiam abundare Fortunatas inſulas, oſtẽdit Horat. dicens: Germinat & nũquam fallentis termes oliuæ.

Taburnus mons Campaniæ. Ver. Iuuat Iſmara Baccho Conſerere, atque olea magnum veſtire Taburnum.

Ouis.

In Velitris Volſcorum oppido, fuit ouorum ingens abundantia. Mant. Iam Lauj Romam caput, ouiferasque Velitras.

Pygmæorũ caſas luto, pennisq; & ouorũ putaminibus conſtrui, ſcribit Plin. li. 7.

Oonæ, eodẽ teſte, inſulæ ſunt Ponti, in quibus ouis auiũ & auenis viuunt incolæ.

Ouibus.

Galeſus. Calabriæ flumen, ouiũ multitudinem quõdam fertur habuiſſe. Hor. li. 2. Carm. Dulce pellitis ouibus Galeſi flumen.

Canuſiũ vrbs eſt Appuliæ, in qua lanæ erant rutili coloris, Iuuen. Sat. 6. Paſtores, & ouem Canuſinam, vlmosque Falernos.

Gallia. Horatius. Nec pinguia Gallicæ creſcunt vellera paſcuis.

Calabria & Appulia. Colum. li. 8. Generis eximij Calabras, Appulasq. milites noſtri exiſtimabant, earumque optimas Tarentinas. Nunc Galliæ precioſiores habentur, earumque præcipuæ Altinates.

Altinum autẽ oppidum eſt in palude poſitum, ſimilem Rauennæ ſitum habens. Martial. Velleribus primis Appulia, prima, ſecundis Nobilis Altinũ, tertia laudat ouis. Plinius: Lana autẽ laudatiſſima Appulia, & quæ in Italia Græci pecoris Appellatur, alibi Italica. Tertiũ locũ Mileſiæ oues obtinent. Appulę breues villo, nec niſi penulis celebres. Circa Canuſium, Tarentumq; ſummã nobilitatem habent.

Tibareni populi Trapezõti imminentes, Chalydibus vicini, ouium præſtãtiſſimi cultores. Priſcanus ſeu Themnius in Dionſij Geographia: Hic pecorum eſt diues nimirum gens Tibarenũ. Hanc prope ſunt Chalybes duriſſima regna colẽtes, Quos labus exercet ſæuus, ferrique metalla.

Aegyptus adeo herbis exuberat, autore Diodoro, Siculo, vt oues bis anno ibidem pariant, bisque præbeant lanam.

Herodotus ait in Arabia eſſe oues cauda trium cubitorũ quam per humũ trahũt.

Sunt & minutiſſimæ oues in Chio pabuli inopia, quarum tamen lacte caſeus cõficitur laudatiſſimus. Ibidem agni ſtatim à partu matrem paſtorẽq. agnoſcunt, & circa petulca laſciuia ſubſiliunt.

Ornis.

Pelõ mõs. Theſſaliæ. Val. Fla. li. 1. Argõ Quãtũ Peliacas in vertice vicerat ornos.

Odoribus.

Arabia propter varias herbas, fruticesq. aromaticos, tota eſt odorifera Stat. lib. 1. Syl. Odoriferis Arabũ quod doctus in aruis. Tibullus: .. Vrantur odores, Quos tenerè terrà diuite mittit Arabs.

Saba Colu. lib. 11. Cælitibus templisque Sabæũ miſcet odorem. Stat. libro 3. Syl. Odoriferos exhauſit flamma Sabæo. Plin. ſcribit, Sabęos ditiſſimos Syluarũ fertilitate odorifera.

Perſis. Syl. us li. 15. Altera Achæmenium ſpirabat vertice odorem. Ad hoc alluſit Horatius: Perſicos odi puer apparatus.

Aſſyria. Catullus: Fragrantem Aſſyrio venit odore domum.

Pãchaia & Idaſpes Claudianus: Quicquid thuriferis ſpirat Pãchaia ſyluis, Quicquid

quid odoratus longè blanditur. Idaſpes.
India Syllius lib. 17. Qualis odoratis deſcendit Liber ab indis.
Armenij. Tibullus lib. 1. Iactat odoratos vota per Armenios.

Oraculis.

Apud Delphos, oppidũ Phocidis dabantur Apollinis oracula. Pli. Subeũt. in hac reputatione Delphica oracula, velut ad caſtigandum hominum vanitatẽ à deo miſſa.

Oſtreis.

Oſtrea, ſeu Oreſteæ appellantur aquatiles conchæ, quarum olim vſus erat in delicijs Optime fuerũt in lacu Lucrino. Mar. Ebria Baiano veni modo cõcha Lucrino. Horatius: Nõ me Lucrina iuuerint cõchilia. Sergius Orata (q primus oſtrearum piſcinas habuit) optimum ſaporem Lucrinis ad iudicauit.
Gerarda ſtagnum eſt agri Volaterrani, optimis oſtreis refertum.
Baiæ. Adrianus Cordin. Baiana oſtrea, murices luposque.
Circei. Horat. Oſtrea Circeis, Miſeno oriuntur echini.
Abydus. Mantuanus: Vnus & oſtriferam Seſto qui iunxit Abydon.

Oppidis.

Alexandri Magni comites in eo tractu Indiæ, quem ſubegerãt, ſcripſerunt quinq; milia oppidorum fuiſſe. Indiamque tertiam partem eſſe terrarum omnium, & multitudinem gentium innumeram probabili ratione, Indi enim propè gentium ſoli nunqnam emigrauere ſuis finibus.
Beticam olim habuit oppida. 175.

Oleribus.

Syria in hortis operoſiſſima oleribus abundauit. Vnde natum Adagiũ, Multa Sirorum olera.

Onagris.

Onagri ſilueſtres aſini præcipuè ſunt in Phrigia & Licaonia.
Sunt & in Mauritania curſus pernices, citoq. deſiſtentes, quos anhelos venatores propterea facile capiunt.
In India reperiũtur agreſtes equi magnitudine, capite penè rubenti, oculis cæruleis, uno in fronte cornu.

Onocrotalis.

Onocrotalos aues olorum ſimilitudinem habẽtes, Gallia Septẽtrionalis, Oceano proxima mittit.

Onychite.

Onichitẽ gemmam in Arabiæ mõtibus nec vſquã alibi naſci, veteres putauerũt.

Alijs rebus.

Othonem & Oenãthem herbas habet Siria Opalos gẽmas. India. Ocram pigmẽtum, Topazonos inſula. Obſidiarum lapidem Aethiopia. Origes feras, Africa. Origanum herbam, Bęotia.

Pice.

Plinius: Aſia picem Indicam maximè probat. Græcia Piericam, Nariciam. Ver. li. 2. Geor. dicens Et iuuat vndantem buxo ſpectare Citorum. Nariciæq. picis lucos. eſt autem Narcia, ſeu Naricium oppidum Volſcorum. Col. lib. 11. Sobolem dabit illa capacem Nariciæ picis aut Actæi mellis Himetti.
Eſt & circa Idam in Trode pix plurima. Ver. lib. 3. Geor. Idæasque pices, & pingues unguine ceras.
Illirium, ſed Illiria Epiri regio, Italiæ propinqua, pice quodue abundat Oui. Nigrior Illirica cui pice ſanguis erat.
Theopompus apud Plinium teſtis eſt, in Apolloniatarum agro picem foſſilem non deteriorem Macedonia inueniri.

Piceis arbori.

Picea arbor frequens eſt in Pado: unde impoſitum fluuio nomen. Pades enim Picea Gallicè uocantur, inquit Plinius.

Palmis.

Apud Heſſenos populos vrbs eſt Eggada nomine, fertilitate & nemoribus palmetorum nobilis.

Ægyptus. Plinius: Palma (inquit) quæ fert Myrobalanũ, probatiſſima eſt in Ægypto. Quintian. Iuuenta menſis palma mox Aegyptia.

Idume prouincia Syriæ palmis luxuriat. Lucanus. Et arbuſto palmarũ diues Idume. Ver. lib. 3. Georg. primus Idumæas referam tibi Mantua palmas.

Hiericus oppidum eſt Idumææ, in cuius agro Strabo ait palmetum eſſe centũ ſtadiorũ. Plinius Hiericuntem palmetis conſitam, & fontibus irriguã vocat. Idẽ Sed vt copia (inquit) ibi atque fertilitas, ita nobilitas in Iudæa nec in tota, ſed Hiericunte maxime.

In Babylonia per omnẽ regionẽ palmæ ſunt ſua ſpõte naſcẽtes, plerǫ fructiferę.

Arabia Oui. lib. 10. Palmiferos Arabes. Panchæaque rura relinquam.

Pharos Ægypti inſula. Oui. li. 2. Eleg. Quæ colis & Mẽphin, palmiferáq. Pharon.

Selinis vrbs iuxta Lilybeum Sylius: Audax Gybla fouis, palmis quoq. ouulla Selinis. Ver. lib. 3. Aen. Teque datis linquo ventis palmoſa Selinis.

Plin. ſcribit Iudæam eſſe inclytam palmis.

Eſt & Lyguria Caſtrum S. Romuli palmis nobilibus refertum.

Canaria vna eſt Fortunatis iſulis abũdat palmetis, cariotas, id eſt, palmarũ fructꝰ ferẽtib. Mart. Motæ cariotides Thoairis. Statius: Prægrãdes cariotides canebãt.

Tylos iſula maris Perſici, palmas, oleas, vites ficos, & varia pomorũ genera pfert.

Thebæ Ægyptię palmis itidẽ fæcundæ fuerũt Statius: Seu quæ palmiferæ mittunt venalia Thebæ.

Pomis.

Tybur oppidum non procul Roma, pomis abundauit. Golu. li. 11. Et turris, lacu & pomoſi Tyburis arua.

Phæacum regio tãta pomorum vbertate claruit vt præmaturis fructibus noui ſtatim ſuccederent. His autẽ præfuit Alcinous. Stat. li. 1. Syl. Quid biſera Alcinoo laudẽ pomaria, voſq. Qui nunquam vacui prodiſtis in aera rami. Iuuenalis Sat. 1. Illa iubebit Poma dari, quorum ſolo piſcaris odore. Quali a perpetuus Phæacum Autumnus habebat.

Anio fluuius Tyburi propinquus etiã pomis abũdat. Proper. Ramoſis Anio qua pomifer incubat aruis.

Phaliſci Volſcorum populi, etiam abundat pomis. Oui. lib. 3. Eleg. Quum mihi pomiferis coniux foret orta Phaliſcis.

Aſpagones Indiæ populos, vitis, lauri, buxi, pomorumque omnium in Græcia naſcentem fertilis ſcribit Plinius.

Omnes Furtunatæ Inſulę copia pomorum & auium omnis generis abundant.

Plumbo.

Mictis Inſula candidum generat Plumbum. Plin. lib. 4. ca. 16. Timæus hiſtoricus a Britannia introrſus ſex dierũ nauigatione abeſſe dicit inſulam Mictim, in qua candidum plumbum prouenia t.

Ex Caſſiteri de inſula, ait Pli. lib. 7. ca. 56 plumbum primus apportauit Midacritus

Cantabria nigro abundat plumbo.

Pantheris.

Hyrcania Scythiæ pars Pantheris, Pardis & Tygribus abundat.

Pinis.

Atlas mons. Auſonius: Nec pinifer Atlas Amphitryoniadem puerum.

Ida Stat. lib. 3. Syl. Pergama pinifera multo præcioſior Ida. (cęo.

Lycæus mõs Arcadię. Stat. lib. 7. Teb. Nec ſua pinigero magis adnatet vmbra Ly-

Simois fluuius Phrygiæ. Stat. lib. 12. Pinigeri rapitur Simoentis ad amnem.

Menalus. Ver. Pinifer illum etiam ſola ſub rupe iacentem Mænalis, & gelidi fluxerunt ſaxa Lycæi.

Oſſa

Oſſa mõs Theſſaliȩ. Luc. Quát⁹ Piniferȩ Boreas cũ Thraci⁹ Oſſȩ Rupib. icubuit.
Othrys. Valer. Flac. Parnaſi lateant iuga, ceſſerit Othrys. Piniger.

Portis.

Aegyptiæ Thebæ centum portis nobiles fuerunt. Iuuen. Ecce vetus Thebæ centũ iacet obrupta portis Plin. Et Dioſpolis magna. eadem Thebæ, portarum centũ nobilis.

Piſcibus.

Aulis vrbs, ſeu portus Bœotiæ, piſcibus abundat. Ouid. li. 12. Bœotaq; tellus Auli de piſcoſa puppes tenuiſſet ituras.
Benacus lacus. Petrarcha: Carmine piſcoſo referẽs accepta Benaco. Vbi primam corripuit, quæ a Vergilio producitur.
Gnydos Lyciæ ciuitas Ouid. li. 10. Piſcoſamq. Gnydon, grauidãque Amathunta metallis.
Multa ſunt in Nilo piſciũ genera, inter quos numerãtur. Lepidothus, Coracinus, Porc⁹, Phagenus, Silui⁹ Cithar⁹, Aloſa. Ex textaceis Dilichius, Piſcib⁹, Boſites.
Tanta eſt in Thule inſula piſcium multitudo, vt ligni loco comburãtur ab incolis.
Gedroſi Indiæ populi (qui Arbim amnem incolũt) fores in domibus maxillis piſcium & belluarum faciunt, & oſſibus tecta contingant.

Populis arboribus.

Sperchius fluuius Theſſaliæ. Ouid. li. 1. Metam. Populifer Sperchius, & irrequietus Enipeus.
Padus. Ouid. li. 2. Eleg. Frigidus Eurotas, populiferque Padus.
Populos nigras, efficaciſſimas habet Creta Inſula.

Papyro.

In Lacunis Nili naſcuntur, iunci, ex quorũ tenuiſſimus fiſſuris contexerũtur chartæ & vela, & veſtes & ſtragulæ. Eſt antem Papyrus frutex naſcens in paludibus Aegypti, aut quieſcentib. aquis Nili Papirum oſtendit primus in Aegipto Alexãder. de Papiro, Lucan. Nondũ flumineas Memphis cõtexere Biblos cœperat. Ouid. libr. 15. Perq. Papiriferi ſeptemflua flumina Nili. Mart. Perdite Niliacas Muſæ mea damna papiros. Pli. li. 13. Papirũ inquit, naſcitur in paluſtrib. Aegipti, aut quieſcentib. Nili aquis, vbi euagatæ ſtagnant, duo cubita nõ excedente altitudine gurgitum. Et paulo poſt Nuper & in Euphrate naſcens circa Babilonem Papirum intellectum eſt eundem habere, vſum quem chartæ.

Prunis.

Damaſcus vrbs Siriæ optimis abundat prunis, quæ Damaſcena vocãtur. Col. lib. 11. Armeneiſq. & Cæreolis, prunisq. Damaſci. Pli. lib. 15. In peregrinis arborib. dicta ſunt Damaſcena, á Siriæ Damaſco cognominata.

Pyris.

Plin. ait. Cruſtumina Pira cunctis eſſe gratiſſima.
Abundant & Piris Calabri, quȩ conſueuerũt hoſpitibus apponere. Horat. Nõ quo more Piris veſci Calaber iacet hoſpes. Hinc adagiũ, Calabri hoſpitis Xenia.
Cruſtuminis proxima ſunt Falerna, a potu: quoniam tanta uis ſucci abundat.

Porris.

Aricia vrbs Italiæ porris abũdat. Mart. Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros.
Tarentum. Idem Mart. Fila Tarentini grauiter redolentia porri.
Plinius ait, laudatiſſimum porrum eſſe in Aegipto, mox Orchiæ atq. Ariciæ.

Phaſianis.

Phaſiani á Phaſide Colchorum fluuio dicuntur, quòd ibi ſint frequentes Lactantius, Cernitur & mixta Phãſides inter auem Mart. li. 13. Argiua prima ſum deportata carina, Ante mihi notum nil niſi Phaſis erat.

Paludibus.

Nilus. Stat. li. 5. Sil. Vndȩ paludoſi fœcunda licentia Nili.
Rauenna Sil. li. 8. Lenta paludoſæ procidunt ſigna Rauennæ.

Sicambri populi Germaniæ Rheno proximi, in Paludibus habitant, Propert. Ille paludoſos memoret ſeruite Sicambros.

Portentis.

Nilius. Stroz. fil. Et portentiferi noſſet vada noxia Nili.

Pruinis.

Tcythia, Riphęi, Caucaſus, Strimõ fluuius Thraciç, perpetuus rignet pruinis, Ver gil. li. 4. Georg. Aruaque Riphæis nunquam viduata pruinis. Claud. Caucaſeas captiua bibunt armenta pruinas.

Pharetris.

Creta. Verg. li. 3. Georg. Armaque Amyclæumque Canē, Creſſamque Pharetram. Gnoſos & Gortynã vrbes Cretæ. Lucanus. 3. Creta verus populis, Gnoſosq; agitare pharetras Docta, nec Eois peior Gortyna ſagittis.

Cydon urbs Cretæ. Ouid. li. 8. Metam. Armaq; equosque, habitusque Cydonæas que Pharetras.

Lycia. Stat. li. 6. Theb. Cætera pars Lycijs gaudet contenta pharetris.

Mœdia Marullus, Non tot ſpicula Mœdicis pharetris.

Purpura.

In Melibœa, vrbe Theſſaliæ, clatuit vſus purpuræ. Verg. li. 5. Aen. Purpurea Męan dro duplici Melibœa cucurrit.

Plinius ait, in Laconia purpuram optimam fieri cõſueuiſſe. Horat. Nec Lacomeas mihi trahunt honeſtæ purpuras clientes.

Bombycina veſtem texere Pamphila Platis filia in Coinſula prima docuit. Mart. Nec Coæ referunt iam tibi purpuræ.

Tyros. Tibullus, Illi ſelectos carent præbere colore, Africa puniceũ purpureumq; Tyros Idem, Vellera det ſuccis bis madefacta Tyros.

Sidon. & Ancon. Syl. li. 8. Stat. fucare colus, nec Sidone vilior Ancon.

Plinius de Carthagine loquens. Nũc omnis (inquit) nobilitas cõchylio atq; purpura conſtat.

Purpuras piſces habent Sigæum & Lectum Idæ promontoria.

Placentis.

Picentes pane laudantur, quē conficiebant ex alice materia macerata. Hinc ob du riciã frangi nõ poterat, niſi lactæ mulſove mollitus. Mart. Picētis Ceres niueo ſic nectare creſcit, Vt leuis accepta ſpõgia turget aqua Pamp. Nõ Alicæ panes, non quas tibi terra placentas. Picentina dedit.

Pyramidibus.

Pyramides lapideæ fuerũt ſtructurę in Aegyptos, quas reges ſumptũ maximo eri gebant, aut in oſtentationem diuitiarũ, aut in uſum ſepulturę, aut ad excitãdũ populi torporem. Earum una trecentis ſexaginta millibus hominum, uiginti an norum ſpaciõ conſtructa fertur, tanta quidem rerum prodigẽtia, vt in raphnos, alium & cæpas (quibus operarij veſcebantur) 1800. talenta erogata ſint. Martia lis, Barbara Pyramidum ſileat miracula Memphis.

Procellis.

Syrtis, Carybdis, Scilla, Malæa, Caphareus, marina dicũtur pericula, procellis fre quentibus agitata Pamphilus, Periq. procellas, Syrtes per ſaxa Maleæ. Per mare, quod rapido uortice Scylla trahit.

Pectines piſces ſunt lati, quibus abundat Tarentum Horatius, Pectinibus patulis iactat ſe molle Tarentũ. Plin. ait, laudatiſſimos eſſe pectines Mitilenis, in Aegi pto pectunculos.

Pecore.

Phillos, regio Arcadiæ Sta. li. 4. Theb. Aptior armentis Midea, pecoroſaq. Phillos. Tattari populi, cum frugibus careant, pecore tamen abundant Et quoniã aquarũ ſunt pauperes, equinum ſanguinem bibunt.

Sclaui regionem habitant adeo feracem, vt bis in anno grauidas habeant pecudes quæ quater tondentur.

Volaterranus ait, Pannoniam pecoribus & vitibus abũdare, ſed olei pauperẽ eſſe.

Orchomenos urbs Arcadiæ polymelos a pecoris copia nomen meruit.

Angli pecore abundant, laniſq. molliſſimis, quoquo verſus exportatis. Viuaria animalium ad tria millia in tota inſula cernuntur, inquit Vol.

Pabulis.

Morauia ſterilitatẽ olei & vini, pabulorũ, frumenti, pecoriſq; copia abũdẽ penſat.

Erithea inſula Hiſpaniæ tantæ eſt fœcũditatis, vt oporteat pecudes pabuli copia excreatione ſanguinis purgari. Cuius rei cauſa ea fingũtur, quæ de Geryonis armentis dicuntur.

Plinius, ait nihil eſſe laudatius Germaniæ pabulis.

Pernis.

Pernę piſces de genere conchiarũm, frequentes ſunt circa Pontias Inſulas.

Pſymmythio.

Pſymmythium, ſeu Ceruſſam parit Rhodos inſula.

Pumices dicũtur lapides eroſi amne, leuigãdis corporibus aptiſſimi. Laudãtur in Melo, Scyro & Aeoliis inſulis. Reperiuntur & in Sicilia nigri coloris.

Perſicis.

Perſica dicuntur a Perſide regionis iis abundantia. Habet Aegyptus Perſicũ arborem ſimilem piro.

Paliuro.

Paliuro arbor Cyrenaica regio ſuam poſt ponit Loton.

Ptiſana.

Ptiſanæ potioni (cuius laudibus Hippocrates uolumẽ vnũ dicauit) bonitas præcipua Vticenſi, in Aegypto fit ex hordeo.

Panico.

Panico cibo præcipuẽ utitur Aquitania. Ponticæ gentes nullũ panico præferũt cibum.

Portu.

Aulis vrbs Bœotiæ portum habuit quinquagentarum nauium capacem.

Strabo ait, Anthedonem Bœotiæ vrbem portuoſam eſſe.

Munychia vrbs Atticæ habuit ſtationem 400. nauium capacem.

De Lycia Seneca in Theb. Tutamque crebris portubus Liciam uidet.

Pardis.

Pardos in Africa Syriaque eſſe creberrimos, ait Plinius. Capiuntur & in regione Mauritaniæ. Sunt & in Caria ac Lybia prælongi admodũ, animo imbelles, ſaltu agiles, pelle adeo dura, vt ferro non cedat.

Priſtibus.

Priſtes piſces ſunt in mari Indico 200. cubitorum.

Plataniſtis.

In Gange reperiuntur Plataniſtæ piſces quindecim cubitorum.

Phœnice.

Phœnicem auem annis 690. viuentẽ ſola fert Arabia, Claud. Hæc fortunatus nimium Titanius ales regna colit, Soliſq. plaga defenſus iniqua poſſidet intractas ægris animalibus oras.

Palumbibus.

In agrum Volaterranum palumbes quotannis aduolant ẽ mari.

Pſytacis.

India pſytacum mittit, auem humana vocis docilem Claudianus. Et ſi qua loquẽ di Gnara, coloratis uiridis defertur ab Indis. Nunc etiam aduehuntur ex Luſitaniæ inſuliſque Aethiopicis.

Phaleridibus.

Phalerides aues habet Parthorum Seleucia. Aquaticarum laudatiſſima Aſia.

neſtinam & Mileſiam:eſt etiam Cyrenis odoratiſſima roſa.

Reſina.

Reſina humor eſt fluens ab arboribus,etiam in eiſdē reſidens.Plautus Aegyptiā probat,in Mercatore dicēs:Reſinam ex melle Ægyptiam vorato,ſaluū feceris.

Raphanis.

Raphanus herba eſt ſeu radix comeſtib l s,tam frequēs & nobilis apud Delphos, vt ex auro diceretur.Beta ex argēto Rapū ex plumbo.Aequat in Germania iſā tum puerorum magnitudinem.In Aegypto Raphani ſparguntur nitro, vbi ſūt ſuauitate præcipui.

Laciadæ quoque populi Atticæ raphanorum habent copiā.Apud eos moris erat, vt qui fuiſſet in adulterio deprehēſus,ignominioſas pœnas dare, impactis in pudendam corporis partem raphanus, qui ibidem creſcunt mira magnitudine.

Rapis.

Plin.lib.18.dat palmam rapis,in Nurſino agro naſcentibus.

Reſeda.

Reſedam herbam,collectiones inflāmationesque decut ientem , habet Ariminū magno prouentu.

Riuis.

Methone vrbs riuis abundat.Seneca in Troade:An frequēs riuis leuib.Methone?

Serpentibus.

Ophiuſa inſula dicta eſt a multitudine ſerpentum Ophis enim Græcè ſerpētē ſignificat.Vnde Ophiogenæ populi in Helleſponto,qui ſerpentum ictus tactu leuant,& impoſita manu,corporis venena extrahunt.

Mauritania,Horatius:Nec Mauris animo mitiori anguibus.

Libya.Syllius: Terga damus, libycisque parem non eſſe fatemur Anguibus Auſoniam.

Africa Hor.lib.1.Ser.Candida afflaſſet peior ſerpentibus Afris.

Sinueſſa vrbs Campaniæ,Ouid.li.15. Vulturnus, niueisque frequens Sinueſſa colubris.

Cinyphis flu.eſt Libyæ inter duas ſyrtes, capris & ſerpentibus,abūdans.Pāphil. Affer Cinyphii caput colubri.

Candei populi Orientales ſerpentibus veſcuntur. Vnde & Ophiophagi vocātur. Neque eſt alia regio earum fertilior,autore Plinio.

In India ſerpentes in tantā adoleſcunt magnitudinē, vt ſolidos hauriant ceruos taurosque.

Tanti ſunt & apud Rhindacum amnem in ponto,vt ſuperuolantes,quamuis alte perniciterque,alites hauſtu raptas obſorbeant.

Conſtat apud Baragadam fluuium ſerpentem cētum & uiginti pedū lōgitudinis a Regulo interfectum. Quod eſt argumentum, maximos ibidem naſci.

Sulphure.

Naſcitur(inquit Plinius)ſulphur in inſulis Aeoliis,inter Siciliam & Italiam. Sed nobiliſſimum in Melo inſula.In Italia quoque inuenitur in Neapolitano Campanoque agro & collibus,qui uocātur Leucogabi.Volat.ait, nūc foſſile ſulphur eſſe in agro Volaterrano.Nar quoq; fluuius aquas habet Sulphureas: Auſonius. Fluminibusque Italis præpollens ſulphureus Nar.

Segetibus.

Apud Cinyphem Libyæ fluuiū magna eſt frugum copia. Vnde Oui.Cinyphię ſegetis citius numerabis ariſtas.

Multis teſtimoniis cōſtat Libyam & Africam ſegetibus abundare. Mātuanus in

Syluis: Vbi Lybicæ ſegetes, vbi Gnoſia Vina. Oui. lib. 4. de Ponto: Africa quot ſegetes, quot Tmolia terra racemos. Ab hac rerum copia, Cererem Agri Libyſſam vocant, autore Feſto.
Gargarus mons Phrygiæ. Ouid. Gargare quot ſegetes, quot habet Methymna racemos.

Scaris piſcibus.

Scaros piſces habet Carpathium mare. Horat. Non me Lucrina iuuenit conchylia, Magisve Rhōbus, aut Scari: Si quos Eois intonata fluctibus Hiems ad hoc vertat mare Eois fluctibus dixit, id eſt, Orientalibus, propter mare Carpathiū. Hunc piſcē Optatus Helpertius præfectus claſſis ſub Claudio principe, è Carpathio aduexit. Numeratur autem inter cibos electiles. Varro apud Gellium teſtis eſt, Scaros Cilices omnium eſſe præſtantiſſimos.

Sagittis.

Sequentia loca incolas habuerunt peritiſſimos ſagittarum. Creta. Verg. a Ciri: Attica Cretea ſternebat rura ſagitta.
Licia. Ver. lib. 8. ille mihi in finem pharetram Liciasque ſagittas Diſcendens, Pharetramque auro dedit interrextam.
Cidon vrbs Cretæ. Stat. lib. 7. Theb. Cidonæas anteiebat nefa ſagittas.
Gortina. Luca. li. 6. Dictæ procul ecce manu Gortynis arundo. Idem Nec Eois pe ior Gortyna ſagittis.
Vide Syll. li. 13. Dictæa per auras Tranat, & in medium per labitur vrbis arundo.
Parthia Mantuanus in Alphonſo. Nec Parthica tanto Agmine per cœli nubem ſe fundit arundo. Hac ratione Catullus Parthos vocat Sagittiferos.
Erithra ſeu Erithræ. Sidonius. Forte ſagittiferas Euan populatus Erithras. De Orientalibus populis Val. Flac. lib. 5. Quos neque Iber, neque tuta ſuis aurora ſagittis Suſtinet. Per auroram intelligit Orientales.

Sariſſis.

Sariſſæ dicuntur haſtæ Macedonum. Ouid. lib. 12. Qui clypeo gladioque, Macedoniaque Sariſſa. Luc. lib. 8. primi. Pellæas arcu fregere Sariſſas.

Smaragdis.

Smaragdo gemma viridi, & oculorum aciem recreantem abundant Erithra & Scithia Claudian. Inter Erithræos ſurgentia colla Smaragdos.
Reperitur etiam in India, & Cypri æriſodinis. Plin. ait Ægyptorū Scyticorumq; ſmaragdorum tantam eſſe duriciem, vt nequeant vulnerari. Ait & Scythicos omnium eſſe nobiliſſimos.

Siſtris.

Siſtrum tinnulum eſt inſtrumentum ab Aegyptijs repertum, quo vtebantur in ſacris Iſidis, vnde Siſtrat Aegyptij dicuntur. Mart. Linigeri fugiunt calui, ſiſtrataq; turba. Oui. lib. 3. Eleg. Quid nunc ſacra iuuant, quid nunc Aegyptia proſunt Siſtra.

Saccaro.

Saccarum dicitur mel in arundinibus collectum inſtar gummi candidum, & dentibus fragile. Saccarum autem fert Arabia, ſed laudatius India.

Stanno.

Caſſiterides decem ſunt Inſulę in Hiſpania, ex quibus effoditur Stanū, quod Caſ

ſiterum

ſiterum appellatur. Diodorus ait, venam ſtanni eſſe in Britãnia, iuxta Helenum promontorium, quod nunc Cornubiam vocant.

Saxis.

Mantuanus Apenninum ſaxoſum. Pãphilus Ceraunia ſcopuloſa, Calentius Pliõ lapidoſum vocant, quòd ea loca ſaxis abundent.

De Erice monte Siciliæ, Seneca in Mædæa: Quæcunque generat inuiſos ſaxis Erix.

Stamine.

Pergamus Attali regia, Nemphis & Babilõ vrbes ingenioſæ ferũt in texendis ſtaminibus. Politianus in Ruſt. textile nec tenero ſub tegmine fulgerat aurũ, Spirantes referent vultus, quæ Pergamos olim Artifici deſcripſit acu, quæ ſtamina Memphis, Quæ Tiros & babylon radio cinxere ſonanti.

Sale, & Salinis.

Hammanientes Cyrenaicæ regionis populi, domos ſale montibus ſuis exciſo, ceu lapide coſtrunt.

Sunt etiam in Saxonia Salinæ vberrimę & argentifodenę ab Othone primo inuentę.

Alos vrbs Achaiæ a ſale ibidem reperto meruit nomen.

In Ormeno monte Indiæ quum ſal eruitur, & inſtar lapidũ cęditur, fertur poſtea renaſci mira vbertate.

Apud Cyprum ſal hammoniacum dicitur, quod in arena reperitur.

Biſuntium vrbs eſt Burgũdiæ, in cuius agro duo ſunt fontes alter aquæ dulcis alter vnde ſal igne denſarum conficiunt, candora præſtans, & maximum eius gentis vectigal.

Tarentini ſale abundant candidiſſimo atq; foſſili, quẽ Pli. ait eſſe omnium ſuauiſſimum.

Apud Bactros amnis Ochus & Iaxartes ex appoſitis montibus deferunt ſalis ramenta.

Sunt & in Africa lacus ſalem ferentes.

In Cartis Arabiæ oppido muros domosq; maſſis ſalis faciunt, aqua ferruminantes.

Salicibus.

Ameria vrbs Vmbriæ fuit quondã ſalicibus ferax. Verg. Atq; Amerina parat lẽtæ retinacula viti.

Setabo.

Setabũ genus eſt lini: ſudariis aptiſſimi, & tenuitate præcipui, quo abũdat Hiſpaniæ vrbs Setabis nomine. Catul. Nã ſudaria Setaba ex Iberis miſerũt mihi muneri Fabul. Veran.

Sparto.

Spartum herba eſt in Hiſpania frequens, qua optimum etiam conficitur linum. Strabo ait in Hiſpania campum eſſe Spartarium a Sparti multitudine nuncupatum.

Scombris.

Scombraria inſula eſt, vel promontorium contra Africam, ſcombris piſcibus abũdans. Vnde nomen tractum.

Sa-

Saliunca.

Saliuncam herbam breuem,& folioſam multæ ſuauitatis gignit Pannonia,& Norica.

Suibus.

Sues in Arcadia adeò ſaginantur,vt Plinius ſcribat,Soricem in corpore cuiuſdam præpinguis nidificaſſe.

Struthio Camelis.

Struthio cameli aues ſunt in Africa,& Æthiopia,tantæ magnitudinis,vt altitudinem hominis inſidentis equo ſuperent,& celeritate vincant.

Salmonibus.

Salmo fluuiatilis in Aquitania,præfertur marino.

Sampſuco.

Sampſucus herba eſt. Mitylenis plurima, qua optimum conficitur oleum, quod Sampſucinum dicitur.

Speculis.

Optima ſpecula olim fiebant Brunduſii,ſtanno & ęre mixtis.autor Plin.

Signis.

Rhodi 73.milliam ſignorum fuiſſe,Mutianus apud Plin.teſtis eſt.

Sinopide pigmento.

Sinopis primum inuenta eſt in Ponto. Inde nomen a Sinope vrbe. Naſcitur in Ægypto,Balearibus,Africa,ſed optima in Lemno & Cappadocia.

Siliqua.

Siliqua arbor naſcitur frequens in Syria,Ioniaque,& circa Gnydon,atque in Rhodo ſemper comantibus folijs.

Syluis.

Mare rubrum & totus Orientis Oceanus refertus eſt ſyluis.
Tylos quoque inſula maris Perſici,qua ſpectat Orientem.

Subere.

Suber præcipuè naſcitur circa Elidem, aut Spartam. Plinii temporibus naſcebatur in Italia.

Scirpis.

Mauri mapalia ſua tegunt ſcirpis,tanta eorum multitudine affluunt. His & nautæ in Pado velificant.

Stipulis.

In Lesborino Campaniæ agro tanta eſt ſtipularum craſſitudo, vt eis ligni vice vtantur.

Serpillo.

Plin.lib.19.ait,montes Thraciæ ſcatere ſerpillo.

Spon-

Spongijs.

Spongiæ molliſſimæ ſunt circa Lyciam, in Helleſponto aſperæ, denſæ circa Malæam.

Alijs rebus.

Sarcocollam paruæ arboris lachrymam habet Perſis.
Sandaracam pigmentum, Topazos, ſiue Topazonos rubri maris inſula.
Selenitem gemmam Arabia,
Semaſum frugem India.
Syroperdicem autem perdice minorem, Antiochia.
Scythicem herbam Bœotia.
Stęchadem herbam odoratam Stęchades inſulæ.
Syderitem gemmam Arabia.
Silurum piſcem Nilus.
Scorpiones Africa.

Terebinthis.

Orichos, ſeu Orithos, ciuitas eſt iuxta Epyrum abundant Terebintho arbore, quę propterea vocatur Orithia. Ver. li. 10. Incluſum buxo, aut Orithia Terebintho Lucet ebur.

Syria quoque habet Terebinthum, maximè in Damaſco.

Talpis.

Talpis ſcatet tota Bœotia, præterquam Corönea vrbs, vbi nec gignuntur, nec allatæ viuunt.

Plinius ait, talpas in Orchomeno cuncta ſubruere.

Thure.

Sabæa regio Arabiæ, & tota fermè Arabia abundat thure. Plin. Sabæi Arabum propter thura clariſſimi. Val. Flac. lib. 6. Argon. Hac quoque thuriferos felicia regna Sabæos, Vergil. 1. Æn. Centumq; Sabæo Thure calent aræ. Idem: India mittit ebur, molles ſua Thura Sabæi, Minæi Arabiæ populi, primi cõmercium thuris fecere, maximeque exercent.

Abundat etiam thure Panchaia regio Arabiæ. Luc. lib. 8. Araq. Panchæos exhalat propter odores.

Thure quoque nobilis eſt Libanus, mons Phœniciæ. Auſonius Florum ſpirat odor Libani ceu montis honor thus.

Topazio.

Topazio lapide precioſo abundat Topazios inſ. maris rubri, a quo & nomen ſumpſit. Reperitur & in Arabiæ inſula, quæ Chytis vocatur.

Teſtudinibus.

Scribit Plin. in Taprobana inſula tantam pleriſque in locis teſtudinum reperiri multitudinem, vt earum ſuperficie contegantur habitantium familiæ.

In

In Carmaniæ angulo ſunt Chenolophagi (inquit Plin.) teſtudinum ſuperficie caſas tegentes,& carne ueſcentes. Sunt & in Africa plurimæ.

Teſtudines tantæ magnitudinis habet Indicum mare, ut ſingularum ſuperficie habitabiles caſæ integantur,atque inter inſulas,rubri præcipuè maris,his nauigent cymbis.

Troglodite cornigeras habent, ut in Lyra annexis cornibus latis,ſed mobilibus, quorum in natando remigio ſe adiuuant.

Tædis.

Tæda arbor,nuptijs quondam ſacra frequens eſt in Calabria.

Thapſita.

Thapſita ferula ſyluestris,nomen ſumpſit à Thapſo inſula,in qua abundat.

Tigribus.

Reperiuntur tigres in India apud Praſios populos,magnitudine duplici,quam ſit Leo. Iuuenal. Indica Tigris agit rabida cum Tigrida pacem.

Sunt & frequentes in Hyrcania & Armenia,quæ propterea Hircanæ & Armeniæ dicuntur à poetis. Vergil. Daphnis & Armenias curru ſubiungere Tigres Inſtituit.

Dicuntur & Gangeticæ à Gange. Oui.li.6.Met. Nec mora,traxit Itin,ueluti Gangetica cerue lactentem fœtum per ſiluas Tygris opacas.

Eadem ratione dicuntur Caucaſeæ,à Caucaſo mõte Scythiæ. Sillius,Caucaſeam luſtrans uirgato corpore Tigrim.

Et Caſpiæ à Caſpia Scythiæ regione. Claudianus. Si tu ſancta Ceres,& te non Caſpia tigris Edidit.

Parthicæ à parthia. Idem,Quem parthica tigris velat.

Prope Niphatem Scithiæ fluuium ſunt etiam tigres Sidon. Aut tigriferi pharetrata per arua Niphatis.

Tarandis.

Tarandum animal tauri magnitudine, & pelle verſicolore (qua ſcuta fiunt) fert Scithia.

Torſionibus.

Torſio piſcis eſt ſimilis Delphino, preterquam roſtro. Hunc gignit mare ponticum.

Thriſſis piſcibus.

Thriſſas in Tiberi fluuio laudatiſſimas reperiri ſcribit Plin. Has in Aegipto circa Meroæ ſtagnum,coloni flebilibus numeris eſcæ vice deceptas expiſcantur.

Thynnis.

Strabo ait,thinnos piſces miræ magnitudinis in Hiſpania reperiri,eóſque grande veſci prodit.

Thieÿs

Thricijs.

Thriciæ piſces ſunt frequentes in Iſtro, ex quo quum in mare venerunt, nũquam poſtea remeant.

Thymallo.

Thimallum piſcem magnitudine cubitali gignit Ticinus Italiæ fluuius.

Tuberibus.

Tubera poma, ſeu cibi in magnis olim delicijs fuerunt. Aſiæ nobiliſſima extitere circa Lampſacum, & Alopeconeſum. Græciæ vero circa Elidem. Pręſtant Africana. De his Martialis, Rumpimus altricem tenero de vertice terram Tubera: Boletis poma ſecunda ſumus.

Tela.

Auſonius telam commendat Perſicam, vbi ait: Laudet Achæmenias Orientis gloria telas Molle aurum pallijs Græcia texe tuis.

Commẽdatur Ægyptia ob præcipuam lini bonitatem, vel quod multi licijs (quę polimita dicuntur) texere docuerint. Luc. lib. 10. Vt mos eſt pharijs miſcendi licia telis.

Serabis vrbs Hiſpanię tela claruit. Sillius lib. 3. Atque altrix celſa mittebat Setabis arce, Setabis & telas arabum ſpreuiſſe ſuperbas. Et peluſiaco filium componere Nilo.

Tauris.

Clitumnus fluuius eſt Vmbrię, cuius aqua pota candidos boues (qui ibidem ſunt frequentes) reddit. Stat. lib. 1. Sil. Aut pręſtent niueus Clitemna noualia tauros.

Meuania oppidum eſt Vmbrię. Clitumno fluuio propinquum, ferax taurorum, & armentorum. Luc. lib. 1. Eſt qui tauriferis vbi ſe Meuanię campis Explicat.

Taxis.

Taxus arbor eſt feralis, baccas proferens venenatas, a quo toxicum velut taxicum appellatur. Frequens eſt in Hiſpania, & Corſica. Vnde Verg. Sic tua Cirnear fugiant examinata taxos, Plin. ait, Arcadię taxos tam pręſentis eſſe veneni, vt ſi quis ſub ijs dormiat, cibumve capiat, ſtatim moriatur.

Tapetibus.

Alexandria & Aſſiria tapetibus claruerunt, qui inde Aſſirij, & Alexandrini vocantur. Stat. lib. 1. Theb. Fuderat Aſſyrijs extincta tapetibus alto membra thoro.

Thermis.

Baię ciuitas eſt Campanię, in cuius agro calidę ſunt aquę ad voluptatẽ, & varios morbos aptiſſimę. Vnde & thermę Baianę celebratę ſunt.

Tragoni, & Trogete.

Tragonis, ſeu Rhagion, herba naſcitur in Creta tantum inſula in maritimis, Iunipero ſimilis, & ſemine, & folio, & ramis.
Troget arbor naſcitur inferiore Cyrenaicæ parte.

Thymo.

Thymus, ſeu Thymum herba eſt apibus gratiſſima, qua abũdant Hybla, & Himettus, Ver. in Buc. Nerine Galatæa, thymo mihi dulcior Hible. Mar. lib. 5. Hyblæis madidas thymis placentas.

Tritico.

Plinius ait, Byzantium Africæ campum centenos quinquagenos tritici modios reddere, atq; miſſa Auguſto ex vno grano quadringenta paucis minus germina, & 349. ſtipulas Neroni ex vno grano.
Cum centeſimo quidem, & Leontini Siciliæ campi fundunt. Sunt in primis feraces tritici tota Betica, & Ægyptus.

Tribulis.

Thracia tantum habet tribulorum copiam, vt eorum folijs equos ſaginent, qui ad Strymona habitant.

Tragelaphis.

Tragelaphi animalia iuxta Phaſim Colchorum amnem, nec alibi naſcuntur.

Turdis.

Idem ait, turdos frequentes in Germania cerni maxime hyemis tempore.

Vaſis.

Habet Samos inſula figulinum lutum, conficiendis vaſis (quæ in eſculentis laudantur) aptiſſimum. Vnde Tibullus, lib. 2. At tibi læta trahant Samiæ conuiuia teſtæ.
Cumæ quoque ciuitas Campaniæ vaſis olim terreis gloriabatur. Idem Tibul. Fictaque Cumana lubrica terra rota.
Corinthus vrbs Græcia, prima toreumaticum, vaſorumq; luxuriam commēta eſt, quæ Corinthia propterea dicuntur, & eorum amatores Corinthiarij. Sueto. in Auguſto, Pater argentarius, ego Corinthiarius. Statius, Araq. ab Iſthmiacis auro potiora metallis.

Venenis, & herbis venenatis.

Abundat venenis & herbis veneficis Theſſalia. Tibullus. lib. 1. Quicquid & herbarum.
Theſſala terra dedit. Prop. li. 1. Et bibere ė tota toxica Theſſalia. Luc li. 6. Theſſala quinetiam tellus herbasque nocentes Rupibus ingenuit. Ouid. lib. 3. Nam mea Theſſa-

Theſſalico languent deuota ueneno Corpora.

Pontus quoque ueneficiis abũdat herbis. Verg. in Buc. Has herbas, atq; hæc põto mihi lecta venena, Ipſa dedit Mœris, naſcuntur plurima Ponto.

Colchos & Iberiam ſitetiã feraces veneni, Horat. Herbaſq; quas Colchos & Iberia mittit venenorum ferax.

Scythia. Stat. lib. 4. Theb. Et Scythicis quoties armata venenis Colchis ager.

Athrax vrbs eſt Theſſaliæ, itidẽ veneni ferax. Val. Flac. li. 6. Argon. Quãuis Athracio Lunam ſpumare ueneno ſciret.

Citea fuit vrbs ueneficiis famoſa. Propertius lib. 1. Tunc ego crediderĩ uobis & ſidera & amnes. Poſſe Citæinis ducere carminib. Vnde & maga Citæis ab eadẽ vocatur lib. 2. vbi ait. Non hic herba valet, non hic nocturna Citæis, Non per Medeæ gramina cocta manus.

Phaſis fluuius Colchorum. Ouid. Quid te Phaſiacæ iuuerunt gramina terræ?

Vellere.

Seres populi ſunt orientales, apud quos arbores ſunt non folia ſolum, ſed lanam quoque tenuiſſimam proferentes, ex quarum frondib. caniciem depectũ in aqua perfuſam, & ex vellere veſtimenta conficiunt, quę vocantur Serica. Ver. lib. 2. Geor. Velleraque vt folijs depectunt tenuia Seres. Propert. lib. 1. Quid releuãt uarijs Serica textilibus?

Miletus vrbs Ioniæ, lanarum & vellerum præſtantia magnã quoque meruit laudem Mart. Nec Milætus erat vellere digna tuo. Horat. lib. 1. Epiſt. Alter Mileti textam cane peius & angue Vitabit chalamidem. Verg. lib. 3. Georg. quamuis Mileſia magno Vellera mutentur, Tirios imitata collores.

Veſtibus.

In Pellene Achaiæ ciuitate diuerſæ veſtimẽtorũ formæ fieri cõſueuerunt. Veſtes Pellenicę adeò nobiles fuerunt, vt in Iunonis ludis ac certaminibus, victori Lacerna Pellenica præmij vice daretur.

Vlmis.

Ptelcon vrbs Theſſaliæ, nomen habuit ab vlmorum frequentia.

Vitulis.

Sũt qui velint, Italiam à taurorum, boum vitulorumque multitudinem & præſtãtia nominatam. Græci enim (inquit Gellius) Italos vocant vitulos.

Vrbibus.

In Creta inſula centum fuerunt vrbes. Ouid. lib. 6. fama noui cẽtũ Cretæas forſitam vrbes Impleſſet monſtri. Idem in Epiſt. Non ego te Crete cẽtum digeſta per vrbes Aſpiciam.

Aegiptii regnante Amaſi viginti millia vrbium habitauerunt. In Bactrianis mille vrbes fuerunt in Italia ſeptingentæ.

Tarraconenſis Hiſpania continet oppida 293.

Polibius ſcribit, trecentas Celtiberorum vrbes à Tiberio Graccho expugnatas.

Vnedonibus.

Iuba apud Plinium teſtis eſt, vnedones arbores eſſe in Arabia quinquagenum cubitorum altitudine.

Vicis.

Habuit inſula Taprobane vicos 700. quos pagos dicimus.

Vulturibus.

Vultures non aliorſũ dicuntur Caucaſei, quam quòd in Caucaſo abundet. Verg. in Buc. Caucaſeasque refert volucres furtumque Promethei. Hinc horta poetarum fabula de Prometheo, quem ibidem rodi à vulture fabulantur.

Vulua.

Paduſa fluuios Rauennæ uicinus plurimum habet vulua. Mantuanus. Et vluipatæ tellus vicina Paduſæ.

Vino & vitibus.

Tmolus mons Lydiæ, Falernus & Maſſicus Campaniæ, Aulon Calabriæ, optimo abundant vino. Tmollus: Syl. lib. 7. Atq. ex illo tempore diues Tmolus. Oui. lib. 6. Met.
Deſeruere ſui nymphæ vineta Timoli Faler. Varro, Quod far cõparandum Campano? quod triticum Apulo? quod vinum Falerno? Tibullus: Nunc mihi famoſos veteris pferte Falernos. Maſſicus: Horat. Eſt qui nec veteris pocula Maſſici. Verg. lib. 7. Vertunt felicia Bacco Maſſica. Aulon: Horat. Et amicus Aulon Fertilis Baccho minimum Falernis Inuidet vuis. Martialis: Nobilis & lanis, & Baccho fertilis Aulon, Det precioſa tibi vellera, vina mihi.
Gaurus quoque mons Campaniæ, vinum habuit laudabile, vt Falernus.
Commendatur & vinum Lesbium Proper. lib. 1: Lesbia Mentoreo vina bibas opere. Hor. Hic innocentis pocula Lesbij Duces ſub vmbra. Ariſto. (vt ſcribit Gel. lib. 12.) ægrotans guſtato vino Rhodio, inquit, Firmum hercle vinum, & iucundum. Deguſtato inde Lesbio, Vtrunq. inquit, oppidò bonum ſed ſuauius Lesbium.
Methymna ciuitas fuit in Lesbo, vini bonitate nobilis Verg. lib. 2. Georg. Quam Methymneo carpit de palmite Lesbos. Syll. lib. 7. Ac Methymna ferax, Latijs ceſſere Falernis.
Cæcubum oppidum Cãpaniæ commendat etiam vini bonitas. Martial. Cæcuba Fundanis generoſa coquuntur amicis. Hora. Cæcubum, & prælo domitam Caleno Tu bibes vuam.
Fuit & in Caleno vrbe Cãpaniæ vinum generoſum. Iuuen. Quæ molle Calenũ. Porrectura viro miſcet ſitiente Rubetam.
Formiæ vrbs iuxta Caietam, antiqua Læſtrigonum ſedes, fuit nobilis vino. Horat. Mea nec Falernæ Temperent vites, neque Formiani Pocula colles.
Setina vrbs Campaniæ ſuperbit etiam vini bonitate. Mart. Lib. 4. Tu Setina quidẽ ſemper, vel Maſſica ponis.
De Surreno Campaniæ oppido, Mar. Surrẽtina bibis, nec Myrrhina picta, nec aurũ Sume, dabunt calices hæc tibi vina ſuos.

Habuit & prædulces vuas Alba vrbs Italię. Mart. Hoc de Ceſareis mitis vindemia cellis. Mittit, Iulæo quę ſibi monte placet.

Fundanum etiam commendatur a Fundis oppido Campaniæ. Mar. Hęc Fundana tulit felix Autumnus opimi.

Meſſana vrbs Sicilię, a Mamertinis Campanię populis habitata optimũ fere vinũ. Mar. Amphora Neſtorea tibi Mamertina ſenecta. Si detur, quoduis no[…] habere poteſt Plinius. Quartum cuniculũ obtinuere publicis epulis à diuo A[u]guſto Mamertina, circa Meſſanam in Sicilia genita.

Chios inſula mari Aegei, & Aruiſium in ea promontorium laudantur vini præ[…]tia, Syll. lib. 7. Et ambroſijs Auriſia pocula ſuccis.

Veientum Ethruriæ oppidum. Horat. Qui Veientanũ feſtis potare diebus. Mar[t.] lib. 2. Veientana tuam ſi domat vna ſitim.

Aminæi populi fuerunt, vbi nunc eſt Falernus, quorum regio Aminæa dicebatu[r] vini feraciſſima. Verg. libro ſecundo Georg. Sunt & Aminææ vites firmiſſim[a] vina.

Thaſus inſula maris Aegei vinum habuit laudabile. Verg. lib. 2. Georg. Sunt Thaſiæ vites, ſunt & Mareotides albæ.

Mareotis pars Aegypti itidem. Hor. Mentemq; lymphatam Mareotico Redegit in veros timores Stat. libro 3. Syl. Sparſit Tyrrhenæ Mareotica vini Mineruæ. Hoc vinum durat in longam vetuſtatem.

Naxos inſula maris Aegei, à fertilitati vini Dioniſia dicta eſt. Vnde Pont. vitigenã eam appellat, dicens: Hanc poſt vitigenæ ſpaciantẽ littora Naxi Bacchicã. Stat. lib. 4. Achil. Lemnos, & a tergo, decreſcit Bacchica Nexos.

Maronea vrbis Ciconum laudata eſt vino, quo Vlyſſes inebriauit Polyphemũ. Tibull. Victa Maronæo fœdatus lumina Baccho.

Methone quoque vrbis in Thracia nomen habuit a vini copia. Nam Methin Græci ebrietatem vocant.

Tarraço in Hiſpania, etiã vino claruit Syll. lib. 3. Dat Tarraco puben Vitifera, & Latio tantum ceſſura Lyæo.

Vina apud Græcos celebrata fuere Prannium Cereri ſacrum, Chium Thaſium, Lesbium Creticum, & apud Syracuſanos Polium, Coum, denique & Rhodium.

Celebrantur & alia pleraq; loca vini bonitate, quæ omnia longum eſſet recẽſere. Propterea ſummatim ſubijciamus, quod in compẽdium redegimus ex Pli. lib. 14. cap. 16. Auguſtus (inquit) Setinum prætulit cũctis: Antea Cæcubo erat generoſitas in paluſtribus populetis Secũda nobilitas agro Falerno. Naſcitur Gauranum in ſummis collibus medijs Fauſtinũ, imis Falernum Albanæ vuæ sũt prędulces Surrentina in vineis tantum naſcuntur, conualeſcentib. maximè probata propter tenuitatem, ſalubritatemque. Nam quæ ſpiſſa ſunt, non adeo proſũt morbis. Surrentino medici nobilitatem dabãt. Certant Maſſica æque ex mõte Gaurano. Proponuntur Galena, & quæ in vineis arbuſtiſque naſcũtur, Fũdana Auguſtus probauit Mamertina, circa Meſſanam Sicilię genita. Potulana ab autore dicta etiam laudantur, Rhetica Falernis tñ poſt habetur à Vergilio, Ethrurię palmã Luna habet, Liguriæ Genua, inter Pyrenæũ Alpeſq; Maſſilia, Hiſpaniarum Laterana copia nobilitantur. Elegantia vero Tarraconenſia, atq; Laurone[n]ſia, & Balearica ex inſulis, Italiæ, primis cõferũtur. In sũma gloria fauere Thaſium Chiumque. Ex Chio quo Aruiſium vocant. Item Lesbum, quod ſpõte naturæ ſuæ mare ſapit. Gratia eſt Clazomenio.

Quid autẽ de Gallicis dicendũ? De quibus veteres mihi ferè ſcriptum reliquerũt ne, alienæ gentis gloria ſuã ipſi deprimerent. Exiſtimabãt, fuligine & tenebras ſuis inductum iri, ſi de noſtratibus verba facerent. Serebant. n. terrã Gallicã po

pub

puli virtute omnium præſtantiſſimā, vini quoq; gloria non eſſe inferiorē, imò & feliciorem multo. Propterea hoc velut conniuentes præter miſerunt: quū tamen ſit in cōfeſſo, Belnenſibus, Niuernis, Andegauēſibus, Aurelianis, Parrhiſinis meliora non reperiri, etiamſi exotica omnia conferte liberat.

Sed iam noſtræ Copiæ finem faciamus. Nā tametſi curſim omnia, & velut per trāſennā attigerimus, remque omnem ſeu (quod aiunt) brachio excuſſerimus, ſatis tamen hæc ipſis etiam literarū helluonibus fore cōfido. Quòd ſi quis rē parum accuratè dicat curatā, curet curioſius. Habebit ſaltē, ubi doctrinę ſuę, & eloquentiæ neruos exerceat.

LOCA DIVERSIS REBVS CARENTIA.

Congruum videtur, vt rerum copiam ſubſequatur pe ria. Propterea paucis narrare conſtitui, quibus loc quæque res deſint, vt animi paſcantur varietate, qu tantum voluptatis conſueuit parere, quantum cibor diuerſitas, menſis. Sed iam hanc rumpamus glaciem & iter aperiamus lectori.

Inſula eſt Carthaginem verſus. Gaule egalata nomine, cuius Terr Scorpionem dirum animal Africæ necat.

Dicuntur & in Clupea emori Scorpiones.

Nilus vnus omnium fluuiorum nullas expirat auras, autore Plin. Sigaros Arabiæ eſt inſula, quam canes non intrant. Expoſitique circum lit tora, errando moriuntur. Tentyræ inſula crocodili non adnatant, olfactumque incolarum, ſerpentes fugantur. Ceruos Africa propemodum ſola non gignit, nec etiam vrſos. Aſinis (quòd ſint frigoris impatientes) carent Pontus & Scythia regiones frigidiſſimæ. In Arabia Suillum genus non viuit in vllo genere, maxime in regione Scænitarum populorũ. Muſtellæ in Bœotiam Lebadiam illatæ, ſolum ipſum fugiunt. In Ithaca lepores illati moriuntur extremis quidem in littoribus. In Ebuſo Cuni culi non ſunt In Olympo Macædoniæ monte non ſunt lupi. Lupos quo que non gignit Anglia, nec aliunde aduectos nutrit. In Creta inſula nõ ſunt vulpes nec vrſi, nec vllum omnino maleficum animal præter Phalangium. Item nõ ſunt Cerui, nec Apri, nec Attagenæ, nec Ennacei. Pli. ait, in Africa, nec eſſe apros, nec capres, nec vrſos Idem ait, cornicem nunquam Athenis aſpici Hirundines Thebarum tecta non ſubeunt, quoniá vrbs illa ſæpius capta ſit. Nec Biziæ in Thracia cernuntur, propter ſcelera Theſei. In Creta inſula non ſunt noctuę, & ſi qua inuectat ſit, emeritur. Rhodos aquilam non habet, Larius locus eſt Italię tranſpadanę, ad quem Ciconiæ non tranſmeant. In Pidente agro iuxta Romam Ciconiæ, nec nidum faciunt Picus Martius negatur eſſe in agro Tarentino, Perdi ces non tranſuolant Bœoticæ fines in Attica. Non eſt vlla auis in Ponto inſula, in qua ſepultus eſt Achilles Ceraſi in Aegypto nulla cura vnquá potuere gigni. Hedera non naſcitur in India, niſi in monte Mero. In Aegypto, & Syria, reges inopia abietis, cedro ad claſſes feruntur vſi. Magu

datis

daris non prouenit in Cyrenaica regione. Thymum herbam apibus gratiſſimam non habet Arcadia. In Carina monte Cretæ, muſcæ non reperiuntur. Templum quoque Herculis Romæ non ingrediebantur. In Aegypto non naſcitur Hebenus arbor. Tineæ in Thracia, & Phrygia non naſcuntur. India neque æs, neque plumbum habet, ſed gemmis ſuis, ac margaritis hæc permutat. Mures non ſunt in Paro inſula. Daulis oppidum eſt non procul Delphis, vbi Luſcinia non parit. Herodotus ait: nullos mulos gigni in Scythia, propter immenſum frigus. Montes non habet Luſitaniæ, teſte Strabone. Cicero ait, Anglos oleo carere, & vino, pro quo ceruiſia vtantur. Gauleon regio Lybiæ ſerpentes non nutrit. In Coronea Bœotiæ vrbe talpa non gignitur.

AD ILLVSTRISSIMVM MAGNAEQVE SPEI ADOLESCENTEM,

Et regio prognatum ſanguine Franciſcum Cliuenſem,

RAVISII TEXTORIS CARMEN.

CVr ego nunc laudum præco tibicemq́ue tuarum
Has tibi primitias, atque hæc monumenta laboris
Offero & inculta fabricatum incude volumen,
Laurigeris Franciſce, puer gratiſſime Muſis?
Hoc fecere tui mores, & candida virtus,
Quæ quantum ſurgit numeroſis menſibus ætas,
Tantum habent agmenti, creſcitq́ue augentibus annis.
Tanta tibi in niueo, tam clara eſt gratia vultus
Tantus in ore lepos, tam clara in corpore dotes
Vt triplex habeat lapidoſo in pectore marmor,
Qui tantum ſpecimen pleno prædicet ore.
Quæ fit, vt hos noſter numeros tibi mittat Apollo.

IOANNIS RAVISII TEXTORIS NIVERNENSIS

NON VVLGARIS ERVDITIONIS EPISTOLAE.

NVNC RECENS A QVOPIAM ACCVRATIVS caſtigatæ, & prope innumeris mendis abſterſæ.

EPISTOLA PRIMA.

HABVI iampridem in votis mutuis te verbis conuenire, & Paucis admodum, quæ in rem tuam ſint, amicorum precibus hortati. Cœnabamus pridie huius diei domi mea, ego & aliquot parentũ tuorum, qui te a paruulo ſemper ſibi demeruerunt. Inter cœnandum quum varijs de rebus vna loqueremur, acceſſit inſperatus neſcio quis nuncius, tuus (vt dicebat) familiaris. Protinus (vt liberorum curioſi ſunt parentes) mater tuo percunctari cœpit, quomodo eſſet filio ſuo, quam proſpere valeret quantumque in literis profeciſſet? Reſpondit ille, bene quidem tibi eſſe, teque parentum monitis vbique ſemper acquieuiſſe, præterquam quod literarum ſtudia non amauiſſes. Quod vbi accepit pauperrima illa muliercula, miſerum me, quantum indoluit. Verba mea apud te fidem non caperent, ſi eiuſdem de tua hac negligentia querimonias tibi aperirem. Indoluit ſi quidem vehementius, quam vt credi valeat. Teoro, ſi hactenus dementaueris, nunc reſipiſcas, & ad literas animum conuertas. Si enim tua ſemper negligentia Epimenidis (quod aiunt) ſomnum indormires, eſſe ei cauſa mortis, qua tibi fuit vita. Vale.

EPISTOLA II.

AMicorum tuorum permulti ſatis ægre tulerunt, quod quotidianis pene conuicijs tui te honoris iampridem monuerint, neque tamen aſſiduis eorum clamoribus locum reliqueris. Volebant, & ita ſperabant futurum, opera tua quæ iam diu cum blattis ac tineis rixantur, in lucem emitti, quum vt ex ea editione aliquid tibi laudis accederet, tum etiam vt inde fructum caperent ſtudioſi adoleſcentes. Quam quæſo iacturam faceres, ſi noſtris omnium votis reſponderes? Exiſtimaſne parentibus eſſe permoleſtum repulſam abs te pati, a quo omnia ſibi promittebant? Non ſum adeo imprudens rerum, vt non facile videam, nihil non maturum & concoctum curioſis hominum iudicijs committi oportere. Quinetiam ſummorum quoque ſcriptorum opera & labores, criticis lectorum vnguibus & lituris plerumque vapulant. Nihilominus quum multos annos tu (hoc eſt, homo, doctiſſimus) vigilias tuas ad vnguem elimaueris, ſecure (mea quidem ſententia) potes parere, quod iampridem parturis. Ego enim texta omnem liturarum & obeliſcorum aleam eſſe duudico, neque iacturam vllam inde futuram video, præterquam quod docilem tibi iuuenem demereberis, & amicorum precibus ſatisfacies. Quibus ſi non pareas, quamdiu certè viues, tandiu male audies.

EPISTOLA III.

PVdet me noſtri huius ſeculi, quo iam ea inoleuit conſuetudo, vt ſi quis, uel proletarius, vel ſemidoctus opus aliquod rudi (quod aiunt) Minerua compegerit, magis quam fabre fecerit: dignum ſtatim exiſtimemus, quod nihil non vellicantibus hominum iudicijs committatur, quodque lecturiant omnes, & empturiant. Quaſi vero non eſſet nobis ocmpertum, nihil eſſe vſque adeo elimatum, quod non interdum lectorum vnguibus & graphijs expugnatur ſeueriſſimis. Quorſum vero hac roget aliquis. Hortabaris me paucis adhinc diebus, vt ego friuolas quoſdam nugas a me tumultuatio & interrupto plerunque ſtudia congeſtas, curarem imprimendas: quinetiam me ſtultitia arguere videbaris, quod tamdiu hoc ipſum facere ſuperſediſſem. Ne tu ipſe multum deliras, qui Horatij non perpendis conſilium monentis, ne præcipitetur, aditio nonum prematur in annum. An vero non vides, pleroſque primæ in dicendo celebritatis viros, deletiles Cenſorum ſpongias pertuliſſe? Si ergo has meas laboras primitias euentilarem, quid inde futurum diceres, quum nihil dum commendatiene dignum ſcripſerim, nihil quod marcentem lectoris ſtomachum nō magis ad ſomnum prouocet, quam ad amplius legendum euerberet? Quicunquid habeo, parentibus refero acceptum, magis tamen nitar honori meo conſulere, quam incantis eorum iudicijs temere aſſentiri. Val.

EPISTOLA IIII.

QVum propter voluptates eo tui te parentes miſerunt, quo ſolent qui bonas amant diſciplinas, da operam quæſo, vt eam quam de te ceperunt omnes, non fallas opinionem. Dicebam nouiſſimis quas ad te dedi literis, quantum matri tuæ doluiſſet, quid accepiſſet te parum adhuc aut nihil omnino in bonis literis promoſuiſſe. Eſſes maligne conditionis, ſi amicorum (qui tibi honeſta & profutura conſulunt) precibus nihil condanares. Tuum eſt nobis obedire vt noſtrum te hortari. Aliquid ne tibi ſuademus, quod factu non ſit vtile? Nos, ſi neſcis, tuæ, non noſtræ vtilitatis ſatagimus. Negligentiam tuam & inertiam ſuſque deque ferremus, niſi eam ciremus futuram detrimento. Fac ergo quod monemus, & proſpere tecum & agetur, Si enim feceris omnia ex animi ſententia, abunde tibi ſuppeditabimus. Val.

EPISTOLA V.

QVum certo videas, ad nullius rei ſummam niſi præcedentibus initijs perueniri poſſe, miror maxime, quod minores diſciplinas (ſine quibus tamen non eſt maioribus locus) adeo ſpreneris, vt earum ſtudio tibi omnino interdixeris. An quia procul ab oſtentatione poſita ſunt, inutiles propterea & infrugifera tibi videntur, Vſu venit, vt qui minoribus primum elementis exerceri vel recuſant vel erubeſcunt in his quæ ſublimiora ſunt, infirmum ingenij ſui captum præbeant & experiantur. Neque enim credibile eſt, firmum fore ædificium, quod inualidis ruinoſiſque nititur fundamentis, aut eos magno oneri non ſuccubituros, qui permedico fatiſcunt. Si ſaperes, altiora non molireris, ſed potius inuitareris auiculas, quæ nidis ſuis nunquam egrediuntur implumes, neque prius aeri corpuſcula committunt, quam facto primum periculo ſe idoneas ad volatum didicerint. Val.

EPISTOLA VI.

EMergunt quotidie noua mihi anxietates, quæ animum meum ſupra quam cuiquam credibile ſit,. varie diſtorquent. Sed nihil eſt quod dolorem meum magis adaugeat, quam quum turpiſſima tua vita venit in mentem. Effluxit iam triennium, ex quo ſumptu non modico tui te parentes in ſcholis nutrierunt, tibique omnia ex animi tui ſententia abunde ſuppeditarunt. Fuere tamen receptæ fidei homines plerique, qui paucis abhinc diebus mihi narrarunt, te parum adhuc, aut nihil omnino, in bonis literis promouiſſe, ita vt tertio quoque vocabulo barbariſmum committas. Egeris vt voles viue tuis legibus: ego te miſſum faciam. Sciueris tamen rebus tuis peſſimè conſultum iri, niſi vitam in melius commutaueris.

Diſtichon.

Tot fortunati ſine morbo ſint tibi menſes.
Tempore quot verno parturit Hybla flauos.

EPISTOLA VII.

NIhil facis (vt audio) amicorum conſilia, qui tua tamen ſtudent utilitati. Neque laboro, neque grauatè fero, quòd verba mea ſusque deque habeas. Dolio tamen, quòd his non pareas, qui tibi nocere non minus quam prodeſſe valeant, Peſſimè (vt video) rebus tuis conſuletur, ſi ſolita ſemper dementia inſtiteris: neque apud amicos culpam deprecabere, niſi eis acquieſcas, quibus & animam debes. Vale & miſerio non ioce loqui exiſtimes, Nam niſi feceris quod moneo, periclitaberis parum tibi frugis accidere. Iterum uale.

Diſtichon.

Non prius incurras duri contagia morbi.
Quam ſeſe immiti copulet agna lupo.

EPISTOLA VIII.

SI exiſtimarem literas meas aliquid ad ſtomachum tuum facturas, tibique fore plauſibiles, ego te nen minus ſcribendo ſatiarem, quam tuis ipſe clamoribus ad hoc agendum me iampridem compuliſti. Culpam enim deprecari, aut nexa me eximere non poſſem, ſi repulſam a me patereris: cui te hactenus totum deuouiſti, quemque tuis ſemper opibus iuuiſti & conſilijs. Sed quum uiceam, eorum nomen periclitari maxime, qui ſuas ineptias uiris ſaltem eruditis tuisque ſimilibus, non tam legendas, quam ridendas exponunt & euentilant, ergo infirmitatis mea deterritus conſiientia, nugas meas tanti uiri iudicio non auſim exponere. Nam ſi ſcriberem, riſum (certe ſcio) mouerent tibi mei barbariſmi, & te ab amore mei fortaſſe diuerterent. Quare noſtra uellem deprecationi veniam non dereges. Vale decus literarum.

Diſtichon.

Sint tibi tot nummi, tot opes auriq; talenta.
Poma quot Alcino nobilis hortus alta.

EPISTOLA IX.

EX quo tempore ad bonam frugem te recepiſti, caniſtique ab eorum commercio, quos more pecudum Veneri & voluptatibus non pudet induigere: tantam ubique locorum famam tui nominis concitaſti, ut iam vicatim compitatimque te pradicent omnes, ac deum pene faciant. Quod ſi eo, quo capiſti, pede perrexeris, certo ſcio tantam amicis futuram inde latitiam, vt ne digitum quidem tranſuerſum a nominis tui commendatione receſſuri ſint, Pater tuus (nihil comminiſcar) tantam ex ea recedit uoluptatem, ut iam ſe totum tibi deuouiſſe, relictisque omnibus alÿ quos habet liberis, in tuam unius in raſſe utilitatem uideatur. Quare prudenter mea quidem ſententia feceris, ſi a ſcopo virtutis non declines. Vale, & recte menentem ſequere.

EPISTOLA X.

CRedebas (ut opinor) te tuis uerbis fore mihi formidoloſum: quum nuper iraſcereris, euomeresque quicquid in buccam uenires. Non ſum is, qui fulgura ex uitro reformidem, cuique terrori futiles & importuna, (qualibus tunc temporis ſtrepebas) comminationes conuicia tua nullo me detrimento afficiunt. Si tamen ſolita ſemper loquacitate ſtomachum mihi moueris, faciam te tua ſtultitia penitere: ſecus enim illata ibi iniuria culpam praſtarem: quum tamen rebus tuis, perinde ac meis hactenus ſemper conſulerim. Vale.

EPISTOLA XI.

NEſcio quàm odioſa mihi ſemper fuerit ſuperba & impudens hominum arrogantia: eorum maximè, qui quum ex humili & peregrina conditione ad propinguem conſcenderunt, adeo protinus inſoleſcunt, primaque paupertatis obliuiſcuntur, ut neminem pra ſe ducant hominem, Ciuiuſmodi morbo, quoniam tota laborne

 ceruice:

ceruice periclitari mihi libuit, poſſem necne, aliquo velut hellebore, contagioſam hanc cerebri tui expurgare dementiam. Qui vtinam preſſius paulo generis tui utilitatem examinares ac reminiſcereris, quoties pater tuus hoſtiatim domeſticamque ſtipem emendicauit. Tu pridie quam huc veniſſes, ne obolum quidem habebas, vnde teſtim emeres. Nudus eras tanquam ex matre Si benignior tecum fortuna luſerit, & utranque (quod dicitur) mammam dederit lactendam, debes propterea tantum tibi arrogare, tuoque indulgere ſupercilio, vt iam pauonis flagellum, & exuuium leonis præ te feras? Si diuitias illas tua virtuti magis quàm fortuito caſui aſcribas, tota erras uia nam ſi fortuna ex hominum meritis opes diſpenſaret & largiretur, multi certe emendicarent, & inedia connumerentur, qui bonorum habent myrmecias: multi contra (in quos nouercatur eadem fortuna) opulẽ fierent, & dragma grandine operirentur. Quare noſce teipſum, & tuorum natalium, qui ortu Nili ſunt obſcuriores, reminiſcere. Vale.

EPISTOLA XII.

NOn deſiſt e literis ferè quotidianis aures tuas enerare, teque hortari, vt verbis antiquaris & inuſitatis tibi interdicas. Nihileminus tamen quotieſcunque ſcribis, tota tua oratio obſoletis adeo ſcatet vocabulis, vt coniectare plerunque me oporteat, quid ſibi velint tua verba. Neſcio an inuſitatum eiuſmodi ſermonem gratum cuiquam exiſtimes: ſcineris tamen tantum mihi diſplicere, quantum literaris placet Cicero Pluris multo facerem protritas & proculcatas dictiones, quàm priſcas illas: quæ nec tibi frugem afferunt, nec eruditis voluptatem. Proinde (ſi me ames) Phauorinum ſequere, conſulentem vt verbis utamur præſentibus, & moribus priſcis viuamus. Vale.

EPISTOLA XIII.

NVper mihi quidam retulerunt, eo te impudentiæ conſcendiſſe, vt iam non erubeſcas cum ganeonibus, perditiſſimisque patrimoniorum decoctoribus conuerſari, qui omnia prandiorum gurgitibus abſumunt & abliguriunt. Quod vbi primum accepi, non potui a lachrymis temperare, adeò me tuæ calamitatis miſerunt. Quid autem de patre tuo loquar: vix certe fidem impetrarem, ſi verbis vellem conſequi quantum ſe diſtorqueat & excruciet. Miror, quòd te non pudeat tuæ immanitatis: qui decrepitum illum morti & capulo vicinum, & iam in Proſerpinæ (quod dicitur) peculio annumeratum, ſic affigas, qui ab amore tuo nunquam ne latum quidem vnguem receſſiſſe viſus eſt. Egeris ut uoles, nunquam tamen ſatyras & uirulenta linguarum uerbera declinabis, tantiſper ad bonam frugem te receperis. Vale.

EPISTOLA XIIII.

QVi miſeriam ſibi fabricant, & aſciam cruribus ſuis illidunt, ſi forte fortuna indiſcrimen aliquod impegerint: non eſt quòd cuiquam iraſcantur, aut in alios quam ſeipſos acerbitatis ſuæ virus euomant. Tu, ubi ſatis Veneri & gulæ indulſiſti, uirtuteſque omnes, reclamantibus ne quicquam amicis, a te relegaſti eo tandem miſeriæ redactus es, ut quorſum te uertas, aut quem implores, neſcias. Quis quæſo in culpa? Nonne certatim omnes hoc ipſum prædixerimus tibi futurum? Verba noſtra contemptui tibi fuerunt & ludibrio, Nunc ſi tua unius cauſa in fortunium ſuas patienter patere. Vale.

EPISTOLA XV.

INcredibilis me tenet admiratio, quòd creſcentibus annis nihilo plus ſapias, quàm quum in puerilibus balbutires cunabulis. Nemo eſt adeo delirus animi, quem ſua tandem ſtultitia non pœniteat. Te uero nec piget nec pudet, rebus tuis etiam peſſum euntibus, cunctisque naſo te ſuſpendentibus, & poſtica eludentibus ſanna, quod nuces nondum reliqueris. Dic quæſo, quonam modo apud parentes ſuper ista rationabere, niſi his ignorantiæ tenebris emergaſ? Fuerat nobis in ſumma uotorum, bene ſemper de te mereri, teque nullo non honoris

genere

genere preſequi. Videretur ne tibi vacantis opera, ſi his obedires, qui tuæ ſatagunt vtilitatis. Hactenus quanta maxima potui beneuolentia, te monui. Verum niſi blandis huiuſmodi verbis animus tuus remolleſcat, preces in conuicia mutabo, tuiſque (quod dici ſolet) te pingam coloribus. Vale.

EPISTOLA XVI.

NEſcio quid in patrem deliqueris tamen nudiuſquartus, quum epiſtolam tuam me præſente legeret, viſus eſt mihi frontem caperare. Eſt enim credibile, aut barbariſmum aliquem reperiſſe, aut aliquod aliud ignorantiæ tuæ feciſſe periculum. Da operam quæſo, vt eum in amore tui contineas, eiuſque indignationem exarmes. Quod erit tibi factu facile, ſi quid in bonis literis te profeciſſe viderit. Hæc ego iam pridem tacite, & in aurem tibi dixeram, iterum dico, ne poſthac excuſationis veniam fore tibi confidas. Obſeruare debes quantum hactenus te dilexerit, quum nihil vnquam tibi deeſſe permiſerit. Niſi feceris quod moneo, peſſimè tuis video conſultum iri: nam præter ludibrium, quo afficieris, amici tui omnes te deſerent: quod ſi fiat, quomodo viues, nullo manum porrigente? Vale.

EPISTOLA XVII.

EO feras, quando rediturus, neſcio: quam citiſſimè tamen potero, redibo. Commendo tibi rem domeſticam. Suffragium meum demereberis, ſi me abſente ſine tumultu omnia & extra pulueris iactum ſeſe habeant: ita viuas, vt nihil in te nota dignum percipiant liberi mei. Habent enim naſum, & hæc propius obſeruant, quæ deteriora ſunt. Si eius flagitio ſuccumbas, reminiſcentur, nec te poterunt vereri, quem crimini obnoxium cognouerunt. Quod ſi inculpatam tuam vitam perceperint, non ſolum mandati tui aſſurgent, ſed & aſpectum reformidabunt. Vale.

EPISTOLA XVIII.

PVerum habeo eleganti forma, & ingenio facili: quem (quoniam magnam ſpem futuræ virtutis pollicetur) ſtudio literarum deuouere conſtitui, & tuæ primum committere diſciplinæ. Si quid ſub te profecerit, faciam vt tui te laboris non pæniteat. Si quid fortaſſe tibi offeras, nolo vt aſſem quidem aut eo plus in muneribus ab illo ſuſcipias. Laboribus tuis emulatè & largo fœnore ſatiſfaciam: ſi modo cum talem reddas, qui aliquando ſua doctrina amicos omnes ab iniuria mortalitatis aſſerat, & obliuionis. Quod faciet, ſi tantum docendi illius deſiderium te teneat, quanto diſcendi ille trahitur.

EPISTOLA XIX.

NEſcio quo pacto alienæ ſemper calamitatis teneat me commiſeratio quotieſcunque tamen amici mei quid detrimenti capiunt, aut fortunæ flagellis vapulant & confodiuntur, eorum iactura non minus animum meum euerberat, quam ſi ipſe naufragium facerem, aut meis quoque rebus peſſimè viderem conſultum. Propterea quũ videã famã tuã in dies periclitari me oportet (vt dolori ſatisfaciam, & animus meus conquieſcat) rebus tuis manum dare. Omnes magnopere triſtamur, quod perditiſſimis quibuſdam & libidini comperta nebulonibus adhæreas, qui neque Deum timent, neque homines reuerentur. Qui ſi corruptis ſuis moribus aliquãdo diutius te inebriauerint, eam nullam tui liberandi ſpem relinques, actum erit de tuo nomine. Sin eorum vinculis propere te eximas, adhuc morbo tuo mederi poterimus. Et quamuis primi tui mores patri ſtomachum mouerint tamen velit nolit, ab eo veniam extorquebimus, modo morari prima longa deſinas & meam expectationem non deſtituas. Per me non ſtabit, quo minus in parentum amorem redeas. Dij faciant, vt noſtra hæc exhortatio aliquem tuæ menti relinquat Aculeum. Vale, & verborum meorum reminiſcere.

EPISTOLA XX.

AMo te plus quam capiat humana mentis coniectura Corneli ſuauiſſime, neque eſt mihi frequentius uotum, quam ut tua ſemper uoluntati reſpondeat fortuna & omnia ex animi ſententia conſequare: & ſi ſcirem opera mea tibi eſſe opus accommodarem me tuis rebus, vel vſque ad aras. Quum tamen venit in mentem capularis illius & decrepiti parentis tui, quem non ſine nota & publica multorum ſanna turpiſſime reliquiſti neque mihi temperare, quo minus ingratitudini tuæ iraſcar, vel (ut uerius dicam) impietati. Quid enim inhumanius debet dici, quam ſi trementem ſenio, & morbis affectum parentem filius grauatim videat, nedum non adiuuet? quum ratione carentibus brutis, modicisque animantibus hoc ipſum ſit odioſum? Ciconiæ genitricum ſenectam inuicem educant. Glires genitores ſues feſſos ſenectuta, alunt inſigni pietate. Quid autem hæc teſtimonia exemplis præpono domeſticis ac vernaculis: Canes ipſi alumnos ſua morte tutantur ſæpenumero, a quibus tamen nihil præter uiliſſimam ſtipem, (ut pote modica panis, idque ordeacei fragmenta) ſuſcipiunt. Neque moueris, tuam ipſius naturam videri brutis deteriorem? Quis hoc non execretur? quis temperet inuectiuis? Pater tuus aſſidue languet, nulla non hora laborat morbo & capris ipſis (quod aiunt) eſt febriculoſior, neque tamen morienti dextram porrigis. Dij immortales, ut iam exulat probitas, ut peſſum iere boni mores quum iam natos nihil parentum miſerat. Dic bona fide, ſi nunc epularis laute, ſi abunde rerum omnium tibi ſuppetit, idipſum cui acceptum referri conuenit, niſi patri, cui uitam ipſam debes etiamnum? Meditare ſodes impudentiſſime, quid de te vicatim prædicetur, aut quanto tibi crimini uertatur: Quam nitida & bene curata cute, ac probe ſaginato corpore incedis ampulloſus patre tuo iam ſemimortuo? Mortuam murenam fleuit Hortenſius orator multos dies atratus. Tu patris morientis non miſerebere. O mala tempora, o perditam ætatem. Velim, nolim taceam oportet. Plura enim dicere non permittit animi ægritudo. Supereſt tantum ut reſipiſcas, aut non ægre feras, ſi ab amore tui receſſero Vale.

EPISTOLA XXI.

QVam bene decipiuntur, qui domus veſtræ ruinam ſperant propediem tua virtute reſtauratum iri, quum tu (cuius intereſt aſſiduo labore lucrum venari, & domeſticarum rerũ ſatagere) non ſolum nihil acquiras, ſed iam & parta deuores, ludisque & conuiuijs omnia abſorbeas, quæ pertinaci & improbo ſudore parentes tui collegerunt Heccine eſt illa tui expectatio? Sic amicorum opinioni reſpondes? Neſcis (me miserum) neſcis, quam grauem tibi tuisque facias plagam? Pigritare quam diu uoles, porrectisque (quod aiunt) pedibus, & in utramuis aurem quieſcas: timeo tamẽ, ne ubi diuturnum ſtultitiæ tuæ ſomnium indormiueris, ad reſpiciendum ſero conſurgas & expergiſcare. Demum, ſi caſu aliquo infortunium feras, & nouercam tibi Nemeſim experiare, quis cachinnis temperabit? quis te naſo non ſuſpendet? quis de te occiſa garrulitate non fabulabitur? Scio uerba mea nullum menti tuæ aculeum relictura: ne tamen cauſeris tuæ te utilitatis nunquam monitum fuiſſe neu iacturam tuam cuiquam improperes & impingas, docere uolui, per me non ſtetiſſe quo minus bene & prudenter uixeris. Vale, & deſertam omni ornatu hanc verborum lautitia epiſtolam boni conſulas.

EPISTOLA XXII.

MIrum non debet uideri, ſi noſtræ ætatis liberi ab omni morum honeſtate receſſerint, & uelut impudentes ac inuerecundi ganeones unicuiq; iam virtuti dixerint extremum vale: neque enim fieri poteſt, quin quum a nobis infantuli & ab ipſis quidem ſerperaſtris corruptelam, & improbitatem imbiberunt, adulti quoq; tenaciſſime retineãt. Nos, autore Fabio (quum adhuc repunt) infantiam delicijs ſoluimus. Gaudemus ſi quid turpe & impudicũ dixerint. Verba ne abiectiſſimis quidẽ porcarijs aut mulionibus permittenda riſu & oſculo excipimus, aut ẽt (quod turpius eſt multo) alijs dicenda in aũt ſuſurramus. Quid hoc tam enutriti contagio, ubi adoleuerint flagitijs non experientur? qui priuſquam hiſcere aut recte pro-

loqui

loqui, poſſint, turpiſſimis & impurgabilibus maculis iam ſe totos, & aurium tenus immerſerunt, voluptatumque delicias concitauerunt priuſquam, quid eſſet voluptas, cognoſcerent. Demum quam illis mercedem rependent, à quibus licenter adeò & molliter ſunt enutriti? Eos, vt ſuæ turpitudinis autores, arguent & inſimulabunt, nedum eis non aſſurgent. Prudenter quocirca fecerit, cui aliena iactura melioris conſilij ſuggeret argumentum.

EPISTOLA XXIII.

QVoniam ego multis audientibus nuper docui, quantum pueris detrimentum afferat mollis illa educatio, quam indulgentiam dicimus efflagitaſti, vt aliquanto vberius tibi aperirem, quibuſnam inſtitutis & moribus liberos tuos formare debeas. Quòd quamuis ęgrè feram, ſtudia mea quibuſcunque negotijs interpellari, facere tamen non recuſabo: ne nihil omnino amicitia noſtra videar condonaſſe. In primis, quod ad mores ſpectat, caue ne corruptis iuuenibus adhæreant, qui per noctant in alea, dies integros compotant & laſciuiunt. Nam ſi huiuſmodi maculas ab infantia contraherent, nihil eſſet de futura probitate ſperandum. Compara tibi præceptorem ſanctiſſimum, cuius ſanctitas teneriores ab iniuria tueatur, prouectioreſque à licentia deterreat grauitas. Neque enim, ſi me audis, eorum doctrina magis quàm moribus conſulas: abſit enim, ſtudij s magis quam virtuti ſcholas prodeſſe. Secus enim bene viuendi ratio potius eſſet eligenda, quàm vel optimè dicendi. Laboribus paulatim ſunt aſſuefaciendi, non tamen pondere, cui ſupereſſe nequeant, opprimendi. Si delinquant, ſi mendacij conuincantur, ſi iugum detrectent, ſi uel tantillum quidem remurmurent aut mugientur, acerrimè vapulent: neque prius parcatur flagellis, aut animaduerſioni temperetur, quam & arrogantia cognoſcatur emollita, & tranquiliores oleo, aut pepone molliores facti ſint. Quòd ſi verborum lenocinijs iram præceptorum velint examare, adulabilis eorum ſermo omninò dandus eſt ventis. Ante omnia cauendum puto maximè, ne in eorum delictis conniueant, neu conſultò diſſimulentur errata, vbi palam ſceleris comperti fuerint. Si bene fecerint, laus eorum quandoque non eſt ſupprimenda, vt eo velut gloriolæ fumo perlecti, acriùs ſe lito virtuti dent operam. Importuna redeuntis ad te nuncij feſtinatio, plura ſcribere non permiſit. Vale.

EPISTOLA XXIIII.

SI eſſem ex eorum numero, qui criminatorias amicorum epiſtolas cum bile & ſtomacho exſcipiunt, non paterer tandiu tuis me literis obiurgari, aut enim deſidiam meam culpas, aut arrogantiam criminaris, aut in voluptates reclamas. Sed quùm non ignorem te hoc alioũrſum facere, quàm vt nomini meo maculam inuras: quicquid ſcribis, boni conſule, tantum abeſt, vt aures tuis conſilijs velim occludere. Sit vita mea moribus non vſquequaque probatis, adhuc tamen dabitur mihi laudi, ſi probè monenti aſſurexero. De his hactenus. Porrò ſi qua ex tuis illis monumentis ad incudem iam ſatis reuocata maturuerint, fac in lucem prodeant, & euentilentur, cum vt nos pleniore obſequio tibi demerearis, tum etiam ut te ipſum ab omni incommodo mortalitatis & obliuionis aſſerat. Vale.

EPISTOLA XXV.

NEſcio certè, ſi exiſtimes te opera pretium facere, aut multum haurire lucri, dum ſeuerè adeò, & Stoico velut ſupercilio uita meam criminaris: at vt intelligas te nec hilum proficere, ego verba tua nihil penitus duco. Nam quum tetrici nimium cenſores mihi diſplicéant, hi omnium maximè, qui ſe erratis alienis ingerunt Ariſtarchos, & alijs prædicant bene viuendum, quùm ipſi turpiſſimè viuant. Si audiueris me uel minimum peccaſſe, exclamas protinus, & naſum non aliter ſuſpendis, quam ſi uel parricidij vel ſtupri me compertum haberes. Quaſi verò mores tui intus & in cute vnicuique non eſſent explorati. Tu bonam ætatis tuæ partem contriuiſti ludo, vniuerſum vi ferè patrimonium latrunculis & alea prodegiſti: nihilo minus, tamen ſimulata & quadam vulpina ſanctitate alienis illatras delictis. Dices non mea intereſſe, quid agas obſeruare. Certè non uideo, cur pluris tua referat mores meos obiur

gare, quam me ſceleribus tuis iraſci. Propterea uel alienam uitam culpare deſinas, aut ipſe ducas inculpata. Secus tuæ cenſuræ nec unius aſſis æſtimabuntur. Vale.

EPISTOLA XXVI.

Fieri nequit, vt miſſum te faciam, niſi prius culpandi tui argumentum mihi auferas. Si dixeris te culpa carere, ac nihil commeruiſſe, dicto citius & ſub manum mendacij te conuincam. Nuper quum una cœnaremus, ſuaſeram tibi, vt relictis quibuſdam nugis, Græcas amplectereris literas, quod ab his fluxerint Latinæ, & ad imponendum bonis ſtudijs colophonem plurimum conducant, & adeò quidem, vt ſine his perfectus dici debeat nemo. Fidem dederas facturum te quod dixeram. Neque omnino quidem ſtetiſti promiſſis. nam primis elementis dediſti biduum. Verum mutata poſt paulo ſententia, alio negotij animum conuertiſti, ſola (vt credibile eſt) leuitate ductus & inconſtantia, qua te Protheo mutabiliorem arguit facilem. Si dicas terrori tibi fuiſſe eius rei difficultatem, non diffitebor amaras eſſe ſtudiorum radices, verum hoc moleſtia dulciſſimorum inde fructuum comes, penſat vtilitas. Propterea ſi quid loci apud te habent noſtræ exortationes, eo reuertere, unde imprudenter deſiluiſti, neque primo labore tere aris. nam quas in portu credis tenebras, tibi poſtea ſole clarius eluceſcent: ſi annum integrum ſub hoc iugo durare non graueris, nullius poſtea deſiderabis operam. Solus poteris ſine cortice natare. Vale.

EPISTOLA XXVII.

Vbi pater tuus ſumptu domeſticæ charybdis rem omnem vſque ad aſſem & puluiſculum prodegit, ne hoſtiatim liberos ſtipem oporteret emendicare, coactus eſt omnes mechanicis artibus collegare, præter te vnum, quem meo vnius beneficio accademijs deuouit, ea expectatione, vt proficeres & veſtræ omnium conſuleres paupertati. Cæcutis plurimum ſi non vides tecum melius quàm cum cæteris actum eſſe. Fratrum tuorum alter eſt alutarius, alius lapicida, alius inſtitor, alius figulus, alius phrygio, alius fullo, alius pegaſarius. Omnes quotquot ſunt, in paupertate nocturno diuturnoque labore dimicant. Nulli omnium melius quàm tibi conſultum, modo fortunam ſequaris ducem, & occaſionem nunc capillatam effugere, & caluam fieri non permittas. Si vis euadere in virum magnæ & reconditæ literaturæ, prius oportet, vt ab ipſo ſtatim principio te totum labori deuoueas. Ante omnia, ſolida iacias fundamenta, ne corruat quicquid ſuperſtruxeris. Nullam de te mihi frugem polliceor, ſi remiſſus primum videreris, & in ipſo (quod aiunt) portu impingeres. Quum te ſtudiorum tenebit ſatietas, non offendet me aliquantula ſudoris remiſſio, parcè tamen hæc tibi indulgeas: nam qui diu nimia ab inſtituto opere deſueſcunt & feriantur, ocij conſuetudinem plerunque induunt. Cenſi tui de te meriti quàm optimè, nec ſententiam mutabo, aut calculum reduca, modo ſpem meam non feſelleris. Dura patere, futurum eſt enim, vt te laboris tui non pœniteat, quum ſatis olei conſumpſeris. Vale.

EPISTOLA XXVIII.

Vulgo dicitur, eos non facilè emergere, quorum virtus paupertate caligat: quod adeo verum eſt, vt paucis admodum pauperibus liceat opuleſcere, niſi vel vtranque fortunæ mammam ſuxerint aut prodigioſum aliquid ſua comminiſcantur induſtria. Cui infortunio ſupremum illud accedit malum, quod vbique ferè gentium miſeris illudant felices, & ſcarabeos contemnant aquilæ. Neque tamen propterea melioris tibi conditio deſperanda eſt. nam quamuis hoc ſeculò ſufficiens virtuti merces non exoluatur, neque tamen vſque adeo exulauerunt literæ, quin quandoque principibus placeant & famæ clareſcant literati, pinguioremque fortunam ſibijpſi faciant. Quod ſi nihil melius tuis unquam votis acceſſerit, adhuc futurum eſt, vt te ſtudiorum tuorum non pœniteat: hoc ſaltem lucrifeceris, quòd ſcientia & multarum rerum cognitione à brutis differens.

EPISTOLA XXIX.

Nunquam ferè ad me ſcribis quin opinionem meam roges, quid de ſtilo tuo mihi videatur. Sed ferè quid reſpondeam, nihil dum certum habeo, quòd certum & ſui ſimilem ſcribendi modum non habeas. Nunc enim compendio te delectas laconiſmus, nunc varia verbo-

rum

rum ſuppellectile orationem locupletas. Nihil tamen (vt vere dicam) adhuc reperi, quod abhorreat à caſtimonia linguæ Romanæ, neque eſt vllus qui ſermonis tui puritatem non deoſculetur, niſi quibuſdam moleſtum & graue eſſet auditu, quòd pleraque triduo tibi fingas elaborata, in quibus tamen temporis multum & operæ collocaſti. Hac oſtentatione ſi cares, nihil daretur tibi probro: at dum ingenij gratiam ſtudes demereri, ocioſam lectorum in te garulitatem excitas ſuſcitasque & facis vt immodicis nugis obſtrepant arrogantiæ tuæ. Quare vide, ne dum tibi places, multis diſpliceas.

EPISTOLA XXX.

HActenus aures tuas verbis onerare non deſtiti, vt torpere deſineres, & tandem aliquando ut uirtute expergiſceeris. Quod te facturum deieraueras, ſi uetus tibi condonaretur culpa. Condonata eſt, & puerilem ſtultitiam omnes conniuente oculo diſſimulauimus, neque tamen experimur te factum aliquanto meliorem. Si tui ſceleris te non pudeat periculum eſt, ne mea mali ſuborsatur conſuetudo, cui quum uelis mederi, nequeas. Interrupi interim negotia mea, ut honori tuo conſulerem: nec me quidem pigebit hoc feciſſe, modo reſipiſcas tandem, ac dementire deſinas. Sin pergas ſemper facere, vt cœpiſti, finem faciam exhortationibus. Liberum tibi relinquetur, vtram ſequaris uiam, uoluptatis ne, an uirtutis. Demum ſi caſu aliquo infortunium feras, aliorum eſto iudicium, quis fuerit in culpa. Vale.

EPISTOLA XXXI.

QVum ea ferè ſit omnium natura, ut ſuarum potius rerum quàm alienarum ſatagant, adeò tamen utilitas tua ſemper mihi fuit curæ, vt nix effluxerit momentum, quo me receperit tui obliuio. Quare non ægrè feras, aut ab amore tui me receſſiſſe arbitreris, ſi interim uitijs tuis iraſcar. Reclamaui fateor, quod illiteratis quibuſdam fabulis tempus contereres. Sed hoc ipſum feci, ut aliud ſtudium complecterèris, unde plus frugi aliquanto referres. Et ſi non putarem tibi probatum iri, quæ dico, ſanè miſſum te facerem. Hoc unum tibi perſuades, me tui ſemper ſtudioſum fuiſſe, & qui ardentius amet eſſe neminem: ſed quum uideo famam tuam apud uerboſas hominum linguas periclitari, tacere nequeo, neque (ſi uellam) permitteret tuæ laudis deſiderium quo deſperarem ſi quid unquam ardentius cupiuerim. Vale.

EPISTOLA XXXII.

QVatuor abhinc annos frequentibus literis te ſalutauimus: neque tamen certiores ſumus facti rerum tuarum. Quid ſit in cauſa, coniectare non poſſumus. Credibile non eſt, tantis te negotijs diſtrictum fuiſſe, ut tanto tempore nullum omnino ſcribendi ocium potueris tibi ſuffurari: aut ergo noſtri te cepit obliuio, aut negligentiæ culpa non cares: Quam pridem enim te monuimus ut non ſolum ſcriberes, ſed ad nos ipſe reuerteris, & matrem capulo uicinam reuiſeres? Si uenires, amici omnes (quos longa tui fatigat expectatio) animi curas diſcuterent, incolumitati tuæ gratularentur, obuijs te manibus exciperent, & longa ſalutarent præfatione. Meditare quanto ſpectandi tui deſiderio ardeant omnes. Nulla non hora de te loquimur, & uitam nobis acerbam putamus, quòd tandiu conſuetudinis tuæ fructu careamus. Propterea (ſi nos amas) fac nobis aliquantulam uidendi tui copiam. Vale.

EPISTOLA XXXIII.

LAudabilis mihi uidetur Gymnoſophiſtarum conſuetudo, apud quos pueris, qui nihil quotidianæ frugis afferant cibus denegatur. Nec minus probanda eſt Amaſis regis Aegypti ſanctio: qui edicto iuſſit, ut ſinguli quotannis apud cuiuſque præfecturæ præſidem ratiocinarentur, unde uiuerent: eiſque mors inferretur, qui non facerent. Quod utinam noſtro quoque ſeculo obſeruaretur. Non tot paſſim nequam & nihil reperirentur nebulones, quot ubique ferè gentium, reperiuntur, quibus nullum eſt aliud negotium, quam ut prona & obedientia uentri pecora, toto die crapulari, aut alienæ inſidiari uitæ. Quorum perditos mores quotieſcunque memoria repeto, uidere uideor deſolatam & multis madentem lacrymis iuſtitiam: quæ & principum negligentiæ iraſcatur, ſenatum iam ſepultū ſomnum, & conniuentem arguar. Et niſi obuiam ab omnibus properè eatur, reſiſtaturque pullulantibus

lantibus abundè flagitijs,in tantum ſe propagabit iniquitas,vt nullus ſit futurus virtuti locus Actum erit de bonis motibus exulabit probitas, & improbitati ius relinquetur ſedendi in Orcheſtra. Proinde Corneli,ſi me amas.(vt amas)caue,ne eorum numero aſcribaris, qui naturam ſui partus pœnitere faciunt,& antiquiſſimum illud chaos confuſis adhuc elementis appetere. Da operam, vt quem parentes tui perrogabunt quid profeceris ,dignus reperiare qui viuas & quem ament.Hoc ſi feceris,neque te pigebit feciſſe,neque illos bene de te meruiſſe.Vale.

EPISTOLA XXXIIII.

NAtura ferè comparatum eſt,vt quo quiſque maiore doctrina,hoc & ſuperbiat magis,& ſupercilium ſeuerius contrahat. Nec ſanè mirum. Nam uolucribus & quo plures ſunt pluma,hoc ſublimius in auras efferuntur,Et pauones hoc ſeſe mirantur magis,quo latius flagellum proferunt:ſed eſt hominum genus, qui quum ſint elementarij, & bonas litteras ne à limine quidem ſalutarint,ſe tamen omnium primos(ſi dij placet)haberi uolunt. Feruntque agrè,quòd non æſtimentur pluris,& quod quaqua uerſum tranſierint,tranſeuntibus non aſſurgatur.Cuiuſmodi erat neſcio quis magiſtellus & gramatiſta, qui audiente nuper idiotarum & uetularum turba,multis fabulis ſtrepebat immodeſtè:ut importunis illis commentationibus populo eſſet admirationi & magnam doctrinæ opinionem ſibi mereretur. Huc ergo quum eius uidendi cauſa certatim omnes conuolaret,cœpi protinus percontari quid illud eſſet Eodem omnes ore reſponderunt,alterum eſſe mundo redditum Ciceronem. Tunc ego cum reliquis acceſſi, ut percontaret uerum eſſet, necne ,quod de nebulone ſibi perſuaſerat uulgus. Sed dii boni quàm nihil inueni,quàm acceſſi proximè.Vix orationem proferebat, in qua non tot eſſent barbariſmi,quot dictiones. Quum ego nugis illis aliquandiu fatigatus perta duiſſem,temperare mihi mihi non potui,quin eum ſua ſede diſturbarem:quod quum feciſſem, parum,abfuit,quin deluſa nugis plebecula in me ſaxis irrueret:tot iam ille fumos uendiderat turba,tot ueneficiis uniuerſum excantauerat theatrum.Quod quotieſcunque memoria repeto, non poſſum noſtro ſeculo non iraſci.Cui non ſit aliud in doctorum literis diſcrimen.Vale.

EPISTOLA XXXV.

PLerunq.mihi doluit,quòd conuenien di tui nulla ſeſe offerret opportunitas.Eram enim neſcio qua tibi dicturus in rem tuam magnopere ſpectantia.Paucis abhinc diebus,pater audiuit te uoluptatibus irretitum uſque adeò, & illaqueatum, ut iam uirtutes omnes aſpernatus fueris,ac æſtimaueris nihil.Vale.

EPISTOLA XXXVI.

EST genus hominum,quorum utilitati dum conſulitur,ſe præbere grauantur dociles,ita ut uideantur habere minus cerebri,quàm cimex ſanguinis.Nihil tibi blandiar, nec oleum (quod dicitur)in auriculam tibi inſtillabo:ſed mihi uideris unus,qui nec ſcelera ſua uellicari,nec uiſcera ſibi tangi uolunt.Nouiſſimè quum me conſuleres , ad quem uitæ ſcopum arcum intenderes:uetiu eram tibi,ne inſectareris aulicos iſtos palpones,qui pellace vulpe benigniores, & in hoſtio tantum formoſi,aureos montes pollicentur,& à tertio vſque iugere manus porrigunt:his tamen ſæpenumero fucum faciunt,à quibus ampliſſima ſuſpiciunt munera. Neſcio qua diluendi tui ſceleris fiducia conſilium meum nauci feceris:hoc ipſum tamen eſt tibi maximo malo futurum.Neſcis quàm auſterum ſit in culpatè viuere,ubi probitas & uirtus exulant. In aula qui arabicè olent, & in cute ſunt purpurati, intus ulceribus & lepra ſcatent. Poſtremo uidetur ne à uirtute alienum in multam noctem pergræcari,in alea pernoctare, ære alieno obrui,nihil non honeſtum audire.Et ne multa nihil eſt non probroſum.Oportet te primis ab alterius iuſſu pendere.Religioſe & ad anxietatem uſq.obſeruandum eſt, non tantum quid uerbis iubebat dominus, aut imperet,ſed quid nutu ſignificet, aut digito crepet Aliena uiuendum quadra Bullaribus nugis aures ſunt præbendæ,unicuique uirtuti mittendum repudium.Nihil dicendum eſt,quod aures tyranni grauet.Si caleat,æſtuandum eſt:ſi frigeat,tremendum

mendum

monitum: & plerunque quum diuturnam ſeruitutem ſeruieris ſi in ipſius iram impingas, ob rem nihili, ob floccos, ob vitioſam nucem te relegabit, perinde ac viliſſimũ Canopi vernam, nec primorũ laborum ſtipendiũ extorquere poteris. Iampridem te huius rei monueram, tamen verba mea nihil feciſti. Si tui infortunij fueris author, æquanimiter feras. Aequũ eſt enim, vt faber quas fecit compedes, ipſe geſtet. Vale.

EPISTOLA XXXVII.

Moris eſt mihi, vbicunq; locorum vixerim, eorum ſemper reminiſci, quorum beneficio bonæ literæ iniuria temporũ prius ſepultæ reuiuiſcunt paulatim, & repullulant. Nec ſane mirum, nam mea quidem ſententia non minoris (minoris autem? imò verò longè pluris) æſtimandi ſunt, qui linguam latinã a morte vindicant, & priſtinæ reſtituunt dignitati, quã qui ciuitatibus ampliſſimis iugũ ſeruitutis excutiunt, reddita libertate. Sed eſt hominum genus, qui quum rudere magis quam loqui nouerint probis eruditorum votis & conatibus renitantur, timentque ne optimæ ſe propagent diſciplinæ. In quos ſi reclamet aliquis, deus bone, quibus verborum tonitribus fulminabunt, quot plauſtra conuicijs onuſta reuoment? Non tantũ non aſſurgent authoribus renaſcentis eloquentiæ, ſed facta velut coniuratione in eos certatim conſertimq; dimicabunt, neque prius concutere parietes theatrorũ verbiſue obtundere deſiſtent, quam ſui ſimiles ad latrandum in laudabiles illos linguæ latinæ candidatos & rediuiuos eloquentiæ Camillo excitauerint. Diceres eſſe Gotthorum Vandalorumq; reliquias, quæ in Romanorum Rempublicam arma parare, reſarcire copias, ſuiſque barbariſmis togatum ſermonem corrumpere velint. Quare autem velint, non video, niſi quòd fortè verentur, vt ne qui ſuis nugis idiotas prius eluſerũt, & agreſtibus impoſuerunt ingenijs, redeunte Mineruæ principatu ridiculi fiant, & ipſis etiã contẽptibiles, quibus prius fuerant admirationi. Sed longe ſua ſpe falluntur: nam ſi ſuſcitandæ ſemper eloquentiæ animum adiecerint eruditi, tãtũq; operæ, quantũ iã cæperũt barbaris huiuſmodi retrudendis collocauerint: non eſt mihi dubiũ, quin pudore deterriti hoc genus Gotthi, cã ſua caſuri, ac arena ceſſuri ſint, & ad extremum ſeſe in pedes daturi. Quòd ſi ſuis ineptijs contenti viuerent, neque cæteros hominum eodem cuperent ſordere luto, eſſent quidem ridendi, non tamen tanto odio habendi. Verum (quod omnium multo turpiſſimum) quum nullo non verbo ſolœciſſent, indignanter ferunt non omnes eadẽ infantia, iiſdemq; barbariſmis iuuenari & ineptire. Et (quod magis rideas) ſacras literas eo eſſe fato arbitrantur, vt cum his ſtare nequeat regina rerum eloquentia, quaſi Hieron. Ambroſ. Lact. Athanaſ. & alij plus ſexcenti, barbarè ſemper ſint locuti, aut eloquentiam cum theologia non ita coniũxerint, vt neſcias utri duarũ magis debeas. Quieſcite, quieſcite philoſophaſtri, noſtra omnium aures veſtris iã delicijs calent. Magno vobis malo futurum eſt, niſi a ſuſcepto in literatas literas bello pedem retuleritis. Nam ut numeroſas Xerxis copias pauciſſima Græcorum turma pepulerunt: ita & paucula eruditorum centuria infinitas veſtræ gentis Vandalicæ myriades nullo negotio & victoria expugnabunt incruenta. Ridiculum eſt, quòd publico exclamatis theatro renaſci hæreſes, antichriſtos ſurgere, fidem catholicam ruinam minari. Quî (malum) religionis hoſtes reuiuiſcunt, hinc ne qui ex græcis ad verbum docent latina? Quieta erat fides, quis eam commouit? vos plebeculam in re nihil concutatis, vt eruditis terrori ſitis: monſtra confingitis, quæ nec fuerunt hactenus, nec poſthac ſunt futura: neque eſt quiſquam cui a ſatyris veſtris ſecuro eſſe liceat, quique loquacitatis veſtræ teſta poſſit declinare, quum audiente vetularum turba ſermocinamini. ceu verò ad ferendum ocymum ſitis nati, & maior quædam maledicendi libertas vobis, quam cæteris mortalium ſit conceſſa. Quod ſi quiſquam reluctari ſatagat, aut eadẽ tragula vos referire, tantiſper illa traducitis, dum rudi vulgo perſuaſeritis, eum vel ceruicem matris rupiſſe, vel in patrios minxiſſe cineres. Et (quod peius odi) neminẽ putatis dignum, qui veſtra veſtigia (ſi dijs placet) lambat & oſculetur: quaſi vero legitimi ſitis naturæ filij, nos ſpurij tantũ: aut ſit aliquid in vobis doctrinæ, quod nemo quiſquã ſperare audeat. Si eloquentiam creditis vitiorum,

liorum,

ſiorem, quam cui vacari debeat, reſpondebo vos ſimiles eſſe procis Penelopes: qui quum dominam aſſequi non poſſent, ad ancillas diuertebant. Vos quoque infirmitatis veſtræ conſcientia deterriti (quoniam ad eloquentiam, vt ad ſolem noctua, caligatis) ad quæſtiones quas Fabius Ceratinas vocat, crocodilis noſque diuertiſis ſyllogiſmos. Quos tametſi veſtrum plerique inutiles fateantur, neminem tamen habendum in pretio putabitis, qui futiles hoc genus nugas neſciuerit. Nunc (ne multis agam) ſi ſapitis, veteris inſolentiæ criſtas retundite. Secus non deerunt, qui tanti faſtus pertæſi acutas ſibi ſagittas eſſe, ſuis vulneribus ſanguinem ſequi, ſe domi vrbinam habere (vt vos macharam) doceant, ſeſtenturque, non eſſe defendendam glandem, reperto iam tritico.

EPISTOLA XXXVIII.

EGo quum rerum tuarum ſtudioſus, tuique longè amantiſſimus ſemper fuerim nec vllum obſequioſi hominis officium tua in me prætermiſerim: ſperaui, imò vero intrepidè mihi ſæpe numero pollicitus ſum, te mei perpetuo fore memorem: ac ſi quando noueracatis fortunæ Boreas mihi inſultaret, eum te fore, qui in accepti beneficij hoſtimentum primus adiutricem manum mihi porrigeres. Sed dij boni; quam longè mea me fefellit opinio, dum te mei memorem expectaui, qui tui dememineris, dum inquam te rebus meis adiutorem ſperaui: qui tuarum pleriſque mirantibus, imò verò illudentibus, nunquam ſatagas, quin omnia (quæ multo parentum ſudore tibi parta ſunt) auidem conſumas, & cum flagitioſis hominum corruptiſſimorum gregibus vniuerſum patrimonium ſtultiſſimè profundas, & (quod longè deterius, & ab humanitate magis alienum videtur) patris defuncti obliuiſcare, cuius viuentis labor omnia tibi peperit: qui te ſuauiſſimè educauit: effuſis caritatis habenis amauit: tibique, omnia, quæ ad bene & beatè viuendum pertinebant, vbertim ſemper & ambabus ſuppeditauit manibus. Cui iam capulo inſtanti, & (quod dici ſolet) alterum pedem in cymba Charontis habenti fidem dederas, te annuis parentalibus ac ſacrificijs Deo immolaturum. Quinetiam dum mortui cadauer per ſandapilarios efferretur, eiulabas, vociferabaris, & ad rauim vſque clamitabas, ita vt pro eo vitam paciſci velle videreris. Nunc autem vbi fides viuenti præſtita? vbi ſimulata pietas cadaueri exhibita? O ingratæ mentis iuuenem, ò perditiſſimum adoleſcentem, Nihil ſanè iam conqueror, quod mei dememineris, quum parentis cepit obliuio. Iam quoniam in nequitia tua ita occalluiſti, vt lapideam magis quam humanam videaris effigiem induiſſe, pluribus te verbis hortari deſiſtam. Viue vt lubet, egeriſque vt volueris, profundas, perdas, pereas, nihil ad me futurum. Scieris tamen ex Pittaci ſapientis dicto, tales te habiturum liberos, qualem erga parentes te præſtiteris. Vale.

EPISTOLA XXXIX.

MElioris literaturæ viri, multaque lectione exerciti, qui de liberis educandis libros ediderunt, bene & doctè mihi inſtituiſſe videntur, vt infantibus adhuc vagientib. ſtudioſæ adhiberentur nutrices, quæ eos cibis mollioribus, vtpote lacticinijs ſuauiter paſcerent. ne ſi dariuſculos ori tenero fortaſſe inculcaſſent, flaccidæ adhuc & bulla fragiliores maxillæ dentibus immunes non frangerent, aut molliores pepone ſtomachi non decoquerent. Cautè ſi quidem obſeruarunt, tenellum corpus vix benè compactum eſculenti paulo aſperioris non eſſe capax. Hunc ritum qui de erudiendis pueris aliquid repoſuere itidem obſeruari voluerũt, vt videlicet rudibus crudiſque ingenijs (quæ ſunt veluti tabula raſa, in qua nihil depictum eſt) præficerantur viri moribus non minus quam doctrina conſpicui, qui nutricibus nihilo, aſperiores, ipſos primis literarum edulijs, vt pote minutulis elementis imburent, atque animum virtutibus perinde ac doctrina formarent excolerentque: non ignorantes, eos arduis oneribus non ſufficere, quorum vires modicis etiam rebus ſuccumberent: eos præterea maioribus diſciplinis non eſſe idoneos, qui in ipſo veſtibulo deficerent. Cognitis demum elementis liminaribuſque literis, grammatices rudimenta ſtuduerunt his inculcanda, quo facilius orationem grammaticam, licet ornatu & cultu immunem, contexerent. Quod vbi facere iam probè ſciuiſſent, orationibus partim ſolutis, partim pedeſtribus, lepe-

rum:

rum & uenuſtatis ſucco affatim delibutis, componendos uoluerũt, ut imitatricis inſtar ſimiæ, alienis inhærerent ueſtigijs, quodque ab alijs factum inſpicerent, ipſi facere, aut ſaltem æmulari, à tergo & eminus conarentur. Hoc uno motus argumento, quum pridie huius diei audijſſe, Petroni chariſſime, te ad artis dialectices ſtudia remis uelisque aſpirare: non potui, ut utilitatis tuæ ſemper ſtudioſus, quin id deſiderium literis conarer excutere, difficilimum factu ſuſpicatus, te illius ſuccos ebibere, qui aliarum artium parentis riuulos uix bene labellis primoribus deguſtaueris. Nec enim te latet, caduca & fragilia architectorum fore ædificia, quorum debile fundamentum extiterit. Agedum ergo priuſquam immaturis condeſcendas affectibus, ſagaci examine perpendas quid tibi ſit utile, neque quidq̃ uam pares extruere, priuſquam ſtabili fulcro illud ſolidaueris. Futurumque dubio procul expecta, te a cunctis artibus longe exulaturum, ſi hanc à te flocci factam proſcripſeris, proſcriptam flocciferis. Cui enim per deos immortales idoneus uidebere diſciplina, ſi hanc (grammaticem dico) ignores? Quid ad ſtomachum tuum faciet riuus, cuius fons tibi odioſus fuerit? Eris iuris ciuilis aut canonici peritus, qui Latinarum dictionum ſenſus ignoraueris? Callebis phyſicas rationes, qui uerborum etymologiam neſciueris? Extricabis difficiles ſophiſmatum mæandros, qui apertiſſima quæque explanare nequiueris? Scrutaberis cœleſtes & altiſſimas Aſtrologiæ aut Theologiæ cauſas, qui quæ infirma ſunt & pedibus tuis uicina contemplari neſciueris? Deguſtabis arborum herbarum, unguentorum ac radicum ſuccos cui odioſa fuerit primarum literarum deliberatio? Aliorum morbos unguentis aut antidotis repelles, qui tuæ ignorantiæ remedium adhibere neglexeris? Declamabis in ſenatu, aut ages in theatris, priuſquam in ſcola loqui didiceris? Alijs ne perſuadebis, qui quæ tibi prauides utilia, ſuadere nequiueris? Perpende uelim & in memoriam aliquantiſper reuoca ex maiorum annalibus quàm frugifera, quàm utilis quàm iucunda ſit artium humanitatis lectio: cuius amœnitas, lepos, ſuauitas, Italos (à quorum ſcatebris lingua Latina rorem primum conſtat emanaſſe) ita pellexit, ut parum grauatè tulerint cæteras omnes diſciplinas à ſe reijci & eliminari, ut has obuijs ulnis amplectarentur, harum odore aſſiduis naribus olfacerent, ſaporem lingua inexplebili deguſtarent, uenuſtatem labellis arctiſſimè compactis deoſcularentur. Quotuſquiſque enim philoſophus aut ſophiſtes in ipſis etiam Italiæ penetralibus comperitur? Quos illic Medicos, quod Aſtrologiæ peritos, quot Iure conſultos inuenies? nullos ſane, aut paucos. Contra verò, poetarum nominibus ciuitatum compita ebulliunt, Rhetoribus ac declamatoribus uix theatra ſufficiunt Grammaticos non capiunt ſcholæ Hiſtoricorum verbis paſſim locorum compita fulminant. Nouus quotidie Seruius: nodoſos enodat. Nouus aſſidue Valla, muſcoſos emungit: & (ut ſemel dicam quod ſentio) laudanda uidetur Italorum Latini ſermonis parentum conſtantia. qui (quòd has artes cæteris iucundiores ſemper credidere) ab earum caſtris nunquam deſecerint. Legimus oratorum principem prouecta iam ætatis Tullium, Rhodijs præceptoribus ſeſe recoquendum tradidiſſe: quin & eaſdem artes à priſcis regibus tantopere excultas, ut liberos ſuos præceptorum ferulis ac flagris perinde ac infimæ ſortis aut conditionis peregrina puerulos ſubmitti voluerint, ipſoſque inſtitutores ampliſſimis plerunque muneribus cumulauerint. Sic M. Antonius Imperator, Frontino philoſopho quem dicendi præceptore habuerat, ſtatuam erexit. Sic Scipio Africanus Ennij ſtatuam ſepulchro ſuo imponi: ſic Archelaus Euripidem ſibi conuiuam adeſſe: ſic Traianus Romam ingrediens Dionem Pruſium curru ſuo donatum honorari: ſic Ptolemeus Philopater templum Homero dedicari, uoluerunt: ſic denique (ut à peregrina ad domeſticam tranſeamus hiſtoriam) Clotharius Sadrageſillum ludi magiſtrum (quod Dagoberti filij ſui pedagogus eſſet) ducatu Aquitanico donauit. Hæc & alia permulta quæ addi poſſunt teſtimonia (ut opinor) ſufficiunt, quæ artes humanitatis attentius excolendas in animum (niſi lapideus fueris) inducant. Verbis meis igitur aquieſcas uelim, qui nihil tibi non utile, non frugiferum conſulam. Id ubi feceris, meo in te amori, licet infinitus propè fuerit, plurimum incrementi adiectum periclitabere. Vale.

EPI-

EPISTOLA XL.

REm à me tibi frugiferam, ne dum iucundam ſemper factum iri opinatus, ſi patentis inſtar, quod ad animi tui cultum & morum honeſtatem pertinerent, dietim tibi legendum, ac pro ſuauiſſimo delibandum eſculento proponerem: ſtatui apud me breuiſſimis ſæpenumero codicillis (quoniam id etiam quotidiano, penè conuicio efflagitabas) quid tibi laudi, quid tibi utilitati futurum, contra quid honori tuo fuliginem & tenebras inducturum, aperire, quo certius mea in te beneuolentia licet tibi tuis unguiculis notioris, periculum adhuc facias. Feciſſe autem operę precium uidebor, ſi prius omnes in te vitiorum fauillas funditus extinxero, quàm te ad virtutis ſtudium inflammare ſtudeam ſi inquam, docti agricolę inſtar, prius tribulos, lolium, carduos & urticas radicitus extirpauero, quàm purgatiſſimum & purum tritici granum ſulcis immittam. Inter cætera, quę nomini tuo magnopere officium, primas ſibi vendicat ebrietas: quam ideo primum eliminandam cenſui, quòd ea rationis vſum hominibus excutiat, vitijs omnibus incrementum præſtet, virtutibus ortum & nutrimentum impediat. Hinc eo facilius clauſtris tui corporis interdicere ſperaui, imò & mihi ſum pollicitus, quòd non ignores violentiam tabificum multis venenum fuiſſe. Quis enim neſcit florentiſſimis ciuitatibus & opulentiſſimis earundem incolis pernicioſam & exitialem fuiſſe? Quis enim neſcit, Troiam multis ante temporibus ineluctabilem, & Martis rabie indomabilem, ſepultis vino Phrygibus, captam fuiſſe? Quis ingentes Rutulorum copias à Niſo & Euryalo præter vindictam iugulatas? Romam à Breuno Senonum duce, brutis Bacco ciuibus incendio datam? Fuit ne & contagioſa ſummis etiam principibus hæc temulentia? qua authore Antiochus magnus hyeme tota in vino & Venere contrita profligatus, Olofernes à Iudith muliere interemptus, Polyphemus ab Vlyſſe excæcatus. Deiphobus à Menelao interfectus, Alexan. ab Iola pincerna veneno potus, Cynaras filia inceſtu contaminatus, Bonoſus Imperator à Probo ſuperatus, ac ſuo ſibi laqueo iugulatus. Athamas, Learchi, Agaue, penthei filiorum ſanguine pollutus: Anacreon, acino vuę paſſę ſuffocatus, Lacides philoſophus nimio hauſtu obrutus. Cyambus à Cyane, Armytus à Medullina filiabus occiſi creduntur. Infinita prope teſtimonia, quę inexauſtę orationis ſtylo mihi ſuppeditantur, in medium euocarem: niſi hæc ſatis eſſe arbitrares, quę vel temulentiam omnem tibi adimerent, aut ſaltem aliqua ex parte refrigerarent. Perpende uelim, & apud te ſagacius paulo contemplare, quid inde veneni pullulet, quanta exhaletur mephytis. Obruti vino ſenſus hominum gliribus ſomnolentiores efficiunt, è gradu mentis deijciunt, & rectam tollunt de cardine mentem. Reſipiſce igitur, & ab hoc exitiali veneno linguam reuoces: aut ſi factu tibi videatur difficile eo prorſus, abſtinere, quod tandiu tantopere dilexeris, ne ſaltem ſcythiſes: id eſt, Scytharum morem imitere, qui nectar vel meraciſſimum Acheloio poculo nunquam dilunt: quin (vt ſcribebat Androcydes philoſophus ad Alexandrum) memento quum vinum potas, ſanguinem te bibiturum nam cicuta homini venenum eſt cicutę vinum. hoc eſt, conſidera, quanta vinis uis ſit, vt veneni ſit venenum. Vale. Datum ex ædibus noſtris pridie Calendas Decembras.

EPISTOLA XLI.

FAcit tua in omnes vel ignotos comitas, nedum in liberos humanitas, pater colendiſſime, vt quamuis præter hoc corpus & quicquid in eo eſt, tanta ſemper abs te ſuſcepérimus obſequia, plura ſemper dietim appetere non erubeſcamus. Quinetiam ita nam comparatum eſſe non ignoramus, vt (authore Vergilio) Omnis in Aſcanio chari ſtet cura parentis. Cunta uerò liberorum ſpes omnibus in parentibus, velut nautę refugium in anchora conſtituta permaneat. Audaciores igitur paulo in his quę utiliora nobis fore conſpicimus, vel ob id vnum facti ſumus, quod pictorem in excolendis morticinijs, imaginibus, ſimulachris fictilibus ſenſu & anima vacuis, non auro, non argento, non denique precioſiſſimis parcere pigmentis conſpiciamus. Validus igitur argumentum quo nobis viſum ſit, nec patrem in excolendis ſuis animatis imaginibus, debere facultatibus parcere: intrepidè quę ad ingenij noſtri, nedum corporis cultum

pertinent,

pertinent, expoſcimus, te nihilo in his qua ad ornatum noſtrum ſpectant pectore tenaciorem expectantes. Ne autem diutius te pendulum remoremur, lucidius quid verba hac noſtra velint aperiemus. Defecimus a primo praceptore, quem dum ruſticaremur, menſa tua conuiuam adhibuiſti, nunc ſub alio militamus prima itidem claſſis prafecto, quid diſcipulos ſoluta partim orationis venuſtate, hiſtoria partim floſculis expolire ſatagens, Fabium Quintilianum, & Caſaris commentarios aſſumpſit legendos, nec tamen ita aſſumpſit, quin reuocato calculo facile recantet, ſi alios, ad ſtomachum tuum & palatum magis facientes eidem legendos iniunxeris. Hos tamen pra cunctis elegit, quod Quintilianum, licet mendoſum & maculis ſcatentem, ab omnibus laudari, Caſarem vt hiſtoria domeſtica ſcriptorem, a paucis, imò nullis reprobari videat. Ne autem a maiorem veſtigijs aberrare, & (quod triuiali fertur adagio) cornicum oculos configere, & ſexagenarios de ponte deijcere videretur: ſex nouiſſimos Aeneidos Vergiliana libros explanandos, & ad finem ſuperis arridentibus deducendos occapit, teſtatus Lucanum, Syllium & ſtatium vt duriuſculos, Mantuani carmen vt paulo flaccidius a pleriſq; non vſquequaque probari, vnum Maronem heroici carminis ſciptorem ab omnibus nullo reclamante laudari, amari, deoſculari. Nunc igitur pater aquiſſime perpendas, videatur ne vtilis horum authorum lectio: quam ſi probaueris, da operam, vt condiſcipulis proficientibus oſcitantes non pigritemur, pigri non oſcitemus, ſed emptis actutum codicibus, cateros omneis curſu & lectione prauertamus. Val.

EPISTOLA XLII.

Stomachum mihi aliquantiſper mouit, ac bilem excitauit, multicida illa verborũ tuorum licentia, qua me vt merulentum & vino mercentem, & (quod dicitur) ad ambas vſque aures ingurgitatum, ſeuerius inceſſuiſti: mouiſſetque acerbius paulo, niſi indubitata fide mihi compertu eſſet, te non morbo animi aut liuoris ſtimulo ductum id egiſſe, quin potius, vt iampridem obnoxium, ampliori ſemper obſequio demereris. Ego ſanè inficias neutiquam iero, me prater modum vinolentia deditum fuiſſe, ea tamen in re culpa mea veniam eo facilius me exoraturum ſpero, quod non ignores neminem tanta eſſe probitatis hominem (fuerit licet dijs ipſis proximus) cuius vita aliquantulis vitiorum tenebris, non obnubiletur Aeneam ſuam commendat pietas dedecorat proditio, Alexandrum bellica virtus extollit, deprimit ebrietas. Salomonis prudentiam quiſque laudat, laſciuiam nemo non vituperat. Neque tamen propterea licere mihi exiſtimo, vt ſceleratis aliorum veſtigijs impunè adhaream: verum id vnum ſummopere abs te oratum vellem, vt conuicijs aliquanto mitioribus me increpares. Non ſum pectoris adeo obtuſi, vt verbis humanis non moleſcam. Caterum quoniam me a potu nimio multis & immodicis ſermonibus deterreuiſti, te deprecabundus poſtulo, vt prolixiore orationis ſtylo mihi adaperias & enarres, quid contraria ebrietati & crapula temperantia vtilitatis afferat Secus haud facile mihi perſuaſero, fugiendam eſſe prorſus vinolentiam, quam ſemper (abſit tamen verbis tuis contra niti) non ſolum iucundam, & ſed & utilem mortalibus exiſtimaui: nec exiſtimaui tantum, ſed ex recepta fidei autoribus, in omni doctrina locum facilè principem obtinentibus collegi. Ennius imprimis, ſi Horatiano teſtimonio ſuccinere & calculum adijcere voles, mero deſpumans ad carmen promptior extitit: quin & Cratinus aſſerit e nulla placere diu, nec uiuere carmina poſſe, qua ſcribuntur aqua potoribus, Mneſtheus quoque uinum anima & corpori robur addere teſtatus eſt. Quod ſi horum teſtimonia, quòd prophani fortaſſe authores illi uideantur, ſuſque deque tuleris, Chriſtiana religionis cultorem Baptiſtam Mantuanum tibi obijciam, qui Fauſtum paſtorem ita loquentem inducit.

Vina ſitim minuunt, animiq; doloribus obſtant.
Vina ut amicitias, uires ita corporis augent:
Funde iterum potare ſemel, guſtare ſecundus
Colluitos potus, calefacta refrigerat ora.

Tertius

Tertius: arma ſitim bellumq́; inducere quartus.
Aggreditur: quintus pugnat: victoria ſexti eſt:
Septimus (Oenophili ſinis doctrina eſt) triumphat.

Nec igitur laborem tuum hac in re mihi adhuc deneges, quin vbi craſtina fulſerit hora, epiſtolam ad me remittas, qua lucidius omnia verbis complectare. Cæterum pridie huius diei ad aures meas peruenit, te libris affluere compluſculis: quos vt minime tibi idoneos nunquam reuoluas, ſed in ſcrinijs putreſcere, cum blatis ac tineis rixari permittas: hos velim propere ad me cura deferendos, ne non ſit quo corporis & ingenij mei vires exerceam. Vale.

EPITOLA XLIII.

VIx ſatis (vt opinor) verbis exprimi poſſet, in quàm profugum ac vehementem riſum me vel inuitum traxerit nouiſſima, quam ad me dediſti, epiſtola: notiſſimum ſane tuæ cæcitatis argumentum præferens longeque notius exhibitura, ſi ita ſemper cæcutire, hallucinari ac diſipiſcere, vt occæpiſti pergas. Ego verbis quam fieri potuit humanis ſatis vt opinabas ſtudueram te à vinolentia cæteriſque permultis id genus flagitijs deterrere: quod certo ſcirem, nullum ad virtutes non eradicatis à ſtirpe vitiorum fomentis aditum mortalibus patere: mihique adeo præter ſcrupulum pollicebar, te in meam ſententiam non pedibus modo, ſed manibus quoque ac toto corpore deſcenſurum. Verum quis me oleum & operam perdidiſſe non fatebitur? dum te ab his quæ pernicioſa fore tibi conijciebam, diuertere ſtudui: ad ea quæ profutura opinabar, hortatus ſum: cui verbis meis vt aliquanto aſperioribus, ac conſilio vt opportuno, parum fuit non acquieuiſſe, niſi & reprobanda quorundam Epicureorum teſtimonia ad vinolentia tuæ & erroris fulcimentum adduceres: quaſi verò delicti cauſam expurget erroris alienis teſtimonium, cæciſque viſum reſtituat aliena cæcitatis probatio. Sed Criſtianæ religionis cultor Mantuanus uinolentiam probauit, qui ſe primum etiam hauſtum non deneget. Perpende uelim prius quàm quicquam crudum & impremiditatum euomas, quem nam paſtorem his uerbis inanibus effutientē induxerit, nonne quæſo ut idiotam & conſilij prorſus immunem? quod ſciuerit quæ à ruſticis nihil præter aratrum redolentibus efferuntur, à ſapientibus non pluris quam uentris crepitum æſtimari. Videberis igitur agreſti plus quam ingenio natus, ſi ruſtici perinde ac grauiſſimi Catonis frontis rugoſæ uiri, probaueris dictum: eo quòd ad nequitiam ampliorem (quod dici ſolet) feneſtram tibi pateſeceris. Quoniam autem efflagitas, ut amplioribus uerbis tibi aperiam quid contraria crapulæ & corporum uoluptatibus temperantia utilitatis aut laudis afferat: notius id (ut opinor) tibi fuerit ſi prius apud mediteris, quid infamiæ, quid probri, quid ignauiæ afferant turpiſſimæ ac mellitæ uoluptates: quas (ut ait Cicero) qui ſequitur, nomine tantū homo, re autē belua dicendus eſt: cuius ſit proprium corpori inſeruire, & his ſolum uoluptatibus, quas tū è paſtu, tum è uentris quærit rebus. Turpiſſimum enim eſt genus hominum illorū, qui in uentrem proiecti ac libidinem, ueluti ſues cœno uolutantur. Nihil eſt ergo quod ignores, hominem tantis laudibus ob temperantiam efferendum, quanto probro ob uoluptates illas quibus ſemper pœnitentia ſubſequitur comes, deprimendū eſſe conſpicijs. Temperantiam (niſi cornea fibra, aut iecur adamantinum, roburque & æs triplex circa pectus fuerit) ut laudabilem probabis, ſi diligentius obſerues quantam pleriſque mortalium celebritatem, aut (ut uerius loquar) immortalitatem peperit. Non ignoras communi omnium ſuffragio perpetuis laudibus efferri Maſſiniſſam regem Numidarum, quod centeſimum ſuæ ætatis annum agens ſemel tantum in meridie cibum ſumpſerit: ut milites ſuos ad temperantiam ſuo induceret exemplo. Romanorum hiſtorijs Gurium cælo tenus efferri conſpicij, quod holuſculis contentus uiueret. Lycurgum nonne regem ubique gentium nominari, quod abſtemius uixerit. Alios item prope infinitos per ora hominum uolitare, quod ſibi hac peſte interdixerunt? Cogant te igitur ad reſipiſcendum uirtutis præmia, aut à flagitio deterreant ſcelerum opprobria, Non me præterit difficile admodum eſſe, con-

temnere

temnere voluptatem: nam nobis viſitam, & quæ affectuum noſtrorum ſemper ſequatur comes. Tollunt tamen ſenſim vitiorum fomenta extingui, quæ momento vno eripari nequeũt. Sed de his hactenus. Expetiueras nuper, vt libros quos in ſcrino putreſcentes cũ blattis tineisque rixari permittebã, ad te curarem perferendos. Curaui, quod etiam, licet ab oſtentatione procul poſitos, vtiles tamen tibi fore ſuſpicabar. Ego vbi maiorem paulo ſtudijs meis quietem impetrauero, ad te maiora dare conſtitui. Hoc tu iterum boni conſulas. Vale.

EPISTOLA XLIIII.

Aſsiduis (vt accepi) lachrymulis faciem humectas, curis edacibus animũ corrodis, verberibus inſanis faciem deformas, quod natũ eximio literarũ amore flagrãtẽ, (cuius prima ætas iter ad ingenij lumẽ manifeſtum oſtendebat) fatali iaculo percuſſum amiſeris. Quod ſanè audire, nedum perpeti, difficile admodum mihi viſum eſt: parumque abfuit (ita me ſtimulabat noui doloris rabies) qui interdum vulneribus inhoneſtis me mordicus mutilauerim, idque (vt opinor) feciſſem, ni muliebrem quandã eiulationem olim parentum & amicorum obſequijs interdictam, lege cautum fuiſſe memoniſſet Cicero. Ad id me vrgebat indoles pueri eximia, mores probatiſſimi & ingenuus pudor. Verum cum apud me ſagacius paulo conſideraui, ſtultum eſſe ex Senecæ dicto id timere, quod vitari nequeat, lachrymis tẽperaui: quod vt facias monitũ te velim. Noſti certius quã ut moueri debeas, mortales oẽs eſſe ſerius morituros: tamen Parcarum ordo ſtat immobilis, factum ineluctabile, immutabilis rerum diſpoſitio. Surdas eſſe mortis aures, ſaxeum pectus, ineuitabile telum conſpicis. Nihil eſt ergo quod te diutius animi excrucies, nihil quod vehementius indoleas, nihil quod amplius dees & aſtra voces crudelia. Eſſet hercle quod meritò poſſes conqueri, ſi mitius cum cæteris mortalium, quã cũ nato tuo factum conſpiceres. Eſſet quod iuſtè mortem vt iniuſtam accuſares: verùm (vt ait Tragicus) eſt omnibus æqua, non ſuperbificis regũ diuitijs magis quã lacero mendicorum panno flectitur: nec frequentius caſas & tuguria, quã turres & caſtra ingreditur & expugnat: nec magis Iro quàm Craſo, Curio quàm Auguſtis ſe præſtitit inimicã. Non hanc fucatis declamationibus oratores ſuauidici carminibus poetæ, promiſcuis pharmacis aut vnguentis medici ac myropolæ, teretibus lanceis equites pennatis miſſilibus ſtrictisve mucronibus pedites, gẽmatis coronis imperatores, non denique cuncti mortales, rebus vllis mortem effugiunt aut terrent. neque ſanè honeſtius aut ſublimius regi quam paſtori domicilium præparat.

Quantum quiſque ſui metitur corporis vmbra,
Impendet terra maiorem non paras vrnam.
Principibus quàm pauperibus rudibus ve bubulcis.

Quin & vrbes fortiſſimis munitas propugnaculis, templa varijs extructa marmoribus aulas Attalicis decoratas tapetibus funditus demolitur, euertit, diſſipat. Quũ nihil igitur intactum relinquat, cui ſuæ acerbitatis virus non propinet, quod ſuo non fodicet telo, furorem moderare, bilem cohibe. Erat (fateor) quem luges facilis natus: Minerua, multaque iam lectione exercitus, ita vt proſperè cum Latinis actum eſſet literis, ſi ſuperuixiſſet. Quum tamen fatalis neceſſitas ita exigat, vt vnumquenque alio migrare expediat: eius tranſitum vultu ſereno ac minimè ſupercilioſo perferre debes, quinetiam felicem illum cenſere, quod non repentino (vt pleriquæ à Plinio enumerati) obitu deceſſerit, ſed diluta ac expurgata longo examine conſcientia: quanquam nihil vt coniicio, ſeuera dignum ſcutica, breuibusque gyaris, & vmbrarum carcere dignum perpetrauerit. Quod ſi tantus animi tui dolor nullis uerborum aggeribus queat manſueſcere, aliena ſaltem conſtantiæ exemplaria moueant. Anaxagora in primis, qui audita filij morte, nihil ſibi ignotum nunciari aſſeruit, quòd ex ſe natum mortalem ſciret. Pericles item, qui duobus filijs intra quatriduum ſpoliatus, ijſdem diebus vultu non magis moto, quàm ſi fuiſſet dura ſilex, aut marpeſia cautes, concionatus eſt. Aemilij Pauli & Xenophontis poſtremò, quarum huic ſacrificium agenti

cum nunciatū eſſet, alterum ex filijs natu maiorem in facie cecidiſſe, coronam tantum depoſuit. percunctatus demum quonam modo cecidiſſet: ut audiuit fortiſſimè pugnantē interijſſe, depoſitam capiti coronam repoſuit, numina teſtatus ſe ampliorem ex filij virtute voluptatem, quam ex morte amaritudinem ſentire. Ille dum quarto ante triumphum ſuum Macedonicum die alterum filium amiſiſſet, alterum demum tertio poſt triumphum, iacturam illam æquo animo tulit. Id erat quod te monitum volebam, & a te precario factum expetebam. Vale.

EPISTOLA XLV.

SAepe & multum apud me dubitaui, liceret, necne, ad eos velut ad anchoram & aſylum ſemper in diuerſis confugere, quorum ſuppetijs & patrocinio iam plerumque fuerimus adiuti, atque eo magis, quod beneficium qui dare neſcit (inquit Seneca) iniuſtè petit, ſitque ingratæ & minime generoſæ mentis, accipere ſemper, largiri nunquam. Fecit ea res, ut nouo emergente ſcrupulo, qui male me habet, conſilij tui ſuppetias adhuc emendicare diutius, & cunctanter erubuerim: quum iam tua beneficia in me tanta extiterint, ut ſi vitam pro tua unius dignitate profunderem, vix partem minimam uidere aſſequutus. Quum tamen monuit me Tullius grati eſſe animi, ei multum velle debere, cui tam plurimum debeas; tanti tamque prudentis viri dicto audacior paulo factus, timorem exui, neque adhuc turpe exiſtimaui, ad te veluti Mecænatem beneficium recurrere: qui ſi meritis tuis reſpondere aut gratiam referre nequeat, agere ſaltem non deſiſtam: eoſque imitabor mendicos, qui quum accepta ſtipis mutuum referre nequeunt, beneuola verborum actione rependunt. Is autem ſcrupulus, qui me cordicitus vulnerat, nocturnum ſomnum mihi adimit, ſeueram faciē mihi exaſperat, meque prope dixerim de gradu deijcit, talis eſt. Inſurgit in me rabioſæ loquacitatis, & contagioſæ virulentiæ clamoſus quiſpiam detractor, ac peſtifer libitinæ ſatyricis armatus aculeis, telaque vipereo ſanguine tincta gerens. Quē nec verbis a me læſum, nec iniuria affectum (teſtes verborū meorum deos inuoco) putauerim, ſed (quod nunquam ſibi perſuaſit) plerumque mitis extulerim preconijs, meiſq; rebus ac modica ſupplectile, quantulacūq; fuerit, ſi eguiſſet, uti voluerim: is tamen, ut norūt oēs, paſſim locorū canina utens facundia nomini meo illudit, genuino dente me mordicus et indelebile ſtigma mihi inurit. Hunc diceres quotidie totū perlegere Archilochū: quod ſanè perpeti difficilius ac moleſtū magis uideretur, quam qua me accuſauit culpa ipſe uacē, ſimque eorum, quæ mihi impingit, minime conſcius. Sī ulla verborum petulantia a me præter hanc fuiſſet irritatus, immerito ſane viderer conqueri, qui paterer telis vulnera facta meis. Quum præſertim Lacedæmonius Chilo præceperit, proximo non maledicas, ſi non vis male audire: verum (repetere cogit doloris rabies) nunquam quicquā uſquam a me factum dictumue exiſtimo quare iſte in me ſtomachari, ſuccenſere, inuehi ac ſæuire debeat. Id tolerandum necne fuerit, non ſatis ſcio. Tolerarem, niſi tacendo culpam præſtare viderer, niſi etiam ab hoc me diuerteret Publij mimographi poetæ verbum ſcribentis: Veterem ferendo iniuriam, inuitas nouam. Te igitur plus quam dici queat oratum velim, ut ubi primum negotijs quibus nunc diſtrictus es, quietem impetraueris, aliquam conſilij tui ſcintillam mihi porrigas: quodque imponitur oneris ſponte ſuſcipias, ſimul ut pleniore obſequio me tui amantiſſimum demerearis, ſimul ne id ſuffragij mihi denegans, ſis delicti mei (quod alioqui fortaſſe perpetrarē) auctor conſcius. Vale. Valetudinem tuam cura diligenter, & me ſemper ama, ut ſemper feciſti. Datum ex ædibus noſtris, quarto nonas Ianuarij.

EPISTOLA XLVI.

SAepe & multum dubitaſſe te aſſeris, eſſes necne ſi quando ſiniſter ſcrupulus animum tuū preſſius vulneraret, ad me velut anchoram præſidij cauſam confugiturus. Miror ſanè, unde perplexa iſta fluctuatio, & anxietas tibi primū irrepſerit: qui amicitia iure omnia tibi polliceri debuiſſes, quæ aut corporis aut ingenij mei vires non exuperant. Eſſet quod cunctantius paulo hæſitares, ſi ulla in re, qua amicum poſtulaueris, te repulſam apud me paſſum teſtareris, aut ſi in præſtando vulneribus tuis medicamine,

mine, tardiuſculum me aliquandò auditum præſtitiſſem. Verum (niſi fallor) eum me ſemper probaſti, qui (vt Periclis verbum mihi uendicem) paratus ſum me rebus tuis accommodare, ſed vſque ad aras: quique conſeruandi tui cauſa, de uia declinare cum Chilone non dubitauerim. Digniſſimum enim hoc mutua inter nos charitatis pignore te ſemper iudicaui. Heſitare igitur quieſcas moneo; tibique perſuadeas, me (vt cum Terentio loquar) pedibus manibusque omnia ſemper facturum, quo rebus tuis conſulam. Quòd autem ſcribis malignum quendam ac rabioſæ loquacitatis zoilum in te contagioſæ virulentiæ diatim quicquam ubiuis locorum euomere, quem nec uerbis à te læſum, nec iniuria affectum putes, vis quid in ea re vtile factum ſententiam, tibi adaperiam? Socratica patientia tibi loricam aſſumas, frontem baccare cingas, inconcuſſoque vultu omnia perpetere, patere & abſtine: eiusque uerba non pluris quàm ſaturi ventris crepitus facias. Non ignoro, ideò durius bilem tibi ac ſtomachum mouiſſe, quòd quorum te inſimulat, minimè ſis conſcius. In hoc hercle notius argumentum fuerit tuæ ſapientiæ, ſi ubi clamoſa comminatione verbisque iurgoſis ita oblatrat, ita cornicatur, elinguem Seryphi ranam te præſtiteris. Quid enim huic homini bombilio litem diſſuadeas? Quid ſerpentina lingua uenenum excutere ſatagas? Patere, ac priuſquam temerè quicquam eructes, Tyberij Cæſaris modeſtiam in memoriam reuoces, qui (vt teſtatur ille) poſt conuicia, malosque rumores, ac famoſa de ſe ac ſuis carmina, firmus ac patiens, dicere ſatis habuit: In ciuitate libera, liberas eſſe linguas oportere. Ad id te omnia philoſophorum apophthegmata ac ſententiæ inuitant, Cleobuli in primis, cum cauillantibus non eſſe in ſaniendum præcipientis. Quid quæſo te lucri conſequuturum ſperas, ſi cum iurgioſo litiges (& quod fertur) enim puteo cum cane pugnes? Nihil ſanè malè dicit, qui benedicere non nouit. Eius igitur uerba zephyris committas. Clamet, obſtrepat, crepet, increpet, nihil eſt quod tibi dari queat uitio, ſi pertuleris. Vale.

EPISTOLA XLVII.

MAgni, vt uideò uerba mea æſtimaſti, magni conſilia feciſti, hominum ſtultiſſime: qui quod tibi perniciosum ſemper fore prædicaui, excæcatus, & ſtultitiæ tenebris inuolutus perpetraueris. Parum tibi uiſum fuerat, iuuentutē innumeris propè flagitijs contaminare, niſi & ſummam tuis miſerijs impoſiturus, uxorem duceres, quaſi uerò odioſa tibi fuerit libertas, infantium clamor iucundus, quaſi multorum curam appetas, qui tui tantum excurioſus eſſe poteras. Quid dicet homo antiqua uirtute ac fide pater tuus, ſi reſciuerit, qui iam ſacris myſterijs & cultui diuino ab incunabilis te deuouerat? Teſtor deum atque hominum perfidem, ad inſaniam redigetur, vix ſui erit compos, ita ardebit iracundia. Et cui dubium poteſt eſſe, quin ſicubi locorum te reperit, quingentos protinus tibi infringat colaphos, aut cerebrum tibi diminuat, aut te uerberibus cæſum in piſtrinum dedat? Quibus autem uerbis ambire furentem conabor? Quæ prima exordia ſumam? Quo afflatu lenire ſtudebo? Vociferabitur ſcio, & me erroris tui conſcium proximus exclamabit, arguet, deteſtabitur. Quum enim interdum apud me iuuentutis tuæ iugum, libidinem, prodigentiam bilioſus increparet, atque adeò execraretur, ut penè in capillos tuos uellet inuolare, apud eum te ſemper excuſatum habui, dixique iuuenile id eſſe uitium, ac primæ uis omnibus commune, quod creſcentibus annis facilè extirparetur, promiſique perditos illos mores mè tibi facilè excuſſurum. Dij boni, quid in quam dicet? Vtri noſtrum grauius excandeſcet? vtri durius conuicium euomet? Vtrumque ſanè (ut opinor) pari cultro dignum putas furcis deuouebit. Miſerum me, quid agam? Hoccine etiam hominum perditiſſime feciſſe debueras, quin prius amicorum cuiquam uerba faceres, mihi ſaltem, qui te ſemper pari loco habui, quæ & parentem, cui nihil unquam tā arcanum intus latuit, quod tibi adaperière dubitauerim? Quid eſt quod in erroris tui fulcimentum adducas? Quod huic malo remedium inuenies? Quid quum te arguet, referes? Si prius quàm quicquam molireris, amicorum

neminem conſilijs tuis adhibere voluiſti, cautius ſaltem præmeditari debuiſſes, quid oneris ſubibas, cui iugo ceruicem inclinabas, iugo dico, quod cum vel cornibus excutere placeat, non liceat: id auribus tuis inculcatum ſi profundius voluas, ademptam tibi libertatem comperies. Te ſolum tui curioſum prius eſſe oportebat. Vxoris poſthac & liberorum cura erit habenda. In diem antehac viuebas: incœpto vix prandiculo matutino, cœnæ ſequentis anxium te eſſe tunc expedit. Porrectis (quod dicitur) pedibus, & in vtramque prius aurem dormiebas: nocturnum ſomnum tibi poſthac aufert domeſtica neceſſitas. O hominem inconſultum, ô tribus anticyris caput inſanabile. Erit pollicior tempus, in quo ſtultitia tua pœnitentia ductus vnguibus faciem tibi deformes, & matrem quum te pepererit, abortum malles peperiſſe. Quid quæſo ſi amicorum verba nequiuerunt, ſuis aureis ſententijs philoſophi ab hoc non deterruere? Quid primum omnium tibi non ſuccurrit Alexandrides, qui dicebat, diem nuptialem malorum initium? nam aiebat: Si pauper diuitem duxeris, dominam, non vxorem acceperis. Si pauperem, onus vitæ ferre non poteris, quum pro vno duos ſis nutriturus. Si turpem, dolebis. Si pulchram, habebis communem. Quid inquam Hypponactes & Choremon non diuerterunt? quorum ille duos dixit vxoris dies dulciſſimos, nuptiarum videlicet & mortis. Hic, ſatius vxorem efferre, quam ducere. Cæterum quoniam veteri fertur prouerbio ſero Phryges ſapere, tuo nunc infortunio ſapias, & quam in te cudiſti fabam, perpetere. Quod tibi propinaſti, venenum bibe. Vale.

EPISTOLA XLVIII.

QVid cauſa eſt, quòd nouiſſimis tuis literis tantoperè mihi ſuccenſeas, in me tam grauiter exclames, tam acriter inueharis, tam furioſe ſæuias: Summe incendiarius pirata, ſacrilegus, homicida? nihil hercle (vt ſuſpicor) peccaui, nihil commerui, nihil denique tanto dignum conuicio perpetraui. At vxorem (dicis) parentibus (qui iam ſacris myſterijs ab incunabulis me deuouerant) ignorantibus aut inuitis potius duxi. Quid in duxerim? Quis a protogamia hominem diuertant, quum nec humanis nec diuinis legibus cautum ac vetitum fuiſſe vnquam reperiatur? Tu ſicubi legum, locorum, gentium, authorumue eminentiſſimorum contra factum probaueris, digniſſimus conſeri velim, cuius in exitiam & mortem non vna paretur ſimia, non ſerpens, vnus non culeus vnus, ſed quicquid ab ingenioſis ad hominum tormenta & miſerias tyrannis vnquam repertum eſt. Vis meſenio tenus (quæ miſera eſt laſſitudo) ſolitarium ac cœlibem conſeneſcere? Vis breuiſſimam hanc vitam inſtar lachrymoſi turturis præterire? Fruſtra igitur moneret Tragicus, læti vt viuamus dum fata ſinunt, quum præſertim propter curſu vita citato, volucrique die rota præcipitis decidat anni. At veterum quidem philoſophorum multos & caſtè viuendum præcepiſſe, & vt præceperunt, vixiſſe, facilè conceſſerim. Non eſt tamen diſſimulandum, pleroſque non barbatenus philoſophos, ſed verè ſapientes, non tantum nuptias commendaſſe, ſed ad eas quoque acceſſiſſe. Summi enim philoſophi Pythagoras, Socrates, Crates etiam, qui ſine ſupellectile fuit, vxores duxerunt, eiſque cohabitauere, neque philoſophiæ impedimento putauerunt. Quid enim (vt arguebas) magis officium philoſophi, quàm ſecundum naturam viuere? quid autem magis ſecundum naturam viuere quàm vxorem ducere? Tute ipſe noſti animal plenum rationis (quem hominem dicunt) ſociale eſſe, atque ex philoſophorum teſtimonio, ſocietatis illius principium eſſe coniugium, ſine quo neque ciuitas conſiſtere, neque domus perfecta eſſe poterit. Illud enim vinculum (quæ iucunda eſt animi requies) vtrique curàs adimit, in vtroque amicitiam conſtat, ac ſi quod acerbitatis virus in altero enaſcatur, partem alter ebibit. Non ſum ætatum adeo imprudens, vt cui vel reiectis ſtatim crepundijs id licere contenderim: vbi tamen ætas firmius aliquando maturuerit, non video quare id commode fieri non poſſit: aut ſi poſſit, debeat, cur mihi quoque non liceat: quum neceſſarium videatur matrimonium ex triplici Lacedæmoniorum lege: quarum prima, Qui vxorem non duceret: ſecunda, Qui tardius: tertia, Qui non bene damnabitur. Apud Romanos quoque Valer. Maximo, & Iulius Brutus Bubulcus

*bulcus cenſores, bonæ eorum qui ad ſenectutem cœlibes peruenerant, fiſco adiudicaſ-
ſe creduntur. Sed qui deformem (inquies) duxerit, moleſtam feret. Qui diuitem, non
uxorem, ſed dominam acceperit. Qui pulchram, habebit communem. Duxi ego
vxorem forma liberali, & vultu adeo modeſto, vt nihil ſupra: neque enim (ſpero) com-
munis erit, quæ nullum adulterio capitalius eſſe flagitium ſibi nunquam perſuaſit:
ſed eos, qui aliquid tale perpetraſſent. Perylli tauro, & Buſyridis ara digniſſimos
ſemper aſſeruit. Quid quæſo melius facerem eo, quo qui laborum partem ſuſtineret,
parem voluptatis & lætitiæ mecum ebiberet, reperirem? Faciam enim aliquid opor-
tet, ſacris me addicerem miſterijs, qui id utile fore vt crederem, adduci nunquam po-
tui (Solus beluæ inſtar viuerem, qui ſolitaria vita nihil nunquam magis odioſum
viſum eſt? Fornicarer, aut adulterijs me contaminarem, cui aliter concupiſcentiā
præter ſcelus parere liceat Fornicatione & adulterijs abſtinerem, qui ſtimulo car-
nis reluctari, impoſſibile magis quàm difficile extitit? Quum igitur ſecus fieri ne-
quiuerit quieſcas porrò moneo, ac deſiſtes mihi velut ignominioſum aliquid con-
nubium obijcere. Egeo tua & parentum opera, quum ſi facta huius pertæſi mihi de-
negaueritis, ſolus rerum mearum vt cunque potero ſatagam, quando etiam id efficé-
re, mea proprius quàm aliorum intereſt. Quod ſi aſſiduus corporis mei ſudor minor
fuerit, quam vt noſtrum vtrique victum conferre valeat, certum eſt domeſticatim po-
tius manus ad ſtipem porrigere, quàm inedia miſerè conſumi. Vale, habes animi nun-
cia verba mei. Datum ex meo & ſponſæ tugurio Calendis Martij.*

EPISTOLA XLIX.

*HOminum barbaris & incultis moribus præditorum compluſcula bellaina pro-
pe feritatis exempla hiſtoriarum paſſim reperire eſt. nec vſquā tamen annaliū le-
giſſe aut vidiſſe tam lapideæ ceruicis, tam agreſti natum ingenio quemquam memi-
ni, quem pepone molliorum, & oleo tranquilliorem non redderent mea vitia tua
deteſtantis inclamatione, quæ te cordicitus non ſolum non pupugere, ſed ne in cu-
te quidem titillarunt. Quod me animi ſuſpenſum ita reddidit, vt quotieſcunque res hu-
ius in mentem venit (venit autem per ſingulas horarum minutias) mihi uix ipſe tempe-
rem, quin vitæ longiores pertæſus, nouum aliquod & inauditum mortis genus mi-
ſero mihi comminiſcar, quo poſſim inuiſam quam primum abrumpere lucem. Feciſ-
ſemque iampridem (vt opinor) niſi ferreum hunc animi tui rigorem humaniſſimis
verbis ſenſim excuti poſſe mihi perſuaſiſſem. Quis enim perferat probris alienis ſe in-
famem fieri? At puerorum flagitia ſepenumero parentibus impinguntur, quod hanc
peccandi occaſionem, mollemque educationem (quæ omnes corporis & animi ner-
uos frangit) liberius illis videantur indulſiſſe. Videbor igitur mea ſocordia: aut for-
mandi tua negligentia ad nequitiam feneſtram tibi pateſeciſſe, atque quum nihil
aliud perpetrauero, quàm quòd talem genuerim: magnam tamen reipublicæ iniu-
riam uidebor intuliſſe, quaſi vere omnem operam, curam, induſtriam, diligentiam
denique omnem vt te quàm optimis formarem inſtitutis, non adhibuerim. Quando
enim quæſo rerum tuarum negligens viſus ſum? quando tardus aut fugens laboris, eius
præſertim quem tibi uſui fore credidi? nonne à puero paruulum eduxi? nonne pecu-
niarum aliarumque rerum tibi utilium affatim ſemper miniſtraui? nonne ſub præce-
ptoribus latinas Literas haud incurioſè doctis (quos intra priuatos non modico reti-
nui ſtipendio) erudiendum curaui? Abundè lignorum (ſi quando uehemens eſſe fri-
gorum intemperies) præbui, mundius cæteris fratribus ueſtiui. Sperabam itaque his
in te meritis, te quocunque terrarum miſiſſem iturum, nihil eorum quæ præcepiſſem
moroſa ceruice detrectaturum, ſed pedibus manibusque in meam ſententiam deſceſu-
rum neque tamen pudet hominum nequiſſime ea facere, quæ & me ad inſamniam re-
dactura, & te (ne dubitaueris, aliquando ad furcas & ſcalas gemonias ductura ſint.
Nam ſi lucidius aliqua ex his quæ infinita ſunt uerbis complecti liceat, quæ nam ſce-
lerum ſpecies reperiri queat, qua te non inquinaueris? quis in tota Gallia ſicarius, quis
ganeo, quis adulter, quis parricida, quis nepos, quis aleo, qui ſe tecum familiariſſimè*

vixiſſe non fateatur? Taceo pueritiam tuam, quam delicijs ſoluiſti, verba impudica ne Alexandrinis quidem permittenda delicijs in ore tuo frequentia, alia item grauiſſima, quæ ab omnibus perpetraſſe vtinam falſo diceretis: quæ tametſi dictu pudenda ſunt, feciſſe tamen te non puduit. Acciuerunt me ad cœnam nudiuſquartus amicorum nonnulli, vbi cum in tui mentionem mutuis incidiſſemus colloquijs, cæpit quidam immodicus alioqui virtutum mearum æſtimator, me ſiniſtris auibus natum prædicare, qui filium genuiſſem effigie tenus hominem, ſpurciſſimis autẽ moribus porco ſimillimũ, cui iucundius ſit in cœno & certore volutari, quam aqua puriſſima dilui. Nec defuere, qui te ipſum perinde ac ſpurium ſemine meo gentium inficias irent, qui virtutum meærum ne minimam quidem referres ſcintillam, nec mea te monentis, verba pluris quam eminulos lanarum floccos æſtimares. O quanta quæſo, quamque accita doloris cuſpide pectus meum tunc perfoſſum fuiſſe exiſtimas? O quanta ita ſic cum iecur arſiſſe opinari? Vidiſſes (ita medij ament) excuſſos oculis meis lachrymarum riuulos vbertim erumpere. Vidiſſes capillos ventis diffuſſos extrahi. Dixiſſes, aut me dentium ſtridorem perperi, aut quibuſdam numinum intemperijs morbove comitiali miſerrime agitatum diſtorqueri, ita me ſtimulabat rabies, ita comprimebat dolor. Quem dum qui aderant verbis lenire (fruſtra tamen) conarentur, aggraueſcebat ita, vt perendia uiderer moriturus. Dij boni ſi te talem futurum ſperaſſem, te hercle (vt opiner) nutricis ab vbere raptum feris deuorandum ebieciſſem. Idque in rem vtrique fuiſſet, uitiis ſaltem caruiſſes, ego miſerijs iſtis, quas perditiſſimi tui mores glomeratim mihi congruunt. Tu ob ſcelerum ignominiam, ego ob eam (quam præbuiſſe dicor) peccandi occaſionem deſpectui & ludibrio non haberemur. Mirabar, mirabar quod tui videndi copiam neque nobis: neque amicorum cuiquam iampridem feciſſes. Tua enim turpiſſimæ vitæ conſcius reformidabas, de noſtris omnium clamoribus (vt crimino ſi eſt) argueris. Timebas licentiam tibi adimi, & iugũ ſeruile imponi. O quam inopes mentis meo vnius periculo eos prædicauerim, qui dũ ætas, metus, magiſter prohibent, quodam velut præſagio putant ſibi compertum, quales ſint futuri iuuenum mores: his nihilo ſagaciores, qui ab unguibus leonem iudicant. Tu cum adhuc puerulus eſſes, eminentiſſimũ futuræ virtutis lumen præ te ferebas, omneſque (vt eos iuuenum qui verecundi ſunt laudare mos eſt) modeſtiſſimum te prædicabant, nec erat qui ſpẽ de te quàm optimam non conciperet. Sed heu hominũ ignara mentes, ignara futuri Pectora, dum ualidos ætas tibi contulit annos, Virtutum radijs ſcelerum præferre tenebras Capiſti, & miſera præſagia fallere turba. Iã vt aliquando verbis iſtis nihil apud te lucrifacturis, nullum (vt ſcio) pondus habituris, finem adijciã: ad ea quæ nunc dicam, aures aduerte. Non ſi (vt cũ Terentio loquar) ex capite meo ſis natus, itidem vt aiũt, Mineruam eſſe ex Ioue, ea cauſa magis patiar flagitijs tuis me infamem fieri: aut igitur vitam in melius commutes, aut de te literam longã facturus, iugulum pares laqueo. Niſi enim te reſiduiſſe audiero, ego velut ſpurium, & puerum me patre minime dignum, te exheredabo, ex hare datum breuibus gyaris, perpetuis tenebris, aut furcis potius deuouebo. Vale, & verborum meorum (ſi ſapis) noli dememiniſſe.

EPISTOLA L.

Vix audeo hercle poſtulare, vt verbis meis fidem adhibeas, non quod commentitia quædam, aut hyperbolica ſcripturus ſim: ſed quod factu difficillima fortaſſe viderentur, niſi ſincera fide tibi perſuaderes, eum me eſſe quem amicorum abſentia non minus torqueat & exulceret, quam delectet præſentia, & enutriat. Poſtulabo tamen (ſcio) multa intempeſtiuè & illepide meo more dicturus: ſed quæ omnia mea imperitia tua condonet & indulgeat, humanitas. Imprimum omnium latere te nolui, ex eo que Luterianas mythologias, vtelareſque iſtas (quibus impalleſcimus) nænias reliquiſti. Aurelianque profectus es, vt ibidem in meliores diſciplinas, & magis quæſtuoſas te totum impenetrares: animum meũ tui abſentis deſiderio ita intabuiſſe, ita ſomnolentis quibuſdam cogitationibus emarcuiſſe, ut Socratis non longè abſimilis

milis uideret, quî ſtare ſolitus dicitur pertinaci ſtatu perdius atque pernox à ſummo lucis ortu ad ſolem alterum orientem inconniuens, immobilis, iiſdem in veſtigijs, ore atque oculis in eundem locum directis, agitabundus. Dixiſſes me inſtar Niobes in lapidem obriguiſſe, aut præſtigijs quibuſdam laruisque buſtuarijs ſtupefactum obmutuiſſe. Quinetiam Agelaſtus, ac velut irriſibilis lapis factus ſum. Teſtes collegæ noſtri, qui ubi attenuatam prorſus faciem & oſſa ipſa cute tenus protuberantia contuentur, morbo, & eo quidem acerbo ac diuturno me laboraſſe coniectant: qui tamen mutuæ noſtræ beneuolentiæ certiores fiunt, id tui cauſa mihi contigiſſe, non ambigunt. ægrum propterea ſolantur, aut ſaltem ſolari contendunt: cauſati nullum eſſe tam pertinax & indiſſolubile amicorum contubernium, quod aliquando alio iſtuc, alio illuc profecturo ſeparari non oporteat. Vellem nihilominus à dijs immortalibus ita comparatum fuiſſe, ut mori tecum mihi licuiſſet, quo cum tam beneuole uiuerem: quid uiuere? imo iocari ſemper, & iocari licuerat. Sed ô fortuna (exclamat Plautus) ut nunquam es perpetuo bona. Eo me amico priuari oportuit, quo cum omnia ut mecum liberè loqui poteram? Qui dolorum meorum partem ebibebat? ſine quo iucundum nihil mihi uidebatur? qui acerbitatis meæ uirus utcunque peſtilens inexhauſta uerborum magniloquentia repellebat? Facundo tibicini perſimilis, quem ſcitè & modulatè adhibitum uiperarum morſibus mederi, teſtis eſt Theophraſtus ille Gellianus. Quæ omnia qui adulandi ſtudio à me dicta ſuſpicaretur, is hercle tibi non minus quam mihi eſſet iniurius, me uidelicet paraſiti ſimilem exiſtimans, te Thraſoni Terentiano auris popularibus gaudenti comparans, qui inadulabilis es, & iudicij tui non prodigus: quique palpum obtrudere, ſi lenocinium eſſet, cautè nouiſti. Stultum eſſet & inconſultè factum, hoc aſtu ad tibi congratulandum uelle irrepere, quem nuda & infucata delectat ueritas, quemque (ut cum Aulo Gellio loquar) hominem eſſe noui ſcientia nihil de uerbis laborante. Etſi autem ea animi ægritudine ſemper fuerim, ſcribendi tamen cupido mihi nunquam defuit, neque enim deeſſe permiſiſſe inſopita mutuæ inter nos amicitiæ recordatio, quæ audacem ſuggerebat animum, & hortabatur, licet timidiuſculum faceret imperitia, eoque audacior fiebam, quo opinarer ſtylum meum inſulſum & ruſticum, ſolæciſque (ut tecum & cum Gellio loquar) ubiuis ſcatentem, non multum abhorrere facundia, qui uel Cæſareo uel Pontificio iuri uacarent, non quod eis linguæ cultum derogem: ſed quod mihi dicendi peritiam uindicatum nolim. At ubi reddita eſt nobis à Triſmegiſto tuo uerè (ut opinor) leguleio epiſtola, dij boni, quantum ſtupui, quantum inquam mihi admirationis attulit rei nouitas, qui bellè in animum meum induxeram ſermonis cultum non magis cum legum ſtudio coniunctum eſſe, quàm maturam cum infantia prudentiam. Putabam ego philonomos omnes barbarè, aut ſaltem non multum lepidè loqui: pleroſque non Latinæ linguæ inſcitia, ſed oſtendendæ doctrinæ ſtudio; aut odio potius. Video tamen, ſi modo tui ſimiles multi comperiantur, peritiam & facundiam cum legibus adeo coniunctam eſſe, ut difficillimum ſit iudicare, magis ne legibus artes humanitatis, an artibus ipſis leges debeat. Qua in re maximum mihi ſtuporem attuliſti, quòd eas contemptui, nedum derelictui habeas, ſine quibus leges ipſæ vel ſanè rudentibus Arcadiæ petuarijs diſplicecant, aut ſylueſtribus ruſticis noteſcerent facillimè. Gaudeo tamen quicquid dicas earum amœnitate & ſucco te oblectari, quarum ſtudio coactus tibi interdixiſti. Dij faciant, ut eo ſemper animo, etſi diſſimules, perdures, ut palatinam meſhitim, & cauſidicorum iſtic latrantium barbariem tua eruditione, ſimul & doctrina uenuſtes, & Budæum (quem doctiſſimum eſſe uel frequentibus cuiuſque teſtimonijs, & inter Luterianos uelut monſtrum prius inuiſum, nemo inficias ire audeat) omni modo inſecteris doctrina, eosque aliquando caſtiges patronos ineptientes, qui nullum utrique iuri ſermonē aptum exiſtimant, niſi cum qui inornatus ſit maxime. quaſi uero ex induſtria barbarè loquantur, quos Latinè loqui uetat imperitia. Quod autem multis uerbis artes noſtras deſpicatui uiſus es, te ſanè felicem prædico; cui tandem aliquando ex his garrientibus diſciplinis, nihil homini præter paupertatem comparantibus, emergere ac pedem

reuocare licuit. Nos autem malè feriatos, qui in his conſeneſcimus, ac penè Pherecydis inſtar phthiriaſi: & morbo Syllano inter pediculos collegiales emarcemus, & tabe lenta conſumimur. Nos impendio loquaciores theorematibus tantum nugalibus puerilibusque commentationibus dilatrantes, & captionum grammaticarum laqueis ſtrepentes, ſtipulas & culmos ſteriles colligimus: vos (abſit uerbis meis inuidia) grana relictis manibus paleis ubertim metitis. Nos (vt verè dicis) verborum & argutiarum fuligine obcæcati præſentia tantum conſpicimus, futurorum immemores. Vos & præſentium & futurorum ſoliciti, poſthabitis diſciplinarum nihil crumenæ profuturarum ſtudijs, proſpicienter uobis & rei publicæ conſulitis. Quare nimirum ſi ad magiſtratus amplioresque dignitates erecti fortunam ueſtro temperetis arbitrio: nos uerò veluti pulli inuolucres & implumes, è nido ſurgere numquam poſſimus, ſed quid aliud faciamus? Non cuius homini contingit adire Corinthum. Vnum eſt, quod me ſolatur maximè. Securius ego me in infirma conditione victurum ſpero, (ſi modo paupertate mea fuero contentus) quàm ſi ampliori inhians, me ſemper animi excruciarem miſere: & ſi hoc eorum ſit dictum, qui quum nihil aſſequi poſſunt, deſperantes ſuis contentos rebus aſſerunt; quod quidem velint nolint, faciant oportet. Cæterum in te nihili utranque paginam feciſſe videar, conditionis meæ certiorem paucis te uelim facere: vt mihi ſi ſiniſtra ſit, condoleas: ſi proſpera, congratulere. Diſcipulorum in primis numerus in eodem ſtatu permanens præter quam quò vno florido diminutus eſt, qui patrem mala valetudine laborantem viſurus abijt, vt vel atratus interſit exequijs, vel conualeſcentem lætus videat: venturus ſit, necne, latet: neque ſanè multum laboro. Eam enim à diſceſſu tuo conſtantiæ loricam indui, vt iam friuolis id genus rebus contriſtari non decreuerim. Ego proſperè ualeo. Id vnum me ſemper malè habuit, quòd abſentiæ tuæ impatientiſſimus fuerim. dolorem tamen hunc lenijt proſpera tua (quam ex literis cognoui) conditio. Nihil iſtic noui agitur. In regum feſto tria, aut quatuor tantum collegia mimos aut comœdias recitauere, & eas quidem ſatyricis immunes aculeis: timuit enim capiti ſuo vnuſquiſque, quorundam periculo factus cautior, qui (quod regiæ maieſtati & muliebri perduelles ſtigma inuſſiſſent) cathenati ad regem non tam ducti quam tracti ſunt. Magiſter Durandus, cui doleo, adhuc in vinculis eſt. dolorem tamen ſperato reginæ aduentu; vbi ſe liberum fore confidit, ſolatur. Fatis (vt multa plerumque cadunt inter calicem ſupremaque labra) conceſſerunt magiſter Ioannes Tylli, olim Nauarricæ templi ſacellanus, & N. hic Lutetiæ, Niuernis ille: miſereatur vtriuſque Dominus. Salutaui omnes quos literis tuis ſalutandos inſſerar, qui te pariter reſalutant. Supereſt etiam, vt verbis vt cunque fieri potuit humanis dominos meos Amoncurianos (quorum ego obſequijs ad aras vſque ſum paratiſſimus) meo nomine ſalutem dones. Item M. Xantonenſem, & utrunque Garſonerium. Itidem magiſtros, & (quos omiſiſſe fuiſſet inciuilis & ruſtici plane hominis) diſcipulos noſtros, Rutillium Pedianum, & Mirandulanum ingenuos adoleſcentes, mei (vt opinor) amantiſſimos, quibus quoque in amore reſpondeo. His plurimum gratulor, gratulaborque quàm diu vixero: quòd (ut ſcribis) contentioſa quadam æmulatione ſtudio audiſſime incumbant, & à ſimili hero mores imbibant, ſintque ut morum ſuorum, ita & ſtudiorum ingenioſi ſectatores, & ſolertes ſimili. Spero rem noſtram publicam tua & eorum doctrina ac prudentia tandem maxime auctum iri, & prudentiſſimè gubernatum. Dij faciant, vt ea res falſum me non habeat. Si quid eſt, quod mea ars iſtic in tua & eorum cauſa efficere ualeat, aut patrocinari, non parcas laboribus. Inuenies me non ſegnem, neque tui abſentis immemorem. Vale tu Nomophage, & illi Nomophyli, & excuſatam habere, vt ſermonis, ita & formandorum compingendorumque debitè elementorum inſcitiam. Datum ex cubiculo noſtro, decimo octauo Calend. Feb. Vnum eſt quod imo feram. Cauete quæſo mei animuli, ne ingeniola ueſtra & corpuſcula tantis laboribus aut peruigilijs, frequentiorique ſtudio ita fatigetis, vt propterea immedicabilem morbum incurratis. Id dico, quoniam iampertum compertum eſt nos hac te frenis, non calcaribus indigere.

EPISTOLA LI.

NVdiuſtertius hora poſt meridiem circiter quartas eas ego ſuſcepi literas, quas tabellario noſtrati pridie Calend Octob. ad me dederas, quibus ego lectis notiſſimum prudentia tuæ feci periculum, notius longè facturus, ſi in ea perſtiteris animi modeſtia, quam hactenus tibi vendicaſti His autem me conſulebas, ſub cuius præceptoris ferula tibi ad doctrina comparandam eſſet militandum. Quod etſi inquiſitius exactius, ac magis ſolicitè quæſitum repoſceret iudicium, coactus ſum hac epiſtola raptim & tumultuariè ſcripta, tibi paucis aperire, quid ſuper ea re mihi ſit animi, idque facere propter deſperatam abituri nuncij celeritatem, qui antelucano ſequentis diei quo venerat tempore ſibi properè redeundum eſſe teſtabantur. Conſulerem in primis, vt eum præceptorem tibi eligeres, cuius virtus non minus animum excoleret, quàm doctrina ingenium vegetaret. Nam ſi ſtudijs (vt cum Fabio loquar) ſcholam profuturam, moribus autem nocituram conſtaret, potior mihi honeſtè viuendi ratio, quàm uel optimè dicendi uideretur. Eſt ludi magiſtrorum genus, qui rudimenta illa (ſine quibus quicquid ſuperſtruxeris, corruet) neglectui habent & faſtidiunt, quòd ab omni oſtentationealiena ſint: ea tamen maximè curant, quæ cenodoxiam, id eſt, vnam gloriam afferant. Sub his te merere nolim, tum quòd plura in fronte promittant, quàm præſtent in receſſu; tum quòd impendio loquacio res, ac nugalibus quibuſdam nanijs dilatantes, pueris fumos uenditent: nihil doctrina ſolida eorundem animis ſuggerant & inculcent: ſed inani verborum & argutiarum fuligine perbellè deludant: ita ut quum quinquennio eoſdem habueris diſcipulos abecedarios & primorum elementorum ignaros, ſi interroges, comperias, quod quàm moleſtum ſit parentibus, qui pecunias non modicas his nutriendis profuderunt, quam pernicioſum illis ipſis, qui illic pueritiam in nugis contriuerunt, dictu eſſet difficile. Huiuſmodi præceptores verbis interdum piperatis ſtrepunt, præ ſe cæteros rudes eſſe & agreſtes prædicant, inanes ſtant glorias, ac falſam ſcientiæ perſuaſionem ſibi induit, dignosque penè dixerim ſe indicant, quibus uicatim aſſurgant omnes, Verum ſi propius conſideres, quid vtilitatis habeat eorum doctrina, nihil ſanè reperies, quod uel fracta nuce tibi putes emendum horum igitur ſcholis tibi maximè interdictas præſtabilis ſapientiæ uirum elige, cuius ſanctitas teneriores puerorum animos ab iniuria cuſtodiat ferocientes à licentia grauitas deterreat: hæc ſi feceris, nec te ſub eo meruiſſe, nec conſilijs noſtris acquieuiſſe pœnituerit. Vale. Datum ex ædibus noſteis 16. Calend. Nouembris.

EPISTOLA LII.

VItam meam nec vnius aſſis æſtimandam putauerim, niſi te rebus meis ac ſaluti totum deuoueas, qui nullum amantiſſimi hominis officium in me prætermiſeris imminet enim capitis me diſcrimen, quod niſi tuo vnius patrocinio ac præſidio uitare non liceat. Ne autem uerbis meis defatigatus pertædeas, rem omnem tibi à principio ſtrictim aperire conſtitui. Celebrabatur nuper conuiuium, perdicibus, phaſianis, coturnicibus, panis, lepuſculis, ferina, tantisque alijs omne genus delitijs & eſculentis ſuperfluens, vt huius reſpectus memorabilem Cleopatræ cœnam ſorduere dixiſſes. Aderat & trimum nectar, quod iam in ſubterraneis cœnopolijs pene emarcuerat. Huic ego interfui, aſtiterunt & plerique multi noſtrates non obſcuri nominis uiri. Saturis iam omnibus, vbi depoſita epularum reliquia, cœperunt protinus (ut moris eſt) cytharistæ & tibicines peramœnis inſtrepere cantiunculis, atque omnium ita aures delinire, vt iam diuorum, nedum regum, felicitati inuideret: Neniæ ſurrexerunt, hiſtriones, funabuli, qui multiformi corporum volutatione plurimum oblectabant, uenerunt interdum, qui prurientium animos titillarent. Aderat (ut ſemel finiam) omne genu uoluptatis, grataque omnia & iucūda ſupra modum uiſa ſunt, præter quam quod comatuli cuiuſdā uno digito caput ſcalpentis mollicies pleriſq; odioſa ſatis uiſa eſt. Erat enim qualem fuiſſe Demoſthenem ſcribit Gellius, ueſtitu certoq; cultu corporis nitidus, uenuſto, nimique accurato, talaribus tuniculis more Lydi cauponantis circunſpecto

cunſpectè & compoſitè induebatur. Erant eius manus inter agendum argutæ & geſtuoſa, ita vt Dyoniſia ſaltaticulæ cognomento dignus cum Hortenſio videretur. Quum igitur id omnibus moleſtum eſſe conſpicerem, multum tum eſſe, qui eius res tadium verbis auderet exprimere, iuſta obiurgatione ſuperfluentem tantis rebus hominem inceſſui, quod agrè ferens animo colaphum mihi protinus infregit: ego contra gladio vagina excepto, hominē cordicitus vulneraui, quo facto, ſalutē mihi fuga quærere coactus ſum: viuatne adhuc an mortuus ſit, neſcio. Quærunt me ſatellites ad furcas, vt ſicubi locorum me reperirent, de me propediem actum ſit. Venio igitur te oraturus, vt me uel domi tua oculas, aut ſaltem viſum tibi, ſi iſtac tranſierint inficieris. Iniquum eſt, fateor, mendacium perpetrare. Parua tamen (inquiunt Theophraſtus, Gellianus & Liuius) vel turpitudo, vel infamia ſubeunda eſt ſi ea re magna vtilitas amico quæri poteſt. Et Chilo ſapiens conſeruandi amici cauſa de via declinauit. falſum enim conſilium pro eius ſalute dedit. Pericles quoque rogatus, vt pro amico falſum deierarat: opus eſt (reſpondit) me amicis commodare, ſed vſque ad aras. Hinc igitur precibus meis locum relinquas velim. Tantum enim me tibi debere fateber, quantum patri ſi tuo vnius præſidio periculum hoc effugero. Vale.

EPISTOLA LIII.

DEmoſthenes Græcorum eloquentiſſimus, apud Philippum regem Amyntæ filium verba facturus, in ipſo ſtatim orationis limine ſtupefactus obmutuit maieſtate (vt credibile eſt) tanti viri perterritus. Quod (vt opinor) ers ac nudius tertius mihi contigiſſet, dum me colloquio tuo dignatus es, niſi ſtuporem hunc explorata mihi iampridem excuſſiſſet humanitas tua, nam quum paruulus eſſes, & in re militari militaris, tantam morem facilitatem præ te tuliſti, tantam in omnes abiectiſſimos & gregarios inopes benignitatem, vt iam tum primum, qui ſpem de te quàm optimam futuræ virtutis non ceperit, fuerit nemo. Quod mihi ampliore laude cumulandus videris, qui prouectior factus tibi ſemper conſtiteris, neque ampliſſimis honorum culminibus euaſeris arrogantior, aut magis inſolens. quod qui faciant, albis ſanè ceruis rariores comperiuntur vſu enim venire conſpicimus, vt à teneris annis permulti dociles uideantur pueri, qui vbi collum iugo ſubtraxerunt tandem velut priſtinæ conditionis immemores ſtatim ſuperbiant, eosque aſpernentur, quibus cum puerili familiariſſimè vixerunt: quodque multo deterius eſt virtutes omnes abrogant. Neroni hercle perſimiles, qui licet ephebus optimæ videretur indolis, vbi tamen uirum egit, tantis tamque probroſi vitam flagitijs commaculauerit, vt eius in exitum & mortem non una parari ſimia, non ſerpens vnus, non culeus vnus debuerit. Quod genus hominum moribus quantum tibi interdixeris, vel cæco appareat: qui quanto prouectiores annos attingis, amplioribus animum virtutibus exornes, nam ut exemplo contentus, vnico reliqua innumera, quæ ſeſe ubertim mihi offerunt, & ingenium penem obruunt, omittam: quis manſueti ac modeſti hominis factum non inducit, quòd me in ludo (quem prius tyronem agnoueris) abiectiſſimum homuncionem, è quercubus (vt dicitur) & ſaxij natum, vixque ſatis dignum, qui pedum tuorum ueſtigia deoſculer, ſimul & iterum in familiam tuam euocaueris, nunquam de te bene meritum? Quid enim bene mereri poſſet is, cui nihil eſt, de eo, cui nihil deeſſet? Quid ſi ullo genere obſequij laceſſitus fuiſſes? Credibile eſt ſanè te magis paupertatis meæ & laborum miſereri, quam opera & famulitio indigere. Nunc ne paraſiti inſtar uerbis titilantibus aures tibi demulcere, aut caput blandiendo confricare videar, ea nunc primum literis aperiam, quæ mutuo reualere colloquio tua deterruit maieſtas: vbi heri me tecum loquentem timiduſculum vidiſſes, conceſſiſti (quæ tua fuit humanitas) vt id ſcriptis facerem. Faciam igitur, Percunctatus es me, uellem necnè à regendis puerorum gregibus abſtinere, atque iſtic demum tuam migrare. Nolo hercle iſtic conſceneſcere: conſenui tamen hactenus, expectans quo iſtinc euocaret, ac de me bene mererer, non doctrina mea (quæ nulla eſt) gratia, ſed paupertatis quæ magna eſt intuitu. Hanc ſpem mihi ſuggerrebant plerique, quibus non uſquequaque ſiniſtrè prouiſum eſt. Nam ut cæteros omittam,

præceptor meus doctiſſimus, magiſter Ioannes Claumontius, vbi rotã aliquãdiu iſtinc volutauis familiæ Domini Laudunenſis adſcriptus eſt. Alij eſſe permulti, quorum nominibus parco, ne quis me oculis obliquis alienam proſperitatẽ liminare dicat, fortunam ſatis pinguem ſibi fecerunt. Eandem ego aleã diutim expecto: nullius tamen quantumcunque opulenti domum intraturus, quem imperitia mea ac morum non commouerim. Quoniã igitur tua ſuis modeſtia me euocare id iam primum omnium non ignores uelim, nihil eſſe in me doctrinæ aut eloquentiæ, quod tibi vſui vel honori eſſe poſſit. Si quod tamen ſit in hac reminiſteriũ, non negligens tibi polliceor, & (vt vires ſuppeditabunt) frequens & laborioſum, nam nullũ aliud officij genus ab ipſa infantia exercui, in quo operã tibi poſſem promittere, quàm ſi pollicerer, & te tua ſpe fallerẽ, & mendacij conuincerer. Noueris adhac, & his moribus præditum, vt holuſculis agreſtibus liber malim victitare, quam ſeruus lautiſſimus eſculentis. Quocirca tibi ſoli & vni obnoxius eſſe velim. nec ſubiectus, omnibus tamen obſequioſus. Præterea nudus ſum tanquã ex matre, nixque (vt adagio dicitur) obolum habeor unde reſtim emam. Si tecum fuero, omnia mihi ſuppedites oportet, quæ ad honeſte uiuendum uidebuntur utilia & neceſſaria Et quoniã ex famulorum immundicia & ſorditate domini plerunque arguitur inopia, ueſtimentis (vt clericum decet) honeſtis indui peto, non uerſicoloribus, aut hiſtrionicis: quæ ſi meo emenda arbitrio voles committere, ſtipendio quantũcunq; modico mihi opus eſt. Scio te munificum, & qui famulos terſo, neque tamen compoſite & uenuſtè nimis indutos malis, quam crumenam immodicis auri ponderibus tumentem. Equum præterea velim ſuis ephippijs ornatum, tuis ſumptibus nutritum & quoniam, teſte Ouidio, carmina ſeceſſum ſcribentis, & ocia quærunt, vellem vt tandem aliquem locũ mihi deſtinares, vbi muſis ac tibi liberius vacarem. Impoſſibile eſt enim, quæ tumultuario fiunt ſtudio, ac frequẽtibus interruptæ diſcurſionibus, multũ eſſe decocta ac elimata. Hæc omnia etſi ſtudioſè appetam, nihil tamen ardentibus & obnixe magis tua beneuolentia quã vbi fuero conſequutus, digito cælum videbor attigiſſe. Hæc omnia eo audentibus tibi aperui, quo me intrepidus in his detegendis prius eſſe iuſſiſti. Poſtularem ſi me ſuſciperes, vt non cito deſereres, niſi iam diu mihi compertum eſſet ea te conſtantia præditum, vt quos tecum euocaueris, nunquàm niſi volentes deſeras, Perpendes igitur, ſi adhuc hoc mihi condonare libet, placeat necne hæc tibi conditio, quæ ſi diſpliceat, fortuna adhuc prioris contentus uiuam: ferreus tamen ſum, vt cunque contigerit, & lapideus, ſi unquam tantæ tuæ humanitatis fuero oblitus. Vale.

EPISTOLA LIIII.

VIx licet per ocium in menſe ſemel tantum feriari, tot meæ ceruici incumbunt negotia, tot ultro citroq; curis agitor. Quod ſi aliquando poſſum aliquid ſuffurari ocij, mos it eſt mihi aliquo me loco recipere, vbi fatigatũ labore ſpiritũ reuocem, & huius ſeculi vanitates & miſerias conſiderem. Quod nudiuſtertius feci. Sed vbi ſatis apud me ſagaci velut trutina perpendi, nihil in toto mundo reperi, quod ſuos non patiatur manes. Reges venenum reformidant, domeſticasque metuunt proditiones. Senatores ſunt auari & lucri cupidi, nunquam ſecure degunt milites, mors proprius inſtat quam vita, in perpetuis viuunt miſerijs agricolæ. Ne multa, nihil eſt quod ſuos non patiatur manes, quodque non ſit calamitatibus obnoxium. Quocirca ſi me conſulas quid in hac re ſis facturus, te monebo, ut poſthabito omni diutino ſtudio exitum uitæ perpendas. Nam apertè conſtat, nihil hac vita eſſe fragilius prudenter igitur feceris, ſi tuæ ſaluti inuigiles. Vale.

EPISTOLA LV.

NIhil peius odi, quam iſtos hypocritas & philoſophaſtros, qui in opinionem ſanctitatis venientes, Catonianam ſeueritatem capillis ſupercilio breuioribus paulatim promittunt. Expertus loquor, multos reperias uerborum tenus Zetos, qui multa de uirtutibus publico theatro exclamant: quique omnia uitio dant, aut digna putant incendio: intus tamen ſunt pellace uulpe nequiores. Volo, ſi religionem imitari decreueris,

creueris, vt ſis aperto pectore & infucatis moribus. In primis ad operam, vt talis ſias, qualis cupis videri. Non eſt quod in me ſuccenſere debeas. ſed potius ames, quod nulla nomini tuo maculam inuri permittam inſuper quod dicas, te velle amicum habere cum quo libere omnia, vt tecum, audeas loqui. Nullum (ſi me audias) tibi comparabis, niſi prius cum eo tres modios ſalis comederis. Multi ſunt in beſtio tantum formoſi, & verbis palam amici, qui tamen clanculum ferunt inſidias. Vale.

EPISTOLA LVI.

NEſcio quid ſit in cauſa, quamobrem mihi ſuccenſeas nihil enim me puto feciſſe, aut dixiſſe, aut cogitaſſe quidem, quod tibi detrimento ſit futurum. Culpaui, fateor, nonnunquam ignauiam tuã Obſeruaui quibuſcum verſabaris, tuarum rerũ ſategi: ſed alio uerſum hoc feci, quam vt tibi nocerem Tute olim mei in te amoris periculum feciſti. Niſi velis in tua uitia reclamari, alio te diuertas, nam quandiu ſimul uiuemus, nullam tuo nomini maculam inuri permittam: mihi etiam (ſi ſecus agerem) ſummo verteretur opprobrio Verbis meis paulatim acquieſcans, & bene tibi vertet: omnia ad votum tuum faciam. Non parcas pecunijs meis, atque adeo omnibus domeſticis rebus, hauries a me, velut ab ipſo horreo. Sed ſi cuiquam detrahere velis, vt genialibus tibi indulgeas: nullum a me ſperes auxilium. Vale.

EPISTOLA LVII.

MOneo te plerunque tua vtilitatis, & ab omni ſcommatum iniuria nomen tuum vindicare ſatage: ſed dum aliquantiſper mihi tecum loqui licet, alio diuagaris, & (vt dicitur) extra meum ſermonem, tua peregrinantur aures. Non admodum haberis in precio, ſi eo quo capiſti pede ſemper perrexeris: vt enim vicatim compitatimque eos iuuenum prædicant omnes, qui recte conſulentibus dociles ſe præbere non grauantur: ita & maximo probro datur his, qui amicorum conſilijs aures occludunt, aut prudentum exhortationes nihil penitus ducunt. Et cum vnuſquiſque ſibi perſuaſerat, te eſſe ingenio facili & benigno, in ſpem veneram te nihil detracturum, quod ſuaſiſſem: at (vt video) ſi roſas loqueres, verba mea nec hili quidem duceres. Neſcio quid ſit cauſæ, quamobrem id ipſum facias. Tantiſper enim dum tua conſuetudine mihi frui licuit, intimum te ſemper habui: ſed (vt coniicio) illud ipſum eſt, Nemo non nouit arduum eſſe, hominem natura diſtrictum corrigere. Nequitia tua diuturnum indormiuiſti ſomnum, & in pectus ſemper obdormiſti. Quare difficillimum eſt te nouã puelle induere. Vale.

EPISTOLA LVIII.

LAudabile fuit Amaſiaz Aegypti regis inſtitutum, qui lege ſanxit, vt ſinguli quotannis apud cuiuſque præfectura præſidem profiterentur vnde viuerent, quod qui non facerent, extremum illis ſupplicium eſſe pœna: cui ſanctiſſima legi conformis propemodum videtur Gymnoſophiſtarum mos, apud quos impranſi abibant, qui nullum diurni laboris fructum parentibus afferebant, & apud Baleares Hiſpania inſulas, puer antiquitus cibum a matre non capiebat, niſi quid ea monſtrante ſagitta percuſiſſet. Nam vt in Olympia non meretur coronam, niſi qui legitimè certauerit ita nec dignus eſt uita, qui nihil parturit, quo teſtetur ſe vixiſſe. In omnibus elementis ita vel Deo placuit vel natura, vt nihil penitus torperet in ocio. Cælum, quo integuntur omnia, cyclo & orbiculari motu ſe mouet. Sol & Luna alternatim ſuos meatus peragunt, & ſibi dedunt. Hæc noctem illuminat, ille diei præeſt. Venti ſuas tenent regiones, vnde flatu ſpirant immobile. Signa Zodiaci alternatum ſolis flexum amittunt. Mare quieſcentibus ventis tranquillum, iiſdem reflantibus agitatur, & ſuos piſces nunquam non eiecit. Terra ſterilis & infœcunda hyberno tempore, vernis & æſtiuis frugibus ocium penſat hyemale, Arbores & plantæ & tempus aptum fructui ferendo perſentiſcunt, egerunt botros, & virorum induunt: ilices & quercus concipiunt glandes, laurus & oliua baccas, Corylus nuces, Meſpillus corna. Nec aculeatis quidem dumis, ſpinis & vepribus ceſſatio eſt, nam & rhamnum & alios fructus minutiſſimos pariunt, Sed obſeruemus nobiles vinearum gemmas. Conſideremus

deremus quanta fidelitate rerum omnium mater & patens terra ſemen ſibi commiſſum regerat, refundat, rependat : quanto fœnore agricolam ſuum ditet, triticum, ſiligInem, hordeum, auenam, milium, fabas, piſa, lentes, ferinum, ſupinum, & alia id genus frumenta & legumina cumulatiſſimo prouentu generans. Quid annus ipſe, quem rerum noſtrarum & uitæ demenſorem cognoſcimus, quando à ſua deſiit natura? Quis uidit uer ſine uiolis, æſtatem ſine granis & calore ſine pomis autumnum, hyemem abſque niuibus & pruinis? Nonne ſuccedentes ſeriatim menſes ſuis officijs manent? Quid inuerſum uidit ordinem? Quòd ſi hæc omnia naturæ legibus & inſtitutis parent, ſuos ſemper emittant fœtus, pudeant ne hominem ſolum (quem tamen præeſſe omnibus creaturis dij uoluerunt) quieſcere, ſolum putreſcere in ocio ſolum ſine fruge conſeneſcere, effetam ſolum ætatem præterire, ſolum ſine ullo uitæ ornamento emori? Quis hoc probaret, niſi deſi oculus, niſi qui cucurbitas lippit, & inops eſt rationis: quum bruta ipſa cæteraque animantia quibus deeſt ratio, ratiocinentur unde uiuant, & quantulumcunque laboris ſui teſtimonium nobis omnibus uidendum proponant? Alia hominibus proſunt, ſibique charum & nobis utilem proferunt partum: pauciſſima admodum reperiuntur ſterilia, & quæ nihil omnino in publicum afferant emolumentum. Si quis in aquatilibus fidem requirat & exemplum, parit Balena, partumque lacte nutrit. Oua gignit Cephalus. Delphini egerunt fœtus, quos fœmina uberibus & lacte paſcit copioſe. Agunt uere coniugia, pariunt catulos æſtiuo tempore. Echini ferunt oua. hippocampus contra canis rabioſi morſum prodeſt. Sed ad hominis uſum nonnihil operantur. Nec minor eſt in auibus ſedulitas. Aquila pullos probat ad ſolem, qui eum ſuſtinere nequeant, & degeneres repellit. Columbi bina oua pariunt, maſculum primum, ſecundum fœminã. Concipiunt diebus quadragenis. Galli longa edunt oua, rotunda fœmina, nunciant lucem, & pigros ad laborem excitant: Pauones incubant oua duodecim. Hirundo quinque pullos parit, quos magna paſcit æquitate, incipiens ab eo qui maximus eſt natu, & ita in cæteris ortus habens rationem. Vſque ad cætera deſcendam animantia. Tauri laborem iuuant mortalium, & agricolæ ſunt, arantque terram, ex qua fruges demetimus. Oues ſuis lanis non induunt, lacte uagientes paſcunt infantulos. Aues nobis mellificant. Sues ſe ſaginant ad eſum noſtrum. Canes pro foribus noſtris excubant. greges a lupis, domos à latronibus tutantur. Feles cubicula purgant muribus. Dum oculos circumfero paſſim, nihil inuenio, quòd in rê aliqua non exerceat naturam: nihil, quod ocium non refugiat. Quid ergo (ut ad inſtitutum aliquando deueniam) faciendum nobis putamus? uolumus uinci à brutis, quæ ratione, anima, dignitate, forma & nobilitate præcellimus? Imitemur potius Plinianum illum Apellem, qui nullum diem ducebat ſine linea. Caueamus ne ſimiles illi uideamur uernæ pigro & ignauo, qui ruri degebat ut mortuum cadauer in ſepulchris. Reuolutus eſt annus, arbores ſua poma pepererunt: Ceres agricolæ uotis reſpondit. horti ſuos carbunculos, ſuas uiolas, ſuos dederunt flores: racemis ſuis rubuerunt uineæ, pomis arbores tumuerunt. Soli ſuperſumus, qui animam nondum frugem protulimus. Reminiſcamur approbrij, quod paritura eſt nobis ignauia, ſi conuincamur deſidia. Reminiſcamur iacturæ, quæ noſtris omnium ceruicibus impendet, ſi conuincamur ignorantia. Expergiſcamur ſocij, ſurgamus ab ocio, ad aratrum conuolemus ad burim, ad ligones; ad uomeres, allatremus in aula ceruinam pellem, ut tandem in ſyluis militemus. Declamemus inter domeſticos & priuatos parietes, ut in ſenatu cauſam Milonis agamus. Relegemus Catilinam, patrocinemur Cluentio, pupillis obſequamur, explodamus oppreſſores, conſulamus patriæ & tyrannorum uim reprimamus. Probemus balbutiem linguæ inter paucos, probemus ingenij uires, purgemus linguæ utiliginem, priuſquam eo ueniendum ſit, ubi ſuperciliosi ſedent conſules, naſuti tribuni, occulati prætores, acuti cauſidici, quæſtores uafri, cæterique emunctæ naris homines, Ecce gymnaſiarcha aures arrigit, in expectando eſt, qui dicamus: paratus eſt excipere, quod offeremus, paratus audire, quod recitabimus, nec fauorem aut pa-

tre-

trocinium nobis recuſat modeſtus comes & ingenioſus hypodidaſcalus: cæteri inſuper
doctrina, & moribus clariſſimi præceptores noſtri aduerſ:unt, fauorem, vultum pollicen-
tur, & ridibundis oculis beneuolentiam. neque porrò nobis verendum eſt, ne ſi quid or-
natè parum aut inconcinnè protulerimus, idipſum preſtinis criſpanare ſubſannent, &
auerſentur, Non eſtis doctiſſimi viri ætatum adeò imprudentes, vt non cognoſcatis faci-
lè cum Marco Fabio ſuam eſſe ſtudijs infantiam. Fortiſſimus quiſque edidit aliquando
vagitum, & qui coram principibus aut ſenatoribus magna ſui gloria in omnium ad-
mirationem cauſas ernauerunt, prius tamen fuerunt rudes, & alphabetarij. Vultis exi-
gere a badoleſcentulo, quod parentem eloquentiæ Ciceronem deceat? Vultis ſarcinam da-
re infantulo, cui Demoſthenes ſuccumbat? Habenda eſt ætatum ratio. Non habet ſene-
ctus uires iuuentutis, ſed nec iuuentus conſilium ſenectutis & eloquentiam. Vale.

EPISTOLA LIX.

SAtis certaſti pater, ſatis militiam ſequutus es: tempus eſt vt conquieſcas, & ferieris:
tempus vt ſubtrahas te periculo. & ſolita profeſſione tibi interdicas, tempus inquam
vt iam doneris rude, & imiteris Horatianum illum Veianium, qui armis ad Herculis
poſtem fixis domi ſeſe continebat, ne in arenam denuò traheretur. Non eſt tibi formidan-
dum, ne non habeas vnde viuas, Tu non es vt plerique gregarij milites, quibus quum
ſtipendia detrahuntur, tenuiſſimè viuunt, & (vt eſt in adagio) digito plerunque ſali-
num terebrant. Patri tuo (quod dijs habeo gratiam) abundè eſt auri & argenti. Paren-
tes tui omnes habent affatim diuitiarum. Propterea ſi me amas, vt amas, remigra do-
mum, vt & tranquillius viuas, & votis amicorum reſpondeas. Vale.

EPISTOLA LX.

DOluit mihi, quod noſtrates aliqui nuper retulerunt, eſſe ſcilicet neſcio quem nebulo-
nem, qui quotidie me mordet, & famam meam paſſim compitorum uellicat. Eum
quaſo moneas, vt, ſi ſapiat, alio ſuas conuertat ſatyras & me miſſum faciat. nam ſi cere-
brum mihi mouerit, ego illum à vertice capitis ad plantam pedis ſuis pinguam colori-
bus. Scio non eſſe ſapientis iuueniles curare nugas, aut anſerum mouere ſtrepitus, Quis
tamen non grauetur iſtum ſortolum (qui adhuc quotidie brachas, & fœmoralia perca-
cat, & culcitras omnes cum lodicibus ſtercorat) ſic vnicuique obſtrepere, nulla præſertim
laceſſitum iniuria, nullo euerberatum ſtimulo Hoc ego ſuſque deque ferrem, ſi poſtularet
ratio. Verùm quoniam fama nec etiam ludum recipit, malo meis ut oppedat naribus,
quàm me naſo ſuſpendat, aut poſticis eludat cachinnis. Vale.

EPISTOLA LXI.

REm nouam & auribus tuis non prius auditam affero, Marce Tulli. Scribis Fabius,
eos fractum iri potius quàm poſſe corrigi, qui in peius obduruerunt. Tortellius ta-
men ille, ille inquam homicida Tortellius, in quo futuram probitatem deſperabant om-
nes, ad bonam frugem ſe recepit, & uitam commutauit in melius. Quod in tantam me
rapit admirationem, vt huc in re quid dicam, neſciam: niſi Euripum tandem poſito re-
quieſcere curſu mutarumque una conſiſtere Prothea forma. Nunquid enim mirum ui-
detur, hominem illum momento, & præter omnium expectationem reſipiſcere, qui ab ado-
leſcentia (adoleſcentia autem) imò pueritia, adhuc lapſum ſum, ab ipſis cunis morum
improbitatem & corruptelam cum lacte imbiberat, & nulli non vitio fuerat inutritus
idque adeò, vt iactam de illo aleam prædicarent omnes, videreturque Neronem prope-
diem induturus. Quod quoniam accidit, redijt in beneuolentiam parentum. Plura ſcri-
berem, ſi per comparationes liceret quoniam autem nunc non licet, mittam ad te cras
aut perendie meum mulionem, qui quæ ſuperſunt, tibi aperiat interim. Vale.

EPISTOLA LXII.

DVrum eſt mihi ſtudia mea interrumpere, quoniam tamen multis iam argumen-
tis periculum feci, te eſſe ex eorum numero, qui accepti ſemel beneficij nunquam
non

non reminiſcuntur volo adhuc pleniore obſequio te mihi, demereri: Ante omnia ſtudijs tuis conſule, in quibus: ne oleum, & operam ludas, dicam quid opus facto mihi videatur. Primum omnium eorum lectione tibi interdico, qui ſeſquipedalibus, & antiquarijs quibuſdam verbis ab Euandri ſeculo repetitis ampullantur quique nihil ducunt pulchrius aut potius, quã ut affectata obſcuritate, & permixtis dedita opera gryphis hiantẽ & ſuſpenſum teneant lectorem, & crucem figant ſtudioſis. Peniteret te lectionis huiuſmodi autorum, quamdiu viueres: qui ſe opera precium feciſſe putant, ſi inuolucra quædam compegerint, quæ Oedipo coniectore & natatore Delio (vt de ſcriptis Heracliti dicebat Socrates) indigeant quibusque Gordij nodus, labyrinthus Dædali, Sphyngis ænigmata. Numeri Platonici, Lycophronis tenebræ, & Saliorum verſus ſuis ſacerdotibus (autore Fabio) vix bene intellecti, comparari nequeant. Dum hæc ſcriberem, inſperata quædam moramenta me auocarunt quibus implicitus inter turbabam epiſtola in diẽ ſequentem coactus ſum prorogare. Vale.

EPISTOLA LXIII.

EPiſtola quam heri ad vmbilicum traxeram, nunc ad calcem perducenda eſt: quandoquidem ocioſum ſcribendi liberius ſeſe offert. Quod etiã ſi non adeſſet adhuc tamen rerum tuarum vellem ſatagere, partim amore tui, partim parentum. Quorum precibus expugnatus promiſi me aliquid quotidie ſcripturum, quod eſſet tibi vſui. Quare vt intelligant me ſteriſſe promiſſis, hominemque eſſe, quo cum ſecure in tenebris micent, plura præſtabo quam promiſerim. Deterrebam te nuper ab eorũ lectione, qui dedita opera antiquarijs ſtrepunt vocabulis. Nunc te hortor, vt abſtineas a librorum copia, neque tam varijs autoribus ingenium, & memoriam confundas. Nam quod ſcribit Fabius: Lectionum varietate refici ſtomachum, & pluribus cibis minore ali faſtidio, non ibo inficias: modo tamen intelligamus hominem iam adeo in literis profeciſſe vt huic labori non ſuccumbat, & ſub huiuſmodi onere vires non fatiſcant. Hinc vero labori quomodo poteris ſupereſſe qui nihil adhuc aut parum in bonis literis promouiſti? Commodius multo feceris, ſi poſthabitis illis, ex quorum paleis paulum colligitur fructus, vnum tibi deligas Ciceronem, quem ſemper velut archetypum feras, cuiusque ſuccum imbibas & doctrinam. Nam & Cicero ipſe Terẽtium (quem familiarem ſuum vocat) ſemper habebat præ manibus Et Cyprianus diem nullum ſine Tertuliani lectione præteribat. Scipio item Africanus. Pædiam Cyri de manibus non ponebat. Quod ſi imitateris, rem facies tibi utilem, & mihi iucundam. Vale.

EPISTOLA LXIIII.

QVantum me pudeat puerorum noſtri ſeculi, nec tu credere, nec ego ſatis exprimere poſſem Paulline. Permultos enim reperias inuerecundos adeo & impudentes, vt (quamuis adhuc ſint elementarij, & abecedarij) iam tamen plurimum ſibi tribuant: neque aſſurgant illis, qui veteres omne genus ſcriptores multis vigilijs magnaque olei impenſa iam excuſſerunt. Nolo putes deeſſe mihi in hac re teſtimonia, aut me aliquid comminiſci. Nam quum nudiuſquartus redirem Nucerio, vbi metus peſtis nullibi non ſeuientis duos & amplius menſes fueram ruſticatus, obuium habui quendam puerulum, quem quum rogaſſem, quo iret, vnde veniret, & cuius eſſet: dicere non erubuit. indignum me eſſe quo cum verba faceret. Cauſam percontanti reſpondit, eſſe ſibi circulum & encyclopediã illarum artium, quas in oratore perfecto requirit Fabius: mihi vero tantum eſſe inſcitiæ, quantum ſibi doctrinæ, ac propterea non oportere vt inter Arcadiæ pecuria & muſas, uterque graculos & olores aliquid eſſet commercij. Pueri inſolentiam demiratus, ſatis habui conſulere, ut Anticyram nauigaret, ibique ſumpto helleboro repurgaret inſaniam. Vale.

EPISTOLA LXV.

IAm annis plus minus decem grammaticos ſequutus es Pauline, neque tamen ab inſcitiæ tenebris pedem eduxiſti. Nam quum ſcribis aliquid, aut loqueris, tertio quoque verbo incidis in ſolœcum, neſcio quis excuſationis locus tibi ſit relictus, cul-

pam

pam non potes deprecari, ſi per te ſteterit, quo minus profeceris, Credo tamen partem culpa ſuis praeceptoribus aſcribendam, qui prima rudimenta memoria tua non inculcauerunt, quique te adhuc implumem ad volatum prouocauerunt, & Dadalum fecerunt priuſquam eſſes Icarus. Supereſt tantum, vt quamuis ſero diſcans tamen, & ad prima redeas fundamenta. Noli putare hoc tibi futurum probro, ob atatem iam proiectã. Praſtat iam in ipſa etiamnum ſenectute reſipiſcere, quam ad capulum vſque delirare. Non puduit eloquentia parentem Ciceronem, poſt multas in ſenatu declamationes dare ſe Apolonio Miloni recoquendum, neque octogenarium Socratem muſica vacare: nec tibi quoque turpe videri debent in ipſa adolentia, atque adeo virili atate proficere, eaque iacere fundamenta, ſine quibus corruẽt quicquid ſuperſtruxeris. Quod ſolito breuius ad te ſcribo, dabis veniam nam quum has a me literas nuncius poſtularet, non erat mihi ocium ad mundendas nares. Deinceps plura ſcribam, interim ſaluebis ab amico, qui comendat ſe tibi, de meliore nota. Vale.

EPISTOLA LXVI.

MAgna poſteritati ſit iniuria, grauemq́; iacturam faciunt bonæ literæ dum ea ſupprimuntur opera, quæ ſi prodirent in lucem, & euentilarentur, vt omnes inde frugem caperent. Omnibus enim exploratum eſt & compertum, quantum ſtudioſi detrimẽtum acceperint in operibus. Ennij Lucilij, Cecilij, Quadrigarij, aliorumq́; plurimorum, ex quibus nihil nobis præter nomen relictum eſt. Non placet mihi eorum ſcripta circumferri aut exponi venalia, qui temere & ſine iudicio ſcribunt, quicquid in buccam venerit, neque aliquid unquam ad incudẽ reuocant. De his loquor, qui quod rude primum pariunt, frequenter poſtea lambunt, urſorũ more frequenter incudi reddunt, & ſeueram vbique apponunt limam: quique refrigerato inuentionis amore perpendunt poſtea, non tanquam autores, ſed lectores, Quod te multis iam lucubris feciſſe quoniam in confeſſo eſt & conſtans vbique prædicat fama, cur tandiu eos retines ſuſpenſos, qui de te multa ſibi pergunt polliceri, quique opera tua lecturium ſtatim & empturiunt? Non eſt quod iudiciorum aleam aut maledicorum graphia reformides. Certo ſcio, omnia ab omnibus probatum iri, quæ ex officina tua prodibunt, quum etiam quas tumultuarie ſcribis epiſtola, omnẽs mirentur plurimum, atque adeo tanti faciant vt roſas loqui videare, & omnia calamiſtris eloquentia compta dicere. Quare non minime tibi daretur probro, ſi omnium expectationem fraudares ac deſtitueres. Opus eſt ergo vt parias, quod parturis iampridem. Vale.

EPISTOLA LXVII.

MIratus ſum plerunque cur nunc bonæ literæ peſſum eant, quæ ſuperioribus annis tanto in precio habita ſunt, cur nunc literati nihili fiant, qui quondam æſtimabantur maximi, & habebantur numinum loco. Sed nihil eſt quod mirari debeam. Quondam enim, artes precio & honore fouebantur, neque erat in non aſſurgeret eruditis, adeo vt maximi quique principes lucri loco ducerent in Oratorum, & Poetarum amicitiam venire, & eorum ſcriptis famam ſuam ad poſteros prorogari, & vindicari mortalitate. Nunc vero quam mutata ſint omnia, vident omnes. Sic enim ſordent & vileſcunt literæ, vt non ſolum non faueatur ſtudioſis, ſed illudatur etiamnum. Nam multo pluris æſtimatur (cur hoc reliquis inultum Iupiter) ſenones, & paraſiti, qui principium aures uerbis delinitant, quique fumos vendunt, qui oleum in auriculas inſtillant, quam qui plus olei quam vini doctrinæ ſtudio conſumunt, Quare non eſt mirum, literas ipſas in ruinam cecidiſſe noſtro tempore, quo nec ſeritur literatis, nec metitur. Vale.

EPISTOLA LXVIII.

AVdio eſſe nonnullos, qui crudelitatem multorum rerum tibi inſinuant, quique maria & montes promittunt, vt ampliſſimis pollicitationibus te trahant in ſuam familiam. Quorum verbis deluſus iam adeo inſoleſcis, vt te alumnum fortunæ, & partu exiſtimes Cane, mi Lentule, ne eorum verbis qui hunc tibi faciunt, fucum, ſiniſtre tibi cadit, ſi quid tua authoritate feceris. Neſcis philoſophorum permultos cum

Diogene olera lauare maluiſſe, quam cum Ariſtippe epulas ſectari regias. Cur ita quæſo? nunquid libertatis cauſa? Vtinam periculum feciſſes, quam acerbum ſit & importabile aliena viuere quadra, & alterius pendere arbitrio. Si hoc eſſes expertus, tu liberam paupertatem opulentæ ſeruituti anteponeres. Vide, mi Lentule, ne in eorum offenſionem impingas qui ſibi negotium inſinuant de rebus eius. Malè audies ſi quid feceris inconſulte. Nihil patimur tibi deeſſe, nemo iſtic te obiurgat. Tu es tui iuris. Viuis tuis legibus, Vadis dormitum, & expergiſceris quando iubet. Ludis, cœnas, prandes cum placet. Quæ omnia tibi auferentur, ſi te feceris mercenarium. Adde etiam qui te accerſunt, multum fortaſſe de doctrina tua ſibi promittunt: quam ſi opinione repererint minorem, occaſionem protinus inquirent, qua te detrudent ſua domo, & ſi nullam reperérint, fabricabunt tamen, & comminiſcentur. Vide qua fronte hoc perferes, tu dico, qui ad libertatem natus es, & ægrè ſeruitutem pateris. Vale.

EPISTOLA LXIX.

NOlebam tibi aperire, quam funeſta ſint omnia domi doſtræ, quum tamē eius ei gratia aures meas precibus onerare non deſinis, deſiderium tuum explebo. Pater tuus inteſtatus mortuus eſt, Cal. Ianuarij. Mater morbo quartana laborat. Fratres tui ſunt ſunt podagrici adeò, vt pedibus nequeant ſubſiſtere. Soror tua Lucretia eſt paralytica. Patruus. Lentulus laborat morbo comitial. Statius famulus eſt calculoſus. Neptis Eugenia venit in ſuſpicionem lepræ quam arguunt liuens paulatim caro, raucedo ſcabra vocis, articulorum contractio, & rubri quidam naui membris omnibus inſtar botrorum innaſcentes. Matertera tua Iulia incidit in tantam phreneſin, vt ſanasteo neſcio quo errore dulci, & fanum in cornu concluſum gerere videatur. Auus intus & in cute paſſim corroditur in cancro, neque reperiri poteſt, qui eius morbo medeatur. Famulorum tuorum partim ſunt cardiaci, alij ſtomachici, alij cœliaci, nullus eſt quem præ anguſtia non tædeat vitæ. Si percontéris vt valeat tuus coquus Tartala, actum eſt de eius vita, & conclamatum eſt cadauer viuens iam numeratus eſt in peculio Proſerpinæ, & naulum Charonti præparat. In eo ſi quidem plurima cognoui, quæ euidens mortis argumentum promittunt. nam tragulam complicat, dentes in ſomno collidit, membra præter decorem detegi non curat. Præterea eius labia contrahuntur: oculi glaucescunt, dentes albeſcunt plus ſolito, oculi eius fiunt profundiores quam prius exti[?]rant, aſpectū auditum que ſine cauſa reformidat, & ſemia pertūis dormit oculis. Quæ omnia ſigna eſſe mortis recepti fidei authores dicunt. Vide ergo quomodo tam triſti ſpectaculo poſsis oculis & ſine lachrymis intereſſet. Supereſt, vt horum deſtitutus auxilio, prudentes tibi conſulas. Vale.

EPISTOLA LXX.

NOn parua dignus es, nota, qui aſpectum amicorum ſine cauſa refugias, & videndi tui copiam nemini facias. Quod ſi ſemper feceris, præſtabis culpam ſceleris alicuius, & grandis flagitij conſcius tibi videbere, cuius horrore diſcedas è medio, & latebras inquiras. Quoniam etiam in ſuſpicionem veniſti, relictis literarum ſtudijs vxorem duxiſſe. Quod ſi falſum eſt, caue ne fiat, te pœniteret matrimonij quam diu viueres. Nam quomodo parares tibi, victum, neque arare, neque literas noſti. Errares, ſi quicquam ſperares a patre. Si te videret manum ad ſtipem porrigere, ſi ſanguine, flere, tui non tamen miſeretur, neque obolum tibi dares ad emendam veſtim. Non eſt diſſimulandum, quin ſit aliqua in coniugio voluptas ſed ſi proſpicienter, obſeruaueris quam ſit breuis, quot eam dolores, quanta ſequatur pœnitentia, nuptiæ vitabis cane peius & angue. Conſule Hypponactem, qui duos dixit uxoris dies dulciſſimos, nuptiarum uidelicet, & mortis. Refer ad Alexandrum, qui dicit nuptiarum diem multorum malorum initium. Nam ſi pauper diuitem duxeris, dominam non vxorem acceperis. Si pauperem, onus vitæ ferre non poteris. Si turpem, dolebis. Si pulchram, habebis communem. Audi quid ſuadet Cheremon, Vxorem (inquit) præſtat efferre, quam ducere. Interrogatus Simonides, quid eſſet vxor: Viri (inquit) naufragium domus tempeſtas, quietis impedimentum, vitæ

C captiuitas,

captiuitas, pœna quotidiana, pugna ſumptuoſa, beſtia contubernalis, canis ornata malum neceſſarium. Horum conſilio ſi oculos animumque admoueris, mutabis ſententiam & citro calculum reduces. Debes etiam apud te cogitare, multas puellas ſurſum verſum videri formoſas, quæ deorſum verſum næuis & vlceribus crurum vbique ſcatent. Vale.

EPISTOLA LXXI.

NOn videatur tibi mirum, ſi nunc præ lætitia oculus dexter mihi ſoliat, qui nudiuſquartus eram totus irriſibili & agelaſtus. Acceſſit mihi quod frequenti voto ſemper cupiueram. Pater conſtituerat annos plus quatuor me in ſcolis captiuum tenere, ſed precibus amicorum (quos ſemper meæ calamitatis miſeruit) expugnatus libertatem & exitum mihi promiſit, pridie natiuatis Domini. Quod ſi præſtiteris deus ſum. Fortunam ipſam anteibo fortunis meis. Nunquid enim ſeruile & miſerum tibi uidetur in hac languere carnificina, in qua nullus niſi de inferendis verberibus ſermo? Quales putas qui nos erudiunt præceptores, diceres eſſe plagiarios, carnifices & torrores vulnerarios, inter leænas, inter lupas & tygres educatos. Si quid fortaſſe aberrauerrimus, ſi tantillum oculos deiecerimus, ſi vel vnguem latum receſſerimus ab eorum mandato, tota vi conſurgunt in pœnam. Denudant nos a calcaneo ſcapularum tenus, lacerant tundunt, mutilant, pedibus conculcant, parietibus illidunt. Nullum in miſeriam noſtram non comminiſcuntur impietatis genus, Sola oculorum toruitate & contractione ſuperciliorum nos adeo plerunque terrent, vt mallemus in oriculum incidiſſe, Quodque ſumma infelicitatis & extremæ crucis eſt argumentum, quum in nos ita ſæuiunt & debacantur, non auderemus præ metu hiſcere, nec my quidem aut gry facere. Quod ſi addiderimus verbum, ictibus pluunt, & colaphis grandinant. Tam perimus, quam qui iugulo implicatam iam habent teſtim. Excuterem tibi lachrymas, ſi cætera infortunia ad vmbilicum tantum perducerem. Vale.

EPISTOLA LXXII.

MVlti habent me ſuſpectum latrocinij, quòd nunc ſericatus appaream & purpuratus, qui prius eram mulio & auriga, neque poſſunt perſuadere tantas ſine furto excriuiſſe mihi diuitias, quibus vtinam explorari eſſent labores, quos pertuli, priuſquam eo rerum peruenerim, non enim tam facile de me iudicarent, neque mirarentur me tam cito erectum è ſtercore. Quaſcunque habeo fortunas, dijs acceptas refero, auſim tamen iuramento contendere, me meis laboribus plura multo meruiſſe. Nam ex quo tempore exceſſi ex ephebis, non recordor diem vllam ſine linea præteriiſſe me, quòd ſemper ſubiret in mentem Portij Catonis, qui deteſtari ſolebat, ſi qua dies per incuriam inanis effluxiſſet. Natus annos quindecim ſeruiui cuidam Trapezitæ moroſe ſupra quàm ſit credibile. Nam iraſcebatur ob rem nihil, ob flocos, ob vnguem prauè ſectum. Imperabat ad nictum oculi. Coniectare plerunque me oportebat, quid digito creparet. Si vitrum rupiſſem, comminuiſſet mihi caput ſandalio. Iratus quandoque aqua & igni mihi interdicebat. Perferebam omnia neque me pignit, moriens enim hæredem me conſtituit, meorum memor obſequiorum. Quas ego diuitias non temere prodegi, vt ſolent plerique. Nam conuerti me ad ſtudia, vbi quamuis adultus breui tempore adeo profeci, vt ſocios meos relinquerem a tergo, & multis præceſſiſſem paraſangis. Quum adhuc eſſem rudis, aliquid quandoque dabam muneris doctoribus, neque me pudebat conſulere iuniores: cur enim puduiſſet, quum Socrates Philoſophorum optimus, a multis rebus doceri indignum philoſopho non duxeris? Diotimam appellare magiſtram, & Aſpaſiam frequentare. Hæc ad te ſcribo Ligurine, vt exemplo mei dominum tuum tantis obſequijs tibi demerearis, vt tuæ conſulas paupertati: Vale.

EPISTOLA LXXIII.

QVid habes Pauline: quid frontem caperas? videris mihi triſtior ſolito, facies tua mœroris promittit argumentum, Compertam habeo tuam naturam,

Tu in

Tu in primore fronte geris affectem animi. Non conſueueras hoc modo me præſente triſtari Se curè potes acerbitatis tuæ virus mihi euomere Quicquid dixeris perinde ac theſaurum continebo, & fortaſſe dolori tuo medebor, ſi modo capiat medicinam, Priuſquam occurrebam tibi, mihi arridebas, & a tertio vſque iugere porrigebas dextram. Cur ſic te mutatum video? Neſcio an verba mea nuper cum ſtomacho exceperis, quibus te inſimulabam pigritia, at ego alio uerſum loquebar, quàm ut bilem tibi excitarem. Propterea non ageres amicum, ſi hoc ipſum mali conſuleres: Quicquid dixi præter propter mouendam tibi choleram dixi ſemper dedi operam, ne quid detrimenti vlla in re caperes. Amaui te à puero, & molliter educaui, fouique ſemper mitius, quàm alumnum ſuum nutricula, neque grauatus ſum ſtudia mea ſæpenumero interpellare, vt facerem, quæ in rem tuam eſſent Quare errares vehementer, ſi aliam perſuaſionem indueres. Fac ſemper mei in te amoris periculum, non inuenies me verbo tenus amicum. Si qua in re opera mea tibi fuerit opus, ad me ſemper, velut ad anchoram confugias, qui te amet vehementius, habebis neminem. Verum & volo, vt me ſemper candidum amicum & infucatum iudices. Non ſum ex ea hominum nota, qui in oſtio tantum formoſi palàm blandiuntur, & clanculum mordent. Vale.

EPISTOLA LXXIIII.

CRedo horam illam fuiſſe mihi fatalem & inauſpicatam, qua primùm Lutetiam veni. Antea nihil mihi deerat, habebam omnia ex animi uoto. Eram indutus hoioterico byſſo & dalmatico. Ne multis agam, eram totus ſericatus. Nunc uero incidi in tantam paupertatem & penuriam rerum, vt me oporteat domeſticatim & hoſtiatim uictum emendicare, & manum, ad ſtipem porrigere. Vale.

EPISTOLA LXXV.

NVlla non hora mihi caueo ab inſidijs tuis, nam te ſuſpectum habeo furti, & aliorum ſcelerum, quæ ſunt turpiſſima relatu, & caſtas aures offendunt. Nullum fuit mihi frequentius uotum, quàm vt uirtutem amplecteris: nunc verò de te nullam ſpem mihi promitto: omnem in te deſpero probitatem. Nihilominus quicquid ages, caue ne inſoleſcat, & (vt eſt in prouerbio) exuuium leonis induas. Erunt enim, vi retundent tibi arma, ſi ſecus egeris. Vale.

EPISTOLA LXXVI.

QVoniam auriculari nuper digitulo te percuſſi, nullo non die (vt multorum orbis ad me perlatum eſt) maledicere mihi deſiſtis ubique locorum. Quod quam facias, miror ſummopere Ea non ſunt humani ingenij manſuetique animi officia. Conuiciare tamen ut uoles. Si inſimulaueris me ſuperbia, latrocini, & aliorum id genus ſcelerum, non verterim manum: Si animus eſſet iniuriam reponere, & hanc tuam petulantiam retaliare, pater ampliſſimus dicendi campus. Vale.

EPISTOLA LXXVII.

SAtis ſuperque conſpicio ueriſſimam eſſe parœmiam; quà aduerſus fortunæ flatibus non eſſe deſperandum fertur, aut in proſperis minimè ſuperbiendum. Compluſculos enim uidere eſt, grauibus infortunijs exagitatos, quos molli gremio poſt paulo eadem complectitur fortuna. Contra uerò perplures non deſunt, quos ab immenſis opibus ad humilem paſtoris conditionem compellit. Quo circa noſce teipſum, nec tantum tibi tribuas. Vale.

EPISTOLA LXXVIII.

QVandiu fuiſti probatis moribus, & ſpem bonæ indolis præ te tuliſti, rebus tuis ſemper conſului nunc uerò quoniam ablegaſti uirtutem, & hominum expectationem, de te fefelliſti, interdico tibi domo mea. Quòd minaris mihi ſatyras & mortem ego has comminationes non facio pluris, quàm fulgur ex uitro. Si quid in me iamdiu parturis, parias quæſo. Canti facio uerba tua, quanti nugas obſtetricum, & delirantium iam uetularum. Si nihil pendis quod dico, multò minoris æſtimo quod facis. Vale.

EPISTOLA LXXIX.

MAlè agit & inique, ſi habes me ſuſpectum inſidiarum, aut alicuius in te coniurationis. Hoccine eſt credibile, me in eum inſidias parare velle, cui quidquid habeo doctrina, acceptum referre debeo? Nutriuiſti me à puero, feciſti ex ſeruo, vt eſſem libertus, & quod habuiſti ſummum precium, perſoluiſti mihi. Ne in humanus eſſem, & plane inciuilis, ſi tanta beneuolentia excideret animo meo. Parce quæſo furori, tantiſper dum rei veritas innoteſcat tibi clarius. Demum ſi talem me reperias, qualem ſuſpicaris, interdicas mihi domo tua, ipſaque adeò conſuetudine & familiaritate, nam & ergo dignus tanta nota. Vale.

EPISTOLA LXXX.

DEmeruiſti me tibi multis obſequijs: Dij faciant, vt mihi liceat aliquando gratiam referre & agnoſcere beneficium, Si velis ferè certior rerum mearum, contineo me domi, neque amplius ſequor militiam, partim quòd hæc profeſſio non uideatur mihi magnæ frugis, partim etiam quòd præſenio iam ſim emeritus & donatus rude. Quod rogas, vt de fratre tuo bene merear, eumque ad uiam virtutis reducam, illud factu per difficile eſt iam enim adeò occaluit in ſua nequitia, vt nulla ſit ſpes eius reuocandi. Adhæc aſpectum meum reformidat ac refugit, quanta maxima poteſt opera. Vale.

EPISTOLA LXXXI.

OMnes habent te ſuſpectum eius homicidij, quod heri perpetratum eſt in ſuburbijs, horam circiter nonam. Si res ita ſe habet, uitæ tuæ non parum timeo. Non ſolùm enim vapulabis à carnifice compitatim at, quod longè deterius eſt, traheris ad furcam. Vide quonam modo effugium tibi reperies. Non poteris enim deprecari mortem, ſi quis aduerſum te ſententiam tulerit. Præterea iudices inſtabunt, vt ratiocineris vſque ad aſſem de pecunia, quam: vno abhinc anno temerè prodegiſti. Vale.

EPISTOLA LXXXII.

NOn eſt mirum, ſi parentes ignauiam tuum pertæſi, omni ope te deſtituerint: quoniam, vt accepi, tu quotidie per noctas malea, præterea inſidiatrices quædam meretriculæ facultates tuas exhauriunt, & crumenam; à quibus niſi caueas, non habebis tandem vnde ſatisfacias tuis creditoribus, & ab eorum ære te eximas. Vale.

EPISTOLA LXXXIII.

SAepenumerò multis periculis uitam abieci, vt ab his te redimerem, quæ videbantur imminere tuo capiti. Nihilominus, ſi quando opus eſt mihi opera tua, ſubter fugis aſtutè. Vtere tuis aſtutijs ut uoles: futurum enim ſpero, ut nihil inde fructus conſequare. Ad extremum dabis pœnam tuæ ingratitudinis: nam non eſt credibile, deos hoc ſcelus multum relicturos. Vale.

EPISTOLA LXXXIIII.

MIrari quidem ſatis nequeo impudentiam tuam. Vides corruptiſſimam tuam vitam probatiſſimis quibuſque uiris diſplicere, tu tamen nihil facis. Quum adhuc eras puerulus, omnes grande aliquid ſibi promittebant de tua indole: nunc verò ſpem omnem futuræ in te uirtutis ademiſti. Viue tuis legibus. Scies tamen parum frugis ex hac viuendi ratione tibi futurum. Longè prudentius faceres, ſi eorum conſilium ſequere, qui tua proſpiciunt utilitati. Vale.

EPISTOLA LXXXV.

DOlenter & ægrè ferò, quòd non facias frequentius videndi tui copiam: quum exploratiſſimum habeas meum in te amorem, Quotuſquiſque amicorum tuorum proſpexit rebus tuis vigilantius, quàm ego? Te oro, utere amico tuo familiarius: Nulla in re, quam petiueris, repulſam paſſurus es. Vale.

EPISTOLA LXXXVI.

DIi immortales, quam diuerſa eſt hominum natura. Qui hac tempeſtate volunt eſt augere domeſticam, eos oportet aſſentatores eſſe maximos, multa diſſimulare, habere animum à libijs diſſentientem: ſecus non dabitur locus aut ratio augendæ facultatis. Proinde ſi facilem acceſſum uelis tibi patere ad principes in primis dicendum erit vale virtuti repudianda veritas, atque etiam probandum gratante & plauſibili vultu, quicquid illi dixerint aut fecerint, vel ſi hominē interfecerint. Vide apud te an in iuſta paupertas malis viuere, an per nefas diteſcere: potior tamen mihi videtur honeſta paupertate, quam congregato per ſcelus diuitiæ. Vale.

EPISTOLA LXXXVII.

ADimam tibi metum in quo nunces, & explebo animum gaudio: quum quid tibi dixero, quod à recepta fidei hominibus intellexi. Patertus conſtituerat te exigere ſua domo: exoraui tamen meis precibus, vt propoſitum hoc immutaret. Da operam, vt eum in amore vt contineas. Nemo eſt mortalium, cui plura debeas, quàm illi. De te (ſcio) benè merebitur, ſi hominum expectationem non deſtituas. Vale.

EPISTOLA LXXXVIII.

VSu plerunque accidit, vt illiterati grammatiſtæ multo pluris æſtiment ſeſe quam homines egregiè docti, & oraculorū Sibyllæ interpretes. Quod in te expertus ſum. Luce clarius eſt, & vero verius, te adhuc eſſe elementarium, vixque a tenebris ignorantiæ pedem eduxiſſe: adeo tamen tibi places & blandiris, ut neminem præ te dicas hominem. Quæſo priuſquam amplius inſoleſcas, me tre te tuo modulo. Putas te dignum grāmatici nomine, quod ineptas quaſdam differentiolas friuolaſque etymologias didiceris? Hallucinaris plurimum, ſi tam breui gyrogrammaticem concludas: quum oporteat perfectum grammaticum Philoſophos, Oratores, Poetas, Iuriſconſultos, omne denique ſcriptorum genus excuſſiſſe. Vale.

EPISTOLA LXXXIX.

FRequens fuit mihi votum ac deſiderium, vniuerſam vitam in bonis literis conſumere; atqui nimia, aut (vt verius dicam) Orbiliana præceptoris mei ſeueritas vſq; adeo me diuertit & abſterruit, vt certum ſit mihi porcarium potius aut mulionem agere, quam diu eam ſuſtinere crucem. Hoc ſi grauatè & dolenter feras pater tuus, conſule quonam modo potuerit occurri, aut iri obuium. Sum enim imparatus neque conſilij locum habeo, neque auxilij copiam, vt ait Terentianus ille Pamphilus, Nec ſatis compertum habeo, quod remedium huic malo inueniam. Si ratione vlla fieri poſſit, cauere volo, ne ea res ſit mihi infamia. Vale.

EPISTOLA XC.

QVoniam percontaris ſæpenumero, quomodo res noſtræ ſeſe habeant, uolo explere animum tuum. Illud primum omnium ſcito, nobis omnibus proſperè eſſe, lautè & genialiter ſatis viuimus. Vnum eſt tamen, quòd malè nos habet: quia frequens eſt tibi conſuetudo cum perdita neſcio qua muliere, quæ facultates tuas omnes inſtar hyrundinis exugit, & teipſum radit vſque ad cutem. Vtinam conſultè & recta reputares uia, quàm fraudulentæ ſint diobolares huiuſcemodi meretriculæ, animum tuum (ut conijcio) ad aliud negotium appelleres. Erit quòd ſuccenſeamus tibi, ſi in re nihili tantum ſemper feceris ſumptum proinde medeare huic malo, & quam poteris certiſſime. Vale.

EPISTOLA XCI.

IN morte patris fingebas te plurimum dolere, verum ea ſollicitudo bidui ſolum extitit aut tridui: ſuitque ficta & ſimilis præficarum lachrymis, demum deſiſti dolere. Tu non refers par pari, filiam patris oblitus es, qui tamen tibi vnquam nil deeſſe paſſus eſt. Dabitur tibi magno probro, ſi hæc ingratitudo

ad aures hominum peruenerit: propterea fac, vt probum decet adoleſcentem. Vale.

EPISTOLA XCII.

PVtas te feciſſe precium operæ, quod triuiales quoſdam verſiculos conſcripſeris: hisque perinde tibi places, ac ſi arduum aliquod opus & Areopagitarum theatro dignum edidiſſes. Te oro per amicitiam noſtram (qua incepta à paruis cum ætate accreuit ſimul) caue ne ſis tibi Suffenus, aut ſimias imiteris: quæ ſuos fœtus quamlibet deformes, pro formoſiſſimis admirantur. Non monerem te huius rei, niſi certò viderem, plus inde futurum detrimenti, quam vtilitatis. Cæterum audio te quibuſdam flagitijs deditum eſſe & proclinem a quibus pedem reuoces, te quæſo. Admodum enim difficile eſt, ab eo ſe malo extricare, cui quis ab ineunte ætate inſuerit & innutritus eſt. Vale.

EPISTOLA XCIII.

PEtiui abs te decem aureos ſolatos muneri, nulla quidem coactus neceſſitate aut indigentia: ſed vt animum tuum pertentarem. nam (quod dijs habeo gratiam) auri & argenti eſt mihi abundem. Paſſus ſum abs te repulſam: quod in magnam me traxit admirationem. Hoc enim ſcio me meis in te beneficijs meruiſſe, vt fortunas tuas, ipſamque adeò vitam pro me exponeres. Quid? pollicebaris montes & maria, dicebasque me eſſe tibi chariorem tuis oculis. Haccine eſt illa beneuolentia? Qua fiducia id audes recuſare, quod paulò antè promiſeris? Nunc quoniam explorata eſt mihi fides tua, caue deinde ne conſpectui noſtro te offeras, facile carebo opera tua. Vale.

EPISTOLA XCIIII.

NEſcio vnde tibi creuerit hic faſtus, vt abiectiorem me putes, quam quo cum verba facias. Primum omnium (quantum conijcio) non ſunt tibi plures animi & naturæ dotes, quam mihi. Sed vt ſint, debes propterea eo arrogantiæ conſcendere, vt neminem præ te ducas hominem? Diuitiæ tuæ (vt coniectura colligo) hoc ſupercilium tibi non induunt. Nam licet patrem habueris vt omnium hominum ſapientiſſimum, ita locupletiſſimum: rem tamen domeſticam iuxta & vniuerſum patrimonium ſic prodegiſti, vt parum abſit, quum te oporteat victum mendicare hoſtiatim. Proinde te oro, noſce te ipſum nec tantum tribuas, quantum conſueuiſti. Vale.

EPISTOLA XCV.

NEſcio quanam ratione factum ſit, vt in odium tuum impegerim: nihil me omiſiſſe puto, quod amicum fidelem deceat. Si fortè conquereris, quod nihil pecuniarum pridie ad te miſerim, non eſt quod conquераris, nam ego & noſtrates ferè omnes tanta rerum omnium penuria laboramus, vt pauci admodum reperiantur, qui habeant vnde vel mediocriter viuant. Præterea non eſt credibile te iam prodegiſſe quod pridie Dominica Natiuitatis ad te miſimus. Si quod aliud mæroris argumentum te pupugerit, maximè vellem cognoſcere vt poſſem reſarcire & reparare, ſi qua per me iactura tibi contigiſſet. Vale.

EPISTOLA XCVI.

NVllo ferè non die te moneo, atque vehementius inſto, vt proficias in bonis literis, quo tua doctrina modum aliquem reperias viuendi. nam parentes tui omnes vix habent vnde ſeipſos nutriant vel tenuiſſimè. Itaque longè tua expectatione falleris, ſi eorum fiducia iuuentutem in torpore conſumeres, & (quod dici ſolet) in vtramque aurem dormires ocioſus. Si nihil promoueris, tu ſolus eris in culpa, neque enim tibi deeſt ingenium, nec item boni præceptores, qui te bonas artes doceant. Vale.

EPISTOLA XCVII.

Nihil unquam mihi reſpondes ex animi ſententia, nec compertum habeo, vnde inauſpicatum hoc malum me ſemper conſectetur, niſi quòd autem præſtat nonnullis impoſtoribus, qui amicitiam vult promittentes, furtim me decipiunt & verbis lactant: a quibus quum volo me extricare aut reuocare, nequeo, acrius tum nituntur, & dant operam vt me trahant in ſuas pedicas. Quod non adeo grauate ferrem, niſi deciperer a quibuſdam, pro quorum ſalute uitam meam multis quandoque periculis expoſui. Te oro, ſi quòd huic malo remedium queas inuenire, exhibere amicum, nullum etenim habeo præter te vnum, a quo ratio mea vtilitatis dependeat. Vale.

EPISTOLA XCVIII.

Conſulo tibi frequentiſſimè, quoniam modo te oporteat viuere, quibus cum uerſari, quos refugere, quos imitari. Videris tamen parui facere, quod monee, nam nunquam reminiſceris verborum meorum. Hoc vnum certo ſcio, neminem vnquam extitiſſe, qui proſpexerit rebus tuis uigilantius quam ego. Dij deæque omnes illum perdant peſſimè, qui primum te diuertit, ne uirtutem amplecteteris, nam (ut uidere eſt) adeò te corrupit, & perditis inebriauit moribus, vt liberandi tui nulla ſpes omnino relicta ſit. Vale.

EPISTOLA XCIX.

Videris tibi felix & (quod aiunt) cœlum digito attigiſſe, quòd quædam epigrammata & elegias dederis in lucem. Putas enim te magnam ab eo mercedem habiturum, cuius nomini opus ipſum nuncupaſti. Noui hominem intus & in cute, eius que mores mihi ſunt exploratiſſimi. Eſt opulentus quidem, verumetiam adeo tenax & illiberalis, vt facilius ſit elicere aquam ex pumice, quam ex eius crumena plumbeum nummum extorquere. Si ſperas blandis uerbis ipſum ambire & ireſcare, nihil agis. Aurem facile præſtat adulatoribus & paraſitis, ſed ſemper palpum obtrudit. Vale.

EPISTOLA C.

Qvid habes Nucerne? diſſimulas & ſupprimis dolorem tuum quam potes maxime, & adulterino quodam riſu lætitiam promittis: eſt tamen aliquid quod intus te torquet peſſimè. Vbi primum te aſpicio, argue protinus animum tuum ex ipſa fronte. Mi animule (ſi me amas) noli te macerare. Quum te uideo vultuoſa facie & obductis ſuperciliјs, lachrymis nequeo temperare. Potes citra metum arcanum mihi tuæ mentis committere. Non eſt enim (quantum conijcio) in tota mortalium uita, qui magis honori tuo & famæ timeat, quam ego. Quod ſi nondum ſatis exploraſti, experire certius quum uoles. Vale.

EPISTOLA CI.

Verba tua atque etiam mores magnopere mihi placent, adeo inquam placent, ut incredibilis uoluptas accreſcat animo meo, quum iucundiſſimo tuo aſpectum frui licet. Aliquantulum tamen diſplicet immoderata loquacitas: nec mihi tantum, at etiam pleriſque magnæ celebritatis hominibus. Si velles aurem præſtare meo conſilio, parcius loquereris. Nam magna eſt heroica homini uirtus, linguam cohibere, in conuiuijs maximè, vbi quum quis impudenter loquitur aliquid aut inconſultè, non caret ebrietatis ſuſpicione. Apertè omnia dico: bene enim mihi promitto de tua beneuolentia iuxta & humanitate, vt exiſtimem te æqui bonique conſulturum, & non læſurum ægrè, uel ſi acerbiſſimè te obiurgauero. Vale.

EPISTOLA CII.

Dici profecto nequeat, quam dolenter & ægre tulerim, quod toto triennio quo Lutetiam habitas, ternas tãtum literas ad me miſeris, & eas quidẽ breuiſſimas. Quid?

quo tempore diſceſſiſti a nobis, iurabat te ſcripturum, vne quoque menſe : vide quomodo conſtiteris tibi. Na tu es egregie malus, dignusque multis plagis & cicatricibus quod iam memoria tua exciderint, qui rerum tuarum ſemper & vbique ſategerunt Emoriar, niſi te pæniteat tuæ ingratitudinis. Si vnquam videro te ad eam rerum inopiam redactum, qua aliquando elaboraſti, ne miſerebor tui vel ſi ſanguine fleueris. Vale.

EPISTOLA CIII.

NEme eſt qui te nimia temeritatis non arguat, quòd adeo ſuperbè & elatè reſpondeas ſenatoribus. Nec iniuria ſanè. Periculoſum eſt enim in eos temere murmurare & obloqui, penes quos vita noſtra iuxta & mortis pendet poteſtas. Iam hoc idem tibi prædixeram ante paulo, quam diſceres a me. Te oro, ſi ante hac imprudenter vitam inſtitueris, vt poſthac in teipſum deſcendas, & tuo te pede metiaris. Quicquid dico, ſine felle dico nam quamuis infra meritum & citra quam debuiſti mea in te beneuolentia reſponderis, non poſſum tamen non beneuole te hortari. Quum nuncius tuus ad me literas defert, non pergat amplius ad antiquum meum domicilium nam habito e regione Gymnaſij Nauarienſis, vbi nemo eſt, qui a ſecundo ingere mihi non aſſurgat, ob eam doctrina & virtutis opinionem, quam de me conceperunt omnes. Vale.

EPISTOLA CIIII.

FVit neſcio quis apprime tibi familiaris, qui uitam tuam omnem ab ipſis, quod aiunt, crepundiis, mihi enarrauit. At nihil uel modica dignum de te gloria intellexi, præter quam quòd abſtemius viuis. Nullo fere non die aleam protrahis in mediam noctem. Supra modum & meſſem tuam ſumptum facis, & vltra quam tui parentes opinentur. Fieri nequit quin peſſimè tibi vertat, ſi voluptatibus ſemper indulgeas, vt hactenus conſueuiſti. Non ignoras te Lutetiam profectum eſſe præter propter voluptates & ludos. Non reſpondes parentum de te opinioni, & meam ipſius ſpem feſelliſti maximè. Hucuſque merui de te ſupra quam debui, amaui te vltra quam tibi perſuadeas. Verum niſi ab huiuſmodi vanitatibus pedum reuoces, ego relinquam te omni ope deſtitutum, & interdicam tibi domo mea. Vale.

EPISTOLA CV.

VTtinam eſſet mihi ocium ab his occupationibus, quæ me nulla non hora interturbant, & fere obruunt : facerem ut intelligeremus, quantum nemini tuo tribuam. Aliquot ab hinc diebus miſi ad te nonnihil pecuniarum, plus multo propediem miſſurus. Verum autem acceperis, nec ne, clam me eſt. Si non acceperis, per me non ſtat : dedi enim cuidam homini, qui probata admodum fidei mihi videbatur, atque etiam dignus, quo tum in tenebris tuto & citra ſcrupulum micare poſſem. Porro deſine quæſo litigare cum ligario. Certius & exploratius noſti hominem, quam ut depingi tibi debeat. Mores eius domeſticè tanquam tuos vngues tenes. Præterea vulgo dici ſolet, gallinaceos in ſuos ſterquilinio plurimum valere. Si unico verbo factionem cum eo ſuſceperis, fretus parentum fiducia, interficiet te. Cæterum ſi Codrus domum tuam ſe contulerit, caue maxime ne eum intromittas, Secus ſi feceris, te pigebit facti. Nam prima, qua mecum iacuit, nocte pannos, culcitram, puluinar, lodicem, ſuppedaneum, bracbas, cothurnos, ſoccos, cæteraque id genus veſtimenta, honor ſit auribus tuis, turpiſſime percacauit & ſtercorauit. Vale.

EPI-

EPISTOLA CVI.

PVtabam eum animi candorem eſſe tibi congentium, vt nunquam velles aliquid in me fraudis comminiſci. Vbicumque enim occurrebam tibi, tu pellace vulpe benignior blandiebaris mihi & arridebas. Nunc verò apertè uideo, te hominem eſſe fraudulentum, & nigra, quod aiunt, cauda, atque animum habere à lingua & labijs diſſentientem, & procul remotum. Nam quum pericula multa me circunſteterunt, non ſolum non ſubuenisti amico: at etiam de induſtriam nocuiſti. Nunquam per deum Herculem quieſcam ex animi ſententia, quin te comulatiſſimè, & cum multo fœnore retaliauero. Quinque anni iam præterierunt, ex quo abundè, & ambabus, vt aiunt, manibus omnia tibi ſuppedi animus: ac ſi te oporteret victum emendicare, non extorqueres à me nummum plumbeum ad emendam reſtim. Vale.

EPISTOLA CVII.

QVotidie ferè conuertis omnium in te oculos, quòd ſericatus appareas, ſuperbiusque induaris, quàm vt fortunam tuam & facultatem deceat. Et (quod eſt extremum dementia) quod omnes vertunt crimini, tu laudis tribuis. Legiſti ne unquam hominum inconſultiſſimè, probo datum eſſe Quinto Hortenſio oratori, quod compoſitè circumſpecteque & multa cum mundicia indutus eſſet? Tu capillos vnguento delibutos pectis ad ſpeculum, vnico, digitulo, vt aiunt, caput ſcalpis: inſueſcis lectica & plumis Sardanapali. Oculi tui ſunt ludibundi & ebrioli, manus inter agendum geſtuoſa. Putas hæc omnia carere ſuſpicione mali, quod per fœditatem nominare non licet. Si me amas, & honori tuo uis proſpicere, abſtineas à nimia illa corporis elegantia. Vale.

EPISTOLA CVIII.

SOlus ſum quem diligunt dij immortales, ſi nulla ægritudo voluptatibus meis interceſſerit. Pater meus (quòd dijs habeo gratiam) proſperè ſe habet & pugiiice Mater abundè pecuniarum mihi attulit. Quid queam expectare maius aut felicius? Si fortè fortuna aliquis memoribus inuaſerit, ſub manu & dictu citius preſtò aderunt infiniti medici, qui morbo meo medeantur. Vnum tamen eſt duntaxat, quod me excruciat miſerrime. Ego ſum planè ignarus, literas ne à limine quidem ſalutaui, aut primoribus deguſtaui labijs: hoc ſi carerem infortunio, cæteros mortalium præ me uno infeliciſſimos crederem. Vale.

EPISTOLA CIX.

DVm quid ſcribis, opera tua tibi rident adeò, & blandiuntur, vt digna protinus exiſtimes, quæ euentilari, & in lucem prodire debeant. Qua in re non parum timeo, ne ſis tibi Suffenus, ac ſimias imitere, quæ ſuos fœtus quamlibet deformes pro formoſiſſimis admittantur. Si ſaperes, ab alieno potius arbitrio penderes quàm tuo Caue ne his aurem præbeas, qui te magnis laudibus palam efferunt, omnesque Latinæ linguæ principes præ te vno rudes & aggreſtes eſſe prædicant, clam uero medio te monſtrant digito. Fallaces hoc genus paraſiti perbellè tibi imponunt, & te melliter ineſcam, vt aliquid ſemper trahant in ſuam naſſam. Finem faciam huic epiſtolæ, ne uerbis meis defatigatus pertedeas, quamuis iuxta te obiurgatione incenſam. Si per contaris ut ualeam, bene ſanè. Nulla eſt ægritudo, quæ animi mei ſeueritatem obnubilet, præter tuam illam cæcitatem: Hoc ſi abeſſet malum, cætera lætus eſſe. Vale.

EPISTOLA CX.

ANtea cum acceſſebam te domum meam à tertio (quod dici ſolet) iugere & ſtadio mihi arridebas, eorum omnino ſimilis, qui in oſtio tantum ſunt formoſi, videnturque pellace vulpe benigniores. Ne multis agam, adeò blandiebaris, vt indubitata fide omnia de te mihi promitterem. Nunc tamen apertè video, te ex eorum eſſe numero, qui montes & maria pollicentur: demum ubi res ipſa poſtulat, nihil omnino per eſſent. Abhinc paucis diebus te oraui, vt aliquid contra ius & æquitatem ageres, vt eximeres me à periculo quodam, quod imminebat capiti meo.

Reſpon-

Reſpondiſti, nulla omnino de cauſa declinandum eſſe de via etiamſi amici crebris afflagitarint conuiciis. Sed dic mihi hominum æquiſſime, vnde noua iſthæc religio in te inceſſit & ſuborta eſt: Chilo præſtabilis homo ſapientia, nunquid conſeruandi amici gratia falſum dedit conſilium? Nunquid & Pericles præmiſit ſe accommodaturum amicis uſque ad aras: Sed de his hactenus. Si quando acciderit tempus, quo indigeas opera mea, tu talionem accipies. Vale.

EPISTOLA CXI.

LOnge tua te fallit opinio, ſi putes nos aulicos cæteris mortalibus eſſe feliciores. Nos quidem laute & generaliter viuimur. Habemus affatim diuitiarum induimur byſſo, purpura. Superbè & plus quàm tragicè incedimus palam populo. At multi forinſecus magnam præ ſe ferunt & promittunt opulentiam, quibus res eſt anguſta domi, & curta ſupellex. Alij eo vſque obruuntur ære alieno, vt ipſam quoque debeant animam. Præterea putas, ne ſub elegantiſſimis noſtris tuniculis multa ſordem quandoque deliteſcere? Plerique intus & in cute, a calce ad verticem capitis ſunt ſcabioſi. Alij omnino podagrici, & membrorum impotes: & (quod in maximam miſeriæ partem repono) uiuendum eſt nobis non arbitrio noſtro, ſed aliena (vt aiunt) quadra. Si quis noſtrum in morbum quamlibet grauem inciderit, nullo penitus indicio dolorem ſuum audebit exprimere, ne videatur ut mollis & effeminatus. Propterea (ſi me audis) noli commutare ſolitam tuam profeſſionem. Vale

EPISTOLA CXII.

COnquereri, & plus nimio, quòd nadiuſquartus breuem quandam pecuniam amiſeris: quod me maximè redit mirabundum, cum præſertim leuis & impenitenda ſit iactura, & quæ nullo ferè labore compenſari queat & reſarciri. Studerem tibi dolorem hunc excutere, niſi veteres mea verba tibi fore irrita. Si uellis rependere hoc detrimentum, quare non reuerteris ad priſtinam profeſſionem, quum præſertim ea ſit quæſtuoſæ & exploratiſſimæ commoditatis. Aliud eſt quod te monitum velim. Quum quis in odium tuum impegit, in eum protinus ructas & euomis quicquid in buccam uenit. Contra uerò quum quempiam amicum tibi delegiſti prima ſtatim fronte patefacis intima tua mentis arcana. Te oro ex conſilio Chilonis, ſic ames, tanquam aliquando oſurus, hactenus demum oderis, tanquam poſtea amaturus. Vale.

EPISTOLA CXIII.

IN aprico nuper quieſcebamus ego & pater tuus. Quum autem una fabularemur, acceſſit protinus neſcio quis nuncius agreſtis plano & inelegans, qui prædicabat ſe familiariſſimum tibi fuiſſe, & eidem præceptori operam dediſſe. Propterea percunctati ſumus, vt valeres atque in literis profeciſſes. Reſpondit ille, te mortalium omnium pigerrimum, & (quod aiunt) Epimenidi ſomnum tua indormire negligentia. Id vbi primum pater tuus intellexit, turpibus in te uerbis & indignis relatu temperare non potuit. Si uis vt eum in amorem tui reuocem, expergiſcere, & ab cuiuſmodi nota quam maxime poteris caue. Vale.

EPISTOLA CXIIII.

COntrahis tibi peſſimum nomen, quòd nihil habebas frequentius in ore, quum uerba obſcœna, & quæ caſtas aures offendunt maximè: & (vt nihil diſſimilem) non deſunt qui ex ea procacitate linguæ, & illoto ſermone mores tuos arguant & metiantur, dicantque uitam ipſam orationi reſpondere. Non eſt quod mihi ſuccenſeas, ſi te beneuole & amice corripiam quoniam noſtra omnium aures iam calent turpiſſimo illo rumore, qui paſſim de te circumfertur. Caue tibi: nam ſi nota illa diutius increuerit, nunquam eluetur, & tu ipſe uix poteris in bonam vulgi opinionem introire opera. Nemo eſt parentum tuorum, quem tantam non cudeat turpitudinis. Et certe periculum eſt, ne turpiſſimam tua uita deſinas heberi in precio. Vale.

EPISTOLA CXV.

PAter tuus grauiter & iniquo animo tulit, quod audieris nullum eſſe tibi frequentius uotum, quam ut uxorem ducas: nec dubito quin peſſimè tibi uertat, niſi entitatis

qualicun-

qualicunque aſtu irrepere ad demerendam eius beneuolentiam. Sed dic per deos omnes, unde natura tibi inceſſit mutandæ conditionis deſiderium. Non ignoro multas eſſe in tua profeſſione miſerias: verum hæ maioribus emolumentis penſantur, & obliterantur. Ea cauſa ad te ſcribo, vt te à propoſito diuertam & abſterream: certius enim quàm tu vide, quantam facturus ſis iacturam, ſi ab eius mandato vel ad vnguem latum receſſeris. Vale.

EPISTOLA CXVI.

Olim quum quid ad me ſcribebas, epiſtolæ tuæ legebantur palam, & ſine vlla vitij ſuſpicionis circumferebantur. Nunc vero quum quid ſcribis, manifeſtarius error tertio quoque verbo deprehenditur. Quare non homines non ſolum multa lectiones exercitati, at etiam tenues & obſcuro loco nati te derident: neque eſt quiſquam aure adeo ſorda & iacenti, quin facile perſpiciat & animaduertat hanc inſcitiam. Timeo ne longa ſtudiorum deſuetudo, hac barbarie te contaminauerit. Si velis redire ad intermiſſum interruptumque & interpolatum calorem, erit quod ſperemus te nonnihil profecturum: at ſi diuitijs inſueueris huic negligentiæ, iacta eſt alea nos de te omnino deſperamus. Vale.

EPISTOLA CXVII.

Multi & ſapientia & authoritate præditi, conqueruntur ſæpenumero de quibuſdam sciolis, ineptulisque & diobolaribus grammatiſtis, qui pedibus (quod aiunt) illotis ad ſacroſanctas legum & philoſophiæ diſciplinas diuertunt, aut frequentibus auditorijs palam profitentur, quum tamen nihil vnquam bonarum literarum, niſi forte in traſcurſu deguſtauerint. Sunt etiam (proh Iupiter) qui Platonem legere velint, non vitæ ornandæ, ſed linguæ orationiſque comendæ gratia: nec vt modeſtiores fiant, ſed lepidiores. Vtinam vtinam iactanticuli iſti nebulones nugarum tenus docti innitorentur veſtigijs diſcipulorum Pythagoræ, quorum nemini prius licebat aut commentari aut verba facere, quàm factus eſſet eruditus ſilentio. Horum igitur periculo tibi magnopere cauendum eſt ne, conſcendas altiores diſciplinas, quæ & ingenij & doctrinæ captum longe exuperant. Vale.

EPISTOLA CXVIII.

Dolui iampridem, atque indies ingraueſcit animi mei ægritudo, quòd vniuerſum patrimonium uix toto vertente anno prodegeris. Pater tuus nunquam minoris cœnauit quàm decem aureis, nunquam minoris habitauit quam decem millibus aureorum. Tamen ex tot tantiſque opibus, quas reliquit moriens, vix supereſt vrceus, aut fictilis lagena. Sed certè nil mirum: vili enim vendidiſti, quod magno emerat. Multi me præſente ſtultitiæ te inſimularunt: ſemper tibi patrocinatus, ſed nolo, deinceps expectare patrocinium meum dum te videro immutatum. Vale.

EPISTOLA CXIX.

Videris ex eorum eſſe numero, qui quum nihil refert pudent, vbi vero pudendum eſt tunc eos deſerit pudor. Nudiuſquartus quum inſimulauimus te ignorantiæ protinus demiſſa fronte erubuiſti. Vbi vero adulteria ſua in medium protulimus, culpæ tuæ patrocinari cœpiſti, tantum abeſt, vt pænitentia ducereris: Miror qua fronte tot probroſas de te contumelias perpeti poſſit. Bis ad ſubſellia iudicum tractus, extrema ſteteſti fortuna, & ita diſceſſiſti, non quòd innocens crederis. ſed ne iudices peieraſſe dicerentur. Caue ne diuina vltio (quæ lento gradu ad vindictam ſui procedat) ampliori exitio te reſeruet, tarditatemque ſupplicij grauitate compenſet, multis enim fortuna parcit in pœnam: & quem ſæpe caſus tranſit, aliquando inuenit, ut inquit ille. Vale.

EPISTOLA CXX.

Frater tuus publice profitetur Aeneidem Vergil. magna doctrinæ ſuæ oſtentatione: vtinam tante auditorum fructu & plauſu. Non ſatis ſcio, quam gratiam inde relaturus ſit: nihilominus tanta eſt diſcipulorum noſtri temporis ingratitudo, vt vbi primum diſceſſerunt à conſpectu præceptorum, ſtatim obliuiſcantur veteris

benefi-

beneficijs, neque agnoſcant per quos profecerint. Expertus & ſciens loquor. Multo enim ex officina & vmbraculis meis prodierunt, qui nunc me nihilo pluris æſtimant quam porcarium aut mulionem abiectiſſimum. Qui de ingratis bene merentur, hoc frugis referunt. Cæterum, quod me conſuis, an debeas aulicam ſequi vitam: ſi me audis immorare ſolitæ tuæ profeſſioni, nec induas tibi aureas illas: & fucatas compedes. Melior eſt enim libera paupertas, quàm vel opulentiſſima ſeruitus. Vale.

EPISTOLA CXXI.

QVum te obiurgo, & impietatis, inſimulo, quòd rariſſimè proficiſcaris ad templum culpam tuam excuſas, cauſarisque te eſſe podagricum. Eo morbo proxime atque tu aut etiam æquè (vt iuxta mecum ipſe noſtis) laboro: neque tamen mihi ſatisfacio, aut apud me conquieſcere poſſum, quin tertio quoque die templum eadem, votiuas preces Deo immolaturus, perſolaturus & oblaturus. Nemo eſt à quo ſpernendus, quàm quum pietatis obliuiſcitur, & religionis. Amo te plurimum, nec hodie viuit quiſquam mihi amicior actu. Niſi tamen perſpexero te alio ingenio atque olim fuiſti, fieri vix poterit, quin amicitia noſtra refrigeſcat & minuatur. Vale.

EPISTOLA CXXII.

VErum eſt quod ſcribit: Lucanus Neſcit plebs ieiuna timere. Quoniam magna eſt rerum omnium penuria, & incredibilis annonæ caritas, multi qui labore & quæſtu ſuæ profeſſionis quæritare ſibi victum nequeunt, coguntur ad latrocinia, & expilationes diuertere, aut viatoribus inſidias moliri licet certo videant ſe ſuſpenſum iri ſi corripiantur. Sed quid facias. fames eſt adeo intolerabilis, & maleſuada, vt ad quodvis diſcrimen vitæ perferendum propellat. Ego & aliquod alij nuper ibamus ruſticatum colligendi animi gratia: vix aberamus a Lutetia iter quinque ſtadiorum, quum ibi protinus quatuor ſanguinarij graſſatores in dumis & vepribus deliteſcentes, in nos præter ſpem impetum fecerunt animo maleuolo & gladiatorio, quibus niſi intrepide & aperto marte reſtitiſſemus actum erat de noſtra omnium vita: nec tamen vſque adeo vitam tutari valuimus, quin vnuſquiſque noſtrum aliquod vulnus acceperit. Hoc innuit eos non ſatis prudenter ſibi conſulere, qui foras proficiſcuntur ſoli, niſi ſuprema quædam neceſſitas adurgeat. Vale.

EPISTOLA CXXIII.

INcredibile videndi tui deſiderium iampridem me tenuit, adeo vt nulla nox prætereat, quin imago tua oculis meis obſeruetur & oberret. Et ſi liceret citra vllum diſcrimen ad te commigrare, commigrarem protinus: viamque ipſam (quod aiunt) raptim deuorarem. Sed multa ſunt, quæ ab hoc animi mei deſiderio me remorantur & euocant. Nam præter quàm quòd egre hodie & difficulter viuitur ob magnam annonæ caritatem multis ubiuis locorum reperiuntur milites, aut (vt uerius dicam) graſſatores Literis tuis ſcire velim quonam modo viuant veſtrates. Nam qui apud nos degunt, multis miſerijs & calamitatibus obruuntur. Et niſi dij immortales res noſtras clementius intueantur et cuſtodiant, periculum eſt, ne iniquiſſimè nobiſcum agat fortuna. Vale.

EPISTOLA CXXIIII.

LIberares hanc vrbem magna fæce & perditorum hominum colluuie, ſi eos tecum foras duceres, qui nullo non die de noſtro omnium interitu, cogitent & machinatur, atque etiam eorum ſaluti fortaſſe proſpiceres nobiſcum enim diutius verſare, nequeunt, qui vita omnium & ceruicibus parant inſidias. Et ſi qui fortè fortuna remanſerint obſeruabuntur vigilantiſſimè, multiſque præſidijs opprimentur, ne commouere ſe contra rempubl. poſſint. Nemo te habet ſuſpectum coniurationis. Si alienus eſt animus tuus ab hominum expectatione, muta mentem, mihi crede. Etenim tenebris, vndique & luce clariora nobis erunt conſilia tua omnia. Vale.

EPISTOLA CXXV.

QVod ad me tribus ab hinc diebus miſiſti opus, formoſum ſatis & elaboratum ſuperne mihi viſum eſt, ipſumque (ni fallor grande aliquid profitetur, & inauditum.

ditum. Vereor tamen, ne non ſis vbique ſimilis tui. Si me audis, caue ne quid facias Horatiano monſtro ſimile, ne ve vnum & alterum aſſuens pannum, ad intempeſtiuas digreſſiones prodigaliter euageris. Lectores enim riſum tenere nequeunt, quum quis ab ipſo principio verbis ſexqui pedalibus ampulatur. demum remiſſo & languente paulatim ſtylo ſerpit humi. Stude breuitati quanta maxima poteris diligentia, modo tamen propterea non fias obſcurus. Caue ab ampulloſis illis & confragoſis dictionibus, ſed eatenus vt propterea nerui & animi non deficiant. Vale.

EPISTOLA CXXVI.

TAnterum ſcelerum te notant omnes, vt ſi vera ſunt quæ de te paſſim prædicantur ſpe rem te prope diem damnatum iri capitis. Nemo eſt quem tuæ turpitudinis corruptiſſimaque uitæ non pudeat: vbi tamen tuæ ſalutis quis te monet, verba fiunt mortuo: nihil mea refert ſatagere rerum tuarum, quum tamen reminiſcor periculi ceruici tuæ imminentis, non poſſum non miſereri. Quum ad iudicum ſubſellia protraheris, tuorumque vitiorum accuſabere, inficiare quantum uoles, uerba tua non habebunt fidem præterea facilimum erit te conuincere, pridem enim facta tua turpiſſima omnibus innotuerunt, & uenerunt in apricum. Vale.

EPISTOLA CXXVII.

PAter tuus ægrè ſatis & indignanter tulit, quòd audierit te bonam ætatis partem contriuiſſe in humanis & politioribus literis, in quibus nihil eſt omnino frugis, nullum penitus emolumentum: ſed illectatrices tantùm, & uelut quædam verborum meretriculæ, quæ nihil aliud proſunt, quam aures titillant & inebriant. Certiùs noſti quàm vt moneri debeas, quàm curta ſit domus ueſtra ſuppellex. Non eſt quòd à patre. ampliſſimas diuitias tibi pollicearе, niſi tua vatius induſtria tibi ipſe fabrices fortunam. Quare ſi ſapis, conuerte animum ad alias artes. In his enim tibi nec ſeritur, nec metitur. Quod autem ſcribis, de prodito quodam nebulone, qui paſſim tibi detrahit, vis audire quid ſentiam? Bibe ſurdis auribus omnia eius conuincia, patere etiam ſi tuis oppedat naribus. Si enim velles eum re taliare, & eadem repercutere maledicentia, periculum eſſet, ne in ſanum eum redderes, qui tantum deſipit.

EPISTOLA CXXVIII.

PRidie quum rediiſti Lutetia, putabas amicos meos obuiis vlnis tibi gratulaturos tuumque aduentum admodum plauſibilem rore. Nihilominus nemo omnium repertus eſt, qui tibi arriſerit: imò verò cachinum ſuſtulerunt omnes. Cauſam ſi percontaris, non pudebit dicere. Eo te miſeramus, ut in bonis literis proficeres: quam tamen de te conceperamus opinionem, feſelliſti. Semper enim porrectis (quod aiunt) dormiuiſti pedibus, & in vtramuis aurem, nec prima elementa didiciſti. Si hoc feceris fiducia noſtri, erras haud dubiè. Non enim mouebimur tuis infortuniis, vel ſi fleueris ſanguine. Vale.

EPISTOLA CXXIX.

POllicebaris mihi mercedem ampliſſimam, ſi doctrina mea ab ignorantiæ tenebris te educerem: non peperci labori docuit te quanta potui maxima diligentia, adeò ut iam præ lectore non indigeas, poſſis quod aiunt, nare ſine cortice. Antea diſtuli mercedem meam repoſcere, quòd fortuna tua uideretur mihi exilis & modica. Nunc uerò opes tuæ creuerunt, omnia tibi ſuppetunt ad uotum, & uirgula, quod fertur, diuina. Quid igitur cauſæ eſt, quamobrem non reponis beneficium? Arrogas ne tuæ unius uirtuti, ſi quid in bonis literis profeceris? Iſta tua ingratitudo non adeò eſſet intoleranda, ſi quam rerum paterеris penuriam: at, vt iam dixi, habes omnia ex animi ſententia, tu es uelut bos ad aceruum, metris citra arationem, citraque ſementem. Non ſatis apertè uideo quonam modo culpæ patrocinari poſſis.

EPISTOLA CXXX.

NOn parum mihi diſplicuit, quòd heri in quodam conuiuio iuuenareris uerbis impudicis, crepareſque immunda, & relatu turpiſſima, Sed tua iſta cul-

pa

pa non omnino caret venia putabas enim fortaſſe id ab omnibus laudatum iri, quodam quibuſdam abiectiſſimis homunculis, cicerisque & fractæ nucis emptoribus comprobatur. Diu ſatis deſipuiſti mea quidem ſententia, nunc tibi relinquendæ ſunt nuces. Sudabis fateor non parum priuſquam illum priſcum viuendi modum dedidiceris: at vbi deſieris aliquandiu, nihil erit factu facilius. Vale.

EPISTOLA CXXXI.

MOnui te frequentiſſimè, vt relicto ſtudio poetico ad orationem ſolutam animum conuertas. nam verſus tui, quotquot ſcribis prodeunt inuita (quod aiunt) Minerua, & Muſis collachrymantibus. Nihil eſt penitus frugis, nihil quod vel tantillum famæ tibi compares: quin potius facis te publicam & communem vulgi fabulam, adeò vt iam notiſſimus apud omnes inualuerit rumor, te eſſe velut aſinum ad lyram. Multo prudentius ageres, ſi tuo te pede metireris, nihilque non æquum viribus tuis aſſumeres. Vale.

EPISTOLA CXXXII.

INſolentiam tuam ſatis ridere nequeo. Pater tuus parentesque omnes pauperrimi ſunt, nudi tanquam ex matre (vt apertè noſti) victum emendicant hoſtiatim manum ad ſtipem porrigunt (paucis) non habent vnde reſtim emant. Tu tamen loci natalis nullum penitus habens rationem, ſuperbis, non aliter quàm ſi eſſes rex tragicus. Cui animi & capitis tui morbo quomodo poſſit occurri, non ſatis video. Quum enim viri prudentes rerum tuarum uolunt ſatagere, & ſuadere quid factu ſit vtile, aures occludis, perinde ac ſi per te ſatis ſaperes, eſſeſque remotus ab omni vitio. Non adeò vitiis tuis offenderemus, ſi pauca eſſent: attamen multæ flagitiorum ſpecies vitam tuam contaminant, vt nullus relinqui poſſit ueniæ locus. Vale.

EPISTOLA CXXXIII.

SEmper de te bene merui, ſperans te aliquando fore frugi hominem, cenſoremque omnium: at ſpes omnis futura in te probitatis omnino adempta eſt. Nam (vt audio) bonam iuuentutis partem ſtolidè contriuiſti, dilapidaſtique vniuerſum patrimonium in alea, fritillis & ſphæriſterio. Si eſſem liber laborum, qui me nunc circunſtant & opprimunt, ad te quàm citiſſimè conuolarem, via ipſa (vt cum Sidonio loquar) deuorata: idque ſum facturus dum per occupationes licebit. Quòd ſi rem ita comperero, vt communis prædicat fama, ſcias animum meum fore multo remiſſiorem, ſegniuſque in tui amorem quàm prius irritatum iri. Vale.

EPISTOLA CXXXIIII.

QVum qui ſcripſiſti, ſoles me adhibere iudicem tuis operibus ad dum ſuadeo ambitioſa recidas ornamenta, reddasque incudi, quæ non bene ornata ſunt, & poſita, mauis defendere delictum, quam inuertere. Propterea ames te & tua ſine riuali nullum enim verbum aſſumam vltra. Quod autem percontaris, quid hic rerum agatur, res creditu difficilis, & maximum riſum tibi excitatura nouiſſimis diebus accidit. Lentulus qui genialiter adeo, & luxurioſè prius uiuebat, qui omnia prodigebat per luxum, nunc auarus vſque adeo factus eſt, vt inexplebilis ſit eius cupiditas. Nunc quoniam non ſuppetit ocium ſcribendi pluribus uerbis, qui has ad te defert literas, totum hominem ſuis coloribus graphicè depinget. Vale.

EPISTOLA CXXXV.

NOn parum mihi diſplices, nec mihi tantum, ac his omnibus, qui tecum aliquando verſati ſunt, quòd ſis adeò prodigus uerborum. ac in tuam ipſius laudem propenſus & procliuis. Ante omnia peſſimè audis, & magno probro tibi vertitur, quod palam te prædices bellicoſum. Comminaris egregiè, verba tua nihil non maritum ſpirant: at ſi quis te aggrederetur, fugam protinus arriperes, totus animus tibi in pedes decideret. Quod qui norunt, temperare nequeunt à riſu, quum audiunt has inanes de te glorıolas. Vale.

EPISTOLA CXXXVI.

NOn ſatis ſcio, qua cauſa amicitiam contraxeris cum Cornelio Dolabella, aut vnde frequens adeo familiaritas tibi cum perditiſſimo illo nebulone, & quod aiunt, terra inteſtino interceſſerit. Qui, vt apertè noſti, & patrimonio, & gentilicijs, hæreditatibus mulctatus eſt ob infinita flagitia, quibus ab ipſa iam tum infantia fuit inutritus. Corruptam adeò egit iuuentutem, vt ſæpenumero ad ſubſellia iudicum pertractus eſſet, et in extremam ſtetiſſet fortunam, niſi pecunia ſe redemiſſet ab inquiſitoribus. Vbi vere ad virilem peruenit ætatem, nihilo ſecundiore, imò verò deteriore fama vſus eſt. Vnde nunc, quoque (vt plane vides) diſcedere è medio, & quamquam morbo (quartana aggrauante) per ſingulas noctes latebras commutare cogitur. Potuiſſem verſari cum eo, ſi libuiſſet, at ſemper ab eius ſocietate abſtinui, licet quotidianis ferè precibus inuitarer. Vale.

EPISTOLA CXXXVII.

QVòd è patria Lutetiam te contuliſti, ſimul ad declinandam perditiſſimam quorundam nebulonum inuidiam, qui te oderant, quique per iocum nonnunquam tibi comminabantur: partim etiam, vt per ocium & requiem Apollonio Moloni clariſſimo dicendi magiſtro operam dares, factum tuum probo. Nihilominus, velis nolis, redeas oportet nam res veſtræ domeſticæ peſſime ſe habent, & iam ruunt peſſum, niſi per te vnum tantæ occurras calamitati. Turpiſſimum tibi eſſet, in amicorum diſcrimen decidere, patris præſertim, cui fortunas tuas omneis, ipſamque adeo vitam debes cum anima. Vale.

EPISTOLA CXXXVIII.

FAmiliaris ille tuus Gellius, mortalium auariſſimus, diues eſt quidem, at eius omnes diuitiæ & occulto fænore creuerunt, & rapinis. Vt paucis omnia complectar, eſt bipedum omnium nequiſſimus quoſque terra ſuſtinet ſceleratiſſimus, vt de Iugurtha ſcribit ille. Vſque adeo tamen hominem ipſum diligis, vt in eius verba iuraſſe videaris, Si velis aurem commodare culturæ, facile te diuertam & reuocabo at ſi omnia priuata authoritate velis agere, ego te relinquam, & miſſum faciam, vt adoleſcentem perditum, & mihi deſperatum. Vale & probe monentem ſequere.

EPISTOLA CXXXIX.

NIhil vnquam tentaui & molitus ſum, quin optimates & ditiſſimi quique frequentes & obſtinati confluxerint ad reſiſtendum mihi, ne vmquam deſierunt præpedire, quicquid quod mihi eſſe voluptiferum, perſpexerint. Proinde conſtitui in reliquum tempus abſtinere curia. Nam etiam lites illæ forenſes macrum me faciebāt, & extenuabant penitus. Præterea quid amplius optandum eſt mihi, cui iam contigit abundè, quod ad viuendum lautè ſatis eſt? Qui ſunt inexplebiles, & nullum ſuis votis finem præſcribunt, pauperrimi videntur, hiſque multo infeliciores, qui victum emendicant. Vale.

EPISTOLA CXL.

SI fortuna ad animi uotum mihi arriſiſſet, ab humili priuataque conditione ad ampliſſimos honores potuiſſem peruenire. Nam populi multitudo ſemper mihi fauit, & ad me confluxit, vltro, operam ſuam in omni re promittens: ſoli diuites aduerſarios & propugnatores ſe præſtiterunt. Quorum decreto, vt primum comperi paratos eſſe, qui vi ac per arma me corriperent, ſententia mutata pro temporum conditione quieturus ſum. Erat in manu mea terrorem maximum eis inijcere: at ſi hoc feciſſem, incredibilis inuidia me in poſterum manſiſſet. Vale.

EPISTOLA CXLI.

COrnelius, quo cum tibi familiaris eſt & frequens conſuetudo, nuper tractus fuiſſe in carcerem, niſi ſponſorum interuentu ſe a creditoribus redemiſſet. Qui, vt eum eriperent, ſuas omnes fortunas, ipſam & adeo vitam cum tota ſupellectile uoluerunt oppignorare. Heri tamen abijt per poſticum furtim, & inſalutato quidē hoſpite. Incertum meum ne non ſit diſcriminis, quo maturius ſubueniret imploranti

patri,

patri qui in repentinnm quendam morbum fertur incidiſſe. Porrò frater tuus apud omnes ſuſpectus habetur cuiuſdam homicidij, propterea ſicubi gentium tibi occurrat, dic ei tacitè in aurem, vt maturè ſibi præcaueat. Nam ſi corripiatur, nullis precibus quamlibet importunis conſequi poterit, vt legibus ſoluatur in homicidas conſtitutis. Dic ſalutem meo nomine noſtratibus amicis, atque etiam ſi qua ratione fieri poſſit, reconcilia me patri meo irato, quod literis eius conſtantius paulo reſponderim. Vale.

EPISTOLA CXLII.

OMnia tibi contigerunt ex animi ſententia: idque adeo, vt nihil maius queam uoueret. vnum eſt tamen in quo non vſquequaque mihi places, quod interim excrucies teipſum. Si fomenta iſta curarum poſſes relinquere, viueres multo diutius. Nihil enim eſt quod magis vitam imminuat, quam moleſta illa animi ægritudines. Propterea da operam, vt medearis & occurras huic malo. Ante omnia caua, ne adeo immoriaris lucro vt propterea nolis te quandoque labori ſeriipere Nam nihil eſt in rerum natura, quod exemplo dierum ac noctium alternas vices ferearum quandoque non deſideret. Vale.

EPSTOLA CXLIII.

ADmiror ingenium tuum atque etiam plurimi facio paratam tuam in ſcribendo celeritatem, quod priuſquam veſtigio pedem educas, multos ſub manu verſus euomas inſtar illius Chryſippi, cuius meminit Valerius. Hoc tamen non eo valet, vt pretiosus euentilare debas, quæ ratim adeo & tumultuarie componis. Nam quoquequa res eſt acceleratior, eo minus perfecta Contra vero, quo lentius incrementum ſuſcipit, eo quoque tardius deſinit. Saluta meo nomine. Hermodotum, eumque diuertas, ne a ſcholaſtica vita ad aulicam ſe conuertat. Principes iſti ſunt admodum liberales & prodigi verborum, ſuiſque famulis montes & maria promittunt, ac verborum inducunt crudelitatem: at vbi diu ſatis eorum opera vſi ſunt, verba emittunt pro forma. Vale.

EPISTOLA CXLIIII.

NOn parum mihi diſplices, nec mihi tantum, at omnibus etiam, quibuſcum aliquando fuit tibi frequens & familiaris conſuetudo, quod vnumquemque crimineris palam, & vituperes: quum tamen hodie ſceleratior te viuat nemo. Conſultius multo & prudentius ageres, ſi tuam ipſius carperes vitam. Nam (vt in Salluſtium ſcribit Cicero) carere debet omni vitio, qui in alterum dicere eſt paratus. Fateor neminem eſſe mortalium, qui omnibus horis ſapiat, Nihilominus id intolerabile eſt, quum quis pergit male ſemper agere. Cæterum ſcis quid in aurem tibi nuper dixerim. Laboras quodam vitio arcano, & paucis cognito, a quo niſi deſueſcas, tandem veniet in lucem. Veritas enim filia eſt temporis, & dies omnia reuelat. Neque eſt quicquam tam arcanũ, quin aliquando euentiletur, & a tenebris prodeat in apricum. Vale.

EPISTOLA CXLV.

ERam vegetis viribus & e -edito corpore, priuſquam ad perdiſcendas literas animum appuliſſem, nihil pe- ius dolebat mihi: at nocturnæ lucubrationes vſque adeo me attenuarunt & confecerunt, vt pedibus infirmis ſubſiſtere nequeam. Deſinas ergo mirari, ſi ægre & inuitus fere repeto ludum literarium Nam quotieſcunque illuc redeo, videre videor locum mœroris & triſtitia plenum, & quandam (vt aiunt) Trophonij ſpeluncam. Præterea toto ferè triennio oleum & operam luſi. Nam dedi operam ſemitario cuidam & pæniſendo magiſtello, ſub quo parum aut nihil omnino profeci: quod tamen negligentia mea non eſt aſcribendum, at potius eius ignorantia. Erat enim planè rudis & illiteratus, nec vnquam bonas literas, ne a limine quidem, ſalutauerat. Vtinam vniuerſam eius doctrinam vitioſa nuce non emerem. Vale.

EPISTOLA CXLVI.

MIrantur nonnulli vitam ruſticam tantis a me commendari laudibus, & (quod aiunt) ad cœlum ferri: qui ſi cognoſcerent, quantum in ea ſit voluptatis, relictis

vrbibus

vrbibus vellent ruſticari, viro in primis conuenienter naturæ, nihil eſt quod diuellat mihi ſomnum. Nihil quod ſtudium interpellet. Sed fac nobis ruſticis non multum eſſe diuitiarum, quid inde? Num tamen propterea damnum certius aut propius medullis accipimus, quam vel maxime numerari? Vos vrbani, & qui ſeruitis diuitibus, genialiter quidem & laute viuitis: ac caretis libertate, quam omnibus Arabum diuitijs longe præpono, perpetuam ſeruitutis ſeruitutem: vobis obſeruandum eſt, quid domini digito crepent. Si vobiſcum immaniter & contumeliose loquantur, ſurdis auribus præferendæ ſunt omnes contumeliæ, nec licet hiſcere præ metu. Nolim te incaſtigatum relinquere. nam videris mihi attentior ad rem, quam ſatis eſt. Quod autem dicis, me quibuſdam ridiculum eſſe, & contemptibilem ob meam iſtam pœnam, & paupertatem, non verterim manum. Si percontaris vt valeo, ſum lætus omnia, excepto quòd durum eſt mihi tandiu carere fructu iucundiſſimæ tuæ conſuetudinis. Vale.

EPISTOLA CXLVII.

OPeram meam, ipſamq́; adeo pecuniam tibi puero gratuitam ſemper contuli, nec minore ſtudio adultum proſecutus ſum. Non memini me vnquam abrogaſſe tuis mandatis. Si quid in me beneficij contuleris, abunde aut etiam cum fœnore rependi. Propterea finem facias tuis calumnijs, neque pergas me fraudulentum, & impoſtorem diſcere. Nemo eſt omnium, qui non fateatur me hominem apertum ſine fuco, & extra omnem doli ſuſpicionem. Et ſi facultas mea ſufficeret ad ſubleuandam, & reſarciendam iſtam tuam pœnam, faceres adhuc periculum manifeſtius amoris erga te mei: at paupertas tua maior eſt multo quam quæ opibus meis ſubleuari poſſit. Æqui boniq́; conſulas hæc mea verba. nam alio rſum tendunt, quam vt bilem, & ſtomachum tibi moueant. Vale.

EPISTOLA CXLVIII.

FAlleris plurimum, ſi quid expectas gloriæ ex eo opere quod in lucem nuper edidiſti. nam præter plurima (quæ deprehenduntur paſſim) errata peccaſti in ipſo quoque operis ingreſſu, & inſulſem adeo, vt nullus pateat excuſationis locus. Fefelliſti plurimum quam de te ceperant omnes expectationem. Publicus erat rumor, te iam in literis abunde promouiſſe: ac res longe aliter ſe habet, vt video. Si animus tuus aſpirat ad diuitias, te oportet conſultius rerum tuarum ſatagere. Hac enim via non peruenitur ad honores, & magiſtratus. Si me audis, diſſueſce ab antiqua illa morum conſuetudine. Vale.

EPISTOLA CXLIX.

QVum culpæ impunitas, & liberior peccandi licentia, atque etiam leuitas pœnæ augere ſoleant vitia, non conſtitui in delictis veſtris conniuere. Si boni eritis amabo vos vnicè, nulli rei magis ſtudebo quam vtilitati veſtræ. Et quandiu mihi pecunia ſuppetent, non permittam vobis deeſſe quicquam. Contra vero, ſi poſt habita virtute, diuertatis ad corruptiſſimos mores, & degeneretis a parentibus, quorum inculpatiſſima fuit vita augebo pœnas facinorum tantum abeſt, vt eas imminuere velim. Si deſideretis proficere in ſchola mea, fores apertæ ſunt. Nullum penitus laborem detrecto, dummodo videam vos beneuolos, & animo in me propenſo. Vt ſpero non pigebit vos meæ doctrinæ. nam (quod de Iſocrate fertur) innumeri linguæ Latinæ principes ex meo ludo literario tanquam ex equo Troiano prodierunt. Nemo veſtrum propter adultam iam ætatem debet erubeſcere, quo minus proficiat. Nam & Cato iam octogenarius operam pedit literis Græcis. Et parens eloquentiæ Cicero poſt ampliſſimos in rempub. magiſtratus, adhuc ſe dedit recoquendum Apollonio Miloni, clariſſimo tunc dicendi magiſtro. Vale.

CAPITVM, SIVE TITVLORVM OFFICINAE RAVISII TEXTORIS INDEX.

DE DIIS, EORVMQVE CVLTV. Titulus I.

DE diuerſorum de Deo opinionibus facciata 1
De ijs, qui deos primum coluerunt. 1
De dijs ſupernis. 2
De dijs infernis. 2
De dijs marinis. 2
De dijs nemorum. 2
De dijs ſelectis. 2
De dijs diuerſis. 2
De Nymphis. 2
De Gratijs. 5
De Sybillis. 5
De Parcis. 5
De ſacerdotibus veteris legis. 5
De ſacerdotibus deorum gentilium. 5
De Veſtalibus Virginibus. 5
De Prophetis. 5
De diuinatione. 5
De vaticinijs. 7
De auguris. 8
De aruſpicio. 9
De deorum feſtis diebus. 9
De celebritatibus precipuis gentilium. 10.
De ſacrificijs humano cruore factis. 11
De varijs gentilium ſacrificijs. 12
De vocabulis quibuſdam ad religionem ſpectantibus. 12
De deorum quorundam certis, ac proprijs ſacrificijs. 13
De deorum ornamentis. 13
De locis dijs quibuſdam ſacratis. 13
De deorum curribus, & quibus animalibus eorum vehicula trahebantur. 15
De deorum amaſiis. 16
De prodigijs, & portentis. 17
De contemptoribus deorum. 18
De hereticis. 19

DE MVNDO. Titulus II.

DE quatuor elementis. 21
De ventis diuerſis. 21
De fontibus diuerſis. 21
De lacubus, paludibus, ac ſtagnis. 21
De fluuijs precipui nominis. 22
De fluuijs auriferis, ac gemmiferis. 24
De fluuijs infernalibus. 24
De aquarum mirabili natura. 24
De fluuijs reciprocis, amaris, & quibuſdam alijs. 24
De montibus precipui nominis. 25
De montibus flammiferis. 25
De montibus frigidiſſimis. 25
De montibus viriferis. 25
De montibus dijs diuerſis ſacratis. 25
De montibus vrbis Romæ. 25
De columnis Herculis. 25
De arboribus diuerſis. 25
De arborum ſpeciebus alijs. 2[illegible]
De deorum, ac dearum arboribus. 30
De ſyluis diuerſis. 31
De leguminibus diuerſibus. 31
De fruticibus diuerſis. 31
De hortis memorabilibus. 31
De floribus ac violis diuerſis. 31
De herbis diuerſis. 32
De aīalib. quadrup. & eorum natura. 3[illegible]
De animalibus, quorum miniſterio ſuſtentati homines. 39
De aīalib. ab hominibus manſuefactis. 40
De aīalib. hoīum miniſteria īplorātib. 40
De aīalib. quorū miniſterio vſi hoīes. 40
De brutis animalibus, quæ ſepulchris, ac ſtatuis honorata ſunt. 41
De equorū, & equarū celebriū pſtātia. 41
De equis Achillis. 43
De equis Martis. 43
De equis Solis. 43
De equis Platonis. 43
De canib. eorumq; fidelit. ac ſolertia. 43
De vermiculis diuerſis. 43
De ſerpentibus diuerſis. 44
De piſcibus diuerſis. 46
De animalibus volatilibus, ſiue auib. 53
De auium differentijs. 59
De auiū, ac aliorū aīalium inimicitijs 59
De auiū ac aliorū animalium uocibus 59
De auibus dijs diuerſis. 59
De Harpijs ac monſtroſis auibus. 60
De gēt. ac popul. varijs ritib. ac morib. 60
De Centauris. 72
De populis ac hominibus, qui re aliqua clari & inſignes. 72

De

De gentium proprijs epithetis. 72
De gentium diuerſarum ornamentis ac inſignibus. 73
De miraculis quibuſdam naturæ. 73

DE TEMPORE, ET EIVS partibus. Titulus III.

De anno, & eius partibus. 75
De menſibus. 75
De temporis infiniti poeticis deſcriptionibus. 75
De diei ortus poeticis deſcriptionibus. 76
De meridiei poeticis deſcriptionibus. 77
De crepuſculi ac noctis deſcriptionibus poeticis. 77
De media noctis deſcriptionibus poeticis. 79
De æquinoctii deſcriptionibus poeticis. 79

DE HOMINE, Titulus IIII.

De corporis humani partibus, & quibus planetis ſingulæ partes tribuantur. 79
De membris corporis humani, & quibus zodiaci ſignis tribuantur. 79
De corporis humani vitibus, quæ ab elemẽtis proueniunt. 79
De patria ac natali ſolo illuſtrium virorum. 79
De ijs qui moltos habuerunt liberos. 80
De ijs, qui ſumma ſenectute liberos genuerunt. 80
De nouercis quorundam hominum. 80
De nutricibus diuerſorum. 80
De obſtetricibus. 81
De fratribus vterini. 81
De ſpurijs ac nothis. 81
De denominationib. hominũ in gene. 81
De denominationibus a naturalibus ſeu accidentarijs caſibus. 81
de votis ac optatis hominum diuerſis. 82
de diuitiarũ excellentia, & diuitibus. 83
De paupertate ac pauperibus. 84
de fortuna ac felicitate. 86
de iis, qui ex humili fortuna clari aut diuites euaſerunt. 86
de iis, qui ex proſpera fortuna ad humilem redacti ſunt. 87
de mulieribus ac vxoribus quibuſdam illuſtribus. 88
de mulieribus bellicoſis, & maſcula virtutis. 88
de Amazonum rebus præclarè geſtis. 89
de bellis, ac alijs quibuſdam malis a mulieribus excertis. 89
de mulieribus, quæ maximi quandoque boni autores fuerunt. 91
de mulieribus, quæ ob diuerſas cauſas virilem habitum ſunt mentita. 91
de ancillis quibuſdam. 92
de ſeruis diuerſis. 92
de ſeruorũ quorũdã nominib. ab officiis, a e aliis quibuſdam rebus deſumptis. 92
de ſeruis ac liberis diuerſorum. 92
de iis, qui viribus, & robore corporis excellentes fuerunt. 93
de Gigantibus. 95
de beluarum ac mõſtrorũ domitoribus. 96
de liberatoribus quibuſdam a ſummis periculis. 96
de iis q̃ hominib. difficilia ſunt factu. 97
de pumilionib. ac parua omnino ſtatura hominibus. 97
de Aloidis, & Tindari filiis. 97
de Cyclopibus. 97
de Curetum ac Corybantum officis ac inuentis. 97
de hominibus ventroſis, & macilentis. ibi.
de ijs, qui in varias formas tranſmutati ſunt. 97. & 98
de pulchritudine formæ. 98
de ijs, qui fuerunt deformoſiſſimi. 101
de morbis diuerſis. 101
de appellationibus eorũ, qui diuerſis morbis laborarunt. 106
de ijs, qui morbis aliquib. infecti, & affecti fuere. 106
de eunuchis, & ſpadonibus. 106
de balbutientibus. 107
de mutis. 107
de male olentibus hominibus. 107
de ijs qui lippitudine laborarunt. 107
de ſtrabonibus, luſcis ac monoculis. 107
de cæcitate excæcatis. 107
de claudicantibus. 109
de furioſis ac maniacis. 109
de morte ſubitana. 110
de ijs, qui febre mortui. 111
de ijs, q̃ ventris profluuio mortui ſunt. ibid.
de ijs, q̃ morbo articulari mortui ſunt. 111
de ijs, qui morbo intercutis interior. 111
de iis qui peſte ac epidymia labe &c. ibi.
de peſtilentiis memorabilibus. 111
de iis, qui apoplexia mortui. 1111
de iis, qui ſanguinis profluuio mortui. 111
de iis, qui podagra mortui. ibi.

De ijs, qui pediculari morbo ſunt abſumpti 112
De ijs, qui diuerſis morbis ac caſibus ſunt mortui 112
De ijs, qui aquis ſubmerſi interierunt 113
De ijs, qui ſuis caſibus aut naufragiis nomina aquis impoſuerunt. 114
De ijs, qui ab equis ſunt occiſi & diſcerpti ibid.
De ijs, qui coruorũ laeſu ſunt mortui ibid.
De ijs, qui à ſerpentibus ſunt occiſi ibid.
De ijs, qui ab apis interfecti ibid.
De ijs, qui a leonibus ſunt diſcerpti 116
De ijs, qui à canib. laniati ac occiſi sũt ibi.
De ijs, qui ferarũ morſu ſunt extincti ibi.
De fumo ac vaporis ſuffocatis ibid.
De ijs, qui in latrinis perierunt ibid.
De gaudio & riſu mortuis. 117
De ijs, qui in actu venereo mortui ibid.
De crapula nimioque cibo & potu mortuis ibid.
De ijs, qui ſiti ac fame perierunt. ibid.
De fulmine tactis atque exanimatis 118
De terra abſorptis. 119
De ijs, qui ſcalarum ruina perierunt ibi.
De ijs, qui ſagittis confoſſi ſunt ibi.
De ijs, qui aut lapidibus obruti ſunt, aut murorum ruina perierunt ibi.
De ijs, qui veneno extincti ſunt 120
De iis, qui ſibi variis modis mortẽ cõſciuerunt, aut ſe aliis occidendos cõmi. 121
De iis, qui optima valetudine diu vixerũt 129
De viris illuſtribus, qui longe à patria ac in aliena terra mortui ſunt ibid.
De iis, qui mortui reuixerunt 130
De iis, qui in mortuos crudeliter ſæuierunt ibi.
De ſepulturis, ac vario apud diuerſos humani ritu 131
De animæ ſubſtantia diuerſa philoſophorum opiniones ibid.
De partibus corporis quibus anima principatus tribuitur 132
Animæ quid recipiat ab influxu planetarum ibid.
De loco acquietæ animarum poſt hanc vitã varia diuerſorum opiniones ibid.
De animarum ſedibus apud inferos 133
De furiis infernalibus ibid.
De diuerſis inferorum iudicibus ibid.

DE MAGISTRATV, Titulus V.

DE diuerſarum gentium regibus [illegible]
De tyrannide ac diuerſarũ. &c. ibid.
De ritibus candidatorum vel. &c. ibid.
De legibus, ac quomodo, item à quibus primum promulgatæ ibid.
De legiſlatoribus diuerſarum gentiũ ibi.
De Aegyptiorum legibus ibid.
De legibus Lacedæmoniorum 125
De Romanorum legibus diuerſis 136
De tribunitiis magiſtratibus, & qua tribunorum iura & poteſtas 137
De cenſorum iure ac poteſtate ibid.
De cenſoria pœna, item in quos & qualis ferebatur ibid.
De iudiciorum & ſuffragiorum notis ibid.
De ſuppliciorum diuerſis generibus 138
De exilio & exulibus 139
De iis, qui capiti in carcere obierunt ibi.
De iugulatis ac ſtrangulatis 140
De collatis. ibid.
De præcipitatis ibid.
De crucifixis ſuſpendio mortuis ibid.
De combuſtis 141
De excoriatis 143
De nunciis ac legatis ibid.
De ponderum nominibus ac valorib. ibi.
De menſuris 134
De ſtudiis diuerſis ibid.
de numeroſo militum exercitu ibid.
De bellis, in quibus multum cruoris effuſum eſt 144
De bellicoſis viris ac illuſtribus victoribus 145
De inſtrumẽtis atq; tormentis bellicis 148
De armorum variis generibus ac bellicis inſtrumentis 149
De nominibus diuerſis ad rem militarem ſpectantibus 150
De ſaggitariis ac iaculatorib. peritis 152
De telorum bellicorum gladiorumque diuerſis generibus 153
De propriis diuerſarum gentium armaturis 154
de deorum diuerſis ſceptris ac armaturis ibid.
De vinculis diuerſis compedibus 155
De coronis ac præmiis militaribus ibid.
De iis, qui de diuerſis regibus & populis triumphauerunt. ibid.

De

De vitis doctis in magno precio ab honore habitis. 158
De ijs, qui literarum, & literatorum fuerunt amantiſſimi. 160
De indoctis ac iis qui literis oderunt. 161
De mulieribus doctis. ibid.
De iis, qui multa ſcripſerunt. 163
De sis, qui de rebus medicis opera ſcripſerunt. 163
De laborioſis ac diuerſarum artium peritis. 164
De bibliothecis memorabilibus. 164
De magia. 164
De veneficiis. 165
De aſtrologis. 166
De Hyadibus. 167
De Heſperidibus. 167
De Pleiadibus. 167
De Geometris. 167
De Sophiſtis. 168
De Oratoribus. 168
De Poetis Latinis. 169
De Poetis Græcis. 173
De ſynonimis quibuſdam poeticis. 176
De argumentis poeticis ab impoſſibili deſumptis. 180
De poeticis deſcriptionibus, quib. docemur aliquid longe lateq; fieri. 183
De poeticis deſcriptionibus, quibus magnus ac frequens numerus exprimitur. 183
De poeticis deſcriptionibus, quibus curſus uelociſſimus exprimitur. 185
De præconibus. 186
De muſica, & inſtrumentis muſicis. 186
De muſicis, ac cantoribus. ibi.
De iis, q cithara dicā art^e exercuerūt. ibi.
De iis, qui tibia cecinerunt. 188
De iis, qui tuba claruerunt. 188
De Syrenarum cantu. ibid.
De Hiſtoriographis. ibi.
De Medicis, & Pharmacopolis. 190
De unguentis uariis ac pharmacis. 192
De oleo. 193
De potionibus diuerſis. 194
De excrementis & purgationibus humorum. ibid.
De Grammaticis. ibi.
De notis Hieroglyphicis. 195
De hiſtrionib. ac fabularum actorib. 196
De diuerſis ludorum generibus. 197
De ſpectaculis uariis. 198
De ſpectaculis magnificis impenſis editis. 198
De arte Athletica. 199
De Atletis, luctatorib ac pancratiſtis. 200
De gladiatoribus. 201
De curſoribus uelociſſimus. 202
De pictoribus, ac picturis diuerſis. 202
De mulieribus, quæ pictura artem exornarunt. 203
De pigmentis. 203
De coloribus. 203
De ſculptoribus, cælatoribus, ſtatuariis, ac marmorariis. 203
De iis, qui artibus fabrilibus excelluerunt. 205
De architectis nobilioribus. 206
De diuerſorum ædificiorum ac locorum conditoribus. 206
De ſeptem orbis miraculis. 206
De aliis operibus & ædificiis ſumptuoſis. 207
De laniſiciis ac textura peritis. 208
De tonſoribus ac uario apud diuerſos tondendi ritu. 209
De arte fullonica. 209
De figulis. 209
De re nautica. 209
De nautis. 209
De Argonautis. 210
De periculis marinis. 210
De nauigiorum diuerſis generibus. 211
De nauium propriis nominibus. 211
De uocabulis ad rem nauticam ſpectantibus. 211
De piſcatoribus, & urinatoribus. 212
De piſcinariis. 212
De uenatoribus. 212
De aurigis ac equorum domitoribus. 213
De ianitoribus. 213
De portioribus uel portarum cuſtodibus. 213
De paſtoribus, & armentariis. 213
De coquinaria, & cocis diuerſis. 214
De ueſpillonibus uel cadauerum tumulatoribus. 214
de mangonibus, ac aliarum profeſſionum hominibus. 214
de denominationib. a uariis artiū profeſſionibus. 214
de artificum officinis. 217
de repoſitoriis rerum diuerſarum. 217
de diuerſorum artificum operibus. 218
de ciborum diuerſis ſpeciebus. 218

De

De panificij placentarum diuerſis generibus. 221
De menſarum delicijs, ac cibis quibuſdam delicatiſſimis. ibid.
De cibis quibuſdam hominibus gratis, ac diuerſo populorum victu. ibid.
De veſtitu ac varijs veſtimentorum ſpeciebus. ibid.
De gentium diuerſarum proprio ac vſitato veſtitu. 226
De ueſtimentis quibuſdã memorabilib. ibi.
De calceamentorum diuerſis generib. ibid.
De poculorum vaſorumq́; diuerſis generibus. 227
De ſacculorum varijs nominibus. 231
De ſubſelliorum diuerſis ſpeciebus. ibid.
De vehiculorum varijs generibus. ibid.
De diuerſarum rerum inuentoribus. 232
Deus, qui proprijs inuentis perierunt. 234

DE VARIIS VIRTVTIBVS, AC vitijs. Titulus VII.

De religione culta, ac ſeruata. 235
De charitate in patriam. ibid.
De amore coniugali. 236
De maritis, qui vxores ſuas interfec. 237
De vxoribus, quæ maritos ſuos occiderunt. ibid.
De amore, & indulgentia parentum in liberos. 238
De amore filiorum erga parentes. ibid.
De parentibus, qui proprios filios occiderunt. ibid.
De filijs, qui parentes ſuos interfecerunt. 240
De mutuo fratrum ac ſororum amore. ibidem.
De fratrum ac ſororum interfectoribus. 241
De parricidio ac parricidis. 242
De ſeruorũ amore, ac pietate in dños. 243
De amicitia vera ac aĩas rectè cõiũctis. ib.
De iuſtitia, ac eius cultoribus. 244
De iniuſtitia, eiusq́; amatoribus. 245
De proditione, periurio, ac perfidia. ibid.
De fide ſeruata. 246
De veritatis ſtudio. ibid.
De aſtutia ac fraude. ibid.
De cõſtãtia ac patiẽtia in reb. aduerſis. ib.
De magnanimitate. 249
De honorũ, & diuitiarũ ac cõtẽptorib. ibi.
De arrogantia ſuperbia, ac ambit. 250
De ira, & odio. 252
De inuidia. ibi.
De alienæ laudis, ac virtutis æmulat. 253
De lite, rixis, ac contentionibus. ibi.
De audacia, ac temeritate. 254
De metu, ac timore. ibid.
De mollitie, ac hominibus effemin. ibid.
De ſtultitia, ac ijs qui parum ſapientes iudicati ſunt. 255
De crudelitate, & immanitate. ibid.
De ſeueritate. 259
De clementia, & humanitate. ibid.
De modeſtia, & verecundia. 260
De ſilentio ac taciturnitate. 261
De libera, & importuna loquacitate. ibid.
De conuicijs in autores retortis. 262
De adulatione, ſiue aſſentatione. ibid.
De liberalitate, ac munificentia. 263
De hoſpitalitate. 264
De auaritia, ſorde, & illiberalitate. 265
De fœnere, & vſura. ibid.
De prodigalitate. 266
De ingratitudine. 267
De latrocinio. 268
De ſacrilegio. ibid.
De pyratis, & prædonum. 269
De temperãtia, ac ſobrietate. 269. & 270
De vita auſtera, ac ſolitaria. 270
De ſobrietate, ac abſtemijs. 271
De gula, voracitate, ac vinolentia. ibid.
De caſtiſſimis. 273
De libidine, ac laſciuia. 275
De meretricibus. 278
De lenonibus, & lenis. 279
De hominum amaſijs. ibid.
De deorum, ac hominum amaſiis. 280
De procis diuerſarum mulierum. 281
De riuale, ſiue eiuſdẽ puellæ amatorib. ibi.
De diuerſarum puellarum raptorib. ibid.
De zelotypia. 282
De adulterio. ibid.
De inceſtu. 283
De Sodomia, cinœdis, pedicon. &c. 284
De animalium amatoribus. 285
De ijs, qui à diuerſis animalib. &c. ibid.
De ocio, ignauia, & ſocordia. ibi.
De ſomno, & ſomnolentia. 286
De ſomni miniſtris. ibid.
De ſomni, & mortis affinitate, atque cognatione. ibid.

FINIS.

XXXVIII
E.
31
AO1 1463883